BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XII
G
18
NAPOLI

XII.
G.
18-20

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


HOC VIRTUS
DEUM,
DEO,
ET IN
D. IOANNES
CARAMUEL
EPISCOPUS
VIGLEVANENSIS.
Io. Fran.^{co} Bugattus Mediolanēſ.
anno 1670

IOANNIS CARAMVEL
TRISMEGISTVS THEOLOGICVS
LATINE
TER-MAXIMVS

Cuius Tomi ſunt Tres:

IN QVIBVS

TRES VIRTVALES ET MORALES

MAXIMAE,

Quæ ſubcollant RESTRICTIONVM doctrinam

RADICITVS EDISSERVNTVR.

EARVM EST

PRIMA. Reſtrictiones Senſibiles, à circumſtantiis conſignificantibus, quæ externa & nota ſunt, deſumpta, veniunt neceſſariò admittendæ. Et toto Tomo I. qui ΠΟΛΥΜΝΕΙΑ, *Multiloquens* nominatur, diſcutitur.

SECVNDA. Reſtrictiones Inſenſibiles quæ à ſilentio proveniunt, debent neceſſariò concedi. Et toto Tomo II, qui ΣΙΓΑΛΙΩΝ, *Harpocrates* [TACITVRNITAS] dicitur, examinatur.

TERTIA. Reſtrictiones Mentales ſunt realiter loquendo impoſſibiles: ſi eſſent poſſibiles, eſſent prorſus inutiles: eſſentque adhuc illicitæ, etſi aliqualem utilitatem præ ſe ferrent. Et toto Tomo III. qui inſcribitur ἉΠΛΟΤΗΣ, *Sinceritas*, certiſſimis & clariſſimis analogiſmis demonſtratur.

Acceſſit ΚΡΙΤΗΣ, *Iudex, Arbiter*, qui agit de Legibus, Contractibus, Teſtamentis, Judiciis, &c. De Sacramentis Cæremoniis, &c. de Profeſſione Fidei, &c. & diſcurrens accuratè per ſingula, oſtendit quiſnam ſit & non ſit legitimus uſus Senſibilium Reſtrictionum in Praxi,

EST OPUS

Ingenioſum & Varium: &, ut Doctrinam Generalem ediſſerat, multos Veteris, & Novi Teſtamenti locos ex Hebraicis, Syriacis, Græcis & Arabicis fontibus accuratè dilucidat: & Quæſtiones Criticas, Rhetoricas, Dialecticas, Philoſophicas, Theologicaſque, & præcipuè de externâ Fidei Confeſſione, de Habitu Heterodoxæ Profeſſionis, de Perſarum Petaſo, Quizilbaſcio, de Funiculis Indicis, de Inauribus Ethnicis, de Pythagoreâ Παλιγγενεσίᾳ & Μετεμψυχώσει: quibus ſcatent Orientales Provinciæ: nec non de Impoſitione Manuum, de Sacramentorum formis, & ſingularum vocum, quæ in ipſis ponuntur, neceſſitate & utilitate diſputantes decîdit.

VIGLEVANI.

Typis Epiſcopalibus apud Camillum Conradam Anno MDCLXXIX.
Superiorum permiſſu.

DE HVIVS OPERIS NOMINE.

Quid ſit Μεγίςη (MAXIMA?) *Cur ſuum Aſtronomicum Opus Ptolemæus inſcripſerit* Μέγιςον (MAXIMUM?) *Quis* Τρισμέγιςος (TRISMEGISTVS) *fuerit? Et cur hoc Opus* Τρισμέγιςος *dicatur? Quales ſint* MAXIMAE, *quæ in eo traduntur? An ea ipſa, quas condemnando oppoſitas Feria V. 2. Martii 1679. fecit ſuas Apoſtolica Sedes?*

Vocantur Scholaſticâ Dialecto *Maximæ* [a] Græcè Μέγιςαι, illæ Propoſitiones, quæ quia, vel ſunt Per ſe notæ & Certiſſimæ, vel quia demonſtrantur clariſſimè, ab omnibus ſunt admittendæ. Vnam Aſſertionem, videlicet, *Corpora Cæleſtia æqualibus temporibus æqualia ſpatia peragunt & percurrunt*, quæ ante ipſum erat dubia, tot Demonſtrationibus Ptolemæus confirmavit, ut tranſierit in Μεγίςων, in *Maximam*, & ab eo uſque ad nos præſcripſerit, & à procelloſâ Diſputationũ tempeſtate ſubducta, inter indubias locum quietum & tranquillum habuerit. Iuſto illam Volumine ediſſeruit, quod inſcripſit Μέγιςον, *Maximum*: non enim complecti & dilucidare poſſet *Maximam*, ſi *Maximum* ipſum non eſſet. Hunc Corduvenſes Mauri librum reddiderunt Arabicè, & المجسطي *Al Mageſi* vocaverunt: Quæ vox *Almageſtum* à Latino profertur; & duplicato articulo *el Almageſto* à labio pronunciatur Hiſpanico. Et quidem, tametſi hodie antiquum nomen Ptolemaici Operis tantiſper alteratum ſit, nam περὶ τῆς μεγάλης συντάξεως, *Magna Opus conſtructionis* in novis Editionibus inſcribitur, in Latinis tamen Verſionibus *Almageſti* retinetur vocabulum; unde Syntagma ſuum Aſtronomicum, in quo Ptolemæi errores & adlucinationes notat, corrigit P. Ioannes Baptiſta Ricciolius, *Almageſtum Novum* appellat. *Quid Maxima Propoſitio ſit?*

Et Ego hac præventus Hiſtoriâ, quia tres Propoſitiones, quas his Libris ediſſero, ſunt meo judicio certæ, & tam firmis illas rationibus, ut exiſtimo, fulcio, ut Adverſarios non ſint habituræ, ut ſpero, ideo illas Μέγιςας, *Maximas*, nuncupo; & quia ſunt tres, totum Opus, quod illas proponit & dilucidat, Τρισμέγιςον (*Triſmegiſtum*) confidenter appello. *De Triſmegiſto*

Et quando in me ſeductus Opus & Nomen recognoſco, verſum illum

Conveniunt rebus nomina ſæpe ſuis,

veriſſimum eſſe percipio; quoniam in hoc Opere ad vivum [b] Ægyptius ἑρμῆς (*Mercurius*) cui Τρισμεγίςῳ, *Ter Maximo* nomen, exactiſſimè repræſentatur. Erat ille Philoſophus, poſteà Rex, tandem Pontifex: & quia inter Philoſophos doctrinæ gloriâ eminuit; & inter Sacerdotes Pietatis opinione excelluit; & inter Reges exceſſit cæteros Majeſtate & divitiis; ideò, qui *Maximus Philoſophus*, *Maximus Rex*, & *Maximus Pontifex* tribus vocabulis poterat dici, ut omnia unico nomine exprimerentur, Τρισμέγιςος; *Ter-maximus* vocatus eſt. *Quis, & qualis fuerit Triſmegiſtus?*

Et cognomentum ipſe ſuum in his Libris Lectoribus manu liberali communicat. Quicumq; enim Philoſophus, qui Fundamenta & rationes, quæ in illis expenduntur, percalleat, *Maximaſ*-que, quæ in illis traduntur, obſervet, erit *Maximus*, (doctiſſimus & eruditiſſimus.) Et ſimiliter etiam erit *Maximus* (prudentiſſimus, & potentiſſimus) quicumque Rex, qui ſive Miniſtros ad Principes externos leget, vel ab illis Legatos ad audientiam admittat, noſtris ſubſcribens *Maximis*, exceſſe jubeat omnes Reſtrictiones Mentales; dedecet enim Autoritatem Regiam inquinari ſuſpicione mendacii. Et denique quicumque Pontifex, erit *Maximus* (Sanctiſſimus & vigilantiſſimus) ſi doctrinas, quæ noſtris contrariantur *Maximis*, aut non permittat in ſuas Eccleſias ingredi; aut, ſi fuerint ingreſſæ, omni niſu proſcribat, expellat, eradicet.

Sit Philoſophis, Principibus, & Pontificibus univerſis exemplo, Innocentius XI. Sanctiſſimus Dominus noſter, Orbis Chriſtiani Τρισμέγιςος, qui ut oſtenderet ſe eſſe Maximum inter Philoſophiæ Moralis Profeſſores, ſe eſſe Maximum inter Reges & Principes, ſe eſſe Maximum inter Pontifices, oculatiſſimâ providentiâ & prudentiâ horum Librorum *Maximas*, quæ Mentales Reſtrictiones eliminant, fecit ſuas, nempe Feriâ V. die 2. Martii 1679. condemnando Poſitiones ſequentes.

Num. 18. *Si à Poteſtate Publicâ quis interrogetur, Fidem ingenuè confiteri, ut Deo & Fidei glorioſum conſulo; tacere, ut peccaminoſum per ſe, non damno.*

Num. 25. *Cum cauſâ licitum eſt jurare, ſine animo jurandi, ſive res ſit levis, ſive gravis.*

Num. 26. *Siquis, vel ſolus, vel coram aliis, ſive interrogatus, ſive propriâ ſponte, ſive recreationis cauſâ, ſive quocumque alio fine, juret, ſe non feciſſe aliquid, quod reverà fecit intelligendo intra ſe aliquid aliud, quod non fecit; vel aliam viam, ab eâ, in quâ fecit; vel quodvis aliud additum verum; reverà non mentitur, nec eſt perjurus.*

Num. 27. *Cauſa utendi his amphibologiis eſt, quoties id neceſſarium, aut utile eſt ad ſalutem corporis, honores, res familiares tuendas, vel ad quemcumque Virtutis actum, ita ut veritatis occultatio cenſeatur tunc expediens, & ſtudioſa.*

Num.

Num. 28. *Qui mediante commendatione vel munere ad Magiſtratum vel Officium publicum promotus eſt, poterit cum Reſtrictione Mentali præſtare Iuramentum, quod de mandato Regis à ſimilibus ſolet exigi, non habito reſpectu ad intentionem exigentis; quia non tenetur fateri crimen occultum.*

Num. 29. *Vrgens metus gravis, eſt cauſa juſta Sacramentorum adminiſtrationem ſimulandi.*

Num. 44. *Probabile eſt non peccare mortaliter, qui imponit falſum crimen alicui, ut ſuam Iuſtitiam, & honorem defendat. Et, ſi hoc non ſit probabile, vix ulla Opinio probabilis eſt in Theologia.*

Et, quia Occultæ Compenſationes, quas vocant non minùs pernitioſæ ſunt, quàm ipſæmet Reſtrictiones Mentales, idem Sanctiſſimus Dominus noſter condemnat etiam iſtas Propoſitiones,

Num. 36. *Permiſſum eſt furari, non ſolùm in extremâ neceſſitate, ſed etiam in gravi.*

Num. 37. *Famuli & Famulæ domeſticæ poſſunt occultè Heris ſuis ſubripere ad compenſandam operam ſuam, quam majorem judicant ſalario, quod recipiunt.*

a] Sumitur Latinè vox *Maxima*, pro manifeſto & per ſe noto Principio, cui omnia, quæ dicuntur, aut ediſſeruntur, innituntur. Et hanc ipſam ſignificationem retinet in aliis linguis; quoniā D. Eugenius Ruiz de Vega hodie Teſſerarius Cremonæ Mayor. (Hiſp. *Sargento Mayor de Cremona*) Heros feliciſſimi Ingenii (& extat in D. Sebaſtiani de Veedo Coſmographia, quæ inſcribitur: *Indice del Mundo conocido*. ſub initium) ad laudem Excellentiſſimi D. Comitis de Melgar concinebat.

Sa doman las cervices, ya en prudentes
Maximas vueſtras, ya en reſoluciones
Empuñando en la tierra ſus baſtones,
Y en el mar gobernando ſus Tridentes.

Et in eadem ſignificatione eadem vox in aliis linguis uſurpatur. In Libello, qui inſcribitur *Nouveau Traité de la Fortification*, quem Dominus de la Fontaine anno 1667. Pariſiis edidit, Caput I in Titulo, *Contenant leurs Definitions & Maximes*. Et in corpore Maximas ipſas curioſè & ingenioſè exponit.

Eodem ſenſo, præter alios, hanc ipſam vocem accipit Allainus Maneſſonius Malletius in ingenioſo & curioſo Syntagmate, quod inſcribitur *Les Travaux de Mars*; tum alibi, tum etiā *tract.2. cap.2.* Ibi lego, *Maximes Generales de la Fortification irregulière*. Et in eadem pagina recenſentur & dilucidantur ſex Maximæ.

Et ſimilia apud Scriptores Italos & Hiſpanos invenies.

b] De ætate, in qua floruit Hermes Triſmegiſtus Ægypti Rex, tametſi non convenirent inter ſe Chronologici, omnes eum antiquiſſimum eſſe aſſerebant: fuiſſeque nec priorem anno 1985, nec poſteriorem anno 1440. ante Domini noſtri Ieſu-Chriſti Nativitatem. At ſine Autore, cui fidere poſſit Genebrardus, illum jubet regnare & philoſophari poſt Ariſtotelem: libro enim ſecundo. pag. 179. b. ad annum ante Chriſtum 466. ſic ſcribit. [Mercurius Triſmegiſtus Ægyptius, cujus hodie exſtant Dialogi duo, *Pæmander*, & *Aſclepius*, Mihi videntur errare, qui eum propinquum Moſi, eumdemque cum Deo Mercurio faciunt, ut Suidas, qui eum Pharaone antiquiorem prodit. Nam Ægyptus Græcum Idioma vix ante Alexandrū Magnum audierat, ut Græcè multa de Verbo Dei, congruentia Oraculis Divinis, ſcriberet ante Græcorum cum Hebræis congreſſum. &c.] Interim, quid vetat Triſmegiſtum ſcripſiſſe Ægyptiacè, ejuſque Libros in Linguam Græcam poſteà fuiſſe translatos?



QVÆ.

QVAESTIO INCIDENS.

Dubium reſolvitur.

Cur Opus hoc, præter Autores Latinos, Græcoſque, tantâ Hiſpanorum, Italorum, Gallorum, &c. varietate exornetur?

Starckius in anteloquio ſuo Lexico Græco præfixo.

De hoc ipſo Libro. An Theologicus, an verò Grammaticus ſit?

An Authores, qui in Linguâ Vulgari ſcripſerunt, in Argumentis gravibus citari poſſint?

De Linguis Latina, Italica, Caſtellana, & Luſitana.

AB *ipſâmet Reſolutione initium ſumo: fruſtrà enim onerabo te pluribus, ubi Te paucis poſſim Veritatem docere. Dicam igitur eſſe Scriptores aliquos, qui ſua admirentur, & aliena deſpiciant; & hos glorioſum ducere, ſi ex aliorum Operibus nec Verſum, nec Sententiam admittant. Laborare autem eos præjudicio evidenti, Juſtus Lipſius, Eruditionis & Eloquentiæ Antiſtes, demonſtravit: quoniam apud* Joannem *Starckium, ait,* Nec Araneorum textus ideò melior, quia ex ſe fila gignunt; nec noſter vilior, quia ex alienis libamus, ut Apes. *Accêdit, quod in hoc ego Libro, non à ſolâ ratione poſſim, ſed debeam ab authoritate procedere. Eſt enim Operis, ſi bene perpendas, Argumentum Grammaticum, & Theologicus Modus tradendi; & hanc ob rem à Poëtis Oratoribuſque debui materiam ſumere, quam Theologicè dilucidarem. Quia enim nonnulla occurrebant interdum, quæ à Græcis ſunt ingenioſius tractata, debuerunt produci Græci numeri, ut Poſitiones noſtras ornarent & dilucidarent.*

De Poetis Hiſpanis.

Sed cur etiam Hiſpani, Galli, & Itali, qui Vernaculo cecinerunt Idiomate? *Et alterâ ego Interrogatione iſtam elido. Petit,* Cur Verſus Vulgarium Linguarum frequentiſſimè interſeram? *Et à Te Ego vellem omninò diſcere,* Cur debuerim non facere hoc ipſum, quod Tibi diſplicuit? *Omnis Gens, omnis Populus, Viros habet ingenioſos & doctos, qui in ſolutâ & ligatâ oratione eloquenter ſcribunt; quorum ſententiæ ſunt gemmæ ſelectiſſimæ, quibus poſſunt ſublimes exornari Diſcurſus, & ſententiæ egregiæ confirmari. Nec Ego primus, ſolus-ve, quem delectat hæc Novitas Eruditionis. Laurentius Gracian, Illuſtrium Scriptorum Teſtimonia in eorum linguis, prout reperta, reliquit; & cauſam ſubjungit, his verbis.* Tomé los exemplos de la lengua en que los hallé, que ſi la Latina blaſona al relevante Floro, la Italiana al valiente Taſo, la Eſpañola al culto Gongora, y la Portugueſa al afectuoſo Camoes. Previne la explicacion a los de eſtraña lengua, y ſi freqnento los Eſpañoles, es porque la Agudeza reyna en ellos, aſſi como la Erudicion en los Franceſes, la Eloquencia en los Italianos, y la Invencion en los Griegos.

An citari debeant, aut valeant.

[*] Covarrubias in Linguæ Caſtellanæ Theſauro nomen *Traſgo* à verbo *Traſſo*, hoc eſt, moleſtiâ affero, ſeu perturbo deducit.

An in Mundo ſint nonnulla animalia corporea, ſed inviſibilia?

Lingua Univerſalis hodie quænam ſit?

Ita Eruditus debet Veterum libros legere, ut Juniorum non contemnat Volumina.

Scio eſſe, qui extra Parnaſſum Græcum nullam Muſam; & qui Latinas Gratias tam parcè admittant, ut præter Virgilium, & Ovidium nullas reperiant Charites; & ideò exiſtiment Juniorum Caſtellanorum Numeros, non poſſe haberi tanti, ut in re gravi & ſeriâ producantur. Adlucinantur ſanè, Lector Candide, qui in vigiliâ ſic ſomniant. Et adlucinaris etiam Tu, ſi hoc te præjudicio laborare permittis. Et, ut Tibi Ego, & aliis, qui forte tecum meam diligentiam caſſam judicant, ſatisfaciam, utar verbis P. Martini de Torrecilla Capucini. Novum & eruditum Librum, quem El Ente dilucidado *inſcripſit, edidit, in quo reperiri in Mundo animantes nonnullas inviſibiles (& eas ipſas eſſe, quas* Spectra, Larvas, Lemures *appellarunt Romani, & quas hodie Traſgos* [*] Duendes, & Phantaſmas, *Hiſpani dicimus) perſuadere conatur, Interroganti,* Cur non Latinè ſcripſerit? *in Proœmio reſpondet.* Intento tuve de ſacarlo a luz en Idioma Latino: pero eſto, que en otro tiempo fuera diligencia preciſa, por lo limitado, y menos limado de nueſtra Lengua; hoy, que purificada en el eſtilo, y eſtilada y practicada en el Orbe ha llegado a merecerſe el titulo de Univerſal y de Elegante, como veemos en las muchas Naciones que la uſan, y en los innumerables libros, que con invidia de la Griega, y Latina, la accreditan, y enriquecen, fuera affectacion, mas que neceſſidad, el ſacarle en Lengua agena. *&c. Conſonat D. Garcia Coronelio, qui D. Ludovici de Gongorâ, Poëtæ incomparabilis Opera Commentariis eruditiſſimis dilucidavit. Ipſe enim Gongoræ Polyphemi ſtropham XVIII. exponens* pag. 346. a. *ſic ſcribit* Podrá sêr, que algunos juzguen falta de erudicion alegar Authores tan modernos, como, alguna vez advertiran en eſte Commento, pero yo ſuffriré guſtoſo eſta calumnia, por no incurrir en la culpa de los que ſe deſdeñan de la Leccion Eſpañola, pareciendoles mayor authoridad la affectacion eſtrangera, que el cuydado y eſtudios de nueſtros Naturales Eſcritores. *Adlucinantur, inquam, qui deſpiciunt Scriptores Hiſpanos;* Porque la Lengua Caſtellana preſume vitorias de la Latina, *ut ait Quevedus; quem caſtigat Veracitas,* verbum preſume *obliterando, &* conſigue, *quod eſt glorioſius, ſubſtituendo. Sed, & Idioma Gallicum, ad ſummam eſt hodie perfectionem promotum; contenditque (non temerè, ſed generosè) Antiquis univerſis præferri; eo enim Muſa Gallica promovêre Eloquentiam, quò Græca, & Latiæ Charites non pervenerunt. Pulchra ſunt profectò Carmina Gallica, quæ apud P. Marcum Marinum Merſenum* in Paralipoménon colum. 1861. *leguntur, & hâc Cenſura in margine condecorantur:* Plura ſanè & gratiora ſunt, quæ hîc afferuntur, quàm quæ ipſi Græci habent. Quapropter noſtro Gallo, quiſquis es, fruere. *Quæ omnia ita Hiſpanicam, & Gallicam Linguas extollunt, ut gloriam non imminuant Italicæ, in quâ phraſes & modos dicendi invenimus, quæ Homeri & Virgilii ſublimem eloquentiam excedunt. Mihi hæc profectò manifeſta videntur: & Tu, ſi dubitare libeat, illos Vernaculi (Hiſpanici, Gallici, Italici, &c.) Idiomatis Numeros, qui ob oculos in hoc libro ponuntur, cum Latinis (aut etiam cum Græcis) compone: & ſi ingenioſiores in illis Gratias & Genios eruditiores non reperias, per me ſtat, oblitera & expunge univerſa: verùm enim verò, ſi Juniores feliciſſimè ſcribunt, & Animi affectus exactiſſimè exprimunt, & illos habeo domi & prodeſſe paratos, cur ipſos negligam, & ſine fructu per Græciam, Latiumque peregrinabor? Placeant Tibi peregrina, ſi vis: nam mihi arrident bona, ſint externa, aut vernacula.*

D. Francìſcus de Quevedo in Approbatione libri, quem Lupus de Vega edidit ſub nomine Licentiati Burgillos.

De Lingua & Authoribus Gallicis.

De Lingua Italica.

Quales ſint Poetæ Hiſpani cum Græcis & Latinis collati?

An bonis ſint peregrina anteferenda?

CENSVRA
REVERENDISSIMI D.
DOMINICI PLATI,
Abbatis Diſenbergenſis, & in Epiſcopatu Campanienſi Vicarii Gen. & c

Pierius Valerianus *lib.* 54. *pag.* 527. *Fide lib.* 41. *pag.* 395. *f.*

SAcerdotes Ægyptii, qui à Priſcis profundioris doctrinæ habiti Præceptores, duobus Veracitatem Symbolis exprimebant, quæ proderit conſiderare. Erat ſimplex, & primum, *Pomum Perſicum adhæreſcente folio uno tantum*: erat ſecundum, *Vir, qui cor ex gutture appenſum geſtabat*. Et (ut ipſi exponebant) quia Pomum illud Cordis, & folium linguæ refert ſpeciem, hoc nos monebant ἱερογλυφικῶ, ita connecti debere linguam Cordi, ut nulla interſit differentia aut diſtantia. Et quia præſagiebant, futuros olim aliquos, qui hoc ſymbolum de Corde clauſo, & inviſo intelligerent, eorumdem argutiam præoccuparunt, Cor collo humano in altero Symbolo appendendo. Ut vel hinc doceremur, Cor illud, quod ob oculos ponit Veracitas, non eſſe aliquem Mentis actum, Soli Deo cognitum, quod exerceat in verba, reſtringendi tyrannidem; ſed eſſe Cor patens, per conſignificantem circumſtantiam in oculos omnium incurrens. Hæc eſt Veracitatis vera effigies. Et quia illam hæc Ἁπλότης ingenioſè dilucidat, digna videtur, ut quæ graviſſimis difficultatibus lucem eſt præbitura, in lucem exire permittatur, Sic ſentio, ſalvo, &c. Romæ 4. Calend. Febr. M DC LXXI.

Imprimatur.

Fr. HYACINTHUS LIBELLUS S. Palatii Apoſt. Mag. Ord. Præd.

Recudatur. Viglevani Calendis Julii. Ann. 1679.

Fr. Jo. Baptiſta de Poſſentis Vic. S. Off. Viglevani.

IVDICIVM
ILL.MI & REV.MI DOMINI
D. ANTONII AGRAZ DE SPVIG,
I. C. Marchionis Vniæ, Placæ Abbatis, ac Clem. X. Sum. Pontif. à Cubiculo.

QVI duos numeros æquales habet, puta Senarios, is alterutri ſi unitatem adjecerit illicò inæquales efficiet. Pari modo, qui duas expendet Propoſitiones, Mentalem ſcilicet, Vocalemque, eſſe æquales enunciabit, ſi quidquid in alterâ materialiter, altera ſenſibiliter continebit. Quam ob rem, quid non dictum intelligitur, ſeu non intellectum dicitur, Propoſitionum æquatio corruit. At quid inde? *libr. 2. Metaphyſ.* Reſpondet Ariſtoteles dicens: *Veritas eſt adæquatio rei ad Intellectum*. Toties igitur Veritas Propoſitionem deficiet, quoties adæquatio deficit. Hinc factum eſt, ut Reſtrictiones quas Mentales dicunt, nunquam intellexerim, quippe actus Mentis Vocalis Orationis partes non ſunt, eamque integram aut completam reddere nequaquam poſſunt, ſed termini tantùm correlativi vocibuſque ne falſitatis dicantur laborare contagio, neceſſariò exequandi. Hanc in hac ἁπλότητι Veritatem Illuſtriſſimus, omnique diſciplinarum genere ad admirationem uſque Ornatiſſimus, D. Caramuel ingenioſè demonſtrat, & nervosè confirmat. Ergo dum omnes huic tanti Viri Doctrinæ aſſentimur, cenſemus eam non debere poni, ὑπὸ μόδιον ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ: *ſub modio, ſed ſupra candelabrū, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt*, Romæ 6. Januarii 1671.

IOANNIS CARAMVEL
POLYMNEIA
LATINE
MVLTA CANENS
SEV DICENS,
OPVS
ERVDITVM ET VARIVM.
De Senſibilibus Reſtrictionibus diſputans.

A ſummo Capitis Cincinno incipiens & ad pedes decurrens, quaſſando caput, adnuendo, renuendo, oſcillando, & manus, pedes ve, &c, movendo, oſtendit poſſe & ſolere Homines eloqui, latiuſque patentem Orationem reſtringere.

EST TRISMEGISTI THEOLOGICI
TOMVS I.

Pſalm. XXXIV. (Hebr. XXXV.) verſ. 10. Πάντα τὰ ὀστᾶ μου ἐροῦσι, Κύριε κύριε τίς ὅμοιός σοι. *Omnia oſſa mea dicent, Domine quis ſimilis tibi*. Quis ergo dubitare de aliorum membrorum Eloquutione poterit, quando ipſamet oſſa loquuntur:

VIGLEVANI.

Typis Epiſcopalibus apud Camillum Conradam Anno MDCLXXIX
Superiorum permiſſu.

LECTORI

SED CVI?

CRITICO-NE, RHETORI, RHYTHMICO, METRICO, MATHEMATICO, HISTORICO, LOGICO, PHILOSOPHO, &c. AN THEOLOGO?

QVbio occaſionem præbet Eximia & copioſa rerum, quæ in hoc Opere ediſſeruntur & tractantur, varietas, nam in ipſo *Ratio dubitādi proponitur* multa de Vocabulorum Etymo, Analogia, & Anomalia, multa de dictionum inflexione & conſtructione, eſt reperturus Criticus; quæ in aliis nō *De Critica.* ſunt libris & Authoribus obſervata & notata. Novam *De Rhetorica.* Schematum, Figurarumque & Troporum dilucidationē Rhetor, quam Oratores Antiqui prætererunt, inveniet. De Rhythmorum antiquitate, & Metricæ neceſsitate Poeta plurima, de quibus Veteres ne quidem ſuſpicionem habuerunt. *De Rhythmica & Metrica.* In ipſis Arithmetica, Geometria, Geographia, Hydrographia, Coſmographia, Aſtronomia, & aliæ ſimiles Artes & Scientiæ promoventur, tanta curioſitate, ut *De Matheſ.* poſsint videri ſolis ſcriptæ fuiſſe, Mathematum Contemplatoribus. In iiſdem recognoſcuntur Chronologorū Claſsicorum Annales; & Principum Antiquorum facinora æqua lance librantur, ut Hiſtoriographi Novitii ſciant, *De Historia.*

laudare intra Veracitatis terminos Heroum actus, qui in exemplum ponuntur. Ab ipſomet eorum principio ad finem Logici, varias argumentandi formas rectas; obliquas, rectas & indirectas, Ariſtoteli ignotas, poterunt imitari: nam præter communes argumentandi Canones, à Logica & Metalogica (quarum, ne quidem nomina cognoverunt Antiqui) præſcriptas leges in ipſis accuratè obſervantur. Et cognoſcent Philoſophi in Phyſica & Pſychica multas fuiſſe à Veteribus cogitatas (aut, ſi liceat ſincerè loqui, fictas) Opinationes, quæ corriguntur ſolidè, aliis veris & indubitatis, illarum loco, ſubſtitutis. Et veniendo ad Theologiam, ad quam ſpectant omnia, quæ in his libris ſcribuntur, in quo conſiſtant Fundamenta ſecuræ & tranquillæ Conſcientiæ, qui illam profitentur, invenient: & cognoſcendo tandem Reſtrictiones Senſibiles, quas Primus Tomus à conſignificantibus Circumſtantiis deſumit: aut ſaltem Inſenſibiles, de quibus in Tomo Secundo diſputatur, ſufficere, ut humana ſuaviter & ſincerè expediantur negotia, quin ad ſpurias Veracitatis umbras, quæ in Reſtrictionibus Mentalibus ſublucent, & refelluntur Tomo Tertio, ſine ulla prorſus utilitate recurramus.

De Dialectica.

De Philoſophia.

De Theologia.

An corrigi debeat Præmis Titulus?

Opus igitur, quod non ſe continet intra unius facultatis cancellos, ſed per omnia Scientiarum & Artium tempe excurrit, non uni aut alteri, ſed omnibus eſt exhibendum; mutetur ergo ΕΠΙΓΡΑΦΕ, & hi ipſi Libri CVIVSCVMQVE ARTIS, AVT SCIENTIAE PROFESSORI, inſcribantur.

oc-

OCCASIO RESCRIBENDI.

*D*Ocebat olim *Plato* eſſe ſpecies ingenitas, *contra quod Dogma opponit Ariſtoteles* in primo ſuæ durationis momento Animam eſſe tanquam tabulam raſam, in qua nihil ſcriptum eſt. *In hoc* (*per me ſtat*) *ab Ariſtotele ſint qui voluerint, me enim longa experientia docuit, Platonem meliùs philoſophari: quoniam in meo Intellectu nonnullas apprehenſiones ſentiſco, quas à nemine didici, quas dediſcere non poſſem etſi vellem; & inter ipſas illa ſunt, quæ ad purè Mentales* Reſtrictiones, & *Occultas Compenſationes pertinent. Hanc ob rem ut meo indulgerem genio ſumpſi calamum & ſcripſi Libellum, qui inſcribitur, HAPLOTES* (Sinceritas) *& de Mentalibus Reſtrictionibus diſputat, & anno* 1672. *Lugduni in lucem prodiit ex Officinâ Aniſſonianâ.*

An ſint in Anima ſpecies ingenitæ, an verò omnes ſint adquiſitæ?

Erat tunc Puteolis apud Neapolim Pontifex Illuſtriſſimus D. D. Benedictus Sanchezius, qui olim Compluti fuerat meus Magiſter in Logicâ, & ad altiora evectus ſemper me ut fidiſſimum filium & diſcipulum habuit. Miſi, cùm primùm eam accepi, meam Haplotetа ad ipſum, & Sanctus Senex (*ſemper vixit piētiſſimè: & tunc quintum ſupra octogeſimum annum ætatis numerabat*) *hanc lineam inter alias reſcripſit.* Ha muchos años, que nos conocemos, y ſabe V.S. Illuſtriſs. que no juro yo de buena gana: pero con todo eſſo le juro por Dios y eſta ✠, que no he leido Libro mejor en mi vida. *Legi hunc paragraphum; & quia* ΑΠΛΟΤΕΤΑ (ſinceritatem) *in meis actibus & judiciis profiteor, nolui ex illo colligere Librum eſſe excellentem, ſed in hoc felicem, quod Viro tam docto & prudenti adriſiſſet; quoniam, ut experientia quotidiana nos docet,*

Illuſtriſſ. D.D. Benedictus Sanchezius laudatus.

Ejuſdē de noſtra Haplotete judiciū

Pro captu Lectoris habent ſua fata Libelli.

Dum iſta aguntur Neapoli, à Typographo moneor eſſe multos in Europâ Benedictos Sanchezios, eſſe Exempla Haplotetos diſtracta, & videri conſultum, ut de Editione alterâ cogitetur. Hac occaſione incitatus, ſum animoſior redditus, ſecundumque calamum præparans, tempus liberius nactus, hanc ſecundam exornavi Editionem, quæ Priori ita eſt locupletior & auctior, ut Novum prorſus Opus cenſeri poſſit.

Omnia exēpla brevi tempore fuerunt diſtracta. Editionem alteram exornare debuimus.

Nolui

Nolui in ipſo Scholaſtico more Philoſophicam ſiccitatem ſectari, nolui more Rhetorico, per multa folia ſine fructu diffundi, ſed mediam iniens viam imitari Principem de Eſquilache, qui in ſuorum Carminum Prologo modulatur hos numeros.

Sigo un medio en la jornada;
Y de mi Eſtylo deſpido,
O palabras de ruido,
O llaneza demaſiada:
Y eſcuridad affectada
Es camino de ataxar
No ſaberſe declarar,
Y aſſi te quiero advertir;
Que eſtudie para eſcribir,
No eſcribi para eſtudiar.

Hæc te monere in ipſo initio volui, ut inoffenſo pede Librum iſtum percurras: lege igitur; utere, & vale.



DE

INDEX

Articulorum, & Sectionum.

Omnes Numeri ſunt paginarum.

PROOEMIUM I.

DE *Reſtrictionibus, quæ Perſonas concernunt.* pag. 1.
ARTICULUS I. De Circumſtantiâ Perſonæ. An Judicium alteret, & æquivoca (verba aut ſigna) reſtringat? 2.
Sectio I. De *Sexu. An eadem verba, aliter ſi à Viro, dicta, aliter ſi à Fœminâ, debeant interpretari?* 3.b
Sectio II. *An Fœminæ mendaces ſint? An poſtulent quæ habere non volunt; & quæ maximè appetunt, ſi offerantur, recuſent?* 4.b
De *Fœminarum inconſtantiâ.* 7.a
Sectio III. *Fœminam probam & ingenuam depingit.* ibid.b
Sectio IV. De *Fœminâ linguosâ, petulante, & audace.* 8.b
Sectio V. De *Perſonarum Qualitate. Præter ſexum aliæ etiam Qualitates in Homine conſiderantur, videlicet Ætas, Uſus rationis, Religio, Amor, Nobilitas, & Opulentia: quoniam ex his capitibus tollitur, aut reſtringitur ſæpe ſermonum actuumq; æquivocatio.* 10.b
Sectio VI. De *Perſonis fictis. An ſub alicujus Viri illuſtris, & jam defuncti nomine, indignus ſæpe circumferatur?* 19.a
Sectio VII. De *meritis. An fortuna perſonas Virtutibus claras proſequatur?* 20.a
Sectio VIII. *Quo ſenſu ſe amantium aut odio habentium verba, debeant accipi?* 21.a
Sectio IX. De *Præjudiciis. An eadem verba in uno interdum ſenſu ab unâ Perſonâ, & in alio ab aliâ intelligantur?* ibid.b
Sectio X. De *Experientiâ. Ab illâ pleræq; Artes & Reſolutiones Vitæ humanæ dependent.* 22.a
Sectio XI. *Firmat* Doctrinam *Satyri hiſtoria.* 23.a

PROOEMIUM II.

DE *Reſtrictionibus, quæ à Picturis Perſonarum proveniunt* ibid.
ARTICULUS I. De Picturis. An loquantur, an taceant? An debeant cum Hiſtoriis componi? 24.
Sectio I. *An licitum ſit habere Imagines?* ibid.b
Sectio II. *Oſtendit Antiqui Teſtamenti locos benè à nobis exponi.* 25.a
Sectio. III. *Loqui Imagines evidenter oſtendit.* 26.b
Sectio IV. *Aliqui Pictores Hiſpani celebrantur.* 27.b
Sectio V. *Eorum, quos amamus, conſervamus Imagines.* 28.a
ARTICULUS II. Iterum de Picturis. Statua dedolata à Myrone & Tabula à Græco delineata laudantur. 29.
Sectio I. *De elaboratiſſimâ Myronis bove.* ibid.b
Sectio II. De *Græci Hortenſio.* 31.b
ARTICULUS III. De Picturarum, Statuarum-ve, & Perſonarum, quæ repræſentantur per eas, ſimilitudine. 33.
ARTICULUS IV. De Sepulchris. An in ipſis ſaxa? An etiam in marmoribus inſculptæ, dedolatæ, aut cogitatæ colloquantur Imagines? 36.
Sectio I. *An loquantur Cadavera?* 37.a
Sectio II. *Quot modis in monumentis Lapides aut Perſonæ loquantur?* ibid.
Sectio III. *Primum modum proponit:* Ταφογραφος, *qui poſuit & inſcripſit marmor, loquitur.* ibid.
Sectio IV. *Modum ſecundum explicat.* Νέκρος *(ipſemet mortuus) loquitur.* 40.a
Sectio V. *(male IV.) Tertium modum dilucidat* Τάφος *(lapis ipſe) loquitur.* 41.b
Sectio VI. De *Figuris & Statuis, quæ loquuntur in Tumulis.* 42.b
Sectio VII. *Hiſpanica nonnulla Epicedia ſubjungit.* 46.a
Sectio VIII. *Probi & boni Judicis Epitaphium proponit. Et hinc ſumptâ occaſione, an Regibus; & Principibus* Divinæ *Providentia concesſerit, unde improbum poſſint ab integro Miniſtro diſcernere & examinare.* 49.a
Sectio IX. *Monumenta & Sepulchra caſus & occaſus habent* 51.a
Πολυμνεῖα. De *Reſtrictionibus, quæ à Geſtu, & Ornatu naſcuntur.*

PROOEMIUM.

DE *Summâ Modeſtiâ Sanctiſs. Virginis Mariæ. An & quomodo præbeat Virginibus univerſis exemplũ?* 53
ARTICULUS I. De Geſtu univerſim. 55.
Sectio I. De *Geſtu, quem ſingulæ hominum Conditiones & ſtatus obſervant.* 57.a
Sectio II. De *Geſtu, quem Poetæ, & Rhetores in Declamationibus exprimunt.* 59.a
Sectio altera II. De *Geſtuum Generali Grammaticâ.* 62.b
Sectio III. De *Intellectu Dæmonis. Quò pertingere valeat? quæ poſſit, & non poſſit cognoſcere?* 63.b
Sectio IV. *An Geſtuum expreſſio dedeceat Eccleſiaſticam Gravitatem & Authoritatem?* 64.b
Nota I. *An ſine verbis per nutus & geſtus Sacramenta poſſint adminiſtrari?* 66.a
Nota II. *An per nutus poſſint celebrari contractus? an ſimoniæ & alia ſacrilegia committi?* ibid.b
ARTICULUS II. Σωματολογία. De Corporis colloquutione. 67.
Nota I. De *aliis animantibus. An illorum Nobilitas à membrorum proportione ſumatur?* 68.b
ARTICULUS III. Unde proveniat hunc hominem, ex. gr. Leoni, illum verò Cani, aut Tauro eſſe ſimilem? 70.
Sectio I. *Academicorum & Pythagoreorum ſententia proponitur & impugnatur.* ibid.a
Sectio II. *Vera* Doctrina *proponitur & dilucidatur.* 71.b
Sectio III. *An Facies Humana loquatur? An ex vultu no-*

ris ad mores legitima Conſequentia inferatur? 72.b

ARTICULUS IV. Κομολογία. De Capillorum Colloquutione. 76.

SECTIO I. *De vario Capillorum ornatu.* ibid.

SECTIO II. *De Capillorum Grammaticâ. An interdum ipſi Barbariſmos aut etiam Solæciſmos committant?* 83.a

SECTIO III. *Malum dicis Capillorum neglectus.* 84.a

SECTIO IV. *De Crinibus alienis. Quid ipſi, quando geruntur ab aliquo, vociferentur?* ibid.

SECTIO V. *De Capillorum Rhetoricâ. An Tropos & Figuras habeas?* 85.a

SECTIO VI. *De Capillorum mendaciis.* ibid.b

Nota I. *De Calvitio, Laudandi-ne, an vituperandi, quos afficit?* 86.a

Nota II. *De Calvariâ. An, & quid loquatur? Quid de regimine Vitæ, & quid de preparatione ad mortem nos doceat?* 87.a

Nota III. *De Cerebro. An ab ipſo proveniat morum animalium diverſitas?* ibid.

ARTICULUS V. Κεφαλολογία. De Capitis Colloquutione. 89.

SECTIO I. *Caput pulchrum delineat, nonnulla vocabula examinat; & diſputat de dentium numero.* ibid.b

SECTIO II. *Dilucidantur, & proponuntur nonnullæ Capitis Taciti colloquutiones.* 92.b

ARTICULUS VI. Οπολογία. De Vultûs Colloquutione. 96.

SECTIO I. *An ſecura ſint Indicia, quæ ex Vultûs mutatione* (*Hiſp.* de el ſemblante) *ſumuntur?* 97.a

SECTIO II. *De Protei facie. An in varias illam formas transfigurare & transformare potuerit?* ibid.b

SECTIO III. *De Vertumno. An apud Latinos ille fuerit, qualis Proteus apud Græcos & alios?* 98.b

SECTIO IV. *De Phyſiognomiâ. Quàm certa ſit & cur in Facie ſecernas accidentia à ſubſtantiâ?* 100.a

SECTIO V. *De Metopoſcopiâ. Quam hoc nomine Artem intelligamus?* 101.a

SECTIO VI. *De Faciei gratiis & perfectionibus. Quo Zeuxis modo univerſas in uno ſimulachro collegerit?* ibid.

SECTIO VII. *De Paſſionibus animi. Quæ & quomodo Vultu prodantur?* 102.b

SECTIO VIII. *De Vultûs proditione & mendaciis.* 103.b

SECTIO IX. *An Vultuum diverſitas ad ſigna naturalia pertineat? An à voluntate dependeat, & ſoleat aliquando mentiri?* 105.a

SECTIO X. *Adhuc de Vultu. An Voci poſſit & ſoleat contradicere?* 109.a

SECTIO XI. *De Detractoribus. Quo modo compeſcantur?* ibid.

SECTIO XII. *De Lætitiâ, & Mœrore. Nequeunt latere in animo, quin ex vultu innoteſcant.* 110.a

SECTIO XIII. *De Fronte in ſpecie. An etiam loquatur, interioreſque animi paſſiones indicet?* ibid.b

Nota. *Adduntur nonnulla Vultûs loquentis teſtimonia, quæ præcedentes Concluſiones adfirmant.* 111.b

ARTICULUS VII. Οφθαλμολογία. De ſimplici Oculorum Colloquutione. 112.

SECTIO I. *De Oculorum Phyſicâ.* 113.a

SECTIO II. *De Oculorum Orthographiâ.* 115.a

SECTIO III. *De Oculorum Grammaticâ.* ibid.

SECTIO IV. *An ſciant Oculi Nomina declinare per Caſus?* 125.a

SECTIO V. *An verba Oculi per Modos & Tempora conjugare didicerint?* 128.a

SECTIO VI. *De Oculorum Lexico.* 131.a

ARTICULUS VIII. Iterum de Oculis. Proponitur, & diſſeritur Oculorum Rhetoricâ. 134.

SECTIO I. *De Fine Ocularis Rhetoricæ.* ibid.a

SECTIO II. *Quid nomen* Oculus *ſignificet, & unde dicatur?* 135.b

SECTIO III. *De Humanis Affectibus, quas prodit, & exponit Ocularis Rhetorica.* 136.a

SECTIO IV. *De Figuris Ocularis Rhetoricæ.* 137.a

Ænigma. 138.a

Ætiologia. ibid.b

Aganactesis. 139.a

Amphidiorthoſis ibid.

Anadiploſis. ibid.b

Antonomaſia. ibid.

Apoplaneſis. 140.a

Aporia. ibid.b

Apoſiopeſis. 141.a

Apoſtrophe. ibid.

Ara, aut Catara. ibid.

Aſteiſmus. 142.b

Aſymbeton, vel Dalython. 143.a

Catachreſis. ibid.

Characteriſmus. ibid.

Cleuaſma. 146.b

Diabole. ibid.a

Diæreſis, vel Epanaphora. 147.b

Diaſyrmus. ibid.a

Diorthoſis. 148.b

Epiplexis. ibid.a

Epiploce. 149.a

Erotema. ibid.

Epitrope. ibid.

Metonymia. 152.b

Nota. *De Infernalium pœnarum (ſenſus & damni) acerbitate.* 155.b

Ironia. 157.b

Lytote & Hyperbole. 158.a

Hyſterologia. 160.b

Metaphora. ibid.

Metatheſis. 161.b

Pleonaſmus. ibid.

Thaumaſmos. 162.a

SECTIO V. *Adhuc Oculos loquentes auſcultemus.* ibid.b

SECTIO VI. *An operentur Oculi?* 163.a

SECTIO VII. *De Oculis laſcivis.* 164.b

SECTIO VIII. *De Oculis furacibus. An in Hiſpaniâ Caroli V. Optimi Imperatoris tempore ejus Miniſter Xeures oculis furaretur?* 165.a

SECTIO IX. *De Inſenſibilitate Virtuali. Quid ſit? An Viſu, Auditu, & aliis ſenſibus poſſimus ſponte deſtitui? an illis mercatores, An Amaſii, an Aulici ſponte deſtituantur de facto?* ibid.b

SECTIO X. *De Larvâ. Nonnullæ voces Latinæ & Hiſpanicæ dilucidantur; exponiturque quàm propudioſum crimen ſit in Nobili Viro Proditio.* 166.b

ARTICULUS IX. Χρωματολογία. De Colloquutione per Colores. 167.

SECTIO I. *De Coloribus, ſi ſumantur pro literis.* ibid.

SECTIO II. *De Coloribus, ſi ſumantur pro rebus.* 169.b

Luridus. 170.a 175.a

Argenteus. ibid.

Albus. 171.a

Aëreus. ibid.b

Chryſtallinus. 172.a

Vitreus. ibid.

Aqueus. ibid.

Aureus, Obryzum. 173.a

Flammeus, Igneus. 174.b

Pallidus. ibid.b

Croceus. ibid.

Melleus. 175.b

Pullus. 176.a

Byſſinus. ibid.

Viridis. ibid.b

Roſeus. 181.b

Purpureus. 182.a

Sanguineus. ibid.b

Coccineus. ibid.

Hyacinthinus. 183.a

Ferrugineus. ibid.b

Cya-

Cyaneus. 184.b
Caſias. 185.a
Venetus. ibid.
Puniceus. ibid.
Niger. ibid,b
Nota I. *De Symbolorum, quæ à Coloribus petuntur, Uſu, & Abuſu.* 186,b
Nota II. *De Ordine Articulorum ſubſequentium.* 189.a
ARTICULUS X. Δαχρυλογία. De Colloquutione Lachrymarum. ibid.
SECTIO I. *De Artificialibus Lachrymis in particulari.* 190.b
SECTIO II. *De Homine. An ſit natus ad lachrymas?* 194.b
SECTIO III. *De lachrymarum Logicâ. An Contradictorias ſimul veras admittat?* 197.a
SECTIO IV. *De Enthymemate. Quid illud ſit? An aliquam Præmiſſam poſſit Intellectus tacere? Et quid per analogiam debeat dici de Lachrymis?* 198.a
SECTIO V. *De efficaciâ Dialecticâ. An quantam Vocalis in Syllogiſmis, tantam habeat Ocularis in Lachrymis?* 199.a
SECTIO VI. *De Lachrymabilibus lachrymis.* 201.a
SECTIO VII. *De ridiculis lachrymis.* ibid.b
ARTICULUS XI. Ρ'ινολογία. De Naſi Eloquutione. 202.
SECTIO I. De *Naſo Semiramidis. Et hinc ſumptâ occaſione ipſa tota accuratè depingitur.* 205.a
SECTIO II. *Quænam in naſo pulchritudo requiratur?* 206.b
SECTIO III. *Magnos Græci naſos deteſtabantur.* 207.a
ARTICULUS XII. Στοματολογία. De Oris Colloquutione. 209.
SECTIO I. Περὶ τῆς φωνῆς τάσεως, *hoc eſt, de pronunciandi modo ſeu Tono.* 210.a
SECTIO II. De *Divino, Angelico, & Humano Idiomate.* 211.
SECTIO III. *De Vocis Quantitate.* 212.a
SECTIO IV. *De Vocis ſuavitate.* ibid.b
SECTIO V. *De Mœrore, & Gaudio. An, & hi in Voce percipiantur Affectus?* 214.b
SECTIO VI. *De Vocibus Superbâ & Humili.* 216.b
SECTIO VII. *De vehementi, amaro, & inconcinno Vocis tono.* 217.b
ARTICULUS XIII. Στοματολογία. De tacitâ & inarticulatâ Oris Colloquutione. 219.
Nota. *De præcedentium, & ſubſequentium Articulorum connexione.* 220.a
ARTICULUS XIV. Γελωτολογία De Riſus Colloquutione. 222.
SECTIO I. *Ridere, ſeu lætari.* ibid.a
SECTIO II. *Arridere, Ridere, Aſſentiri.* ibid.b
SECTIO III. *Ridere, Irridere, Contemnere.* 225.a
SECTIO IV. *An Riſus aliquando ſit mendax?* ibid.b
ARTICULUS XV. Βηχολογία. De Tuſſis Colloquutione. 226.
SECTIO I. *De Grammaticâ Tuſſis.* 227.a
SECTIO II. De *Rhetoricâ Tuſſis.* 228.b
SECTIO III. *De Sputo.* 230.a
ARTICULUS XVI. Φιλεματολογία. De Oſculorum Colloquutione. ibid.
SECTIO I. *An-ne Oſculum Cultus & Adorationis ſignum ſit?* 231.a
SECTIO II. *Non Deorum tantùm, ſed, & Amicorum facies Græci & Romani Veteres oſculis honorabant.* 234.a
SECTIO III. *Servis Domini manum præbebant oſculandam,* ibid.b
SECTIO IV. *Quale genus Adorationis ſit manum propriam exoſculari?* 236.b
SECTIO V. *De Genuum oſculo. Quibus indulgebatur.* 238.a
SECTIO VI. *De Genuflexione. Quem cultum importet, & cui ſit debita?* 239.a
SECTIO VII. *De Pedum oſculo. An ſoli* Deo *debeatur? an illo colli Homines poſſint?* 241.a
SECTIO VIII. *De Barbæ Colloquutione.* 243.b
SECTIO IX. *De Barbâ unguentis delibatâ. Et ex occaſione edifferuntur nonnulla de negativa, & poſitivâ hujus Vitæ felicitate.* 245.b
SECTIO X. *De S. Mariâ Magdalenâ. Recenſetur, & diluci-tur Evangelica Hiſtoria. An unguento capillis & lachrymis fuerit loquuta?* 247.b
SECTIO XI. *Exponuntur illa Regis Prophetæ verba, & inimici ejus terram lingent.* 248.b
SECTIO XII. De Juda *oſculo. An oſcula ſignificent quidpiam naturaliter? an ad placitum ſoleant ſignificare? an & mentiri poſſint? an & voces reſtringere?* 250.a
Nota. *De Linguâ. Eſt incerta natura: & in utramq; partem proſiliens, Sæpe enim ad contumelias evomendas, aut ad idyllia decantanda in ore adulatoris, non à ratione, ſed ab utilitate reſtringitur.* 251.a
ARTICULUS XVII. Ωμολογία. De Humerorum Colloquutione. 252.
ARTICULUS XVIII. Νωτολογία. De Dorſi colloquutione. 253.
SECTIO I. *In Luctâ dorſo terram metiri, eſt* ἐπινίκιον *ad laudem hoſtis canere.* ibid.a
SECTIO II. De *Tergi verſione. Quid ſignificet?* 254.a
ARTICULUS XIX. Βραχιονολογία. De Brachiorum Colloquutione. 255.
SECTIO I. *Exponitur Emblema Brachium, non Gladius.* ibid.
SECTIO II. *De Amplexibus. Sint-ne amicitiæ Teſſera? An ſint aliquando mendaces?* 256.b
SECTIO III. *De Brachiorum Rhetoricâ in communi; & de Ænigmate in particulari.* 258.a
ARTICULUS XX. Πηχυαιολογία. De Cubitorum Colloquutione. 259.
De *Nemeſeos ſtatuâ brachii dexteri cubitum manu ſiniſtrâ ſuſtinentis.* 260.a
ARTICULUS XXI. Χειρολογία. De Manuum Colloquutione. 261.
SECTIO I, De *Manu univerſim: & de Muſâ ejus directioni præpoſitâ.* ibid.b
Comœdi Chirologi. 262.b
Muſici Chirologi. 263.b
Vocis manus Etymon. 264.a
SECTIO II. De *Chironomiâ in genere: & de tribus ejuſdem ſpeciebus in particulari.* 265.a
SECTIO III. *De Grammaticâ Chironomia.* 268.b
SECTIO IV. *De Lexico Chironomia.* 270.b
SECTIO V. *De Rhetoricâ Chironomia.* 280.a
SECTIO VI. *De Dexterâ. Quænam in Mundo pars dextera, & quæ ſiniſtra cenſeatur?* 284.a
SECTIO VII. *Cur in Pontificum Bullis, in quibus appenditur ſigillum plumbeum à dextris Paulus, & Petrus à ſiniſtris ponatur?* ibid.b
SECTIO VIII. *An Chirologia conſtans ſit, & perpetua; an verò varietur temporibus, & locis mutatis?* 286.a
SECTIO IX. *De modo numerandi & loquendi per digitos.* ibid.
SECTIO X. *De loquutione Angelorum. Varia referuntur Theologorum ſententiæ. An Dæmones loquantur per motum? An per manum?* 289.b
SECTIO XI. *An per manûs motum oratio ambigua reſtringatur? Ut quæſtio reſolvatur & dilucidetur, ex Sacris & profanis Literis Hiſtoria curioſa recenſentur.* 291.a
ARTICULUS XXII. De Stylo. Quid ille ſit; & quantâ varietate materialiter, & formaliter multiplicetur? 299
SECTIO I. *De Stylo Graphico. Quomodo Scriba ex characterum figurâ & normâ dignoſcatur?* ibid.a
SECTIO II. *Iterum de ſtylo. Hoc eſt, de Penicillo & acu in Picturis.* 300.a
SECTIO III. *De Styllo. De Orationis Ornatu.* 301.a
SECTIO IV. *De ſtylo immaturo & præcoci. An quilibet ſcribere poſſit de re qualibet?* 303.b
SECTIO V. *De ſtylo Rhetorico. An ſit ſcientiis ſublimioribus aptus.* 304.b
SECTIO VI. *De Stylo Culto, ſeu Occulto. An quæ non intelliguntur, debeant carpi, aut laudari.* 305.a
SECTIO VII. *De ſtylo Barbaro. An & quando oporteat loqui contra leges Grammaticæ?* ibid.b

SE-

SECTIO VIII. *De ſtylo Philoſophico dudum à nobis ficto, An ab Scholaſticis admitti debeat?* 306.b
SECTIO IX. *De ſtylo Militari. An debeat fulciri, & inniti Matheſi?* 307.a
SECTIO X. *De ſtylo Uniformi & Æquali. An poſſibilis ſit?* ibid.b
SECTIO XI. *De ſtylo querulo. An de Inuidiâ, aut Æmulis liceat ſtrenuis Scriptoribus conqueri?* 308.b
SECTIO XII. *De ſtylo incriminante cæcitatem Fortunæ. Cur Artes Liberales dicantur? De Minervâ Equeſtri. Cur ſit Curruum Antiſtes? Cur plerique Viri docti ſint pauperes? An querimoniæ cauſam habeant?* 309 b
SECTIO XIII. *De ſtylo Hiſtorico. An eſſe ornatus debeat? An uti liceat calamo alieno Ingenioſus Scriptor? Quid de Joannis Calvini operibus dicendum ſit?* 310.b
SECTIO XIV. *De ſtylo aculeato, invectivo & Satyrico. Quàm periculoſus ipſe ſit? Debet, ſi tolli non poſſit, moderari.* 311.a
SECTIO XV. *De ſtylo Conciſo. An ſemper laudanda ſit Brevitas?* 312.a
SECTIO XVI. *De ſtylo Divinatorio. An ex orationis charactere, dicto, aut ſcripto, de Authoris ingenio, & moribus ſententiam perferre poſſimus?* ibid.
SECTIO XVII. *De ſtylo ſcribendi & loquendi. An, qui eloquenter ſcribunt, ornatè etiam & curioſè loquantur?* ibid.b
ARTICULUS XXIII. Χειρομαντία. De eâ, quæ fit per manuum lineas, Divinatione. 313.
SECTIO I. *An per manuum lineas præcognoſcere futura contingentia poſſimus?* ibid.a
SECTIO II. *De Chiromantiâ Eccleſiaſticâ.* 315.b
De Aureo Numero ex manûs lineis prædicendo. ibid.
De Epactis in eiſdem lineis inveniendis. 316.b
De dierum, quibus ſinguli Menſes componuntur, numero. 317.a
De Epactis ſingulorum dierum. ibid.
De Novilunio. ibid.
De Cyclo Solari. ibid.b
De Literâ Dominicali. 318.a
ARTICULUS XXIV. Χειροθεσία. De manuum Impoſitione. Quid illa univerſim ſignificet? &, quomodo per conſignificantes circumſtantias reſtringatur? 319.
SECTIO I. *An per* Χειροθεσίαν *fiat adoptio?* ibid.
SECTIO II. *An Benedictio per* Χειροθεσίαν *concedatur?* 322.b
SECTIO III. *An per* Χειροθεσίαν *Chriſtus & Apoſtoli curarint ægrotos?* 323.a
SECTIO IV. *An per* Χειροθεσίαν *Sacramentum Baptiſmi adminiſtretur?* 325.a
SECTIO V. *An Confirmationis Sacramentum per* Χειροθεσίαν *conferatur?* 333.a
SECTIO VI. *De Primâ Tonſurâ. An Clerici per* Χειροθεσίαν *initientur?* ibid.b
SECTIO VII. *An Minores, quos vocant Ordines, per* Χειροθεσίαν *conferantur?* 343.a
SECTIO VIII. *De Majoribus Ordinibus, An Hypodiaconatus & Diaconatus per* Χειροθεσίαν *conferantur?* 345.a
SECTIO IX. *An Concionatores, & Eccleſiaſtæ per* Χειροθεσίαν *inſtituantur?* 346.a
SECTIO X. *An per* Χειροθεσίαν, *an verò per* Χειροτονίαν *Presbyteri & Epiſcopi olim conſecrarentur?* ibid.b
SECTIO XI. *De Presbyterarum, & Diaconarum Electione. An fieret per* Χειροθεσίαν? 351.a
SECTIO XII. *An per manuum impoſitionem olim reconciliarentur pœnitentes?* 352 b
SECTIO XIII. *De Simoniâ, An manuum impoſitio vendi poſſit?* 353.a
ARTICULUS XXV. Δωρολογία. De Donorum & Munerum Colloquutione. 354.
SECTIO I. *De Donorum & Munerum univerſim ſumptorum ſignificatione.* ibid.b
SECTIO II. *De aliquorum Donorum, quia talia ſunt, ſignificatione.* 356.b
SECTIO III. De *Donis quæ Cantantia vocantur.* 357.a
SECTIO IV. De *Dono Cantante, Dario, Hyperboreas Provincias invadenti, à Scythicis Regulis miſſo.* 358.a
SECTIO V. De *Chirothecæ projectione. Quid inter Nobiles & Milites ipſa ſignificet?* ibid.b
SECTIO VI. De *muneribus Hoſtium. An imprudenter admittantur?* 359.a
SECTIO VII. De *Rhetoricâ Doricâ.* ibid.b
ARTICULUS XXVI. Γονυολογία. De Genuum Colloquutione. 360.
Nota. *An homines claudicando loquantur?* 361.a
De *Genuflexione. Quid ſignificet? & cur utrumq; genu flectat mulier, & alterum tantummodò vir?* 362.a
ARTICULUS XXVII. Ποδολογία. De Pedum Collocutione. 366.
SECTIO I. De *Arte loquendi Pedibus, An poſſit habere proprium Abecedarium?* 367.a
SECTIO II. De *S. Joanne Baptiſtâ. An pedum motu Verbo Incarnato reverentiam & adorationem exhibuerit?* 368.a
SECTIO III. De *Statuâ Fortunæ. An Pede & non Ore loquatur?* ibid.b
SECTIO IV. De *Sepulchro Herculis. An, ut illud oſtenderet pede, fuerit loquutus Philoctetes?* 369.a
SECTIO V. De *Regreſſu. Quid ipſe in Principum Palatiis ſignificet?* 370
SECTIO VI. De *Oſtii pulſatione. An qui pedibus pulſat fores, aliquid ſine verbis loquatur?* 371.a
SECTIO VII. De *Aula Principis. In quali Civitate eſſe debeat? An poſſimus præbere ſalutaria conſilia?* ibid.b
SECTIO VIII. De *Obedientiâ. An præcipienti Superiori, non linguâ ſed pedibus ſit reſpondendum?* 372.a
SECTIO IX. *Quid in ipſis Annuli, Creta, Calcei, aut etiam illorum carentia ſignificet?* ibid.
SECTIO X. De *Claudis. Sint-ne honorandi, an verò onerandi Cenſurâ?* 373.a

ΠΟΛΎΜΝΕΙΑ

De Idiomate Naturali & Reſtrictione Senſibili.

PROOEMIVM I.

De Reſtrictionibus, quæ Perſonas concernunt.

Perſona, quid ſit?

πρόσωπον πρόσωπος

GRæcè Πρόσωπον, & ut Platoni placet Comico, πρόσωπος, dicitur, quod eſt ante oculos, ſeu vultus faciem. Scapula [In Novo Teſtamento πρόσωπον, non tam de perſonâ hominis dicitur, quàm de accidentibus, ejus & circumſtantiis, ut λαμβάνειν πρόσωπον. Lucæ c. 20. & 21. Πρόσωπα apud Theologos perſonæ in Sacroſancta Trinitate quæ & ὑποςάσεις Gregorio, & ἐφιςάμενα. &c.] Et hoc ſenſu vocem uſurpavit Martialis, quem jam hodie Theologi univerſi ſequuntur.

Quo ſenſu loquantur Theologi?

Quæ autem Grammatica?

Perſona autem Grammaticè à perſonando dicitur, & ſignificat *larvam*, quod per ejus os vox perſonet. Hiſpan. *la maſcara*. Et hoc ſenſu accipi ſolet *Perſonatus*, Hiſp. *el que eſtá enmaſcarado o disfrazado*. Cicero 3. de Orat. *Quò meliùs noſtri illi Senes, qui perſonatum, ne Roſcium quidem, magnopere laudabant*. Et libr. 15. ad Attic. *Quid eſt autem, cur ego perſonatus ambulem?* Et univerſim loquendo, res ſimulata & ficta, *perſonata* vocatur; ut *perſonata felicitas*, *perſonata valetudo*, *vulnera*, &c. Non eſt cur multa ſcribam de acceptione hujus vocis Grammaticâ: ſcimus enim Perſonas in Verbis eſſe tres (Primã, Secundam, Tertiam,) & per duos apud Latinos caſus, &c. & per tres apud Hebræos, Græcos, &c. conjugari. In Philoſophorũ Lexico *Perſona* eſt intellectualis naturę individua Subſtantia: nã ex Boëtio, & omnibus poſt ipſum tria in Perſonâ

Hiſp. La maſcara.

Perſonatus.

Perſona in verbis, quæ? & quot?

Quid ſit Perſona apud Philoſophos?

eruditi requirunt (1) quod in Subſtantiæ Prædicamento ſit, nam in aliis novem per quæ Accidentia diſtribuuntur, locum non habet. (2) quod ad Intellectualium gẽnus ſpectet; nam bruta, plantæ, lapides, &c. Suppoſita, & non Perſonas habent. (3) quod Singularis ſit, nam hoc nomen non dicitur de Vniverſalibus. Et hanc tertiam conditionem non bene omnes defendunt, nam ex Perſonâ hac & Perſonâ illâ cur non poterit abſtrahi ratio quædam utrique Perſonæ communis, & hæc erit univerſalis & indeterminata. Venio ad Rhetoricam & audiri deſidero Ciceronem in Topic. *In hoc genere Oratoribus & Philoſophis conceſſum eſt, ut muta etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo poſſit, augendæ rei gratiâ dicatur*.

An poſſit dari Perſona communis & univerſalis?

De Perſona Rhetorica.

Hinc duæ Figuræ celebres in Rhetoricâ occurrunt Προσωποποιία, & Εἰδωλοποιία. quas non omnes accuratè ſecernunt. Prior Perſonam realem aut moralem, abſentem aut mortuam producit; præſtatque ut eloquatur. Exempla inſignia apud Scriptores occurrunt. Polydori perſonam *in ſua Hecuba* introducit Euripides: & Appii Cœci imaginem *in Orat. pro M. Calio* Cicero. Et extſtat etiam apud illum erudita Patriæ in Catilinam expoſtulatio: incriminatur enim Romam, quod Vrbis everſorem, quem jam pridem ad ſupplicium oportuerat deduci, incolumem emiſerit mœnibus. Poſterior id quod Perſona non eſt, ac ſi Perſona eſſet, loqui & audiri jubet, ut ſiquis dicat.

De Proſopopœia & Idolopœia.

Titius eſt Perſona Realis, Roma Moralis.

Lingua ſcelus tacuit, ſcelus autem ſanguine prodit
Infectus Gladius, Tacitus clamare videtur,

De Ironia & Idolopœia primo authore.

Regis Hyperborei, qui cor tranſfodit, ego ſum.

Et quanti debeat fieri hæc Figura, ſuadet ratio ab Authore & Antiquitate deſumpta, nam Deus ipſe, qui primo noſtro Parĕti per Ironiã dixit. *Ecce Adã, factus eſt quaſi unus ex nobis ſciens bonum & malū*; per Idolopœiã dixit Caino, *Vox sãguinis fratris tui Abel, clamat ad me de terra*.

Geneſ. 3. 4.

Geneſ. 4. b.

ARTICVLVS I.

De Circumſtantia Perſonæ. *An Iudicium alteret, & æquivoca (verba aut ſigna) reſtringat?*

Perſona in tria membra dividitur.

POST Perſonæ Definitionē, quam jamdedimus, & dilucidamus, ad ejuſdem diviſionē venimus. Aliæ poſſent adduci; ſed quæ noſtra impræſentiarùm intereſt, in tria hæc illam membra videlicet, *Qua, Cui, De qua*) ad quæ cætera reducuntur, diſpeſcit. Verba enim eadem ſi fortè ambigua, per harum trium Perſonarum qualitatem, ſeu circumſtantiam reſtringuntur. Rem dilucido exemplo. Aliter in Iure Civili, & aliter in Canonico accipitur *Suſpenſionis ſententia*; ſuſpendunt enim in patibulo furem Civiles Iudices: & ab Ordinum uſu v. gr. Eccleſiaſtici: ſuſpenſio enim Canonica, ut habet P. Mendus, eſt cenſura, per quam Perſonæ Eccleſiaſticæ impeditur uſus alicujus poteſtatis, aut juris Eccleſiaſtici: non autem tollitur. Hæc ergo verba, *Titium ſuſpendi jubeo* ſi dicta à Rege ſententiã capitalem important, & concernunt patibulum, ſi autem dicta ſint ab Epiſcopo, pœnam Eccleſiaſticam continent. Si dicta ſint à Papa, qui habet gladium utrumque, & reos poteſt Canonicâ & Civili ſuſpenſione damnare, Perſona, de quâ dicuntur, & cui dicuntur, cōſiderari debet. Nam, ſi Titius ſit famoſus fur, & Pōtifex Gubernatori Romanæ Civitatis loquatur, actum eſt de condemnati vita: cæterùm, ſi Titius Clericus ſit, & crimen, ob quod condemnatur, ſit Sacros Ordines ex. gr. ante legitimam ætatem ſuſcepiſse, & Pontifex, aut Auditori Cameræ, aut Vicario loquatur, Canonica eſt ſuſpenſionis ſententia, & non agit de vita, aut de laqueo.

Suſpenſio vox æquivoca in Iure.

Quo modo reſtringatur?

Quid Eccleſiaſtica ſeu Canonica ſuſpenſio; & quid Civilis ſit?

Perſona quæ, cui, & de qua debent conſiderari.

In quacumque cauſa aut proceſſu Iudicium cum Perſona mutatur.

MVtat ſanè in omni cauſa, & lite Perſonæ circumſtantia Iudicium. Quæ licent Hero, condemnantur in Famulo: & quæ toleramus in Domino, exſecramur in ſervo. Et huc omnia pertinent, quę de Acceptione Perſonarum, & Autophilia à Politicis ſcripta. Noverat hanc doctrinam Virgilianus Menalcas, qui Eclog. 3. adverſus Damœtam exclamat,

Quid domini facient, audent cum talia fures? [*]

& certè multa, quæ de hoc argumento adduci poſſent, Iuvenalis *Satyr.* 13. & Seneca *epiſt.* 87. reduxere ad ſynopſim, & D. Franciſcus de Quevedo *in Parnaſ. Hiſp. Muſ. 2. nu. 5. pag.* 51. ad numeros ſequentes tranſtulit.

Si de un delito proprio es precio en Lido
La horca y en Menandro la diadema,
Quien pretendes (o Iupiter) que tema
El rayo a las maldades prometido?
Quando fueras un robre endurecido,
Y no del Cielo Mageſtad ſuprema,
Gritaras tronco a la injuſticia extrema [a]
Y Dios de marmol dieras un gemido.
Sacrilegios pequeños ſe caſtigan,
Los grandes en los triumphos ſe coronan;
Y tiene por blaſon, que ſe los digan [b]
Lido robó una choça, y le appriſionan,
Menandro un reyno [c] *y ſu maldad obligan*
Con nuevas dignidades, que le abonan.

*] Fortè Virgilius. *fervi* ſcripſit, non *fures*: ſervi enim & non fures dominis contraponuntur.

Clarum argumentum pro materia quam tracto, ex verſibus Quevedi deducitur. In illis invocatur Iupiter. Ergo, aut feriò, aut per riſum. Sed utrum judicare debemus? Hoc ſane ultimum, Perſona, quæ loquitur conſiderata, cùm enim D. Franciſcum eſſe Orthodoxū certum ſit, illum Ethnicorū Deos ridere & irridere certū eſt.

De Numinibus manu Artificū factis.

Quo-

Quorum doctrina, nam experientia quotidiana fulcitur, ulteriore probatione non indiget.

Et quidem talis interdum eſt hominum, etiam prudentium & doctorum affectus; ut non qualis res ſit, ſed à quo facta, examinent. Et hanc ob rem in eorum Tribunali ob Authorem, ſeu bonæ, ſeu malæ condemnantur res ipſæ. *Libri*, inquit Plato, *etiam boni, ſceleratorum ſcriptorum, ut eorum memoria auferatur, ſunt tollendi Græcorum lege*. Et hanc legem Invidia contra ſuos inimicos propagat: ſcripta enim bona, quæ, ſi eſſent Titii collaudaret, ſi fuerint Semphronii condemnat.

Plato in Crat. *An libri boni, ſi à malis ſcripti, damnari debeant?*

Madriti D. Petrus Orlanza, & D. Franciſcus Santander ſcripſerant ingenioſam Comœdiam: illamque nondum viſam, nondum datam & actam (aut, ut Hiſpanus loquitur, nondum repræſentatam) illorum Æmuli hac Inſcriptione condemnarunt.

Eſta Comedia Señores,
Que ſoys Iuezes y Cenſores,
Si mereciere alabança,
No es de Santander ni Orlanza;
Mas ſi no ſe puede ver,
Es de Orlanza y Santander.

Eſt Hiſtoria vera, & Madriti accidit: tametſi noluerim propria nomina exprimere, illa enim ad cóceptus elegantiam non pertinent.

Ecce quali, & quanto prejudicio iſtorum verſuum Auctor in Orlanzam & Santanderium ferebatur: opinabatur enim, nihil boni prodire poſſe ab illorum ingeniis; & non prodire nihil mali.

Odia hæc, quæ tolerari in Comœdiis (hoc eſt, in nugis) poſſent, magno damno Reipublicæ irrepſêre in Senatum: ſæpè enim contradicendi ſtudium propellit Iudices in ſententias contrarias. Aſſerit Cato, quia negat Cæſar; eadem ipſa, ſi hic aſſerere velit, negaturus ſtatim. Votumque Antonii auſcultat Cicero, ut eloquentiæ ſuæ phaſelum vento regat contrario. Similia accidunt crebrò in Regio qualicumque Conſilio; & ex aliquibus, quæ à D. Chriſtophoro de Benavente, & aliis recenſentur, hoc mirabile Apophthegma [*] ſubjicio. [Dum de re graviſſimâ diſſerebatur, dormitabat Aurelius; qui motu cubiti à proximè aſſidente excitatus, & juſſus ſententiam ſuam proferre, *Ego*, inquit, *à voto Caſſimiri diſſentio*. Et quia Senatores cæteri mirabantur, dicebantque, nondum fuiſſe Caſſimirum loquutum: *Nihil refert*, ait Aurelius, *eſt enim perniſioſum Reipublicæ, quidquid ipſe propoſituraſ eſt*.] Et utinam hodie in Summis Principum & Regum Conſiſtoriis pauci tantùm Aurelii reperiantur.

In Regio ipſo Senatu ſæpè mirum contradicendi ſtudium, eſt apud aliquos cauſa & ratio aſſerendi & negandi.

*] Cicero lib. 1. Offic. *Multaque multorū facetè dicta, ut ea, quæ à ſene Catone collecta ſunt, quæ vocant* ἀποφθέγματα.

a] Imitatur Iuvenalem, & Senecam, & ideò ad Iovem orationem convertit: & eum & cum ipſo cęteros Deos Ethnicorum irridet, qui ſunt lignei, aut lapidei; & præter materiam, & cultum externum, quem exhibet ſuperſtitio, nil habent. Vnde Pſalmiſta exclamat, *Simulachra Gentium argentum & aurum, opera manuum hominum; Os habent & non loquentur; oculos habent, & non videbunt; aures habent, & non audient: neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum. Similes illis fiant, qui faciunt ea: & omnes, qui confidunt in eis.*

De Gentium Diis. Quales ſint? An poſſint invocari à Chriſtianis?

b] Gloriantur improbi in ſceleribus ſuis: & ſunt multis ſcandalo. Dum hæc ſcribo, occurrit hiſtoriola, quæ Veritatem hanc confirmare videtur. Ob furta & extorſiones, quas in diverſis pagis fecerat Legionarius N. capitur, & ad Antuerpienſe caſtrum mittitur. Illi Comes de Fera, qui erat ibi Præfectus, *Gualgome de vella a V. S. con ſalud, aunque me peſſa de que le traigan preſſo*. Et Legionarius, *Parabienes me de V. S. no peſſames; pues ſabe que no vengo preſſo por trayder, ſino por ladron con marka honra*. Eram Antuerpiæ tunc: perſonam autem nominare non expedit.

Eò morum pervenit corruptio, ut honori ducant aliqui ſcelera execranda committere.

c] Et hic appoſitè hiſtoria Alexandri & Piratæ recenſebitur. Intercœperat pelagi graſſatorem, qui cum una aut altera navi diſcurrebat; condemnat illum laqueo, & Pirata ad Superos exclamat dicens.

Mens ubi, judicium, aut ratio eſt? ubi recta voluntas?
Qui paucas rapuit merces pendere jubetur,
Et qui Aſiam totam ſpoliat, Rex nomine Magnus
Dicitur: ne video ligna ſunt Numina: parvis
Dat Fortuna crucem furtis, magniſque coronam.

Qui pauca furantur, puniantur: & qui furantur multa, animos conſequuntur honores.

Ita quidem res agitur; eadem res, ſi à Titio perpetretur, erit alba; &, ſi à Semphronio nigra.

Hiſtoria Alexandri & Piratæ.

SECTIO I.

De Sexu. *An eadem verba, aliter ſi à Viro dicta, aliter ſi à Fœminâ, debeant* [*] *interpretari?*

*] Tametſi plerique omnes activè verbum iſtud accipiant, Agellius *lib. 13. cap. 13.* illud accipi paſſivè præcipit.

PONO ob oculos annoſam uxorem Zebedæi: ejuſdem verba refero: Chriſti clementem reſponſionem ſubjungo: ut videas in fœmina, grandæva, matre & paupere Petitionem tolerari imprudentem, quam in Viro Iuſtitiæ condemnaret ſeveritas. His illam verbis *lib. 5. de Fide ad Gratianam cap. 3.* Ambroſius, eximius Eccleſiaſtes, ediſſerit. Ergo eum audiunto.

Matth. 20. 20.

Conſiderate, quæ mater filiorum Zebedæi cum filiis, & pro filiis petat. [Si nimia, & temeraria alicui videatur ejus ambitioſa petitio, Perſonæ circumſtantia debet conſiderari.] *Mater eſt utique, cui pro filiorum honore ſollicita, immoderatior quidem,*

In humanis actibus bonitatem malitiamve, augendere & remittere ſolet circumſtantia Perſonæ: eadem enim verba aliud judicium ſubeunt, ſi à muliere, & aliud ſi à viro dicantur.

ſed tamen ignoſcenda menſura votorum eſt: atque mater ætate longæva, ſtudio religioſa, ſolatio deſtituta, quæ tunc temporis, quando vel juvanda, vel alenda foret validæ prolis auxilio, abeſſe ſibi liberos patiebatur, & voluptati ſuæ mercedem ſequentium Chriſtum prætulerat filiorum; qui prima voce vocati à Domino (ut legimus) relictis retibus & patre, ſecuti ſunt eum. Hæc igitur ſtudio maternæ ſedulitatis indulgentior obſecrabat Salvatorem, dicens: Vt ſedeant hi duo filii mei, unus ad dextrā tuam, & alter ad ſiniſtram in regno tuo. *Etſi error eſt*[adhuc conſiderari cauſa debet unde ille oriatur: aliter enim indiſcreta devotio, & aliter pertinax malitia incriminatur. Errori ſubeſt devotæ Anûs petitio. Quis de hoc dubitet] *Pietatis tamen error eſt. Neſciunt enim materna viſcera patientiam: etſi voti avara, tamen veniabilis cupiditas, quæ non pecuniæ eſt avida, ſed gratiæ: Nec inverecunda petitio, quæ non ſibi ſed liberis conſulebat. Matrem conſiderate, matrem cogitate. Conſiderabat Chriſtus matris dilectionem, quæ filiorum mercede grandævam ſolabatur ſenectam: & deſideriis licèt feſſa maternis, chariſſimorum pignorum tolerabat abſentiam. Conſiderate etiam fœminam, hoc eſt, ſexum fragiliorem, quem Dominus propria nondum confirmaverat paſſione.* [*] *Conſiderate, inquam, Hevæ illius primæ mulieris heredem, transfuſa in omnes immoderata cupiditatis ſucceſſione labentem; quam Dominus adhuc proprio ſanguine non redemerat; nondum inolitam affectibus omnium immodicè contra fas honoris appetentiam ſuo Chriſtus cruore diluerat. Hereditario igitur mulier delinquebat errore.*

*] Conſtat ex his Ambroſii verbis in Chriſtianis, qui per ſanctum Baptiſma ab originaria peccati labe emaculati ſumus, debiliorem concupiſcentiam eſſe, quam in cęteris, qui originali adhuc peccato coinquinantur.
Gratia ergo baptiſmalis, non ſolùm juſtificans, ſed & auxilians eſt.

Vidiſti ſexum, ætatem, pietatemque à Chriſto teſte Ambroſio in fœmina conſiderari: ad literas humanas tranſeamus.

Quædam Herois apud Ovidium, ut ſuæ credulitatis culpam eluat, exclamat,

> *Sum decepta tuis, & amans & fœmina verbis,*

Sunt fœminæ, & præcipuè cū amant, valdè credulæ.

Quæ verba breviter ad hanc formam reduco.

In naturalibus nemo laudem, aut incriminationem meretur.

At connaturale eſt mulieribus, & præcipuè cùm amant, verba Amicorum credere.

Mulieres igitur, cùm facilè credunt, quæ à ſuis Amicis dicta, nec laudem, nec incriminationem merentur.

At ego ſum mulier, & amans: & tu eras meus Amicus.

Ergo, quia adhibui fidem verbis tuis, ſicut laudem non ambio; ſic etiam nec cenſuram promereor.

SECTIO II.

An Fœminæ mendaces ſint? An poſtulent, quæ habere non volunt; & quæ maximè appetunt, ſi offeratur, recuſent?

SVbjacet exceptioni omnis generalis doctrina: & quia plurima contra Mulieres in libris Veterum & Iuniorum leguntur, conſiderandum Primò eſt, illos à Viris eſſe ſcriptos, dicerent enim pejora & graviora de Viris, ſi à Fœminis ſcriberentur. Secundò, eſſe multas prudentes & innocentis vitæ fœminas, quas Cenſura non tangit: Ergo hac Admonitione pręmiſsâ nonnullos Scriptores legamus.

Multæ ſunt probæ fœminæ, quarum candidi mores non merentur acerbiorem cenſuram.

Solet dicere Hiſpanus, *Cada uno cuenta de la feria, como le fue en ella.* Vnde Tibullum gravia & intolerabilia à mulieribus fuiſſe perpeſſum, his enim eas coloribus libr. 3. Eleg. 4. percitus iracundiâ deſcribit.

> *Ah! crudele genus, nec fidum fœmina nomen.*
> *Ah! pereat, didicit fallere ſi qua virum.*

Et, ſi crudelis eſt, quomodo tam blandis verbis utitur, & dulcis apparere deſiderat? Non decidit, ſed intendit & implicat hoc Dubium Menander; inquit enim.

> Ἐςι γὰρ γυνὴ λέγουσα χρης' ὑπερβάλλων φόβος.
> *Mulier verbis benigna maximè eſt timenda.*

Quales ſint fœminæ? An ipſæ ſolæ ſciant?

Et tam difficilem Quæſtionem hanc Martialis judicare videtur, ut eiſdē (mulieribus) ſolùm, *Quales ipſæ ſint?* Innoteſcere poſſe, pronunciet. Hiſpanus enim erat, & ad Hiſpanicam dialectum verba accepit, cum cecinit.

> *Scire ſuos fines matrona & fœmina debet.*

Martialis libr. 11. ad Zelotypam.

hoc eſt, *Mueſtran buena cara a quien aborrecen, y dan buenas plabras a quien deſean hazer malas obras. Y*

quan-

quando, el porque, me preguntas: *reſpondo*, ſcire debent. *ellas lo deben de ſaber.* [a]

a] Apud Hiſpanos hæ phraſes, *Lo debe ſaber*, & *Lo debe de ſaber*, differunt inter ſe.

At Quæſtionem exponit & reſolvit Iuvenalis in Satyra, quam fortè non bene Critici interpretantur.

Iuvenalis Satyr. 6.

Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat nil,
Cùm virides gemmas collo circumdedit, & cùm
Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

ἔλεγχος eſt æquivoca vox. Ejus ſignificationes exponuntur.

Et quidem nomen ἔλεγχος duplicem habet ſignificationem, in theſauro enim eſt gemma, & in ſcholâ fallax & cavillatorium argumentũ. In priori ſignificatione vocem uſurpat Plinius libr. 9. cap. 35. *Ex proceribus ſua gratia eſt* (Elenchos *appellant) faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, & binos aut ternos auribus fœminarum gloria eſt.* In poſteriori Ariſtotelem, qui Fallaciarum Dialecticarum librum, περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων appellavit. Accepiſſe vocem in primâ ſignificatione Iuvenalem, exiſtimant paſsìm Interpretes, & eorum Ego veniâ in ſecundâ aſſero illum fuiſſe loquutum: & ejus verba hoc Scholio dilucido. Sic inquam [Cautæ ſunt fœminæ, & adſtantium oculos & aures ſatagunt prævenîre. Potentes ſe & ingenuas haberi ab aliis cupiunt, & ut id conſequantur, gemmas virides (nam, & pretioſa, & multa pollicentur) ponunt ob omnium oculos: intentiſque Auditorum auribus magnos elenchos, fraudes multas & eximias immittunt: & ubi ſic oculos & aures omnium ſic præparaſſe exiſtimant, omnia ſibi permittunt: & nîl judicant turpe, quod placeat.] Hic eſt Mulierum Genius: unde, qui in ſenſu contrario earum verba intelligere velit, rarò errabit. Ad rem Valentinus exclamat.

Iuvenalis locus dilucidatur.

Quale ſit fœminarum ingenium?

An ſint fallaces, & mendaces?

Mes molt be ſcuſen
Vicis amats
E los pecats
De altri eſpeculen.
E ſen tribulen
Com ſen confeſſen
De aquells expreſſa
Les circumſtancies
De aquells hau ancies
Dels ſeus non dolen
Moſtren que volen
Lo que nols plau:
Miren lo blau
Compren de grana:
Volen magrana
Raim de manen.
Mes no ſe enganen
May en lo pendre,
Prodich deſpendre
Bufonejar
Pus al pujar
Es lur plaer.

Sunt docti & eruditi Poëtæ carmina, & Valentianæ dialecti leges compendioſas obſervant. Authoris ſanè intentum, non erat inſultare Mulieribus, ſed oſtendere, Valentinos, eſſe verborum parcos, reſque verbis paucioribus, verbaque paucioribus literis exprimere, quàm Latinos, & alios. Et quidem huic profectò Dialecto debetur brevitatis & conciſionis gloria; &, ſi dubites hæc ipſa Valentina Carmina, cum Caſtellanis & Latinis, quæ ſequuntur, compone.

Et horũ Verſuum ſenſum ad Caſtellanam linguam, & Spinelas [a] ſubſequentes reduxit.

a] Spinelius, Poeta junior & celeber invenit in Decaſtichis Conſonantiarum hûc decurſum. ABBA. ACCDDC. &, quæ ad illum formantur, ab Inventore nomen habent.

Saben muy bien eſcuſar
Los vicios de ellas amados,
Y los agenos peccados
Procuran eſpecular:
De eſtos ſuelen confeſſar
Con tribulaciones y anſias
Las minimas circunſtancias [b]
De los ſuyos no ſe duelen:
Y moſtrar, que quieren, ſuelen,
Lo oppueſto de ſus inſtancias.
Lo azul miran affectadas,
Si lo encarnado conciertan;
Vuas piden quando [c] *aciertan*
A appetecer las granadas.
Jamas quedan engañadas,
Quando llegan a tomar.
Prodigamente gaſtar,
Mill bufonadas decir,
A lo mas alto ſubir
Es ſu gozo ſingular.

b] Voces *circumſtancias*, & *inſtancias* voci *anſias*, ſi ſtemus Rhythmico rigori, non conſonant.

c] Hic *acertar* eſt *contingere*, quoniam *acertò Pedro a hazer eſto, es contigit, ut Petrus faceret hoc.*

Ne privarentur Latini his conceptibus, quos Valentino & Caſtellano idiomate dilucidavit, alium idem Poëta paravit calamum, & Hendecaſyllabos ſequentes addidit.

Excuſant proprios ſequuntq; lapſus, [d]
At peccata aliena perſpicaci
Cernunt lumine, quando confitentur.
Angi plus nimio videbis illas.
Sed, cur? Num ſcelerum pudet ſuorum,
Immò, nil minus explicare ad unguem

Er-

d] Fœminæ tam tenere, aut etiam tam temerè ſe amat, ut ad percipiendos ſuos defectus ſint cœcæ. *De ſer. de Fide Spe, & Charit.* ſanctè & ſcitè dicebat Zenon. *Ideo autem* (Amor pingitur) *cæcus, quia dùm exarſerit, non ætatem conſiderat, non formam, non ſexum, non gradum, non ſacroſanctum illud ſane Pietatis affectum.* Quæ verba, etſi côveniant etiam viris, in fœminis ſpecialiter verificantur.

Digitized by Google

Errata alterius, minutuloſque
Defectus ſatagunt licèt latentes.
Siquid diſpliceat, ſibi placere
Fallaces ſimulant, voluntque credi.
Putes cæruleas amare veſtes,
Et Regale tamen probatur oſtrum:
Volunt Punica mala, dum racemos
Poſcunt, ne videantur illa velle.
Captandis tamen unaquaque donis
Nec falli poterunt, nec arte vinci
Opes prodigere, alta comparare.
Hæc una omnibus inſita eſt voluptas.

An apud Viros alba vocentur alba, & nigra nigra?

Omitto & Italicos numeros, qui adhuc in Manuſcripto ſubjiciebantur, illi enim intento Authoris proderant, mihi autem prodeſſe, aut ſervire non poſſunt. Hæc autem debent nobis ſufficere, ut ſciamus, an in phraſi præbeat ſenſum antiphraſis: nam hoc Dubium à Perſonæ conſideratione reſolvitur, quoniam album *album* dicunt Viri, ſed alba *nigra*, & nigra alba dicebat olim Ακκὼ, fœmina ſtupidiſſima, cujus meminit Alſtedius Encyclopediæ tom. 1. cap. 8. Regul. 1. pag. 378 b. Et ab hujus mulierculæ nomine, actus quo quis quæ deſiderat deſpicit, & quæ non vult habere, poſtulat, jam paſſim ἀκκισμός nominatur. Et quidem multas omni in provinciâ fœminas hoc laborare morbo, & Acciſmi pati maleſuada ſymptomata experientia quotidiana perſuadet; quoniam externi in eis affectus internis, & cogitationi verba diſſonant; volunt enim propiciæ videri, ubi odio habent: & quos tenerè diligunt, torquent, obtorquent, vexant. Fridericum, & Auroram audiunto.

Ἀκκὼ fœmina quæ?

Ἀκκισμός quid ſit?

Part. 35. Comœd. 6.

Aur. *Luego el Dueño, que eſtimais*
Tyranna eſquivez fomenta.
Frid. *Y tanta, que no es poſſible,*
Que mis Eſperanzas muertas
Reſuſciten. Aur. *No dudeis*
En las humanas Bellezas:
Porque por razon de eſtado
Concedan quando mas niegan.

An, quæ ore negat mulier, mente concedere cenſenda ſit?

experiebatur in ſe hoc ingenium fœminarum Pelaya, quæ in Comœdiâ, quæ *La Montañeſa de Aſturias* à Ludovico Velezio de Guevara, qui illam concinnavit, inſcribitur, in ſua lingua, aut dialecto ſic inquit.

Que non hay fembra que non
Diga enforas quiera bien
Al rebes de lo que tien
Dentro de ſu coraçon.

Eſt hæc Comœdia trigeſimæ Partis ſecunda.

Quæ hucuſque ingenioſe ſunt dicta, regulatiter, non autem ſemper obtinent: nulla enim tam Generalis Regula, quæ exceptionem non toleret. Negabo igitur Aſſertiones præmiſſas, ſi universim ſumantur; non enim omnes nos elenchis illudunt, nam cognoſco Viragines, quæ ingenuæ ſunt, & à Poëtæ Valentini ſe cenſura ſubducunt.

QVAM Aurora qualitatem Mulieribus, Viris Leonora accenſet: inquit enim

In ead. Comœd.

An etiam Viri, deluſi ab Amore, mentiantur?

A los amantes no entiendo;
Que eſtan negando ellos miſmos
Aquello, que concedieron.

Pulchra ſunt Leonidæ, & Artemidori verba, quæ *part. 26. Comœd. 3. pag. 49. col. a.* leguntur. Imaginem Leonidæ viderat: & ubi ipſammet proſpectat, admirabundus exclamat.

Quanta ſit inter res vivas & pictas differentia?

Art. *Reconoſco lo que va*
De lo vivo a lo pintado!
Leon. *Con tu Amor no eſtà ſegura*
Tu vida. Art. *A morir me inclino.*
Leon. *Quien te fuerça?* Art. *Mi deſtino.*
Leon. *Quien te obliga?* Art. *Tu hermoſura.*
Leon. *Donde me has viſto?* Art. *En pintura.*
Leon. *Vete.* Art. *Fuera accion ingrata*
Contra un ſer a quien le mata
Dexorte. Leon. *Tu ſer mintió.*
Art. *Como puedo mentir yo,*
Si eres tu, quien ſe retrata.
Leon. *Que hay en ti, con que mereſcas*
En mi el inuſado olvido
De quien ſoy, pues te deſpido
Con temor de que obedeſcas? [*]
Que hay en mi, paraque ofreſcas
El rendimiento que vì?
Como no ſabes de ti
Sin ſaber quien puedo ſer?
O como antes de ſaber
Quien eres, no ſe de mi?

*] Hæc paſsim experientia nos decet. Iubent interdum fœminæ, quæ fieri non volunt: & ſibi inferre injuriam putant famulum, aut miniſtrum, qui obediat. Et, cùm hæc cogito exempla occurrunt, quæ non juvat ſcribere.

Et poſt pauca Leonida.

Diſculpe en lo que relato
Qualquiera eſte libre error,
Que a quien le coge el Amor
De ſuſto, olvida el recato.
En ti pudo mi Retrato
Solo introducir el nombre

De

a] Ratio carminis poſtulat, ut in voce *Idolatra* producatur & acuatur penultima.

De Idolátra: Pues no aſſombre [a]
A nadie el llegar a ver,
Que ame a un hombre una muger
Si a un retrato adora un hombre.

Et poſtea *pag.* 62. (quæ male inſcribitur 72.) Artemidorus agens de Zeuxi ait,

Quomodo tam pulchras Tabulas Zeuxis delineare potuerit?

Heché voz que retrataba,
Iuntando partes diverſas [b]
En una hermoſura, todas
Las perfeciones de Grecia,
Y copia a Leonida. Offrece
A tus ojos ſu belleza
En pintura; la pintura
Agrada ſiendo perfecta,
A todos: luego el dictamen
Hijo ſutil de ſu Ciencia
Fué; que ſi a todos agrada,
Que hará a quien con mudas ſeñas
Le dice, Quien es? hará
El eff cto, que deſea.

An Pictura loquatur?

De Zeuxi. Quis, & qualis fuerit?

Quomodo Helena ſimulachrum expuxerit?

b] Zeuxis (cujus nomen, & pingendi modus hic legitur) fuit Heracleotes, & clariſſimus Pictor. Et Helenam delineaturus, convocavit omnes ſuæ Civitatis Virgines, quæ ob decorem laudatæ; & ex ſingulis, quod perfectius videbatur, excerpens, ſimulachrum, inter Artis prodigia numeratum, deduxit. Illudque poſtea fuiſſe tranſlatum Romam, & in Philippi porticu collocatum lib. 35. cap. 10. narrat Plinius.

De Fœminarum Inconſtantia.

Non omnes eaſdem in Firmamento Imagines & Figuras delineant.

VAriæ fuerunt in diverſis temporibus, & variæ hodie ſunt in diverſis provinciis ſtellarum Imagines, quæ in Aplane pinguntur: alias enim Ægyptii, alias Græci, & alias Arabes diverſas à Latinis delineant. Pierius Valerianus libr. 32. [Aliqui Mathematici *Bicipitium* Inconſtantiæ Hieroglyphicum poſuerunt. Nam tertio ſupra vigeſimum Leonis gradum bicipitis Hominis Simulachrum oriri confixêre. Quod eo aſcendente gradu natum inconſtantis ac leviter mutabilis voluntatis atq; ſententiæ fore præſagiunt.] Et poſſet putare aliquis hoc aſcendente gradu naſci fœminas. Alii alia narrent, ego enim inter alias curioſitatis gratiâ conſervatas Epiſtolas in Chartophylacio iſtam reperio.

Bicipitiũ in 23. grad. ♌ *oritur.*

Quid ſignificet?

Cur ſequens ſcripta fuerit Epiſtola?

Argumentum. Bruxellis anno 1640. quia vacaverat Canonicatus N. Titia Monaſterii N. Prioriſſa, per literas mane, horâ intempeſtâ, miſſas poſtulat, ut Principem Portugalliæ interponam, & Semphronium optimum, & doctum Sacerdotem commendem. Et ego ſtatim, me omni niſu illud negotium promoturum reſpondeo. Poſt horam mittit alteras, in quibus præcipit, ut nihil faciam. Et me ſuæ voluntati propriam ſubmiſſurum reſpondeo. Et vix miſeram famulum, quando tertias recipio, & in illis hæc verba.

Exſtat apud me etiam num hæc Epiſtola, quam qui bene conſideret, ignorare non poterit, imprudentem eũ eſſe, qui fœminarum patrocinio aut auxilio confidit.

Reverendiſſimo Señor. Las mugeres ſon mugeres, y las monjas ſon mugeres, y yo porque ſoy muger y monja, ſoy dos vezes muger. Digolo, porque eſta mañana eſcribi a V. Reverendiſs. encomendando la perſona del Licenciado N: vino tarde a decirnos miſſa. Enojeme; eſcribi ſin conſideracion la ſegunda. Ahora, que ſe me paſsó el enfado, vuelvo a eſcribir, ſupplicando, que V. Reverendiſs. no haga cuenta de la ſegunda carta, ſino que ſe gobierne por la primera, procediendo como me prometió, y de ſu cortezia &c. Offreſco oraciones. &c.

Et videat obſecro ſincerus Lector, ob quàm levem cauſam in negotio tam gravi (in quo videlicet agebatur de honore, & commoditate, quibus frueretur Semphronius totâ vitâ) una fœmina, ſancta, & in dignitate conſtituta, cum vento opiniones mutavit.

SECTIO III.

Fœminam, probam & ingenuam depingit.

VArietas delectat & ad eruditionem concernit. Nos ergo, qui Græcos, Latinos, &c. Hiſpanos, Italos, &c. Scriptores adduximus, aliquid è Belgico Parnaſſo adducamus. Iacobus Catzius *pag.* 31. ſic inquit.

Eſt Iacobus Catzius Poeta Hollandus, qui Belgicè, Gallicè, & Latinè multa ingenioſè ſcripſit, quæ cum applauſu & utilitate leguntur.

De redene ende ervarentheydt leert ons dat oock de aldernutſte dinghen, door het misbruyck alleen gantſch en al ſchaedelyck werden, tis te beduchten dat wy inde ſaeche des houwelycx (om andere dinghen te verswyghen) door de hitte des lonckheyts ons dickils vergrypen ende van het eynde des houwelycx int werck des houwelycx ſelfs afdwaelen. Wy arhennen God (dat is een gantſch reyn geeſtelyck weſen) voor den inſetter van dien

a] Tetraſtichon hoc Belgicum, quidam Iunior his Dimetris repræſentavit.

Subſit Marito Fœmina.

Ejus libido & Conjugis

Nunquam voluptas limites

Exceſſerint Prudentia.

tis ad mores legitima Conſequentia inferatur? 72.b
ARTICULUS IV. Κομολογία. De Capillorum Colloquutione. 76.
SECTIO I. *De vario Capillorum ornatu.* ibid.
SECTIO II. *De Capillorum Grammaticâ. An interdum ipſi Barbariſmos aut etiam Solœciſmos committant?* 83.a
SECTIO III. *Multum dicis Capillorum neglectus.* 84.a
SECTIO IV. *De Crinibus alienis. Quid ipſi, quando geruntur ab aliquo, vociferentur?* ibid.
SECTIO V. *De Capillorum Rhetoricâ. An Tropos & Figuras habeat?* 85.a
SECTIO VI. *De Capillorum mendaciis.* ibid.b
Nota I. *De Calvitio, Laudandi-ne, an vituperandi, quos afficit?* 86.a
Nota II. *De Calvariâ. An, & quid loquatur? Quid de regimine Vitæ, & quid de præparatione ad mortem nos doceat?* 87.a
Nota III. *De Cerebro. An ab ipſo proveniat morum animalium diverſitas?* ibid.
ARTICULUS V. Κεφαλολογία. De Capitis Colloquutione. 89.
SECTIO I. *Caput pulchrum delineat, nonnulla vocabula examinat; & diſputat de dentium numero.* ibid.b
SECTIO II. *Dilucidantur, & proponuntur nonnullæ Capitis Taciti colloquutiones.* 92.b
ARTICULUS VI. Ὀπολογία. De Vultûs Colloquutione. 96.
SECTIO I. *An ſecura ſint Indicia, quæ ex Vultûs mutatione (Hiſp.* de el ſemblante) *ſumuntur?* 97.a
SECTIO II. *De Protei facie. An in varias illam formas transfigurare & transformare potuerit?* ibid.b
SECTIO III. *De Vertumno. An apud Latinos ille fuerit, qualis Proteus apud Græcos & alios?* 98.b
SECTIO IV. *De Phyſiognomiâ. Quàm certa ſit, & cur in Facie ſecernat accidentia à ſubſtantiâ?* 100.a
SECTIO V. *De Metopoſcopiâ. Quam hoc nomine Artem intelligamus?* 101.a
SECTIO VI. *De Faciei gratiis & perfectionibus. Quo Zeuxis modo univerſas in uno ſimulacbro collegerit?* ibid.
SECTIO VII. *De Paſſionibus animi. Quæ & quomodo Vultu prodantur?* 102.b
SECTIO VIII. *De Vultûs proditione & mendaciis.* 103.b
SECTIO IX. *An Vultuum diverſitas ad ſigna naturalia pertineat? An à voluntate dependeat, & ſoleat aliquando mentiri?* 105.a
SECTIO X. *Adhuc de Vultu. An Voci poſſit & ſoleat contradicere?* 109.a
SECTIO XI. *De Detractoribus. Quomodo compeſcantur?* ibid.
SECTIO XII. *De Lætitiâ, & Mœrore. Nequeunt latère in animo, quin ex vultu innoteſcant.* 110.a
SECTIO XIII. *De Fronte in ſpecie. An etiam loquatur, interioreſq; animi paſſiones indicet?* ibid.b
Nota. *Addantur nonnulla Vultûs loquentis teſtimonia, quæ præcedentes Concluſiones adfirmant.* 111.b
ARTICULUS VII. Ὀφθαλμολογία. De ſimplici Oculorum Colloquutione. 112.
SECTIO I. *De Oculorum Phyſicâ.* 113.a
SECTIO II. De *Oculorum Orthographiâ.* 115.a
SECTIO III. *De Oculorum Grammaticâ.* ibid.
SECTIO IV. *An ſciant Oculi Nomina declinare per Caſus?* 125.a
SECTIO V. *An verba Oculi per Modos & Tempora conjugare didicerint?* 128.a
SECTIO VI. *De Oculorum Lexico.* 131.a
ARTICULUS VIII. Iterum de Oculis. Proponitur, & diſſeritur Oculorum Rhetoricâ. 134.
SECTIO I. *De Fine Ocularis Rhetoricæ.* ibid.a
SECTIO II. *Quid nomen* Oculus *ſignificet, & unde dicatur?* 135.b
SECTIO III. *De Humanis Affectibus, quos prodit, & exponit Ocularis Rhetorica.* 136.a
SECTIO IV. *De Figuris Ocularis Rhetoricæ.* 137.a
Ænigma. 138.a
Ætiologia. ibid.b
Aganactesis, 139.a
Amphidiorthoſis ibid.
Anadiploſis. ibid.b
Antonomaſia, ibid.
Apoplaneſis, 140.a
Aporia. ibid.b
Apoſiopeſis. 141.a
Apoſtrophe. ibid.
Ara, aut Catara. ibid.
Aſteiſmus. 142.b
Aſyntheton, vel Dalython. 143.a
Catachreſis. ibid.
Characteriſmus, ibid.
Cleuœa. 146.b
Diabole. ibid.a
Diæreſis, vel Epanaphora. 147.b
Diaſyrmus, ibid.a
Diorthoſis. 148.b
Epiplexis, ibid.a
Epiploce, 149.a
Erotema. ibid.
Epitrope. ibid.b
Metonymia. 153.b
Nota. *De Infernalium pœnarum (ſenſus & damni) acerbitate,* 155.b
Ironia. 157.b
Lypiote & Hyperbole. 158.a
Hyſterologia. 160.b
Metaphora. ibid.
Metatheſis. 161.b
Pleonaſmus. ibid.
Thaumaſmos. 162.a
SECTIO V. *Adhuc Oculos loquentes auſcultemus.* ibid.b
SECTIO VI. *An operentur Oculi?* 163.a
SECTIO VII. *De Oculis laſcivis.* 164.b
SECTIO VIII. *De Oculis furacibus. An in Hiſpaniâ Caroli V. Optimi Imperatoris tempore ejus Miniſter Xeures oculis furaretur?* 165.a
SECTIO IX. *De Inſenſibilitate Virtuali. Quid ſit? An Viſu, Auditu, & aliis ſenſibus poſſimus ſponte deſtitui? an illis mercatores, An Amaſii, an Aulici ſponte deſtituantur de facto?* ibid.b
SECTIO X. *De Larvâ. Nonnullæ voces Latinæ & Hiſpanicæ dilucidantur; exponiturque quàm propudioſum crimen ſit in Nobili Viro Proditio.* 166.b
ARTICULUS IX. Χρωματολογία. De Colloquutione per Colores. 167.
SECTIO I. *De Coloribus, ſi ſumantur pro literis.* ibid.
SECTIO II. *De Coloribus, ſi ſumantur pro rebus.* 169.b
Luridus. 170.a 175.a
Argenteus. ibid.
Albus. 171.a
Aëreus. ibid.b
Chryſtallinus. 172.a
Vitreus. ibid.
Aqueus. ibid.
Aureus, Obryzum, 173.a
Flammeus, Igneus, 174.b
Pallidus. ibid.b
Croceus. ibid.
Melleus. 175.b
Pullus. 176.a
Byſſinus, ibid.
Viridis. ibid.b
Roſeus. 181.b
Purpureus. 182.a
Sanguineus, ibid.b
Coccineus. ibid.
Hyacinthinus. 183.a
Ferrugineus, ibid.b
Cya-

Cyaneus 184.b
Caſius. 185.a
Venetus. ibid.
Puniceus. ibid.
Niger. ibid.b
Nota I. *De Symbolorum, quæ à Coloribus petuntur, Uſu, & Abuſu.* 186.b
Nota II. *De Ordine Articulorum ſubſequentium.* 189.a
ARTICULUS X. Δαχρυολογία. De Colloquutione Lachrymarum. ibid.
Sectio I. *De Artificialibus Lachrymis in particulari.* 190.b
Sectio II. *De Homine. An ſit natus ad lachrymas?* 194.b
Sectio III. *De lachrymarum Logicâ. An Contradictorias ſimul veras admittat?* 197.a
Sectio IV. *De Enthymemate. Quid illud ſit? An aliquam Præmiſſam poſſit Intellectus tacere? Et quid per analogiam debeat dici de Lachrymis?* 198.a
Sectio V. *De efficaciâ Dialecticâ. An quantam Vocalis in Syllogiſmis, tantam habeat Ocularis in Lachrymis?* 199.a
Sectio VI. *De Lachrymabilibus lachrymis.* 201.a
Sectio VII. *De ridiculis lachrymis.* ibid.b
ARTICULUS XI. Ῥινολογία. De Naſi Eloquutione. 202.
Sectio I. *De Naſo Semiramidis. Et hinc ſumptâ occaſione ipſa tota accuratè depingitur.* 205.a
Sectio II. *Quænam in naſo pulchritudo requirat?* 206.b
Sectio III. *Magnos Græci naſos deteſtabantur.* 207.a
ARTICULUS XII. Στοματολογία. De Oris Colloquutione. 209.
Sectio I. Περὶ τῆς φωνῆς τάσεως, *hoc eſt, de pronunciandi modo ſeu Tono.* 210.a
Sectio II. De Divino, *Angelico, & Humano Idiomate.* 211.
Sectio III. *De Vocis Quantitate.* 212.a
Sectio IV. *De Vocis ſuavitate.* ibid.b
Sectio V. *De Mœrore, & Gaudio. An, & hi in Voce percipiantur Affectus?* 214.b
Sectio VI. *De Vocibus Superbâ & Humili.* 216.b
Sectio VII. *De vehementi, amaro, & inconcinno Vocis tono.* 217.b
ARTICULUS XIII. Στοματολογία. De tacitâ & inarticulatâ Oris Colloquutione. 219.
Nota. *De præcedentium, & ſubſequentium Articulorum connexione.* 220.a
ARTICULUS XIV. Γελωτολογία. De Riſus Colloquutione. 222.
Sectio I. *Ridere, ſeu lætari.* ibid.a
Sectio II. *Arridere, Ridere, Aſſentiri.* ibid.b
Sectio III. *Ridere, Irridere, Contemnere.* 225.a
Sectio IV. *An Riſus aliquando ſit mendax?* ibid.b
ARTICULUS XV. Βηχολογία. De Tuſſis Colloquutione. 226.
Sectio I. *De Grammaticâ Tuſſis.* 227.a
Sectio II. De *Rhetoricâ Tuſſis.* 228.b
Sectio III. *De Sputo.* 230.a
ARTICULUS XVI. Φιλεματολογία. De Oſculorum Colloquutione. ibid.
Sectio I. *An-ne Oſculum Cultus & Adorationis ſignum ſit?* 231.a
Sectio II. *Non Deorum tantùm, ſed, & Amicorum facies Græci & Romani Veteres oſculis honorabant.* 234.a
Sectio III. *Servis Domini manum præbebant oſculandam.* ibid.b
Sectio IV. *Quale genus Adorationis ſit manum propriam exoſculari?* 236.b
Sectio V. *De Genuum oſculo. Quibus indulgebatur.* 238.a
Sectio VI. *De Genuflexione. Quem cultum importet, & cui ſit debita?* 239.a
Sectio VII. *De Pedum oſculo. An ſoli Deo debeatur? an illo colli Homines poſſint?* 241.a
Sectio VIII. *De Barbæ Colloquutione.* 243.b
Sectio IX. *De Barbâ unguentis delibutâ. Et ex occaſione ediſſeruntur nonnulla de negativa, & poſitivâ hujus Vitæ felicitate.* 245.b
Sectio X. *De S. Mariâ Magdalenâ. Recenſetur, & dilucitur Evangelica Hiſtoria. An unguento capillis & lachrymis fuerit loquuta?* 247.b
Sectio XI. *Exponuntur illa Regis Prophetæ verba, & inimici ejus terram lingent.* 248.b
Sectio XII. De *Juda oſculo. An oſcula ſignificent quidpiam naturaliter? an ad placitum ſoleant ſignificare? an & mentiri poſſint? an & voces reſtringere?* 250.a
Nota. *De Linguâ. Eſt incerta naturæ: & in utramq; partem proſiliens, Sæpe enim ad contumelias evomendas, aut ad idyllia decantanda in ore adulatoris, non à ratione, ſed ab utilitate reſtringitur.* 251.a
ARTICULUS XVII. Ὠμολογία. De Humerorum Colloquutione. 252.
ARTICULUS XVIII. Νωτολογία. De Dorſi colloquutione, 253.
Sectio I. *In Luctâ dorſo terram metiri, eſt* ἐπινίκιον *ad laudem hoſtis canere.* ibid.a
Sectio II. De *Tergi verſione. Quid ſignificet?* 254.a
ARTICULUS XIX. Βραχιονολογία. De Brachiorum Colloquutione. 255.
Sectio I. *Exponitur Emblema Brachium, non Gladius.* ibid.
Sectio II. *De Amplexibus. Sint-ne amicitiæ Teſſera? An ſint aliquando mendaces?* 256.b
Sectio III. *De Brachiorum Rhetoricâ in communi; & de Ænigmate in particulari.* 258.a
ARTICULUS XX. Πηχυαιολογία. De Cubitorum Colloquutione. 259.
De *Nemeſeos ſtatuâ brachii dexteri cubitum manu ſiniſtrâ ſuſtinentis.* 260.a
ARTICULUS XXI. Χειρολογία. De Manuum Colloquutione. 261.
Sectio I, De *Manu univerſim: & de Muſâ ejus directioni præpoſitâ.* ibid.b
Comœdi Chirologi. 262.b
Muſici Chirologi. 263.b
Vocis manus Etymon. 264.a
Sectio II. De *Chironomiâ in genere: & de tribus ejuſdem ſpeciebus in particulari.* 265.a
Sectio III. *De Grammaticâ Chironomia.* 268.b
Sectio IV. *De Lexico Chironomia.* 270.b
Sectio V. *De Rhetoricâ Chironomia.* 280.a
Sectio VI. *De Dexterâ. Quænam in Mundo pars dextera, & quæ ſiniſtra cenſeatur?* 284.a
Sectio VII. *Cur in Pontificum Bullis, in quibus appenditur ſigillum plumbeum à dextris Paulus, & Petrus à ſiniſtris ponatur?* ibid.b
Sectio VIII. *An Chirologia conſtans ſit, & perpetua; an verò varietur temporibus, & locis mutatis?* 286.a
Sectio IX. *De modo numerandi & loquendi per digitos.* ibid.
Sectio X. *De loquutione Angelorum. Varia referuntur Theologorum ſententiæ. An Dæmones loquantur per motum? An per manum?* 289.b
Sectio XI. *An per manûs motum oratio ambigua reſtringatur? Ut quæſtio reſolvatur & dilucidetur, ex Sacris & profanis Literis Hiſtoria curioſa recenſentur.* 291.a
ARTICULUS XXII. De Stylo, Quid ille ſit; & quantâ varietate materialiter, & formaliter multiplicetur? 299
Sectio I. *De ſtylo Graphico. Quomodo Scriba ex characterum figurâ & normâ dignoſcatur?* ibid.a
Sectio II. *Iterum de ſtylo. Hoc eſt, de Penicillo & acu in Picturis.* 300.a
Sectio III. *De ſtyllo. De Orationis Ornatu.* 301.a
Sectio IV. *De ſtylo immaturo & præcoci. An quilibet ſcribere poſſit de re qualibet?* 303.b
Sectio V. *De ſtylo Rhetorico. An ſit ſcientiis ſublimioribus aptus.* 304.b
Sectio VI. *De ſtylo Culto, ſeu Occulto. An quæ non intelliguntur, debeant carpi, aut laudari.* 305.a
Sectio VII. *De ſtylo Barbaro. An & quando oporteat loqui contra leges Grammaticæ?* ibid.b

Se-

Sectio VIII. *De ſtylo Philoſophico dudum à nobis ſicto, An ab Scholaſticis admitti debeat?* 306.b

Sectio IX. *De ſtylo Militari. An debeat fulciri, & inniti Matheſi?* 307.a

Sectio X. *De ſtylo Uniformi & Æquali. An poſſibilis ſit?* ibid.b

Sectio XI. *De ſtylo querulo. An de Invidiâ, aut Æmulis liceat ſtrenuis Scriptoribus conqueri?* 308.b

Sectio XII. *De ſtylo incriminante cæcitatem Fortunæ. Cur Artes Liberales dicantur? De Minervâ Equeſtri. Cur ſit Curruum Antiſtes? Cur plerique Viri docti ſint pauperes? An querimoniæ cauſam habeant?* 309.b

Sectio XIII. *De ſtylo Hiſtorico. An eſſe ornatus debeat? An uti liceat calamo alieno Ingenioſus Scriptor? Quid de Joannis Calvini operibus dicendum ſit?* 310.b

Sectio XIV. *De ſtylo aculeato, invectivo & Satyrico. Quam periculoſus ipſe ſit? Debet, ſi tolli non poſſit, moderari.* 311.a

Sectio XV. *De ſtylo Conciſo. An ſemper laudanda ſit Brevitas?* 312.a

Sectio XVI. *De ſtylo Divinatorio. An ex orationis charactere, dicto, aut ſcripto, de Authoris ingenio, & moribus ſententiam perferre poſſimus?* ibid.

Sectio XVII. *De ſtylo ſcribendi & loquendi. An, qui eloquenter ſcribunt, ornatè etiam & curiosè loquantur?* ibid.b

ARTICULUS XXIII. Χειρομαντία. De eâ, quæ fit per manuum lineas, Divinatione. 313.

Sectio I. *An per manuum lineas præcognoſcere futura contingentia poſſimus?* ibid.a

Sectio II. *De Chiromantiâ Eccleſiaſticâ.* 315.b

De Aureo Numero ex manûs lineis prædicendo. ibid.

De Epactis in eiſdem lineis inveniendis. 316.b

De dierum, quibus ſinguli Menſes componuntur, numero. 317.a

De Epactis ſingulorum dierum. ibid.

De Novilunio, ibid.

De Cyclo Solari. ibid.b

De Literâ Dominicali, 318.a

ARTICULUS XXIV. Χειροθεσία. De manuum Impoſitione. Quid illa univerſim ſignificet? &, quomodo per conſignificantes circumſtantias reſtringatur? 319.

Sectio I. *An per* Χειροθεσίαν *fiat adoptio?* ibid.

Sectio II. *An Benedictio per* Χειροθεσίαν *concedatur?* 322.b

Sectio III. *An per* Χειροθεσίαν *Chriſtus & Apoſtoli recurarint ægrotos?* 323.a

Sectio IV. *An per* Χειροθεσίαν *Sacramentum Baptiſmi adminiſtretur?* 325.a

Sectio V. *An Confirmationis Sacramentum per* Χειροθεσίαν *conferatur?* 333.a

Sectio VI. *De Primâ Tonſurâ. An Clerici per* Χειροθεσίαν *initientur?* ibid.b

Sectio VII. *An Minores, quos vocant Ordines, per* Χειροθεσίαν *conferantur?* 343.a

Sectio VIII. *De Majoribus Ordinibus. An Hypodiaconatus & Diaconatus per* Χειροθεσίαν *conferantur?* 345.a

Sectio IX. *An Concionatores, & Eccleſiaſtæ per* Χειροθεσίαν *inſtituantur?* 346.a

Sectio X. *An per* Χειροθεσίαν, *an verò per* Χειροτονίαν *Presbyteri & Epiſcopi olim conſecrarentur?* ibid.b

Sectio XI. *De Presbyterorum, & Diaconorum Electione. An fieret per* Χειροθεσίαν? 351.a

Sectio XII. *An per manuum impoſitionem olim reconciliarentur pœnitentes?* 352.b

Sectio XIII. *De Simoniâ. An manuum impoſitio vendi poſſit?* 353.a

ARTICULUS XXV. Δωρολογία. De Donorum & Munerum Colloqutione. 35[illegible]

Sectio I. *De Donorum & Munerum univerſim ſumptorum ſignificatione.* ibid.b

Sectio II. *De aliquorum Donorum, quia talia ſunt, ſignificatione.* 356.b

Sectio III. De Donis *quæ Cantantia vocantur.* 357.a

Sectio IV. De Dono *Cantante, Dario, Hyperboreas Provincias invadenti, à Scythicis Regulis miſſo.* 358.a

Sectio V. De *Chirothecæ projectione. Quid inter Nobiles & Milites ipſa ſignificet?* ibid.b

Sectio VI. De *muneribus Hoſtium. An imprudenter admittantur?* 359.a

Sectio VII. De *Rhetoricâ Doricâ.* ibid.b

ARTICULUS XXVI. Γονυολογία. De Genuum Colloqutione. 360.

Nota. *An homines claudicando loquantur?* 361.a

De *Genuflexione. Quid ſignificet? & cur utrumq; genu flectat mulier, & alterum tantummodo vir?* 362.a

ARTICULUS XXVII. Ποδολογία. De Pedum Collocutione. 366.

Sectio I. De *Arte loquendi Pedibus. An poſſit habere proprium Abecedarium?* 367.a

Sectio II. De *S. Joanne Baptiſtâ. An pedum motu Verbo Incarnato reverentiam & adorationem exhibuerit?* 368.a

Sectio III. De *Statuâ Fortunæ. An Pede & non Ore loquatur?* ibid.b

Sectio IV. De *Sepulchro Herculis. An, ut illud oſtenderet pede, fuerit loquutus Philoctetа?* 369.a

Sectio V. De *Regreſſu. Quid ipſe in Principum Palatiis ſignificet?* 370

Sectio VI. De *Oſtii pulſatione. An qui pedibus pulſat fores, aliquid ſine verbis loquatur?* 371.a

Sectio VII. De *Aulâ Principis. In quali Civitate eſſe debeat? An poſſimus præbere ſalutaria conſilia?* ibid.b

Sectio VIII. De *Obedientiâ. An præcipienti Superiori, non linguâ ſed pedibus ſit reſpondendum?* 372.a

Sectio IX. *Quid in ipſis Annuli, Creta, Calcei, aut etiam illorum carentia ſignificet?* ibid.

Sectio X. De *Claudis. Sint-ne honorandi, an verò onerandi Cenſurâ?* 373.a

ΠΟΛΥΜΝΕΙΑ

De Idiomate Naturali & Reſtrictione Senſibili.

PROOEMIVM I.

De Reſtrictionibus, quæ Perſonas concernunt.

Perſona, quid ſit?

πρόσωπον
πρόσωπος

GRæcè Πρόσωπον, & ut Platoni placet Comico, πρόσωπος, dicitur, quod eſt ante oculos, ſeu vultus faciem. Scapula [In Novo Teſtamento πρόσωπον, non tam de perſonâ hominis dicitur, quàm de accidentibus, ejus & circumſtantiis, ut λαμβάνειν πρόσωπον. Lucæ c. 20. & 21. Πρόσωπα apud Theologos perſonæ in Sacroſancta Trinitate quæ & ὑποςάσεις Gregorio, & ὑφιςάμενα. &c.] Et hoc ſenſu vocem uſurpavit Martialis, quem jam hodie Theologi univerſi ſequuntur.

Quo ſenſu loquantur Theologi?

Quo autem Grammatici?

Perſona autem Grammaticè à perſonando dicitur, & ſignificat *larvam*, quod per ejus os vox perſonet. Hiſpan. *la maſcara*. Et hoc ſenſu accipi ſolet *Perſonatus*, Hiſp. *el que eſtá enmaſcarado o disfrazado*. Cicero 3. de Orat. *Quò meliùs noſtri illi Senes, qui perſonatum, ne Roſcium quidem, magnopere laudabant*. Et libr. 15. ad Attic. *Quid eſt autem, cur ego perſonatas ambulem?* Et univerſim loquendo, res ſimulata & ficta, *perſonata* vocatur: ut *perſonata felicitas*, *perſonata valetado*, *vulnera*, &c. Non eſt cur multa ſcribam de acceptione hujus vocis Grammaticâ: ſcimus enim Perſonas in Verbis eſſe tres (Primã, Secundam, Tertiam,) & per duos apud Latinos caſus, &c. & per tres apud Hebræos, Græcos, &c. conjugari. In Philoſophorũ Lexico *Perſona* eſt intellectualis naturę individua Subſtantia: nã ex Boëtio, & omnibus poſt ipſum tria in Perſonâ

Hiſp. La maſcara.

Perſonatus.

Perſona in verbis, quæ? & quot?

Quid ſit Perſona apud Philoſophos?

eruditi requirunt (1) quod in Subſtantiæ Prædicamento ſit, nam in aliis novem per quæ Accidentia diſtribuuntur, locum non habet. (2) quod ad Intellectualium gẽnus ſpectet; nam bruta, plantæ, lapides, &c. Suppoſita, & non Perſonas habent. (3) quod Singularis ſit, nam hoc nomen non dicitur de Vniverſalibus. Et hanc tertiam conditionem non bene omnes defendunt, nam ex Perſonâ hac & Perſonâ illâ cur non poterit abſtrahi ratio quædam utrique Perſonæ communis, & hæc erit univerſalis & indeterminata. Venio ad Rhetoricam & audire deſidero Ciceronem in Topic. *In hoc genere Oratoribus & Philoſophis conceſſum eſt, ut muta etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo poſſit, augendæ rei gratiâ dicatur*.

An poſſit dari Perſona communis & univerſalis?

De Perſona Rhetorica.

Hinc duæ Figuræ celebres in Rhetoricâ occurrunt Προσωποποιία, & Εἰδωλοποιία. quas non omnes accuratè ſecernunt. Prior Perſonam realem aut moralem, abſentem aut mortuam producit; præſtatque ut eloquatur. Exempla inſignia apud Scriptores occurrunt. Polydori perſonam *in ſua Hecuba* introducit Euripides: & Appii Cœci imaginem *in Orat. pro M. Cælio* Cicero. Et exſtat etiam apud illum erudita Patriæ in Catilinam expoſtulatio: incriminatur enim Romam, quod Vrbis everſorem, quem jam pridem ad ſupplicium oportuerat deduci, incolumem emiſerit mœnibus. Poſterior id quod Perſona non eſt, ac ſi Perſona eſſet, loqui & audiri jubet, ut ſiquis dicat.

De Proſopopœia & Idolopœia.

Titius eſt Perſona Realis, Roma Moralis.

Lingua ſcelus tacuit, ſcelus autem
ſanguine prodis
Infectus Gladius, Tacitus clamare
videtur,

De Ironia & Idolopœia promo authore.

Regis Hyperborei, qui cor tranſfocit, ego ſum.

Et quanti debeat fieri hæc Figura, ſuadet ratio ab Authore & Antiquitate deſumpta, nam Deus ipſe, qui primo noſtro Parẽti per Ironiã dixit. *Ecce Adã, factus eſt quaſi unus ex nobis ſciens bonum & malũ*; per Idolopœiã dixit Caino, *Vox sãguinis fratris tui Abel, clamat ad me de terra*.

Geneſ. 3. d.

Geneſ. 4. b.

ARTICVLVS I.

De Circumſtantia Perſonæ. *An Iudicium alteret, & æquivoca (verba aut ſigna) reſtringat?*

Perſona in tria membra dividitur.

POST Perſonæ Definitionẽ, quam jam dedimus, & dilucidamus, ad ejuſdem diviſionẽ venimus. Aliæ poſſent adduci; ſed quæ noſtra impræſentiarùm intereſt, in tria hæc illam membra videlicet, *Qua*, *Cui*, *De qua*) ad quæ cætera reducuntur, diſpeſcit. Verba enim eadem ſi fortè ambigua, per harum trium Perſonarum qualitatem, ſeu circumſtantiam reſtringuntur. Rem dilucido exemplo. Aliter in Iure Civili, & aliter in Canonico accipitur *Suſpenſionis ſententia*; ſuſpendunt enim in patibulo furem Civiles Iudices: & ab Ordinum uſu v. gr. Eccleſiaſtici: ſuſpenſio enim Canonica, ut habet P. Mendus, eſt cenſura, per quam Perſonæ Eccleſiaſticæ impeditur uſus alicujus poteſtatis, aut juris Eccleſiaſtici: non autem tollitur. Hæc ergo verba, *Titium ſuſpendi jubeo* ſi dicta à Rege ſententiã capitalem important, & concernunt patibulum, ſi autem dicta ſint ab Epiſcopo, pœnam Eccleſiaſticam continent. Si dicta ſint à Papa, qui habet gladium utrumque, & reos poteſt Canonicâ & Civili ſuſpenſione damnare, Perſona, de quâ dicuntur, & cui dicuntur, cõſiderari debet. Nam, ſi Titius ſit famoſus fur, & Põtifex Gubernatori Romanæ Civitatis loquatur, actum eſt de condemnati vita: cæterùm, ſi Titius Clericus ſit, & crimen, ob quod condemnatur, ſit Sacrus Ordines ex. gr. ante legitimam ætatem ſuſcepiſſe, & Pontifex, aut Auditori Cameræ, aut Vicario loquatur, Canonica eſt ſuſpenſionis ſententia, & non agit de vita, aut de laqueo.

Suſpenſio vox æquivoca in Iure.

Quo modo reſtringatur?

Quid Eccleſiaſtica ſeu Canonica ſuſpenſio; & quid Civilis ſit?

Perſona quæ, cui, & de qua debent conſiderari.

MVtat ſanè in omni cauſa, & lite Perſonæ circumſtantia Iudicium. Quæ licent Hero, condemnantur in Famulo: & quæ toleramus in Domino, exſecramur in ſervo. Et huc omnia pertinent, quę de Acceptione Perſonarum, & Autophilia à Politicis ſcripta. Noverat hanc doctrinam Virgilianus Menalcas, qui Eclog. 3. adverſus Damœtam exclamat,

In quacumque cauſa aut proceſſu Iudicium cum Perſona mutatur.

Quid domini facient, audent cum talia fures? [*]

*] Fortè Virgilius *ſervi* ſcripſit, non *fures*: ſervi enim & non fures dominis contraponuntur.

& certè multa, quæ de hoc argumento adduci poſſent, Iuvenalis *Satyr.* 13. & Seneca *epiſt.* 87. reduxere ad ſynopſim, & D. Franciſcus de Quevedo *in Parnaſ. Hiſp. Muſ.* 2. *nu.* 5. *pag.* 51. ad numeros ſequentes tranſtulit.

Si de un delito proprio es precio en Lido
La horca y en Menandro la diadema,
Quien pretendes (o Iupiter) que tema
El rayo a las maldades prometido?
Quando fueras un robre endurecido,
Y no del Cielo Mageſtad ſuprema,
Gritaras tronco a la injuſticia extrema [a]
Y Dios de marmol dieras un gemido.
Sacrilegios pequeños ſe caſtigan,
Los grandes en los triumphos ſe coronan;
Y tiene por blaſon, que ſe los digan [b]
Lido robó una choça, y le appriſionan,
Menandro un reyno [c] *y ſu maldad obligan*
Con nuevas dignidades, que le abonan.

Clarum argumentum pro materia quam tracto, ex verſibus Quevedi deducitur. In illis invocatur Iupiter. Ergo, aut feriò, aut per riſum. Sed utrum judicare debemus? Hoc ſanè ultimum, Perſona, quæ loquitur conſiderata; cùm enim D. Franciſcum eſſe Orthodoxũ certum ſit, illum Ethnicorũ Deos ridere & irridere certũ eſt.

De Numinibus manu Artificũ factis.

Quo-

Quorum doctrina, nam experientia quotidiana fulcitur, ulteriore probatione non indiget.

Et quidem talis interdum eſt hominum, etiam prudentum & doctorum affectus; ut non qualis res ſit, ſed à quo facta, examinent. Et hanc ob rem in eorum Tribunali ob Authorem, ſeu bonæ, ſeu malæ condemnantur res ipſæ. *Libri*, inquit Plato, *etiam boni, ſceleratorum ſcriptorum, ut eorum memoria auferatur, ſunt tollendi Græcorum lege*. Et hanc legem Invidia contra ſuos inimicos propagat: ſcripta enim bona, quæ, ſi eſſent Titii collaudaret; ſi fuerint Semphronii condemnat.

Plato in Crat. *An libri boni, ſi à malis ſcripti, damnari debeant?*

Madriti D. Petrus Orlanza, & D. Franciſcus Santander ſcripſerant ingenioſam Comœdiam: illamque nondum viſam, nondum datam & actam (aut, ut Hiſpanus loquitur, nondum repræſentatam) illorum Æmuli hac Inſcriptione condemnarunt.

Eſt Hiſtoria vera, & Madriti accidit: tametſi noluerim propria nomina exprimere, illa enim ad cóceptus elegantiam non pertinent.

Eſta Comedia Señores,
Que ſoys Iuezes y Cenſores,
Si mereciere alabança,
No es de Santander ni Orlanza;
Mas ſi no ſe puede ver,
Es de Orlanza y Santander.

Ecce quali, & quanto præjudicio iſtorum verſuum Auctor in Orlanzam & Santanderium ferebatur: opinabatur enim, nihil boni prodire poſſe ab illorum ingeniis; & non prodire nihil mali.

Odia hæc, quæ tolerari in Comœdiis (hoc eſt, in nugis) poſſent, magno damno Reipublicæ irrepsêre in Senatum: ſæpè enim contradicendi ſtudium propellit Iudices in ſententias contrarias. Aſſerit Cato, quia negat Cæſar; eadem ipſa, ſi hic aſſerere velit, negaturus ſtatim. Votumque Antonii auſcultat Cicero, ut eloquentiæ ſuæ phaſelum vento regat contrario. Similia accidunt crebrò in Regio qualicumque Conſilio; & ex aliquibus, quæ à D. Chriſtophoro de Benavente, & aliis recenſentur, hoc mirabile Apophthegma [*] ſubjicio. [Dum de re graviſſimâ diſſerebatur, dormitabat Aurelius; qui motu cubiti à proximè aſſidente excitatus, & juſſus ſententiam ſuam proferre, *Ego*, inquit, *à voto Caſſimiri diſſentio*. Et quia Senatores cæteri mirabantur, dicebantque, nondum fuiſſe Caſſimirum loquutum: *Nihil refert*, ait

In Regio ipſo Senatu ſæpe merum contradicendi ſtudiū, eſt apud aliquos cauſa & ratio aſſerendi & negandi.

*] Cicero lib. 1. Offic. *Multaque multorū facetè dicta, ut ea, quæ à ſene Catone collecta ſunt, quæ vocant* ἀποφθέγματα.

Polymnia.

Aurelius, *eſt enim pernitioſum Reipublicæ, quidquid ipſe propoſiturus eſt*.] Et utinam hodie in Summis Principum & Regum Conſiſtoriis pauci tantùm Aurelii reperiantur.

a] Imitatur Iuvenalem, & Senecam, & ideò ad Iovem orationem convertit: & eum & cum ipſo cæteros Deos Ethnicorum irridet, qui ſunt lignei, aut lapidei; & præter materiam, & cultum externum, quem exhibet ſuperſtitio, nil habent. Vnde Pſalmiſta exclamat, *Simulachra Gentium argentum & aurum, opera manuum hominum; Os habent & non loquentur; oculos habent, & non videbunt; aures habent, & non audient; neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum. Similes illis fiant, qui faciunt ea: & omnes, qui confidunt in iis.*

De Gentium Diis. Quales ſint? An poſſint invocari à Chriſtianis?

b] Gloriantur improbi in ſceleribus ſuis: & ſunt multis ſcandalo. Dum hæc ſcribo, occurrit hiſtoriola, quæ Veritatem hanc confirmare videtur. Ob furta & extorſiones, quas in diverſis pagis fecerat Legionarius N. capitur, & ad Antuerpienſe caſtrum mittitur. Illi Comes de Fera, qui erat ibi Præfectus, *Guelgome de veerla a V. S. con ſalud, aunque me peſſa de que lo traigan preſſo*. Et Legionarius, *Parabienes me de V. S. no peſſames; pues ſabe que no vengo preſſo por traydor, ſino por ladron con mucha honra*. Erat Antuerpiæ tunc: perſonam autem nominare non expedit.

Eò morum pervenit corruptio, ut honori ducant aliqui ſcelera exſecranda committere.

c] Et hic appoſite hiſtoria Alexandri & Piratæ recenſebitur. Interceperat pelagi graſſatorem, qui cum una aut altera navi diſcurrebat; condemnat illum laqueo, & Pirata ad Superos exclamat dicens.

Mens ubi, judicium, aut ratio eſt? ubi recta voluntas?
Qui paucas rapuit merces pendere jubetur,
Et qui Aſiam totam ſpoliat, Rex nomine Magnus
Dicitur! ne video lignea ſunt Numina: parvis
Dat Fortuna crucem furtis, magniſque coronam.

Qui pauca furantur, puniuntur: & qui furantur multa, eximios conſequuntur honores.

Ita quidem res agitur; eadem res, ſi à Titio perpetretur, erit alba; &, ſi à Semphronio nigra.

Hiſtoria Alexandri & Piratæ.

SECTIO I.

De Sexu. *An eadem verba, aliter ſi à Viro dicta, aliter ſi à Fæminâ, debeant* [*] *interpretari?*

*] Tametſi plerique omnes activè verbum iſtud accipiant, Agellius *lib.* 13. *cap.* 13. illud accipi paſſivè præcipit.

PONO ob oculos annoſam uxorem Zebedæi: ejuſdem verba refero: Chriſti clementem reſponſionem ſubjungo: ut videas in fœmina, grandæva, matre & paupere Petitionem tolerari imprudentem, quam in Viro Iuſtitiæ condemnaret ſeveritas. His illam verbis *lib.* 5. *de Fide ad Gratianum cap.* 3. Ambroſius, eximius Eccleſiaſtes, ediſſerit. Ergo eum audiunto.

Matth. 20. 20.

Conſiderate, quæ mater filiorum Zebedæi cum filiis, & pro filiis petat. [Si nimia, & temeraria alicui videatur ejus ambitioſa petitio, Perſonæ circumſtantia debet conſiderari.] *Mater eſt utique, cui pro filiorum honore ſollicita, immoderatior quidem,*

In humanis actibus bonitatem malitiamve, intendere & remittere ſolet circumſtantia Perſonæ: eadem enim verba aliud judicium ſubeunt, ſi à muliere, & aliud ſi à viro dicantur.

Digitized by Google

ſed tamen ignoſcenda menſura votorum eſt: atque mater ætate longæva, ſtudio religioſa, ſolatio deſtituta, quæ tunc temporis, quando vel juvanda, vel alenda fores validæ prolis auxilio, abeſſe ſibi liberos patiebatur, & voluptati ſuæ mercedem ſequentium Chriſtum prætulerat filiorum; qui prima voce vocati à Domino (ut legimus) relictis retibus & patre, ſecuti ſunt eum. Hac igitur ſtudio maternæ ſedulitatis indulgentior obſecrabas Salvatorem, dicens: Vt ſedeant hi duo filii mei, unus ad dextrã tuam, & alter ad ſiniſtram in regno tuo. *Etſi error eſt*[adhuc conſiderari cauſa debet unde ille oriatur:aliter enim indiſcreta devotio, & aliter pertinax malitia incriminatur. Errori ſubeſt devotæ Anſis petitio. Quis de hoc dubitet] *Pietatis tamen error eſt. Neſciunt enim materna viſcera patientiam: etſi voti avara, tamen veniabilis cupiditas, quæ non pecuniæ eſt avida, ſed gratiæ: Nec inverecunda petitio, quæ non ſibi ſed liberis conſulebat. Matrem conſiderate, matrem cogitate. Conſiderabat Chriſtus matris dilectionem, quæ filiorum mercede grandævam ſolabatur ſenectam: & deſideriis licèt feſſa maternis, chariſſimorum pignorum tolerabat abſentiam. Conſiderate etiam fœminam, hoc eſt, ſexum fragiliorem, quem Dominos propria nondum confirmaverat paſſione.* [*] *Conſiderate, inquam, Hevæ illius primæ mulieris heredem, transfuſa in omnes immoderatæ cupiditatis ſucceſſione labentem; quam Dominus adhuc proprio ſanguine non redemerat; nondum inolitam affectibus omnium immodici contra fas honoris appetentiam ſuo Chriſtus cruore diluerat. Hereditario igitur mulier delinquebat errore.*

*] Conſtat ex his Ambroſii verbis in Chriſtianis, qui per ſanctum Baptiſma ab originaria peccati labe emaculati ſumus, debiliorem concupiſcentiam eſſe, quam in cęteris, qui originali adhuc peccato coinquinantur.
Gratia ergo baptiſmalis, non ſolùm juſtificans, ſed & auxiliãs eſt.

Vidiſti ſexum, ætatem, pietatemque à Chriſto teſte Ambroſio in fœmina conſiderari: ad literas humanas tranſeamus.

Quædam Herois apud Ovidium, ut ſuæ credulitatis culpam eluat, exclamat,

Sum decepta tuis, & amans & fœmina verbis,

Sunt fœminæ, & præcipuè cũ amant, valdè credulæ.

Quæ verba breviter ad hanc formam reduco.

In naturalibus nemo laudem, aut incriminationem meretur.

At connaturale eſt mulieribus, & præcipuè cùm amant, verba Amicorum credere.

Mulieres igitur, cùm facilè credunt, quæ à ſuis Amicis dicta, nec laudem, nec incriminationem merentur.

At ego ſum mulier, & amans: & tu eras meus Amicus.

Ergo, quia adhibui fidem verbis tuis, ſicut laudem non ambio; ſic etiam nec cenſuram promereor.

SECTIO II.

An Fœminæ mendaces ſint? An poſtulent, quæ habere non volunt; & quæ maximè appetunt, ſi offeratur, recuſent?

SVbjacet exceptioni omnis generalis doctrina: & quia plurima contra Mulieres in libris Veterum & Iuniorum leguntur, conſiderandum Primò eſt, illos à Viris eſſe ſcriptos, dicerent enim pejora & graviora de Viris, ſi à Fœminis ſcriberentur. Secundò, eſſe multas prudentes & innocentis vitæ fœminas, quas Cenſura non tangit: Ergo hac Admonitione præmiſsâ nonnullos Scriptores legamus.

Multæ ſunt probæ fœminæ, quarum candidi mores non merentur acerbiorem cenſuram.

Solet dicere Hiſpanus, *Cada uno cuenta de la feria, como le fue en ella.* Vnde Tibullum gravia & intolerabilia à mulieribus fuiſſe perpeſſum, his enim eas coloribus libr. 3. Eleg. 4. percitus iracundiâ deſcribit.

Ah! crudele genus, nec fidum fœmina nomen.
Ah! pereas, didicit fallere ſi qua virum.

Et, ſi crudelis eſt, quomodo tam blandis verbis utitur, & dulcis apparere deſiderat? Non decidit, ſed intendit & implicat hoc Dubium Menander; inquit enim.

Ἔςι γὰρ γυνὴ λέγουσα χρης' ὑπερβάλλων φόβος.
Mulier verbis benigna maximè eſt timenda.

Quales ſint fœminæ? An ipſæ ſolæ id ſciant?

Et tam difficilem Quæſtionem hanc Martialis judicare videtur, ut eiſdẽ (mulieribus) ſolùm, *Quales ipſæ ſint?* innoteſcere poſſe, pronunciet. Hiſpanus enim erat, & ad Hiſpanicam dialectum verba accepit, cum cecinit.

Scire ſuos fines matrona & fœmina debes.

Martialis libr. 12. ad Zelotypam.

hoc eſt, *Mueſtran buena cara a quien aborrecen, y dan buenas plabras a quien deſean hazer malas obras. Y*

quan-

Digitized by Google

quando, el porque, me preguntas: *reſpondo*, ſcire debent. *ellas lo deben de ſaber.* [a]

a] Apud Hiſpanos hæ phraſes, *Lo deba ſaber*, & *Lo debe de ſaber*, differunt inter ſe.

At Quæſtionem exponit & reſolvit Iuvenalis in Satyra, quam fortè non bene Critici interpretantur.

Iuvenalis Satyr. 6.

Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat nil,
Cùm virides gemmas collo circumdedit, & cùm
Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

ἔλεγχος eſt *æquivoca vox. Ejus ſignificationes exponuntur.*

Et quidem nomen ἔλεγχος duplicem habet ſignificationem, in theſauro enim eſt gemma, & in ſcholâ fallax & cavillatorium argumentũ. In priori ſignificatione vocem uſurpat Plinius libr. 9. cap. 35. *Ex proceribus ſua gratia eſt* (Elenchos *appellant*) *faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, & binos aut ternos auribus fœminarum gloria eſt.* In poſteriori Ariſtotelem, qui Fallaciarum Dialecticarum librum, περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων appellavit. Accepiſſe vocem in primâ ſignificatione Iuvenalem, exiſtimant paſſim Interpretes, & eorum Ego veniâ in ſecundâ aſſero illum fuiſſe loquutum: & ejus verba hoc Scholio dilucido. Sic inquam [Cauræ ſunt fœminæ, & adſtantium oculos & aures ſatagunt prævenîre. Potentes ſe & ingenuas haberi ab aliis cupiunt, & ut id conſequantur, gemmas virides (nam, & pretioſa, & multa pollicentur) ponunt ob omnium oculos: intentiſque Auditorum auribus magnos elenchos, fraudes multas & eximias immittunt: & ubi ſic oculos & aures omnium ſic præparaſſe exiſtimant, omnia ſibi permittunt; & nĩl judicant turpe, quod placeat.] Hic eſt Mulierum Genius: unde, qui in ſenſu contrario earum verba intelligere velit, rarò errabit. Ad rem Valentinus exclamat.

Iuvenalis locus dilucidatur.

Quale ſit fœminarum ingenium?

An ſint fallaces, & mendaces?

Mes molt be ſcuſen
Vicis amats
E los pecats
De altri eſpeculen.
E ſen tribulen
Com ſen confeſſen
De aquells expriſſen
Les circumſtancies
De aquells han ancies
Dels ſeus non dolen
Moſtren que volen
Lo que nols plau:
Miren lo blau
Compren de grana:
Volen magrana
Raim de manen.
Mes no ſe enganen
May en lo pendre,
Prodich deſpendre
Buſonejar
Pus al pujar
Es lur plaer.

Sunt docti & eruditi Poëtæ carmina, & Valentianæ dialecti leges compendioſas obſervant. Authoris ſanè intentum, non erat inſultare Mulieribus, ſed oſtendere, Valentinos, eſſe verborum parcos, reſque verbis paucioribus, verbaque paucioribus literis exprimere, quàm Latinos, & alios. Et quidem huic profectò Dialecto debetur brevitatis & conciſionis gloria; &, ſi dubites hæc ipſa Valentina Carmina, cum Caſtellanis & Latinis, quæ ſequuntur, compone.

Et horũ Verſuum ſenſum ad Caſtellanam linguam, & Spinelas [a] ſubſequentes reduxit.

a] Spinelius, Poeta junior & celeber invenit in Decaſticis Conſonantiarum hũc decurſum. ABBA. ACC-DDC. &, quæ ad illum formantur, ab Inventore nomen habent.

Saben muy bien eſcuſar
Los vicios de ellas amados,
Y los agenos peccados
Procuran eſpecular:
De eſtos ſuelen confeſſar
Con tribulaciones y anſias
Las minimas circunſtancias [b]
De los ſuyos no ſe duelen:
Y moſtrar, que quieren, ſuelen,
Lo oppueſto de ſus inſtancias.
Lo azul miran affectadas,
Si lo encarnado conciertan;
Vnas piden quando [c] *aciertan*
A appetecer las granadas.
Jamas quedan engañadas,
Quando llegan a tomar.
Prodigamente gaſtar,
Mill bufonadas decir,
A lo mas alto ſubir
Es ſu gozo ſingular.

b] Voces *circumſtancias*, & *inſtancias* voci *anſias*, ſi ſtemus Rhythmico rigori, non conſonant.

c] Hic *acertar* eſt *contingere*, quoniam *acertò Pedro n hazer eſto*, es *contigit, ut Petrus faceret hoc.*

Ne privarentur Latini his conceptibus, quos Valentino & Caſtellano idiomate dilucidavit, alium idem Poëta paravit calamum, & Hendecaſyllabos ſequentes addidit.

Excuſant proprios teguntq; lapſus; [d]
At peccata aliena perſpicaci
Cernunt lumine, quando confitentur.
Angi plus nimio videbis illas.
Sed, cur? Num ſcelerum pudet ſuorum,
Immò, nil minus explicare ad unguem

d] Fœminæ tam tenerè, aut etiam tam temerè ſe amat, ut ad percipiendos ſuos defectus ſint cœcæ. *In ſer. de Fide Spe, & Charit.* ſanctè & ſcitè dicebat Zenon. *Ideo autem* (Amor pingitur) *cæcus, quia dum exarſerit, non ætatem cõſiderat, non formam, non ſexum, non gradum, non ſacroſanctum illud ſana Pietate affectum.* Quæ verba, etſi cõveniant etiam viris, in fœminis ſpecialiter verificantur.

Er-

Errata alterius, minutuloſque
Defectus ſatagunt licèt latentes.
Siquid diſpliceat, ſibi placere
Fallaces ſimulant, voluntque credi.
Putes cæruleas amare veſtes,
Et Regale tamen probatur oſtrum:
Volunt Punica mala, dum racemos
Poſcunt, ne videantur illa velle.
Captandis tamen unaquæque donis
Nec falli poterunt, nec arte vinci
Opes prodigere, alta comparare.
Hæc una omnibus inſita eſt voluptas.

An apud Viros alba vocentur alba, & nigra nigra?

Omitto & Italicos numeros, qui adhuc in Manuſcripto ſubjiciebantur, illi enim intento Authoris proderant, mihi autem prodeſſe, aut ſervire non poſſunt. Hæc autem debent nobis ſufficere, ut ſciamus, an in phraſi præbeat ſenſum antiphraſis: nam hoc Dubium à Perſonæ conſideratione reſolvitur, quoniam album *album* dicunt Viri, ſed alba *nigra*, & nigra alba dicebat olim Ἀκκὼ, fœmina ſtupidiſſima, cujus meminit Alſtedius Encyclopediæ tom. 1. cap. 8. Regul. 1. pag. 378 b. Et ab hujus mulierculæ nomine, actus quo quis quæ deſiderat deſpicit, & quæ non vult habere, poſtulat, jam paſſim ἀκκισμὸς nominatur. Et quidem multas omni in provinciâ fœminas hoc laborare morbo, & Accíſmi pati maleſuada ſymptomata experientia quotidiana perſuadet; quoniam externi in eis affectus internis, & cogitationi verba diſſonant; volunt enim propiciæ videri, ubi odio habent: & quos tenerè diligunt, torquent, obtorquent, vexant. Fridericum, & Auroram audiunto.

Ἀκκὼ *fœmina quæ?*

Ἀκκισμὸς *quid ſit?*

Part. 35. Comœd. 6.

Aur. *Luego el Dueño, que eſtimais*
Tyranna eſquivez fomenta.
Frid. *Y tanta, que no es poſſible,*
Que mis Eſperanzas muertas
Reſuſciten. Aur. *No dudeis*
En las humanas Bellezas:
Porque por razon de eſtado
Concedan quando mas niegan.

An, quæ ore negat mulier, mente concedere confenda ſit?

experiebatur in ſe hoc ingenium fœminarum Pelaya, quæ in Comœdiâ, quæ *La Montañeſa de Aſturias* à Ludovico Velezio de Guevara, qui illam concinnavit, inſcribitur, in ſua lingua, aut dialecto ſic inquit.

Que non hay fembra que non
Diga enſoras quiera bien
Al rebes de lo que tien
Dentro de ſu coraçon.

Eſt hæc Comœdia trigeſimæ Partis ſecunda.

Quæ hucuſque ingenioſe ſunt dicta, regulariter, non autem ſemper obtinent: nulla enim tam Generalis Regula, quæ exceptionem non toleret. Negabo igitur Aſſertiones præmiſſas, ſi univerſim ſumantur; non enim omnes nos elenchis illudunt, nam cognoſco Viragines, quæ ingenuæ ſunt, & à Poëtæ Valentini ſe cenſura ſubducunt.

QVAM Autora qualitatem Mulieribus, Viris Leonora accenſet: inquit enim.

In ead. Comœd. *An etiam Viri, deluſi ab Amore, mentiantur?*

A los amantes no entienda;
Que eſtan negando ellos miſmos
Aquello, que concedieron.

Pulchra ſunt Leonidæ, & Artemidori verba, quæ *part. 26. Comœd. 3. pag. 49. col. 2.* leguntur. Imaginem Leonidæ viderat: & ubi ipſammet proſpectat, admirabundus exclamat.

Quanta ſit inter res vivas & pictas differentia?

Art. *Reconoſco lo que va*
De lo vivo a lo pintado!
Leon. *Con tu Amor no eſtà ſegura*
Tu vida. Art. *A morir me inclino.*
Leon. *Quien te fuerça?* Art. *Mi deſtino.*
Leon. *Quien te obliga?* Art. *Tu hermoſura.*
Leon. *Donde me has viſto?* Art. *En pintura.*
Leon. *Vete.* Art. *Fuera accion ingrata*
Contra un ſer a quien le mata
Dexarte. Leon. *Tu ſer mintiò.*
Art. *Como puedo mentir yo,*
Si eres tu, quien ſe retrata.
Leon. *Que hay en ti, con que mereſcas*
En mi el inuſado olvido
De quien ſoy, pues te deſpido
Con temor de que obedeſcas? [*]
Que hay en mi, para que ofreſcas
El rendimiento que vì?
Como no ſabes de ti
Sin ſaber quien puedo ſer?
O como antes de ſaber
Quien eres, no ſe de mi?

*] Hoc paſsim experientia nos docet. Iubent interdum fœminæ, quæ fieri non volunt: & ſibi inferre injuriam putant famulum, aut miniſtrum, qui obediat. Et, cùm hæc cogito exempla occurrunt, quæ non juvat ſcribere.

Et poſt pauca Leonida.
Diſculpe en lo que relato
Qualquiera eſte libre error,
Que a quien le coge el Amor
De ſuſto, olvida el recato.
En ti pudo mi Retrato
Solo introducir el nombre

De

a] Ratio carminis poſtulat, ut in voce *Idolatra* producatur & acuatur penultima.

De Idolátra: Pues no aſſombre [a]
A nadie el llegar a ver ,
Que ame a un hombre una muger
Si a un retrato adora un hombre .

Et poſtea *pag.*62.(quæ male inſcribitur 72.) Artemidorus agens de Zeuxi ait,

Quomodo tam pulchras Tabulas Zeuxis delineare potuerit?

Hechó voz que retrataba ,
Juntando partes diverſas [b]
En una hermoſura , todas
Las perfeciones de Grecia ,
Y copia a Leonida . Offrece
A tus ojos ſu belleza
En pintura ; la pintura
Agrada ſiendo perfecta ,

An Pictura loquatur?

A todos : luego el dictamen
Hijo ſutil de ſu Ciencia
Fué ; que ſi a todos agrada ,
Que hará a quien con mudas ſeñas
Le dice , Quien es ? hará
El effecto , que deſea .

De Zeuxi. Quis, & qualis fuerit?

Quomodo Helenæ ſimulachrum effinxerit?

b] Zeuxis (cujus nomen , & pingendi modus hic legitur) fuit Heracleotes , & clariſſimus Pictor . Et Helenam delineaturus , convocavit omnes ſuæ Civitatis Virgines , quæ ob decorem laudatæ ; & ex ſingulis , quod perfectius videbatur , excerpens , ſimulachrum, inter Artis prodigia numeratum , deduxit . Illudque poſtea fuiſſe tranſlatum Romam , & in Philippi porticu collocatum lib. 35. cap. 10. narrat Plinius .

De Fœminarum Inconſtantiâ .

Non omnes eaſdem in Firmamento Imagines & Figuras delineant .

VAriæ fuerunt in diverſis temporibus , & variæ hodie ſunt in diverſis provinciis ſtellarum Imagines , quæ in Aplane pinguntur : alias enim Ægyptii , alias Græci , & alias Arabes diverſas à Latinis delineant . Pierius Valerianus libr. 32. [Aliqui Mathematici *Bicipitium* Inconſtantiæ Hieroglyphicum poſuerunt . Nam tertio ſupra vigeſimum Leonis gradum bicipitis Hominis Simulachrum oriri confixêre. Quod eo aſcendente gradu natum inconſtantis ac leviter mutabilis voluntatis atq; ſententiæ fore præſagiunt.] Et poſſet putare aliquis hoc aſcendente gradu naſci fœminas . Alii alia narrent, ego enim inter alias curioſitatis gratiâ conſervaras Epiſtolas in Chartophylacio iſtam repetio .

Bicipitiũ in 23. grad. ♌ oriatur.

Quid ſignificet?

Cur ſequens ſcripta fuerit Epiſtola?

ARGVMENTVM . Bruxellis anno 1640. quia vacaverat Canonicatus N.Titia Monaſterii N. Prioriſſa, per literas mane, horâ intempeſtâ , miſſas poſtulat, ut Principem Portugalliæ interponam , & Semphronium optimum , & doctum Sacerdotem commendem . Et ego ſtatim , me omni niſu illud negotium promoturum reſpondeo . Poſt horam mittit alteras, in quibus præcipit , ut nihil faciam . Et me ſuæ voluntati propriam ſubmiſſurum reſpondeo . Et vix miſeram famulum , quando tertias recipio , & in illis hæc verba .

Exſtat apud me etiam num hæc Epiſtola , quam qui bene conſiderer , ignorare non poterit , imprudentem eũ eſſe, qui fœminarum patrocinio aut auxilio confidit .

Reverendiſſimo Señor . Las mugeres ſon mugeres , y las monjas ſon mugeres , y yo porque ſoy muger y monja, ſoy dos vezes muger . Digolo, porque eſta mañana eſcribi a V. Reverendiſs. encomendando la perſona del Licenciado N. vino tarde a decirnos miſſa . Enojeme ; eſcribi ſin conſideration la ſegunda . Ahora , que ſe me paſsó el enfado, vuelvo a eſcribir , ſupplicando, que V.Reverendiſs. no haga cuenta de la ſegunda carta, ſi no que ſe gobierne por la primera, procediendo como me prometió , y de ſu corteзia &c. *Offreſco oraciones .* &c.

Et videat obſecro ſincerus Lector , ob quàm levem cauſam in negotio tam gravi (in quo videlicet agebatur de honore, & commoditate , quibus frueretur Semphronius totâ vitâ) una fœmina, ſancta, & in dignitate conſtituta , cum vento opiniones mutavit .

SECTIO III.

Fœminam probam & ingenuam depingit .

VArietas delectat & ad eruditionem concernit . Nos ergo , qui Græcos , Latinos , &c. Hiſpanos , Italos , &c. Scriptores adduximus , aliquid è Belgico Parnaſſo adducamus . Iacobus Catzius *pag.* 31. ſic inquit .

Eſt Iacobus Catzius Poeta Hollandus, qui Belgicè, Gallicè , & Latinè multa ingenioſè ſcripſit, quæ cum applauſu & utilitate leguntur.

De redene ende ervarentheydt leert ons dat oock de aldernutſte dinghen , door het misbruyck alleen gantſch en al ſchaedelyck vverden . tis te beduchten dat uyt inde ſaeche des houvvelycx (om andere dinghen te verzvyghen) door de hitte des louckheyts ons dubils vergrypen ende van het eynde des houvvelycx int vverck des houvvelycx ſelfs afdvvaelen Wy arhennen God (dat is een gantſch reyn geeſtelyck weſen)voor den inſetter van dien

a] Tetraſtichon hoc Belgicum, quidam Iunior his Dimetris repræſentavit .

Subſit Marito Fœmina .
Ejus libido & Conjugis
Nunquam voluptas limites
Excefferint Prudentia .

dien ſtaet, en daer door alleene dienen vly afgemaent te werden van het ſelue met onmatighen luſt te beſoetelen Ambroſius heeſt de ghene die haer hier in verloopen. door een ſcherpe, nochtans eygene. maniere van ſpreken, onteerpeelders van haer eyghen vrouwen genaemt. De naem van huyſvrauwe is voor een naem van weerdicheydt. ende niet van wellust ſelfs by de Romeynen altijts ghehouden geweeſt haer Poeten hebben dies aengaende goede vermaeninghe ghegeuen, eene vanhenlieden ſeyter aldus.

Vrou, vvildy deegh van uvven
man,
Ghy dient v ſoo te ſtellen an,
Dat u begheeren, en zyn luſt.
Noyt t'eenemael en zy ghebluſt.

De ghehoude en moeten hun dan niet laten voorſiaen dat hen tegens malcanderen alleſgeoorloſtis, maer een yeder handele de ſyne maetelyck. ende met een ſchere vriendelyche ſtemmicheydt. beſittende alſoo ſyn vat in heylicheydt, nae den raedt des Apoſtels.

Et Author ipſe, uſus eſt liberiori paraphraſi, cum verba Hollandica ſic tranſtulit.

[Res natura ſua optimas ſolo abuſu malas fieri, non ſolùm ratio, ſed & uſus docet. In re conjugali (ut alia ſileam) vereor ne, juventutis lubrico prolapſu, plurimùm peccemus, & in ipſo Matrimonii opere à Matrimonii ſcopo quàm longiſſimè aberremus; idque *ſpecie* (ut ait ille) *virtutis & umbra*. Porrò cùm Deū, id eſt Spiritum Puriſſimum, Auctorem Matrimonii laudemus, vel eo admonemur, non eſſe id intemperantia ac diſſolutâ libidine conſpurcandum. Hanc petulantiam Ambroſius gravi quidem, ſed non indignâ cenſurâ notavit, cùm *uxoris adulterum* vocavit eum, qui in uſu conjugali verecundiæ rationem non habet. Sed & aliud eſſe *Amaſium*, aliud *Maritum* agere, non-ne ii notarunt, qui *Vxorem* non voluptatis, ſed dignitatis nomen eſſe voluerunt; Romanos & Ethnicos dico, quorum, vel Comici veteres ea de re ſanè judicant. Eorum unus,

b] P. Mendus in Epitom. verb. Debitum conjugale. num. 10. [Si advertat maritus uxorē fore petiturā debitum, niſi pudore fœmineo corriperetur, tenetur reddere: nam ea eſt petitio interpretativa.] & citat Sa, Navarrum & alios.

.... *Quæ mulier ſuum virum* (ait) *Volet ſibi obſequentem eſſe, atque divtinum, Medicè ac parcè ejus ſerviat cupidini*.

Lepidè Eraſmus noſter, *non provocare, Matronæ* [b] *eſt; comiter negare, pudoris; obſtinatè recuſare*, [c] *perfidiæ*. &c.]

c] Et ſtatim num. 12. ſubjungit. [Si ſæpiſſimè concedatur debitū, petenti illud frequenter, ſemel aut iterum negare, ſeu ad modicum tempus, vel opportunius differre, dum non agnoſcatur periculum proximum pollutionis petenti, non eſt peccatum mortale. &c.]

SECTIO IV.

De Fœmina linguoſa, petulante, & audace.

SVNT fœminæ, quæ *Bachilleras de eſtomago* ab Hiſpanis vocantur. Sunt verè ægrotæ; &, quia laborant abundantia verborum, καθαρτικοῖς indigent medicinis. Vt eas indipiſcantur, ſyrupum ex octolinguis Calepini foliis ſibi quotidie præparant, & ideò noctu, diuque malè digeſta verba evomunt, ſtomachi exoneratione levantur. Et quia talem duxerat in uxorem Fidentius profeſſione Grammaticus, his numeroſis lachrymis conquerebatur.

An omnes mulieres laborent ſtomacho? &, qua medicina curentur?

Μῆνιν τ' ὂ' λομένην γαμετὴν ὁ
τάλας γεγάμηκα.
Καὶ παρὰ τῆς τέχνης μήνιδος ἀνξάμενος.
ὤ μοι ἐγὼ πολύμηνις ἔχων δι-
χόλωτον ἀν ἄγκην,
τέχνης γραμματικῆς, καὶ γαμετῆς μαχίμης.

Illæ ſic Latinè à Luſcinio redduntur.

Grammatico ducta eſt uxor mihi,
peſtifera Ira,
Artis & infelix Ira mihi auſpicium.
Heu miſer! en geminâ fatis modò
comprimor Ira,
Artis Grammaticæ, Fœmineæq;
domi.

Bis miſerum eſſe Grammaticum, qui uxorem duxerit: eſt enim maxima miſeria profiteri Grammaticam, & miſeria non minor, apud ſe tolerare unā fœminam.

Et huc Auſonius adluſiſſe videtur, cùm cecinit.

Arma virumq; docens, atq; arma
virumq; peritus,
Non duxi uxorem, ſed magis arma domum.
Namq; dies totos, totaſq; ex ordine
noctes
Litibus oppugnat meq; meumq;
larem.
Atque ut perpetuis dotata à Marte
duellis,
Arma in me tollit, nec datur
ulla quies.
Iamque repugnanti dedam me ut
denique victum,
Iurgia, & ob hoc ſolum jurgia
quod fugiam.

Etiam improbæ fœminæ ſciunt, &

domi

domi profitentur Grammaticam. Et huc reſpexit Poëta vetus, qui quoniam Caſuum Græcorum nomina antiqua ſequitur, quæ antiquata jam ſunt, intelligi exactè non poteſt: Verba attentè conſidera.

Caſuum nomina apud Græcos olim erant diverſa.

Αρχὴ γραμματικῆς πεντάςιχός
ἐςὶ κατάρα·
πρῶτος, μῆνιν ἔχ{ι}. δεύτερος, ὐλομένην.
καὶ μέτα δ' ὐλομένην, δαναῶν
πάλιν ἄλγεα πολλά.
ὁ θιτατος, ψυχὰς εἰς ἀΐδην
κατάγει.
τῦ δὲ τεταρταιϋ, τὰ ἑλώρια,
καὶ, κύνες ἀργοί.
πέμπτῳ δ' οἰωνοί, καὶ χόλος
ἐςὶ Διός.
πῶς ὖν γραμματικὸς δύναται
μέτα πέντε κατάρος,
καὶ πέντε πλώσεις, μὴ μέγα
πένθος ἔχ{ι}ν;

Et ideò caſuum gratia impræſentiarum illi verſus, quam habuerunt antiquitus.

Grammatica auſpicium Pentaſtichon eſt maledictum:
Iram primus habet pernitioſam alius.
Poſtq; hanc haud paucos Danaum tenet ille dolores,
Tertius at fortes mittit ad orcum animas.
Tractus quartus habet fœdos, celereſque moloſſos.
In quinta & volucres & Iovis ipſe furor.
Mirum igitur poſt ſex caſus quinque & maledicta,
Quintuplicem luctum Grammaticus ſi habeam.

De Homericæ Iliadis principio.

Volunt Critici adludere ad Homericæ Iliadis exordium, quam in hunc modū Poëta Summus orditur.

Μῆνιν ἄειδε Θεὰ Πηληϊάδεω
Α'χιλῆος. &c.

Et Latinè labore, & induſtriâ Nicolai Valla ſic eloquitur.

Iram pande mihi Pelide Diva ſuperbi, [*]
Triſtia, quæ miſeris injecit funera Grajis,
Atq; Animas fortes Heroum tradidit Orco,
Latrantumque dedit roſtris, volucrumque trahendis
Illorum exſangues inhumatis oſſibus artus. &c.

*) Πηλεΐδης fuit vocatus Achilles, à nomine Pelei ſui patris. Ita Hephestion Sophoclis Ajacem dilucidās.

Et ſic eadem, à Franc. Philel. manuductus reponit.

Iram Diva refer Pelida immitis Achilis, [*]
Innumeris quæ ſeva malis afflixit Achivos.
Polymnia.
Heroumq; Animas tot fortes impulit Orco,
Membra minutatim quorum laniata moloſſis
Alitibuſque dedit pro Regis mente Deorum. &c.

At præter vocem Iram quæ generalis eſt, vix aliquid in Homero, quod ſit terminus adluſionis reperio. Interìm, quia diſcurrendo per Caſus, ſuæ miſeriæ caſus exprimebat Fidentius, ſic ejus nomine clamare potero.

An, & cur Fidentius ad verba Homeri non adludat?

Improbæ Mulieris Grammatica.

Grammaticam veterem à puero [a] *me ſcire putabam:*
Sed mea me cogit diſcere ſponſa Novam [b]

Rectus & Obliquus.

Rectus erat mihi ſenſus, mihi recta voluntas; [c]
Aſt recta incuſat Cloris, obliqua probat.

Nominativus.

Nomina ſi numerem, mihi quæ imponit [ç] *are as,*
Et numerabo Maris, lucida & Aſtra Poli.

Genitivus.

Quæ generare mihi ſoboles pia debuit, effrons
Multiplicat fraudes, ingeneratq; dolos. [d]

Dativus.

Scit dore, ſed mala verba: dolet, ſi dura reponam;
Si loquor irata verba benigna, crepas. [e]

Accuſativus.

Accuſat quæcumq; velim, quocumq; loquar-ve;
Et bona, ſi mea ſunt, improbitatis agit. [f]

Vocativus.

Si voco, torva fugit; ſi non voco, puncta phalanges
Contra me Stygias, Æthereaſq; vocat. [g]

Ablativus.

Hanc febrem aſſiduam ſucclamo, Quis auferet à me?
Auſcultant multi, ſed mihi nemo favet. [h]

De Numero Plurali.

De Numero ne quære; mihi nam ſuffecit una [i]
Xantippe i. Satyris Mirta placere poteſt.

A puero, quid ſit?

a] Hæc phraſis *à puero* exactè redditur ab Hiſpanis nimirùm *deſde niño*. Audi. Sed quem? Alii D. Ludovico de Gongora, alii D. Franciſco de Quevedo verſus iſtos adtribuunt.

Iuriſta nutriūt barbam, & Medici chirotecis utuntur.

He deſeado deſde niño,
Y antes, ſi pude ſer antes,
Ver un Medico ſin guantes,
Y un Abogado lampiño.

Nova ne, an vetus ſit fœminarum Grammatica?

b] Antiquiſſima eſt hæc Fœminarum Grammatica, at poteſt *Nova* dici; nam neſcitur à Viris, & poſt nuptias addiſcitur.

An Rectus ſit Caſus?

c] Caſus Nominum in Rectum, & Obliquos dividuntur: &, ſi recte loqui volueris, adhære illis, qui Rectum inter caſus non numerant.

Alta nomina, quæ?

f] Dicuntur *Alta nomina* quæ circumſe-

 iun-

runtur in illo ſuperſtitioſo libro, qui Inſcribitur *Contra omnia portenta mundi*.

Quales fœminæ ſint?

Sunt loquaces & petulantes fœminæ, & iis, qui ſibi diſplicent, nova nomina imponunt. Mantuanus in Buc.

Mobilis, inconſtans, vaga, garrula, vana, bilinguis.

Quod ipſæ negare non audent, inquiunt enim apud Plautum in Aulul.

Nam multum loquaces meritò omnes habemur.

& apud eumdem in Ciſt.

Largiloqua exemplo ſumus: plus loquimur, quàm fas eſt.

c:] A voce Latina *apud* verbū *apodar* deduxerunt Hiſpani: & erat ſub annū 1620. valde frequēs. Exercetur, cū aliqua perſona rei, cui eſt ſimilis, nomine ſignificatur; ut cùm homo obeſus & pinguis *Dolium* dicitur, macilentus verò & delicatus *baculus*.

Eques tenax (Hiſp. *El Caballero de la tenaza*) in quadam apud D.Quevedum Epiſtola. *Cuentanme, que en mi ballaron mil faltas, y que todo ſolos fue en* [c:] *apodarme* (en ponerme nombres) *y reirſe, y que dezian que parecia eſto, y parecia eſtotro, y que parecia al otro. Yo confieſſo, que lo pareſco todo, como mi dinero no padeſca* (fortè) *no pereZca*.

d] Benè fœminas cognoſcebat Menander Comicus.

Ἔςι γὰρ γυνὴ λέγουσα χρηςὰ ὑπερβάλλων φόβος

Mulier verbis benigna, maximè eſt timenda.

Quiſnam ſit matrimonii finis opinione mulierum?

Et quidem finis Matrimonii eſt filiorum procreatio, & licet, ut libr. 12. in Zelotypam aſſeverat Martialis,

Scire ſuos fines Matrona, & Fœmina debet,

& tamen ſunt, quæ, niſi vociferentur, & domeſticos oppleant injuriis, ſe putant finem Matrimonii non tangere. Molitur Fœmina univerſis inſidias, & tum ſcopum ſe tetigiſſe exiſtimat, cùm deceperit conjugem. Seneca. *Dux malorum fœmina, & ſcelerum artifex*. Lactantius. *Impudicas fœminas inhoneſtis geſtibus metiuntur*. Legunt, & fortè meliùs alii, *Impudica fœmina, honeſtis geſtibus mentiuntur.*

Impudica caſta videri volunt.

Quot ſcelerata gerit fœmina mente dolos!

dicebat admirabundus Codrus; & illi Pamphylus conſonans,

Fœmina me laqueis cepit iniqua ſuis.

& Mantuanus ——— *Heu fœmina ſemper Inſidioſa mari.*

Dicebat quidā vir eruditus. Nunca ha de tener razon el marido: y ſi la tiene alguna vez, no tiene razon de tenella.

e] Vult habere occaſionem rixandi; &, ſi non invenit, hanc unam ob cauſam vociferabitur. Vnde cantabat neſcio quis,

En eſto no teneis razon Philippe:
Y aſsi con gran razon vozea Xantippe.
Y, ſi os eſforzo a caſo
Penſais que la teneis, andais errado:
Porque no ſe da caſo,
En que de no paſſar por deſdichado,
Pueda tener razon, el que es Caſado.

Acceptio perſonarum ſemper regnat in fœminis.

f] Vtuntur alia Ethica Fœminæ, non enim res ipſas, ſed perſonas conſiderant. Si placeat Petrus, quidquid fecerit approbent; reprobant, ſi diſpliceat.

g] Cum maximè vult, optat videri nolens fœmina: Vnde exclamat Virgilianus Damœtas.

Virgilius Ecl.3 *Verbis & actibus mentiuntur fœminæ.*

Malo me Galatea petit laſciva puella;
Et fugit ad ſalices, & ſe cupit ante videri.

Et Ovidius ſimiliter

Pugnabat Cloris, tanquam quæ vincere nollet.

Galenus ἀναγραμμα Angelus.

h] Eſt uxor quotidiana, & immedicabilis febris: & remedium adhibebit *Galenus*, qui anagrammaticè eſt *Angelus*, quando ſuo reſpondens nomini, illam mittit ad Angelos.

Vxores Socratis. Quot, & quæ illæ fuerint?

i] Duas uxores, & utramque moleſtam contentioſamq; Socrates, Xanthippen, & Myrtonem habuit. Et neſcio, cur ad numerum pluralem venerit, cùm ſingularis erudito Philoſopho viſa fuerit ſuperflua.

SECTIO V.

De Perſonarum Qualitate.

Præter Sexum aliæ etiam Qualitates in Homine conſiderantur: videlicet Ætas, Vſus rationis, Religio, Amor, Nobilitas, & Opulentia: quoniam ex his capitibus tollitur, aut reſtringitur ſæpè ſermonum, actuumque Æquivocatio.

Recenſentur Perſonarum qualitates præcipuæ.

DE ÆTATE.

Ætas profectò eſt ſemper recognoſcenda: aliud enim de verbis à puero effuſis, & aliud de prolatis à viro, vel ſene judicamus: multa enim dicere, & facere puero licet, quæ tamen juveni non permittentur. Appoſitiſſimè libr. 1. ad Serenum cap. 1. Seneca.

De Pueritia, & Infantia.

[Et pueri, inquit, os parentum feriunt, & crines matris turbavit, laceravitque infans, & ſputo aſperſit, aut nudavit in conſpectu ſuorum tegenda, & verbis obſcœnioribus non pepercit: & nihil horum contumeliam dicimus. Quare? quia qui fecit, contemnere non poteſt. Eadem cauſa eſt, cur nos mancipiorum noſtrorum urbanitas in dominos contumelioſa: delectet, quorum audacia ita demum ſibi in convitiis jus facit [a] ſi cæpit à Domino. Vt quiſque [b] contemptiſſimus, &, ut maximè ludibrio eſt, ita ſceleriſſimæ linguæ eſt. Pueros quidem in hoc mercantur procaces, & eorum imprudentiam acuunt, & ſub magiſtro habent, qui probra meditatè effundunt. Nec has Contumelias vocamus, ſed argutias. Quanta autem dementia eſt, hiſdem modo offendi, & rem ab amico dictam, malè dictam vocare, à ſervo joculare convicium? Quem animum nos adverſus pueros habebimus, hunc ſapiens adverſus omnes, quibus etiam poſt juventam canóſque puerilitas eſt. An quicquam illi profecerunt, quibus animi mala ſunt, auctique in majus errores qui à pueris magnitudine tantùm formaque corporum differunt? Non immeritò itaque illorum contumelias ſapiens ut jocos accipit, & aliquando illos tanquam pueros, malo pœnaque admonet & afficit, non quia accepit injuriam, ſed quia fecerunt, ut deſinant facere. Sic enim

a] Nota illud, *ſi cæpit à domino*. Non habet jus dominus, ut ſervos aut famulos injuriis oppluat: cæterū, ſi ille incipiat, illis dat jus ut etiam injurioſè reſpondeât.

b] Ad rem Hiſpanus, *Habla como quien es*.

Cur pueri, ſiquidem nō peccant, corriguntur, aut puniuntur?

&

Digitized by Google

& pecora verbere domantur: nec iraſcimur illis, cùm ſeſſorem recuſaverint, ſed compeſcimus, ut dolor contumaciam vincat.]

DE PHRENESI.

Deliri realiter & civiliter poſſunt conſiderari: realiter nocere poſſunt, puta, ſi aliquè proſternant, aut vulnerent: at civiliter & moraliter nocere poterunt: alapa enim à phrenetico impacta, dolorem realem infert, injuriam moralem non infert: nã Phreneſis relinquit vulnerãdi potentiam & aufert inferendi injurias poteſtatem.

NULLI injuriam Infantes, & Pueri inferunt, quia uſum rationis nondum habent. At Phrenetici uſum rationis, ſi quando habuerunt, amiſerunt, ergo quidquid dicant, aut faciant, moleſti eſſe poſſunt, injurioſi non poſſunt. Phreneticis ex parte adhærent ægri, qui impatientes ſunt, & ex compaſſione tolerantur. Audiatur idem Seneca, qui *loc.cit.* ſic ſcribit.

[Quis Phrenetico Medicus iraſcitur, quiſ-ve febricitantis, & frigida prohibiti, maledicta in malam partem accepit? Hunc affectum adverſus omnes habet ſapiens, quemadmodum adverſus ægros ſuos medicus, quorum nec obſcœna ſi remedio egent, contrectare, nec reliquias & effoſſa intueri dedignatur, nec per furorem ſævientem excipere convitia. Scit ſapiens, omnes hos, qui togati purpuratique incedunt, valentes coloratoſque malè ſanos eſſe, quos non aliter videt quàm ægros intemperatos. Itaque ne luccenſet quidem, ſi quid in morbo petulantius auſi ſunt adverſus medentem. Quo animo honores eorum nihilo æſtimat, eodem parum honorificè facta. Quemadmodum non placet ſibi, ſi illum medicus obvertit: nec contumeliam judicabit, ſi illi honor plebis ultimæ ſalutandi mutuam ſalutationem non reddiderit: ſic ne ſe ſuſcipiet quidem, ſi illum multi divites luſpexerint.]

DE RELIGIONE.

EAdem profectò actiones, eadem verba, ſi fiant, ſi dicantur ab Ethnico, aliter judicabuntur, & aliter lanè, ſi à Chriſtiano. Et hoc exemplo opportuno dilucido.

Ubi ſunt multi quibus poſſit fieri reverentia, ut uni ſoli & non aliis fiat, per aliquã debet circumſtantiam reſtringi.

[Ingrederis S.Antonii Templum, & vides in magna tabula miraculoſi Divi imaginem ſeptam figuris Dæmonum, qui illum terrebant, & vexabant. Vides plurimos genuflexos orantes ante aram, & tu genuflectis, & oras cum reliquis. Adeſt tibi tuus ſervus in Orientali India natus, (vocetur, Fetrius) qui te ſequitur, & genuflectit.] Et his poſitis diſcurro ſic. Genuflexio eſt actus reverentiæ, & Religionis; ergo genuflectendo Tabulam prædictam veneraris. At in illa eſt Antonius, ſunt Diaboli: unde ergo ſciri poterit illam reverentiam ad Divum, & non ad Spiritus ſtygios dirigi? Reſpondeo illam genuflexionem, niſi aliquid accedat, indifferentem eſſe, ut ad Antonium, & ut ad Diabolos dirigatur: nam in plurimis Orientis locis Diabolum Indi genuflexione venerantur. Addo, in te non eſſe indifferentem: nam, cùm Chriſtianus ſis, certum eſt, te non colere Diabolum. Quid autem dicemus de Fetrio? Ipſe eſt in India natus, nempe in oppido, in quo habent ſua templa Dæmones, & devotè coluntur. De S.Antonio nihil ſcit, nihil credit, & tamen orat, & genuflectit: ergò certum eſt, illum genuflectendo non colere Sanctum, ſed Diabolos. Ecce primò conſideratur genuflexio, ut ſic: & hoc modo conſiderata eſt indifferens, ut ad hunc, vel illum terminum dirigatur. Reſtricta & determinata per perſonam tuam (nempe, Chriſtianam) Chriſtiana eſt, & ad D.Antonium refertur. Cæterùm eadem ipſa, reſtricta & determinata per perſonam Fetrii (nimirùm Ethnici) Ethnica eſt, & S. Antonium non concernit, ſed refertur ad Diabolos. Hæc videntur clariſſima. Modò agamus de vocibus, & hanc doctrinam applicemus.

A perſona reſtricta.

Quæ à Chriſtiano fiunt indubie cenſentur Chriſtianè fuiſſe facta: & quæ ab Ethnico, Ethnicè.

DE AMORE.

An verborum ſignificatio à perſona loquente reſtringatur?

Hæc ſanè verba, *Ego te occidam*, ſunt æquivoca; nam ſeriò; & per jocum dici poſſunt. In ore ſcelerati & furibundi militis cenſentur ſeria: in ore parentis joceſa. An non frequentet matres ſuis infantibus dicunt; *Te occidam, te comedam, te devorabo?* & quid aliud tunc hæc verba ſignificant, quàm *Ita te amo, ut præ amoris impotentia ſtulteſcam.* Sic etiam charus pater, quando contra te male moratum filium iras fulminat, & mortem, crurifragium, aut ſimilia minatur, profert verba latiſſimæ ſignificationis, quæ amor contrahit, ut non niſi flagella ſignificent, & hæc ſub conditione tacitâ, *Niſi te correxeris & emendaveris.*

Verba Parentũ dura & aſpera, quo ſenſu interpretanda ſunt?

Hinc patet non imprudenter loqui illos, qui exiſtimant Amorem uti linguâ diverſâ; &, ſi communi, vocum ſignificationem reſtringere, aut etiam alienare. Res eſt tam certa, ut etiam celebretur Adagiis. Vociferantur ſponſi: minas miſcent: & in injurias prorumpunt, &c. Audit Græcus, & ridet: muſſatque:

An Amantium lingua à lingua cæterorum differat?

Amantium iræ quales?

Τῶν φιλοῦντων ὀργαί. *Amantium iræ.*

Hoc eſt, omnla illa verba, quæ in aliorum ore grave aliquid ſignificare viderentur, quia ab amaſiis prolata, aut nihil omninò ſignificant, aut ſunt interiectiones meræ, quæ nullam rem objectivè reſpiciunt, ſed quo animo proferantur, oſtendunt: nam ſunt animantibus univerſis cõmunes. Et quàm parvo hæ animorum commotiones permaneant ſciebat bene, qui cecinit.

Quamdiu perſeverent?

Ὀργὴ φιλοῦντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον

Ira amantium parvo durat tempore.

An ſint deliri amaſij?

Et videtur ſententiam hanc didiciſſe à Menandro, qui ſic cecinit.

An blaſphemit?

Οὐδὲ ποτ' ἀληθὲς οὐθ' ὑῷ πατήρ
Εἴωθεν ἀπειλεῖν, οὔτ' ἐρῶντ' ἐρωμένῃ.

Vt irrita parentis in prolem ſuam,
Sic & in amicam ſunt Amatoris mina.

Per Hyperbolen aut Metaphoram, blaſphemia aufertur.

Ceſſant rixæ, & ſuam Amaryllida Amaſius *Gemmam*, *Roſam*, *& Stellam* appellat. An-ne delirat? Imò & *Deam* nominat. An-ne blaſphemat? Ad hoc ſecundum Reſpondet Antonius Coronius *in ſummâ, verb. Blaſphemia, num* 4. [Non eſt blaſphemia vocare amaſiam *Deam*, aut *Idolum ſuum*: nam hæc verba non dicuntur, aut accipiuntur ſenſu proprio, ſed hyperbolico. Ita Mendoza *in* 2. 2. *diſp.* 91. *ſect.* 4. §. 16. Diana *part.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 20.] Ergo etiam hyperbolicè, aut, ſi vis, metaphoricè, verba *Gemmam*, *Roſam*, *Stellam*, &c. accipe, & Amaſium eximes à delirio.

De Amantium juramento.

Ceſſant rixæ, dicebam: ſequuntur ſuavia verba; & commoti priùs animi pœnitentiâ, & jurejurando ſedantur: multa ſibi mutuò pollicentur, & poſteà omnium obliviſcuntur. An-ne perjurij incriminari poterunt? Ridet Græcus & ait.

Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.
Venereum juramentum non punitur.

Et cur? Ioſephus Langius. [Senſus eſt, amantium jusjurandum irritum eſſe, neque ad Deos quidquam pertinere, tanquam jocoſum.]

Improborum iuramentum quale?

Et quia Iuramenti memini, dabo verſum Menandri:

Ἀνδρῶν γὰρ φαύλων ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε.
Virorum autem malorum juramẽtum in aquâ ſcribe.

Quem dilucidabo apophthegma curioſum ex Laërtij *lib.* 1. *cap.* 1. producens. [Adultero ſciſcitanti an abjuraturus eſſet adulterium. Non, inquit Thales, eſt perjurium adulterio peius.] Putabat igitur ſapientiſſimus vir tale eſſe juramentum adulteri, ut in aquâ mercatur ſcribi: non enim de pejerando dubitaret, qui non dubitavit [a] crimen ſuppar committere. Quò reſpiciens Apollodorus cecinit.

a] Interim Perjuriũ multò gravius eſt Adulterio: illud enim contra primam Tabulam, & hoc contra ſecundam militat.

Qui juramentum à malo vire poſtulat, inſanit.

An præſumendum ſit improbum peierare, cùm iurat?

Et cur inſanit? Quia juramentum, quod in probi hominis ore eſt Religionis actus, in ore improbi, aut eſt, aut præſumitur eſſe perjurium. Et eſſet aliter judicare manifeſta temeritas.

DE ATHEISMO.

INter improbos ſummum malitiæ gradum tenent ἄθεοι; & ipſi rident cæteros, à quibus ad juramentum adiguntur. Iuvenalis *Satyr.* 13.

An rideant, quando jusjurandum emittunt?

Sunt, qui in Fortuna jam caſibus omnia ponant,
Et nullo credunt Mundum Rectore moveri,
Natura volvente vices & lucis, & anni:
Atque iſti intrepidi quæcumque altaria tangunt.

De Conſcientia Verme.

Cuicumque homini, qui Deum cognoſcit & adorat, ſi fortè pejeret, mordet Conſcientiæ Vermis, & ait,

Tibullus libr. 1. eleg. 9.

Ah miſer! etſi quis primo perjuria celet,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Et, ſi plures ad perjurium concurrant, inculcat.

Virgilius libr. 1. Æneid.

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At ſperate Deos memores fandi, atque nefandi.

Verùm enim verò, cùm animus in Impietatis Oceano profundo ſubmergitur, & incipit Divina & Cæleſtia decredere, ceſſant Conſcientiæ morſus, & in perjurio vultus minimè perturbatur. Vnde ipſe Iuvenalis ſic inquit.

In juramento in teſtem adducitur Deus.

Iam facile & pronum eſt Superos contemnere Teſtes,
Si mortalis homo nemo ſciat. Aſpice quanta
Voce neget: quæ ſit ficti conſtantia vultûs.
Per Solis radios Tarpejaque fulmina jurat.

In

In omnibus igitur rebus, & in juramentis præcipuè ipſamet perſona, quæ loquitur, eſt circumſtantia conſignificans, quæ verbnrum ſignificationem alienat, reſtringit, aut alterat.

Ioan. 2. 4.

An Chriſtus matri ſuæ puriſſimæ durè aut aſperè fuerit loquutus?

DOctrinam hanc benè perſpectam exploratamq; in ſuâ habebat Dialecticâ S. Bernardus: qui *ſerm. 1. de mutatione aquæ in vinum*, verba illa Chriſti, *Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea*, dilucidans, ſic infit. *Durior fortaſsè & auſterior videri poſſet Reſponſio Domini. Sed noverat ille, cui loqueretur: & quis loqueretur illa non ignorabat*. Ergo verba, quæ ab alio, aut alij dicta, eſſent dura & auſtera, à filio, & matri, & tali matri dicta, duritiem & auſteritatem Bernardi ſententiâ non habent. Sanè non illa ægrè tulit Virgo-Mater puriſſima: ſed legitimo ſenſu interpretans, ſuæ filium adnuiſſe petitioni ſuppoſuit: unde Melleus Doctor progreditur. *Vt ſcias*, inquit, *quomodo reſponſum ipſum acceperit, & quantum de Filij benignitate præſumpſerit, ait Miniſtris, Quæcumque præceperit vobis, ſervate, & facite*. Ergo illa verba *Quid mihi & tibi eſt mulier?* quæ in alîus ore eſſet aſpera, in talis Filii ore, & Matri dilectiſſimæ dicta, æquivalebant his, *Id ego, quod deſideras, faciam*. Nec enim facta, aut dicta poſſunt ponderari legitimè, niſi in lancem veniat circumſtantia perſonæ, *Multum enim intereſt* (ut monet Plinius) *quid à quoque* (dicatur, vel) *fiat*. *Eadem enim* (verba, aut) *facta, claritate vel obſcuritate* (loquentiū, ſeu) *facientium, aut tolluntur altiſſimè: aut humillimè deprimuntur*.

Quomodo ſint intelligenda?

Plinius libr. 4. Epiſt. ad Marc. à Chriſtophoro Salazario in Illuſtratione Fabulæ Pyrami & Thisbes citatus.

Quomodo licentiam tacitam interpretemur?

Huc ſcitè reſpicientes Theologi, cùm diſſerunt de licentiâ tacitâ, ad Prælatum & ſubditum convertunt oculos, & utriuſque indolem, & mores conſiderant. Quæ enim negaret ſenex hypocondriacus, Vir Iovialis concederet: &, quæ probo. & obſervanti Religioſo meritò indulgerentur, murmuratori & improbo debebunt neceſſariò negari.

DE HÆRESI.

Halæ Lovanii quæ?

HÆC verba; *Non potuit Deus ab initio creare hominem, qualis nunc naſcitur*. Dictata ſunt à Michaële Bayo in publicis Halis (ſic vocant Scholas) Lovanii: Eadem poſteà fuerunt ibidem à Patribus Franciſcanis Hibernis in publicis Theſibus defenſa. In ore Bayi fuerunt Hæretica, & à duobus Summis Pontificibus condemnata: in ore autem Patrum Franciſcanorum Catholica, & ab univerſis admiſſa: Sunt æquivoca? & ad unam, aut alteram ſignificationem à perſonâ dicentis contrahebantur. Non poſſe Deum animam innocentem affligere, opinatio erat Bayi, quam magno Ianſeniſtæ niſu in ſcholas protrudunt. Et quia naſcuntur hodie infantes debiles, ignorantes, ægroti, illos in hoc originariæ culpæ pœnas luere aſſerunt; nam Deus, ut aiunt, primum hominem creare ignorantem, cœcum, mancum, aut ægrotum non potuit; dedecet enim Infinitam Iuſtitiam punire aliquem, antequam peccet. Hanc Bayi, & Ianſenii doctrinam, cui nigrum Theta inuſſit Apoſtolica Sedes, Virginis-Matris vita falſam eſſe manifeſtè perſuadet: quoniam ſic argumentor. [Hujus vitæ miſerias Beata Virgo ſuſtinuit: paſſa eſt famem, ſitim, moleſtias, labores, & ærumnas: ſubiit Cœli inclementias; frigus, æſtum, &c. in ſumma paupertate vixit, & tandem obiit. Sed fuit innocens: nam ſine labe originaria fuit concepta, & peccatum actuale, ne quidem veniale, commiſit. Poteſt igitur Deus animam innocentem affligere. Adamum ergo Deus claudum, aut cœcum creare potuit; quis enim Omnipotentiæ leges ponat? Et eundem quem ſanum & integrum creavit, ante peccatum potuit enervare, aut occidere; eſt enim univerſorum Dominus, & ſicut lutum in manibus figuli, ſic ſunt homines in ejus manibus.] Ratio ab Adverſariis adducta eſt indigna Grammaticis: & tamen Heterodoxi profitentur Rhetoricam, & hic in vocum ſignificatione miſerè adlucinantur. *Nemo poteſt puniri*, inquiunt, antè quàm *peccet*. Eſto: quia ſupplicium eſt pœna peccati. *Ergo Adamus antequam peccaret, à Deo excæcari, aut occidi non potuit*. Nego. Nego. Et, ut illi ſeſe in vocabulorum ſignificatione erraviſſe percipiant, quid *Pœna*, & quid *Pœnalitas* importet, breviter declarabo. Porrò *pœna* eſt correlativa *culpæ*: & innocens, quia culpâ caret, ſub juſto Iudice pœna condemnari non poteſt. *Pœnalitates* ſunt, quæ non ob admiſſa peccata, ſed ut ſubditus mortificetur, hu-

An una & eadem Propoſitio, quæ in ore unius eſt Hæretica, in ore alterius poſſit eſſe Catholica?

An poſſit Deus innocentem affligere?

An Adamum potuerit cæcum, aut ægrotum creare?

Deipara fuit innocens, & tamen ut majori gloria coronaretur, plurimas afflictiones eſt paſſa.

Tota hæreticorum hodie Theologia eſt Grammatica, aut altiùs adſcendās, Rhetorica.

Quo pæna modo à pænalitate diſtinguatur?

Pœnalitates apud Ciſtercienſes admiſſa.

humilietur, & perficiatur, præſcribuntur à prudente Prælato. Et hæ in noſtro Ciſtertienſi Ordine ſunt frequentiſſimæ; nam Novitii diebus Veneris, etſi omnia laudabiliter fecerint, in Capitulo diſciplinam accipiunt: & cæteri, quando juſſerit Præſes (Abbas, Prior, Supprior) quin interrogare ab illo poſſint, Cur ita facis? Et ideò Beatam Virginem Deus pœna vel minima condemnare non potuit, carebat enim omni culpa: ſed illam, ut ſicut aurum in fornace magis & magis perficeret, & ad majores & majores gratiæ gradus eveheret, exercuit magnis pœnalitatibus: tandem, ut moreretur, voluit. Et idem decernere potuiſſet de Adamo; non enim duæ contradictoriæ veræ ſequerentur, ſi illum ante quàm peccaret, occidiſſet: nam tunc mors non eſſet pœna, ſed pœnalitas.

De Beata Virgine.

De Adamo.

Illa igitur eadem Propoſitio, quam in ore Bayi, & Ianſenii condemnamus, in Patrum Hibernorum ore ſuſcipimus, & adprobamus, agit enim de originariâ hominum labe, quâ omnes in conceptione ipsâ inficimur, quâ tamen maculatus creari primus homo non potuit. Certum eſt ergo Aſſertionem æquivocam per Perſonam à quâ profertur, ad alteram ſignificationem reſtringi.

Non potuit Deus creare Adamum infectum peccato originale.

Et hîc obiter Lectores, & Auditores monendi ſunt, ut ſi quando vel in libro Scriptoris Catholici, aliquid legant, vel in Concione eruditi Eccleſiaſtæ aliquid audiant, quod poſſit in diſſentaneum ſenſum trahi, Perſonam ſcribentis, aut Dicentis conſiderent, & inde ambiguas voces contrahant. Audire poterit P. Dominicum Bañes, qui *in 1. part. qu. 19. art. 5. pag. 239.* ſic inquit. [*D. Thomas in argumento negat iſtam*, Deus propter hoc vult hoc, *quia facit eumdem ſenſum, concedit tamen iſtam*, Deus vult hoc eſſe propter hoc. *Ait tamen Cajetanus, quòd interdum piè ſunt interpretanda hujuſmodi loqutiones, etiam ſi in rigore ſcholaſtico videantur falſa; ut, ſi v. gr. Concionator diceret*, Quia Deus vult peccatorem converti, vult illum temporaliter puniri. *Certè cauſalitas eſt referenda ad ipſa volita inter ſe, non ad Divinam Voluntatem.* &c.]

An, & quo modo reſtringenda ſint Concionatorum verba, ſi æquivoca ſint, & in malum ſenſum poſſint trahi?

ALiud exemplum producamus. Hæc Propoſitio, *A rectâ in ſacris viâ deflexit Titius.* eſt ambigua; quoniam examinandum eſt, quid *rectæ via* nomine intelligat, qui illam pronunciat: nam, ſi fidelis ſit, *rectæ viæ* nomine intelliget Religionem Chriſtianam; ſi infidelis eodem intelliget nomine ſectam, ſeu Opinationem, cui adhæreſcit. Dixit Zoſimus ſuæ Hiſtoriæ quarto, *Simul atque ſummum Imperium quiſque conſequebatur, amictus ei Sacerdotalis offerebatur à Pontificibus, & continuò Pontificis Maximi titulus ei tribuebatur; ac cæteri quidem Principes lubentiſſimis animis honorē hunc accepiſſe, & hoc uſi titulo videntur, adeoque Conſtantinus etiam potitus imperio, licèt is à recta in ſacris via deflexerit.* Et in Ioſepho & etiam Rabbinis paſsìm hos vel illos *impios* vocari videas; & hanc ob rem, doceri vis quid hæc nomina importent.

Quid recta via in Zoſimi libris ſignificet?

Nuper electo Imperatori Pontificalia olim ornamenta à Flaminibus offerebantur.

In ſacris, hoc eſt, in Religionis materiâ, *Recta via* in Catholici ore ſignificat Religionem Orthodoxam: in ore autem Ethnici, Deorum Gentilium cultum, & Idololatriæ ſuperſtitionem. Cùm ergo Zoſimus fuerit Gentilis, illa ejus verba, *licèt is* Conſtantinus *à recta in ſacris via deflexeris*, æquivalebunt his, *licèt is Deorum Gentilium cultum, quem anteà profitebatur, reliquerit*: aut reſtrictiùs, *licèt is Chriſtianam fuerit Religionem profeſſus*. Et hoc ultimum ille expreſsè proponit: poſtquam enim dixerat, *licèt is à recta in ſacris via deflexerit*, ſubjungit, *& Fidem Chriſtianorum amplexus ſit*, ut hoc ſcholio, quid ad ſuam mentem ſit *à recta via deflectere*, ſignificaret.

An Zoſimus Ethnicus fuerit?

A recta via illos deflectere dicebat, qui Religionem Catholicam amplectebantur.

Dixi Zoſimum fuiſſe Gentilem: interim, quoniam ſæpè citatur, qualis fuerit ſcire proderit. Ergo Genebrardum audiunto. [Zoſimus Comes poſt Eunapium hiſtoriam Romanam 4. 14. annorum ab Auguſto ad Honorium, & Athalaricum, Gothum, qui Romam diripuit, ſex libris ſceleratâ fide explicavit. Nam fictis laudibus impios, ut Diocletianum, ut Iulianum, Stilichonem, & filium ejus Euchetium exornat, falſis criminibus pios, & Sanctos Principes Conſtantinum, Gratianum, Theodoſium &c. onerat, Pietati bellum indicens. Quare ab Evagrio, Photio,

Genebrardus in Chronico ad ann. Chriſt. 413.

Quali Zoſimus fide Hiſtoriam ſcripſerit?

Dat veniam corvis, vexat Cenſura columbas.

tio, Nicephoro, & aliis hiſtoricis rectè ut carius proſcriptus eſt, & certè refellitur ab aliis Paganis ſuis æqualibus ut Sexto Aurelio Victore, Claudiano. Reperit tamen præconem quemdam Ioannem Leunclaium, qui pro eo Apologiam ita ſcripſit, ut ſe melius Paganum, & canem cane illo rabbiorem contra Sanctos & Religionem pingere non poſſet. Nova Religio nobis iſtos parit, quibus Chriſtiana diſpliceant, pagana & impia placeant, ac laudentur.]

Impugnatur à plurimis, & defenditur à Ioanne Leunclaio.

Dio Caſſius Nicænus, Hiſtoriographus celeber ab anno 211. ad 231

SImiles vocum alienationes apud alios Scriptores reperio: ſæpe enim leguntur in eis aliquæ actuum humanorum Cenſuræ, quæ ſeveriori debent condemnari cenſura. Aliud exemplum proponamus. Dio libr. 67. Hiſt. Roman. *Eodem anno Domitianus, cum alios multos, tum etiam Flavium Clementem, Conſulatu fugentem, tametſi Patruelem, & habentem uxorem Flaviam Domitillam, ejus cognatam, interêmit. Objectum verò ambobus crimen impietatis, propter quam & alii multi in errores Iudæorum delapſi, condemnati ſunt; quorum pars quidem occiſi, pars facultatibus ſuis ſpoliati: Domitilla verò tantùm in Pandatariam eſt relegata.*

Flavius Clemens occiditur.

Flavia Domitilla relegatur.

Quid in ore Ethnici nomina Impietas, & Error ſonent?

Sed quale erat illud ſcelus, quod ἔγκλημα ἀθεότητος, *crimen impietatis*, aut veriùs *atheiſmi* Domitianus nuncupat; & quales erant illi, qui *Iudæi* appellantur? P. Balthaſar Corderius in ſui Dionyſii *tom. 2. pag. 466.* ſic ſcribit. [Nota ἔγκλημα ἀθεότητος *crimen impietatis* vocari Religionem Chriſtianam, tanquam reſpuentem Deorum cultum; per *delapſos item in errores Iudæorum*, nullos alios intelligi, quàm Chriſtianos, qui quòd deſertis Idolis, unum colerent Deum perinde, ac Iudæi, idcircò dicebantur in eorum mores decidiſſe.] De Domitiani crudelitate, & ſuperbia audi Suetonium, *Erat*, inquit, *non ſolùm magna, ſed callida inopinataque ſævitia.* & ait cap. 13. *Pari arrogantiâ, cum Procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret Epiſtolam, ſic cœpit.* Dominus, & Deus noſter ſic jubet. *Vnde inſtitutum poſthac, ut ne ſcripto quidem ac ſermone cujuſquam appellaretur aliter. Statua ſibi in Capitolio, non niſi aureas, & argenteas poni permiſit, ac ponderis certi.* Et ſextus Aurelius Victor ſic de eodem. *Dehinc atrox cædibus, bonorum ſupplicia agere cœpit; ac more Caligulæ Dominum ſeſe, Deumque dici coëgit.* De perſequutione contra Chriſtianos factâ vide Euſebium *lib. 3. Hiſt. Eccleſ. cap. 13, 14, & 15*, Tertullianũ *in Apolog. cap. 5.*

Quàm ſævus Domitianus fuerit?

Deus, *& Dominus vocari voluit.*

Fuit Caligulæ ſimilis.

IDEM igitur dicendum eſt de voce *Deus*, quæ ſeorſim ſumpta poteſt de Vero, & Falſo intelligi: & tamen à dicente contrahitur; aliam enim à Chriſtiano, aliam ab Ethnico pronunciata vim habet. P. Franciſcus Bermingham, *qu. 14. de Nominib. Dei art. 10. §. 7. pag. 248. a.* [Catholicus per revelationem & naturalem diſcurſum cognoſcit Deum Verum: ſed Gentilis Deum non cognoſcit, ſed affirmat ſuum Idolum eſſe Deum. Ergo ſignificatum per vocem *Deus* in ore Catholici eſt penitus diverſum à ſignificato per vocem *Deus* in ore Gentilis. Et conſequenter Deus æquivocè dicitur de Deo Vero, & de Deo in opinione.]

De nomine Deus.

An idem ſignificet cum à Chriſtiano, & cùm ab Idololatra invocatur?

NOmina etiam *Numen, Deus, Divinitas* ſunt æquivoca; & à perſonâ, quæ loquitur, & ab ea, de quâ dicuntur, ſumi debet reſtrictio.

Inter Inſcriptiones Hiſpanicas hæc exſtat, & etiamnum legitur in lapide Terraconenſi.

PIISSIMO, FORTISSIMO, FELICISSIMO D.N. CONSTANTINO MAXIMO, VICTORI, SEMPER AVGVSTO, BADIVS MACRINVS V.P. P.P.H. TARR. NVMINI, MAJESTATIQVE EJVS SEMPER DEVOTISSIMVS.

Antiquæ inſcriptiones.

Et legimus in Saguntino marmore

DEO AVRELIANO.

An Imperator poſſit vocari Numen?

Sibi templa erexit Caligula, Sacerdotes creavit, & excogitatiſſimas hoſtias inſtituit, ut recenſet Suetonius. Et erat Dedicatio, & Inſcriptio,

DEO CALIGVLAE.

An Deus?

In Reſcripto ad Hormiſdam Pontificem Maximum Theodoſius & Valentinianus Auguſti dicunt DIVINITAS NOSTRA, &c. Vide Chriſtianum Hoffmánnum *in ſui* ЧIIIEΣΣ∇, *ſeu* Vmbræ in Luce, *cap. 2. §. 37.* & generaliter loquendo. aſſerente Cujacio, *Divina manu ſcripta litera* erant Inſtrumen-

An Divinitas?

menta & Diplomata, quibus Imperator manu propriâ ſubſcripſerat.

Legis hæc lemmata, & inquitis; *An ſint ſacrilega?*

De propria & impropria harum vocum ſignificatione.

Reſpondeo nomina *Numen, Deus,* & *Divinitas*, poſſe bifariam ſumi; propriè & metaphoricè. Addo ipſa, ſi propriè ſumantur, adſingi homini ſine ſacrilegio non poſſe: at ſumpta metaphoricè poſſe adtribui Principibus, qui ſunt Miniſtri Dei, qui eum repræſentant, & ejus nomine dirigunt inferiores. Ergo hæ voces æquivocæ, & quæ bifariam exponi poſſunt, debent per Perſonam reſtringi. Prout enim Caligulæ & Aureliano Imperatoribus Ethnicis applicantur, ſignificationem rigoroſam, & ideò ſacrilegam præſe ferunt; prout autem ad Conſtantinum, Theodoſium, & Valentinianum Imperatores Orthodoxos ſpectant, debent interpretari congruo ſenſu, qui Catholicam Fidem non lædat; & ſi hoc accipiuntur modo, carent ſacrilegii impietate. Unde Bœclerus *diſſert. Academ. IV. de Auſpicio Regio cap. 3. à pag. 240.* & ex eo Hoffmannus *loc. cit.* dicunt, *Nemo formulam earum ſacrilegii incuſabit*. Eo enim accipi debet ſenſu, quo illa Exod. 7. 1. verba. *Ecce conſtitui te Deũ Pharaonis, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus*. Et illa Pſal. 81. 6. *Ego dixi, Dii eſtis, & filii Excelſi omnes*.

Multa dicuntur metaphoricè, quæ non poſſent ſimpliciter.

An Moyſes Pharaonis fuerit Deus?

A Perſona dicentis pendet vocum ſignificatio.

HINC patet phraſes illas, quæ in Ethnicorum ore erant ſacrilegæ, (quales ſunt, *ſi Diis placet. Iuro tenens aras. Mediusfidius, Ædepol.* & ſimiles) eſſe in ore Catholicorum tolerabiles. Agamus de ſingulis in particulari.

An Catholicè dici poſſit, ſi Diis placet?

Prima erat. *Si Diis placet*. Sed quibus Diis? Vnicum tantùm agnoſcit Orthodoxa ſinceritas. Ergo eſt modus loquendi, qui ſicut olim Gentilibus in uſu fuerat, ſi debet à Chriſtianis vitari. Interim, ſi quis forè illo uteretur Chriſtianus, nomen *Dii* latè patens, ad ficos & Poëticos per Perſonæ circumſtantiam reſtringeretur: unde intelligi debet P. Rodericus Arriaga *in Curſu Philoſophico anno 1669. Lugduni edito. diſp. 15. Phyſica ſect. 3. nu. 61. pag. 552. a.* ſcribit enim. *Hic Autor jam, ſi Diis placet, vult ut admittamus in creatis illam inintelligibilem difficultatem de actibus liberis Dei*.

Quem ſenſum in ore Chriſtiani has phraſis reddas?

Et qui ſunt iſti Dii, de quorum placito Vir doctiſſimus & catholiciſſimus dubitat? Reſpondeo primò: cum certum & indubitatum ſit hunc Scriptorem fuiſſe Virum probum & pium, hæc verba eo interpretanda ſenſu fore, quo nihil abſurdum contineant: ita, ut non ex verbis ad Perſonam, ſed ex hac ad illa currat argumentatio. Reſpondeo ſecundò vel loqui ſeriò Arriagam, & tunc *Dii* à nomine *Dius, a, um*. erunt *Divi*: quoniam *Deus* & *Dius* apud Latinos, ſicut Θεός & Θεῖος apud Græcos, inter ſe diſtinguuntur: Religio enim Chriſtiana, quæ non niſi unicum Deum adorat, multos Dios (*) veneratur. Vel non loqui ſeriò, & tunc *Deorum* nomine illos intelligere, qui Carminibus debent Divinitatem.

(*) ἀπὸ τοῦ Διός dicitur Dius, quaſi *Divinus, Divus*. Virgilius libr. 11. — *Quas ipſa decus ſibi Dia Camilla Delegit.* Et Perſius Satyr. 1. *Romulidæ Saturi quid dia poemata narrẽt?*

Secunda erat, *Tenens aras iuro*. Et illum olim Gentiles ritu in jure jurando obſervabant. Iuvenalis Satyr. 13.

Vetus juris jurandi ritus,

> *Sunt, qui in Fortunæ jam caſibus omnia ponunt,*
> *Et nullo credunt Mundum rectore moveri,*
> *Natura volvente vices, & lucis, & anni;*
> *Atque iſti intrepidi quæcumque altaria tangunt.*

Athei juramenta non morantur.

Modò Antonium Nebriſſenſem in Procœmio Grammaticæ editæ Antuerpiæ anno 1568. audiamus. *Polliceor*, inquit, *atque tenens aras perſanctè juro*. &c. Et interrogo, an ex his ille verbis poſſit in Ethniciſmi ſuſpicionem vocari? Reſpondeo primò aras tenendi in juramentis ritum etiam uſurpari à Catholicis: nam ex Prudentio Sandoval ego ſuperius tract. 2. Procem. pag. 169. b. dixi, *His ritè peractis ſurrexerunt Archiepiſcopi, & conduxerunt Imperatorem ad Altare, qui unum digitum dexteræ, & unum ſiniſtræ ſuper aram ponens, ſic inſit*. Et verba formalia Iuris ab eo jurati exhibeo. Et reſpondeo ſecundo, hunc eumdem ritum, etſi non fuiſſet à Chriſtianis admiſſum, per Perſonam Antonii Nebriſſenſis, Catholici Viri, reſtrictum, nihil abſonum ſignificare.

Sandoval in Hiſtoria Caroli 5. libr. 10. ad diem 23. Octobr. 1520.

Quomodo in ſua Coronatione Imperator juramentum emittat?

Tertia erat *Mediusfidius*. Et erat vetus antiquum juramentum: quod Romani diverſo modo interpretabantur. Aliis eſt, Ita me Dei filius (vel Diei filius) adjuvet; nam *d* priſci interdum uſurpabant pro *l*.

Quale juramentum ſit, Mediusfidius.

Aliis

Aliis Deus fidius, Deus fidei dicitur. Ovidius 6. Faſtor.

Sancus, Fidius, & Hercules unus ſunt.

Quærebam Nonas Sanco, Fidio-ne referrem,
An tibi Semicaper, tunc mihi Sancus ait.
Cuicumq; ex iſtis dederis ego munus habebo,
Nomina terna fero, ſic voluere Cures.

Qui enim Græco nomine *Hercules*, Sabino *Sancus*, & *Fidius* Civili dicebatur. Per Herculem ſic loquentes jurabant. Et quid de Iuſto Lipſio dicam, apud quem hanc loquendi formulam interdum lego. Aut illum non jurare, ſed affirmare tantummodò: aut non ſeriò loqui, aut per Chriſtum Veri Dei Verum Filium jurare. Quoniam Perſonæ circumſtantia cogit, ne de Viro Catholico aliquid ſuſpicer, quod diſſonet Religioni Catholicæ.

Quid Mediusfidius ſit in Iuſti Lipſii ore, vel calamo?

De Iuramento Ædepol.

Quarta erat *Ædepol*, hoc eſt, *Per ædem Pollucis*. quo juramento tam viri quam fœminæ utebantur. Et hæc jurandi formula, ut præcedens poterit in ore Chriſtiani excuſari.

An voces corruptæ nil ſignificent?

Addo Mediusfidius, & Ædepol videri eſſe illis Hiſpanorum Iuramentis (nempe, *Iuro a Diez*, *Voto a Criſpo*, *Cuerpo de San*, &c.) ſimilia: atque adeò nihil ſignificare: Verba igitur, quæ in ore Gentilis dicerentur juramentum imbibere, poſſunt in Chriſtiano ore nil omninò importare.

Stat ergo verborum latiùs ſignificantium Reſtrictionem poſſe & ſolere à perſonâ dicente deſumi.

DE DISCRETIONE PERSONARUM.

Deus non eſt acceptor perſonarum.

Quomodo concipiendus ſit Deus?

HAC noſtro ævo doctrinâ abutuntur Hæretici, & Calvinus præcipuè; nam perſonas à perſonis diſtinguentes, acceptionis vitio Deũ maculant, & Decalogum ſolis præſcitis (vel ut ipſi ſentiunt, & loquuntur, ad infernum poſitivè prædeſtinatis) impoſitum eſſe delirant. Deum conſiderari jubent tanquam ditiſſimum patrem-familias, qui domi ſuæ habet filios, & ſervos: qui non his: ſed illis deſtinat hæreditatem. Leges duras, catenas, compedes, vincula, ut compeſcantur ſervi, habet ad manum; non ut filij. Si mancipium exorbiter, puniтur ſeveriſſimè; & actiones filiorum, malæ aut bonæ, parentis amorem non extingunt, nec iram concitant: ſervi enim ſemper velut ſervi, & filij velut filij tractantur. Hac præmiſſâ doctrinâ, ab ipſis pro arbitrio voluntatis cusâ, ad Deum tranſeunt, & per Analogiam ſic diſcurrunt. Summus in Mundo Pater Deus eſt, à quo omnis in cœlo & in terra paternitas denominatur. In humana familia filios & ſervos habet. Nec argui volunt ſi Deum cũ Patrefamilias contulerint, quoniam, ut in Evangelio inquit Chriſtus, *Simile eſt Regnum Cœlorum homini Patri-familias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam.* Sanè hic Paterfamilias *primo mane* (ab æterno) filios à mancipiis diſtinxit. Illi ſunt prædeſtinati, hi, præſciti. Illis gloriam æternam in hæreditatem promiſit, & hos excluſit poſitivè. Quam illi deſperare non poſſunt; hanc hi non niſi temerè & per præſumptionem ſperarent. Ad Galatas enim Paulus ſcribit: *Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera: ſed qui de ancillâ, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem. Quæ ſunt per Allegoriam dicta.* Et mox: *Non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberavit.* Sed quò reſpicit Allegoria? Ad illa Saræ verba: *Ejice ancillam hanc, & filium ejus, non enim erit hæres filius Ancillæ cum filio meo.* Prædeſtinationem eſſe volunt cauſam gratiæ & gloriæ, & quia immutabilis eſt, inamiſſibilem gratiam, & gloriæ certitudinem indulgere univerſis. Qui ſunt prædeſtinati, addunt, ſacramentis non indigent: cæteri autem nec gratiam per ſacramenta recipiunt, nec pœnas æternas vitare poſſunt, quidquid agant. Et ita ſe Prædeſtinationi perperam intellectæ confidunt, ut ne quidem Baptiſmum eſſe ad ſalutem neceſſarium exiſtiment. Dixit Chriſtus: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, non poteſt intrare in regnum Dei*, & Ioannes Pappus, Prædicans Lutheranus *Comment. in Confeſſ. Auguſt.* Chriſtum corrigit dicens. *Sunt fidelium liberi in fœdere Dei etiam ante Baptiſmum. Sed tamen promiſſio illa & fœdus requirunt, ut tales baptizentur.* Ecce illorum ſententiâ Baptiſmus nec primam gratiam confert, nec ut medium ad gloriam Æternam requiritur. Sed quid, ſi præſcitus (puta Pharao) bene operaretur? Impediret id Deus ait Tilemanus Heshu-

An prædeſtinati peccare poſſint graviter: aut præſciti leviter?

An detur poſitiva reprobatio?

Galat. 4. c. 22.

Prædeſtinati filij præſciti ſervi in illorum ſententia.

Ibid. 4. d 31.

Geneſ. 21. a. 10.

Quanta ſit Prædeſtinationis efficacia hæreticorum ſenſu?

An Baptiſmus neceſſarius ſit?

Polymnia.

Quid de præſcito fieret ſi bene operaretur?

ſius, nam *Comment. in Epiſt. Pauli*, ſic de illo ſcribit. *Pharaonis cor indurat Deus, dum ei lucem & ſpiritum ſubtrahit, denegat, & potenter retinet, ut non poſſit, nec intelligere, nec eligere veritatem. Immittit ei ſpiritum furoris & amentiæ, ut ſponte ruat in perniciem.* Et hanc Blaſphemiam *formula Concordiæ pag.* 451. reponit: & aſſentiuntur Calviniſtæ, nam Henricus Alſtedius *Encyclopediæ libr. 25. ſect. 4. cap. 5.* hæc verba adducit, ut hanc Concluſionem *Nos* (Calviniſtæ videlicet) *& Lutherani quantum ad fundamentum Religionis conſentimus*, perſuadeat.

An Calviniſtæ Lutheranis conſentiant?

An cælum virtute, an fortuna adquiratur?

Porrò, ſi nec Pharao, nec cæteri præſciti veritatem eligere, ſed nequè intelligere poſſunt; &, ſi in eos Deus immittit amentiæ & furoris ſpiritum, ut ſponte in perniciem labantur, ſervire Deo, & gloriam æternam indipiſci, non eſt opus virtutis, ſed fortunæ, & tunc bona opera erunt indigna præmio, & facinoroſa ſupplicio. Sed hoc eſt lumen rationis naturalis obtundere, & liberum arbitrium negare. Oremus ergo Deum ut Heterodoxos convertat, & nos in noſtro diſcurſu progrediamur.

DE PERMISSIONE.

Non omnia, quæ nunc permittuntur aut conceduntur, ſunt permittenda, aut concedenda aliis.

SED PETIS, *An una & eadem Oratio hic & nunc aliter reſpectu unius perſonæ, & aliter reſpectu alterius reſtringi & intelligi poſſit?*

An poſſit aliquis dormire uni, & omnibus aliis vigilare?

Ante reſponſionem volo producere hiſtoriam quamdam ex Plutarcho. Is *in ſerm. amatorio*, narrat Romanum Cabbam (aliàs Calbam) ad cœnam invitaviſſe Mecœnatem. Inde eum & uxorem ſuam cerneret inter ſe adnictantes, leni capitis inclinatione dormire ſimulavit. Intereà, cùm quidam ex ſervis, quem ſomnus ille audentiorem reddiderat, menſæ adreperet, & ſuffuratus eſſet vinum, *Neſcis infælix*, inquit Cabbas, *ſoli me dormire Mecœnati?* ſimulatio ergo Cabbæ, concernebat Mecœnatem, & non alios.

Quid importet Tranſeat in Salmanticenſibus diſputationibus?

Hac doctrinâ præmiſsâ, converto oculos ad Scholaſticas diſputationes, quæ habentur frequenter Salmanticæ. Interdum ibi, qui reſpondit, ait *tranſeat*. Et quid importat iſte terminus: Eſt *concedo*, aut eſt *nego*? & cui dicitur? An-ne ſoli Argumentanti, an etiam aliis? Cùm aliqua aſſertio proponitur, quę Argumentanti non poteſt prodeſſe conceſſa, & tamen poſſet eſſe reſpondenti moleſta, ſi à Replicantibus adſumeretur, inquit Reſpondens *Tranſeat*; ac ſi diceret: *Hanc ego aſſertionem pro hoc ſolo argumēto concedo, reſervans mihi jus illam concedendi aut negandi, ſi in alio argumento ponatur.* De Loco ſuo dicturus ſtatim, interim moneo verbum *Tranſeat*, quod Salmanticæ urbaniſſimè dicitur, Compluri injurioſum videri: quia, cùm in Vniverſitate Complutenſi non ſint replicæ, nec alter alterius argumentum promoveat; aſſertio, quæ nocere Reſpondenti non poteſt, debet abſolutè concedi; & ſiquis dicat *Tranſeat*, cenſetur dicere; *Hanc aſſertionem, quia ad rem non ſpectat, condono.*

Quid verò in Complutenſibus?

PETIS ITERUM, *An, quæ de uno dicuntur, ita poſſint per circumſtantias reſtringi, ut intelligantur de alio?* Hiſpanicum Adagium aſſertivè reſpondet. Illud eſt. *A ti te lo digo aguela; entiendelo tu mi nieta.* Huc ſpectant non pauci apologi, & parabolæ: huc & multæ hiſtoriolæ, quæ paſſim ab eruditis recenſentur. Clemens VIII. prudentiſſimus Pontifex, habebat Catum pulchrum, quem, quia dum cœnaret, miabat [a] fuit ſemel adloquutus his verbis. *Tace, & invigila muribus, Quoniam, ſi male ſervias, etſi vociferéris totâ nocte, non impetrabis micam panis: &, ſi bene ſervíveris, favores, etſi non petas, conſequeris.* Et quidem, dum loqui Cato viſus, nil Cato dixit, ſed ſuos famulos monuit, illos ſe gubernante, non multiplicando libellos, ſed bene ſerviendo, dignitates altiores impetraturos eſſe.

An interdum vir prudens ſibi dici cenſere debet, quæ aliis dicuntur?

[a] Sunt verba, quæ voces animalium ſignificant, ut rugire, ululare, latrare, &c. & ipſa imitantur eam vocem, quam ſignificant.

PETIS TERTIÒ. *An una & eadem actio, ſi à diverſis fiat, ſortiatur diverſa vocabula?*

Circumſtantiæ Perſonæ in Moralibus maximè conſiderantur.

Et fortè reſpondebit aliquis, humanos actus à perſonâ, à quâ fiunt, habere poſſe, quod Perſo placeant, aut diſpliceant; tolerentur, aut non; non autem quod mutent nomina, & aliis deſignentur vocabulis: nam fornicatio, exempli gratiâ, tametſi civiliter toleretur in milite, & incriminetur in cive, tamen utrobique fornicatio vocatur.

Sed dico interdum aliquas circumſtātias comitari Perſonas, propter quas actuum etiam immutantur vocabula; nam *fornicatio* (ut poſitum

Luxuria ſpecies, quas Perſona ſecernit.

ſum exemplum retineamus (ſi à cælibe committatur, *ſimplex*, ſi à conjugato *Adulterium*, ſi per eam Sanctimonialis, *Sacrilegium*; &, ſi Virgo invita violetur, *Stuprum* nominabitur. Hæc autem Metonymia, non eſt nominum pura alteratio, nã cum nominibus mutantur criminũ moralitates, & locum habet in diverſis generibus; quoniam occiſio hominis, quæ ab aliquo, qui nullo ſanguinis vinculo obſtringitur, eſt *Homicidium*, à filio (reali, aut morali) perpetrata, *Parricidii* ſcelerato nomine dedecoratur. Sic ſupellectilium & famulatus ſplendor, qui vocatur in Nobili *Magnificentia*, aut ſi volueris, *Faſtus*, in ignobili erit intolerabilis, & *Superbia* dicetur.

De Parricidio, & Homicidio.

De Superbia, Faſtu, & Magnificentia.

SECTIO VI.

De Perſonis fictis. *An ſub alicujus Viri illuſtris, & jam defuncti, nomine indignus ſæpè circumferatur?*

Contingit in militia, ut nomen, veſtes, & ſervitia mortui Achillis Therſites ignavus adſumat.

MUlti & multi Perſonas aliorũ mentiuntur, & veſtibus alienis induti, eſſe volunt quod nunquam fuerunt. Sæpe occumbit in acie ſtrenuus Miles, & ejus, aut ſocius, aut famulus, literas rapit, veſteſque, & ſub defuncti nomine Regiam Aulam frequentat, & Miniſtris eſt univerſis moleſtus. Sæpè Doctor eximius moritur in Germaniâ, & ſub ejus nomine emergit vir ignotus in Galliâ, & obtinet honores immeritus. Et eſt tanta inſolentia aliquorum, ut vim inferant Chronographiæ, ut ſuam poſſint vanam gloriam fovere. Sit nobis *Calvinus* exemplo, qui anagrammaticῶs *Alcuinus* eſt; fuit autem Alcuinus Bedæ diſcipulus & Magni Caroli quondam præceptor. Multos poſſem nominatim producere, ſed quia hanc tantùm Veritatem illuſtrare deſidero, Doctoris Carlini meminiſſe ſufficiat.

Alcuinus. ἀναγραμμ. Calvinus.

Et quidem duplex Carlinus eſt, verus, ſpurius: poſterior enim apud D. Antonium de Solis in cognomine Comœdiâ ſic inquit.

Doctoris Carlini, nuper defuncti nomen, ejus uſurpat famulus.

Agora Señores, que
Eſtamos ſolos aquí,
Porque vueſtra duda, ſe
Quien ſoy os dirè, quien fuè,
Y quien pienſo que ſerè.
En relacion puntual
Polymnia.
Mis mañas pondrè, y mis modos,
Nadie deſcubra mi mal,
Porque ſe lo digo a todos
En ſecreto natural. [a]
Aunque ſigo ſu modelo,
No ſoy el Carlino, nò,
Que honrò el Guadixano ſuelo,
Cuyos hechos eſcriviò
Gongora, que eſtè en el Cielo.
En Cadiz fui ſu criado,
Y del aprendì tambien
Lo embuſtero, y lo auiſado;
Que diran los que me ven.
Que ſoy el miſmo miſurado. [b]
Luego que el pobre muriò,
Hombre, y grados le quitè,
Viſtiendome dellos yo,
Y de Cadiz me auſentè,
Porque Madrid me llamò.
Aqui eſtá mi falſedad,
Tan afeytada, y tan bella,
Y al fin de tal calidad
Que nadie dirá con ella,
Que me ha cogido en verdad. [c]
Mis cautelas, las mas bobas,
Engañaran al demonio
En ſus lobregas alcobas;
Y levanto un teſtimonio,
Aunque peſe cien arrobas.
Yo no apuro melindroſo,
Por quien miento, o para que;
Y ſoy deſta tan zeloſo,
Que por mentir mentirè
En cabeça de tinoſo.
Alchahuetes [d] *ſoy de fama*
Que con cauteloſo ardid,
Soplo la amoroſa llama
Y ando por eſſe Madrid,
Saltando de rama en rama.
Y es tanta la induſtria mia,
Que ſi aviſo a mi cuidado.
Y hablo a mi bellaquerria
Sabrè meter un recado
Por el ojo duna tia.
Con el ſer Medico allano
Quantas Caſas ay, y gano
Hombre de atinado y bueno
Sin que el libro de Galeno
Me aya tomado una mano. [e]
Hiendo en el ayre un cabella. [f]
La Corte aturdida trae
Mi ſolicito deſuello,
Y ninguno en ello cae,
Aunque caen todos por ello.
Mas entre a queſta ventura
Tengo una propria Muger,
Tan ſimple y vil Criatura,
Que agua todo mi placer
Toda mi paciencia apura. &c.
Que ay quien ſu ſempleza iguale.

a] Tangit & ridet multorũ morbum, qui ſiquid occultè factum diſcũt, in civitate publicant, illud ſingulis ſub ſecreto naturali dicendo.

b] Quia Plautus inter alia ſuperlativa, quæ finxit, *ipſe ipſiſſimus* dixit, hujus Comœdiæ Author adrogat ſibi ut dicat, *el miſmo miſmiſſimo*, aut *el miſmo miſmado*.

c] Dicimus, *que alguno fuè cogido en mentira*: & Carlinus inconvenientis loco haberet, *ſi fueſſe cogido en verdad*.

Mentitur, ut mentiatur.

d] Ab Arabibus recepimus vocem hanc *Alcahuete*, in qua אל AL, eſt articulus, Græcè ὁ, & Hiſpanicè *el*. & חוטא CHAVETE, *qui peccat, qui peccare facit*, à radice חטא CHATA, quæ *peccare* ſignificat.

e] Contrapoſitionem hanc conſidera. Manus capere ſolet librum, non liber manum.

f] Vt aliquem ab ingenii ſubtilitate in Hiſpania laudemus, dicimus, *que hiende un cabello en el ayre*.

Digitized by Google

SECTIO VII.

De meritis. *An Fortuna Perſonas Virtutibus claras perſequatur?*

Iſta vocis ſubſtantia metallum vocis *ab Hiſpanis vocatur.*

OMnia vocem habent, univerſa loquuntur; at non eſt omniũ vox æquè grata & ſonora. Sed quæ præ cæteris cenſetur dulcis? Reſpondet Magiſter Leo in Comœdia, cui nomen, *No hay amar, como fingir*. ait enim.

No eres rico? Pues tu mal
Explica recio y veloz;
Que el mejor metal de voz
Siempre es la voz del metal.

An meritis fidendum ſit?

[Et hic oportet ſcire vocis corpus *el metal de la voz* ab Hiſpanis vocari.] Nec eſt, cur quis ſpem ſuam meritorum excellentia ſuccollet, ubi enim auri tinnitus non auditur, ſilent merita, & ideò ibidem Helena dicebat Felici.

Suppongo occultos quilates,
Pues ſe, que ſiempre eſtuvieron
Con la Fortuna reñidos
Los grandes merecimientos.

Cur tanta ſit inter Virtutem & Fortunam diſſenſio?

Et hoc ultimum Terraſtichon poſtulare videtur, ut rationem exponam, propter quam rarò, aut nunquam Virtutes & Fortunæ in uno ſubjecto conveniant. Alii alias proferant: & unuſquiſque, prout voluerit ſtatuat; mihi enim, quia judico Fortunam non ſeriò agere cum Eruditis Viris, permittam Suero, ut ad numeros, qui ab Experientia præcinuntur, tripudiet. Ille igitur apud Ludovicum Velezium *tom.* 30 *Comœd. pag.* 48.*b.* rationes examinat, hiſtoriamque ab ipſo cogitatam his coloribus pingit.

De fracta Naturæ & Fortunæ Amicitia.

*] Duo in hoc verſu, alterum, quod ſenſum, & alterum, quod mores concernat, reperio. Quia conchas habet teſtudo, & non Elephas, illos verſus ſic lego,
Haſta, que ſobre dar como a tortuga
Conchas a un Elefante. &c.
Et ſic puto ſcripſiſſe Velezium: & Amanuenſes ſẽſum voculis elocatis confudiſſe.

Cuentan que la Fortuna en otro tiempo
Y la Naturaleza fueron grandes
Amigas con eſtremo, que no hazia
Nada ninguna dellas, que no fueſſe
Confirmadas de entrambas, de tal modo
Que en el mundo ſe viò perfeto todo.
Eſta amiſtad durò por muchos años,
Haſta que ſobre dar a una tortuga [*]
Conchas como a Elefante, ſin que fueſſe
Para nada importante la Fortuna,
Y la Naturaleza dieron vozes,
Y tuvieron palabras tan peſadas,
Que enemigas quedaron declaradas.
Metieronſe los Dioſes de por medio,
Y no pudo ninguno hazer las pazes,
Y deſde entonces no haze coſa alguna,
O la Naturaleza o la Fortuna,
Que no ſe intentan afear de modo,
Que eſta en el mundo prevertido todo.
Si la Naturaleza forma un hombre
De hermoſas partes, y de ingenio raro,
Valeroſo, magnanimo, atrevido,
Gratioſo, corteſano, y comedido,
La Fortuna le da poco dinero:
No le da dicha en quanto p one mano;
Pierde ſi juega; ſi enamora, apenas
Le mira una fregona; ſi es ſoldado
Con el primer encuentro le deſpeñan;
Si ſirve; nunca medra; ſi procura
Sembrar no llueve en quatrocientos años;
Si da dinero a cambio, el banco quiebra;
Si navega, los vientos ſe deſatan;
Si riñe, ſale herido; ſi de noche
Sale, le dan por otro, y finalmente
Se caſa preſto, y muere pretendiente.

(a) Et fabella iſta moneor, ex parva aliquando ſcintilla incendia notabilia procedere. *Quid à Fortuna adquirant illi, quibus Natura favet?*

Quid à Natura obtineant, quibus favet Fortuna?

Y quando la Fortuna determina
Hazer un hombre rico, venturoſo,
Y Señor finalmente, y poderoſo,
Dize Naturaleza: hagote calvo,
Hagote corcobado, hagote zurdo,
Hagote mentecato, hagote inutil,
Hagote deſcortes, hagote enfermo,
Hagote mentiroſo y melancolico,

Ha-

Hagote miſerable en ſumo grado,
(Aunque los mas lo tienen en cuidado)
En ti Naturaleza y la Fortuna,

An aliquando conveniant inter ſe, & veliut communi conſilio alicui Viro inſigni proſpicere?

Ramiro, hizieron pazes, para hazerte
Galan, de hermoſas partes, de alto ingenio.
Agradable, valiente, y generoſo,
Principe de Leon y las Aſturias,
Y con todo quiſieron que pagaſſes
Penſion a ſus enojos, con tenerte,
Ramiro, injuſtamente melancolico
No faltandote nada que deſeas,
Y deſpues de tan gran melancolia
No amar, es la mayor.
Ram. *Ya me dormia.*

SECTIO VIII.

Quo ſenſu ſo amantium, aut odio habentium verba, debeant accipi?

FAvores, & injuriæ, officia, & maleficia vocem habent. In ſuâ *Amor vencido de Amor*, quam D.Ioannes Velez de Guevara, D.Ioannes Zabaleta, & D. Antonius de Huerta ſtudio communi compoſuerunt, hæc reperio.

Autora. *Como de quien ſoy me precio,*
Mi Amor te reſponde ingrato
Porque ha de hablar el recato
Con la lengua del deſprecio. [a]

a] Odium ſuâ linguâ habet.

Ladislaus. *Eſſo es querer, que mi Amor*
Muera entre dudas, pues veo,
Que ſolo entiende el deſeo
El lenguaje del favor. [b]

b] Suam etiam favor.

Aurora. *Amor ſuole desluciendo*
Lo miſmo que eſta eſtimando.
Favorecer deſpreciando [c]
Deſpreciar favoreciendo.

c] De Amoris lingua qualis ſit?

An loquatur per antiphraſim & ironiam, & verba uſurpet in oppoſita ſignificatione?

Y aſsi quien firme enamora
De un niño no ſe confio,
Que con los peſſares rie,
Y con los placeres llora.

Hinc orta fuerunt Nobiliſſima Adagia, *Amantium ira, Amantium juramenta in aqua ſcribe. Hoſtium blanditia, Reconciliata Amicitia*, & alia iſtis ſimilia, quibus ſignificatur, ſuavia inimicorum verba, & ſævas amantium exſecrationes, per antiphraſin debere intelligi.

Nonnulla proponuntur Adagia.

SECTIO IX.

De Præjudiciis. *An eadem verba in uno interdum ſenſu ab una Perſona, & in alio ab alia intelligantur?*

SEcundum præjudicia, quibus præoccupatus eſt homo, quæ dicuntur ſemper interpretatur. Perſuadent id pulchra Doctoris Mirademeſcua carmina, in Comœdia, cui Epigraphe, *La Confuſion de Vngria* (quæ eſt Octava inter eas, quæ part. XXXV. leguntur) Ibi enim Phœniſa, dubitat, an repertura folium ſit, ſubſcriptum à Rege, quod perdiderat, & Floriſæus ibidem dubitat, an è Phœniſæ gratiâ exciderit, an verò adhuc in ejus amore, & memoriâ permaneat. Ingreditur ergo ille, & ſic inquit.

Dicit Hiſpanus, *A quien vacas ha perdido, cencerros ſe le antojan*, hoc eſt, *Qui vaccas perdidit, earum putat ſe ubique ſubaudire campanulas*, multum enim conferunt ad opinionem præjudicia.

Floriſæus. *Aquí vuelvo a contemplar*
Eſto ſagrado lugar [*]
Donde ſolamente fue
El milagro de mi fè
Que no lo puedo olvidar
A quien ſeñal de vitoria
Me diò Phenisa la palma,
Y aſsi para aqueſta gloria
En Phenisa tengo el alma
Y aqui tengo la memoria.
Illa ingreditur.

*] Recentiores Simonides, qui *Artem Memoria* exornarunt & dilucidarunt, inter præcipuas, quæ excitant memoriam circũſtantias, Locũ recenſent: nam experientia docet, ut quoties ad locum, in quo aliquid notabile nobis accidit, devenimus, illius ſtatim caſus recordamur.

Phen. *Aqui fue do la perdí.*
Flo. *Eſto lo dize por mi.* Ap.
Que como a verla non he ido,
Soſpecha que me ha perdido
Phen. *Si podrè hallarlo aqui* Ap.
Pues que le pude perder?
Flor. *En ſu penſamiento aſſiſto.* Ap.
Su paſſion me da a entender
Encubriendo que me ha viſto
O que diſcreta muger!
Ph. *Si le hallò alguna Dama.* Ap.
De Palacio. Flor. *Ella me ama.* Ap.
Pues de damas ſe recela?
Puede poner un eſcuela
De diſcrecion, ciencia, y fama.
Ph. *Por mi fè que no le hallo.* Ap.
Flor. *A qui mi bien me hallarà.*
Phen. *Caſi eſtoy por no buſcallo.* Ap.
Flor. *No me eſconderè, no mas.* Ap.
Que me perderè, ſi callo,
Señora no eſtà perdido
Lo que buſcas. Phen. *Yo agradezco,*

El

Digitized by Google

El cuidado que has tenido
Do parecio? Flor. *Aqui pareſ-ſo,*
Pues tambien te ha parecido.
Phen. *Di donde eſta? por mis bienes*
Flor. *Dentro en tu alma lo tienes*
Deſpues que tuyo ſe nombra
Que yo no ſoy ſino ſombra
De aquel que en tu pecho tienes.
Phen. *Acaba dame el papel.*
Que lo pedirà mi hermano.
Flor. *El papel? quieres por el* [a]
Motejarme de Liviano?
Phen. *Mira Señor que eſtà en el*
La firma del Rey. Flor. *Y firme*
Eſtoy ſin arrepentirme
Del alma que te he entregado
Phen. *Eſtas loco o perſiado*
En burlarte o perſeguirme? &c.

a] Leviſſima res eſt unicum folium chartæ, & tamen graviſſimos effectus exhibet: in hominum vitas ſe inſinuat, & de illorum fortunis & honore diſponit.

Et in his verſibus ad rem noſtram obſerva, eadem Phenisæ verba, in uno ab ipſa ſenſu intelligi, & in alio accipi à Floriſæo.

SECTIO X.

De Experientia. *Ab illa pleraque Artes & Reſolutiones vitæ Humanæ dependent.*

INter qualitates, quæ maximè Perſonam à Perſona ſecernunt, præcipuus locus Experientiæ debetur, multa enim inexpertus audet, recuſat, aut formidat expertus.

Quid experientia ſit?

Experientia profectò venit ab *experior*: & *experior* à verbo jam antiquato *Perio*, ex quo adhuc ſunt in uſu *Aperio*: & *Reperio*. Nec correpta eſt primæ ſyllabæ in *Aperio* correptio, nam qui *pro*, etſi Latinis longum ſit, more Græco in compoſitione corripuerunt, ſic etiam *a* aliquando breviarunt. Græcè autem eſt Πεῖρα, as. *Experientia*. Et πειράομαι, *experior*.

Verbum jam antiquatum Perio, *ex quo* Aperio & Reperio.

πεῖρα. πειράομαι.

Eccleſ. 34. *Vir in multis expertus cogitabit multa; & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit.*

Experti debent gubernare inexpertos.

Hiſque verbis ſervire, velut ſcholium, poterunt teſtimonia Illuſtrium Poœtarum, quæ ſubjicio. Menander.

Ἐμπειρία γὰρ ἀπειρίας κρατεῖ.
Experientia enim Inexperientiæ imperat.

Experientia autem uſu, & obſervatione adquiritur, Ovidius Transformationum ſexto.

—— *Seris venit uſus ab annis.*

Terentius in Adelphis.

Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, & uſus ſemper aliquid deportet novi,
Aliquid moneat, unde illa, quæ te ſcire credas, neſcias;
Et, quæ tibi putaras prima (optima, ac proptereà amplectenda) *in experiundo repudies.*

Semper per novas experiẽtias ad novas rerum cognitiones & notitias venitur.

Manilius *libr.* 1. poſtquam de Fatorum revolutione ſomniavit, aut deliravit cum Stoicis, in ſe seducitur, aitque

Per varios uſus Artem Experientia fecit,
Exemplo monſtrante viam.

Et hanc communem & univerſalem doctrinam ad ſpeciem contraxit lib. 1. de Pont. Eleg. 3. Ovidius dicens,

Da veniam quæſo nimioq; ignoſce timeri
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus unca cibis æra ſubeſſe putat.
Sæpe canem viſum læſa fugit agna; lupumque
Credit; & ipſa ſuam neſcia vitat opem.
Membra reformidant mollẽ quoq; ſaucia lectum
Vnaq; ſollicitis incitat umbra motus.
Sic ego Fortunæ telis confixus iniquis,
Pectore concipio nil niſi triſte meo.

Huc pertinet illud Hiſpanorum Adagium. *Cada uno cuẽta de la feria, como le fue en ella.*

Et ſibi ſimilis libr. 1. de Art. ab Experientia argumenta deducit.

Scit bene Venator cervis ubi retia tendat,
Scit bene qua frendens valle moretur aper.
Aucupibus noti frutices; qui ſuſtinet hamos
Novit, quæ multo piſce natentur aquæ.

Venatores & Aucupes, Nautæ & Milites, Artes ſuas ab experientia didicerunt.

Et Propertius 3. 11.

Venturam meliùs præſagit Navita mortem:
Vulneribus didicit miles habere metum.

Quæ omnia mente videbatur concepiſſe Euripides, quando dicebat, αἱ δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι. *Semper ſunt poſteriores cogitationes, ſapientiores.*

SECTIO XI.

Firmat Doctrinam hanc Satyri Hiſtoria.

Hoc genus Carminum in lingua Latina aut Hiſpanica, quæ multa habet polyſyllaba difficulter formatur: at Germanicæ opportunum videtur, & tùc benè decurrit, cùm omnes ſyllabæ, quæ numeri paris locum occupât, acuuntur, & accentus ultimus ponitur in duodecima.

IAcobus Catzius, Poëta Hollandus, quem paulò antè produxi, narrat Satyrum Ignis, quem nunquam viderat, fuiſſe admiratum pulchritudinem, illum tenerè amaſſe, & temerè in ejuſdem amplexus irruiſſe: & tandem didiciſſe experientia, non omnia eſſe bona, quæ pulchra. Et hanc ingeniosè cogitatam Hiſtoriam dilucidat ſequentibus Diſtichis.

Hiſtoria cogitata de Igne & Satyro.

Pan Sach het eerſte vyer inſt doen herwaerts geſchaepen
Hy ſprack, wat moeyer dingh! en ſonder Lang te gapen.
Greep hy het inden arm: ey ſiet! daer is de quant
Aen hayr en baert verſenght en in het vleys gebrant
Komptu wat ſelſaems voor, al ſcheynent moeye ſaecken
En gheeftu niet terſtont om die te vbillen raechen,
Te vatten metter handt yet datmen niet en kent,
Heeft menich man bedot, en menich wyf gheſchent.

Multa inexperti faciunt, quæ non auderet experte.

Quos ſenſum ſequutus verſus Catzius ad numeros ſequentes tranſtulit.

Vix dederat terris ignem ſua furta, Promotheus
Pan furit, & flammis oſcula ferre parat:
Quantus, ait, nitor hic! (nondum cognoverat ignem)
Et ruit, & laſas vix trahit inde manus.
Stulte puer, blande qui lumine captus ocelli
Nil, niſi quanto dabit baſia, corde moves,
Dum, quid ames videas, properatos differ amores:
Heu ſcelerata Venus, cùm celerata venit.

PROOEMIVM II.

De Reſtrictionibus, quæ à Picturis Perſonarum proveniunt.

SOnat γράφω, *delineo*, & ζωγράφος eſt *Pictor, qui animalia depingit*; & ζωγραφία, *Pictoria*, eſt Ars quædam univerſalis; nemo enim erit mea eminens, niſi cæteris Artibus (ſaltem, ſuperficie tenus) tingatur. Plato. *Pictor Sutorem & cæteros Artifices imitatur, etiam ſi de Sutoria Arte nihil intelligat: at iis, qui non intelligunt Sutor eſſe videtur.*

Plato de Republic. dialog. 10.

An Pictor ſcire debeat omnes Artes?

Eſt Ars Pictoria, quæ vivacem & firmam apprehenſionem requirit; & ideò poſtulat, ut rem, quam exprimere pennicillo volumus, attentè & longo tempore conſideremus. Vnde Agatharcho ſe laudanti, & vanegloriosè dicenti, *Ego brevi tempore Picturam quamcumq; perficio*. Zeuxis, qui fortè aderat, reſpondit dicens, *Ego autem longo*. Et ſic, ſine pluribus verbis celeritatem inepti Pictoris irriſit:

An feſtinare monendus ſit?

AR-

ARTICVLVS I.

De Picturis: *An loquantur, an taceant? An debeant cum Hiſtoriis componi?*

De Pictura & Hiſtoria. An illa ſit Hiſtoria tacens, & iſta ſit Pictura loquens?

COpiosè hucuſq; de Voce & ſilentio diſſerui; & quia utrumque in Picturis reperio (nam Hiſtoriæ ſunt quædam eloquentes Imagines; & Picturæ ſunt Hiſtoriæ ſilentes; quæ tamen plurima ſilendo dicunt, & plurima tacendo nos docent) de Imaginaria Arte, (quæ Pictoriam Statuariã, & alias ſimiles Facultates amplectitur) ſum breviter diſputaturus: in quo, ut reor, rem gratam univerſis præſtitero, Pictoria enim & Rhythmica ſunt Homini connaturales. Ita, & benè, Lupus de Vega, qui *in ſua Apollinea Lauri Sylva IX. pag. 79. a* ſic cecinit.

An Rhythmica & Pictoria ſint Facultates hominibus univerſis congenitæ?

Mas que mucho que toda la Montaña
Eſtuvieſſe tan llena
De Gente propria, o de Nacion agena?
Pues no hay hombre de ſeſſo
(No hablo yo de los muchos en exceſſo)
Que no haya hecho ſus verſos,
O caſtos, o perverſos,
Allá en la tierna edad de los Amores,
Que ſon hijos de Amor Verſos y Flores.
Dos coſas ſon al Hombre naturales,
O pintar, o eſcribir en tiernos años,
Que plumas y pinzeles ſon iguales,
Deſpues con deſengaños,
O por occupaciones y accidentes, [*]
Emprenden Facultades differentes:
Que no ha faltado en ſuma
A la Infancia jamas Carbon y Pluma.

An Verſus habeant connexionem cum Floribus?

*] Ergo Lupi ſententia, ſi ingenium ſuum homines ſequerentur Poeſi & Pictoriæ univerſi ſtuderēt.

Interim, quia multi hodie εἰκονομάχοι linguâ & calamo in Penicillos audent, illorum patrocinium ſuſcipio, Quæſtioneſque, quæ de ipſis excitantur, dilucido.

SECTIO I.

An licitum ſit habere Imagines?

MVlta de illis Antiquiores Hæretici, multa Iuniores ineptiſſimè dicunt, carent enim fundamento probabili, quæ εἰκονόμαχοι vociferantur: poſſunt enim obumbrari calamo, aut penicillo, quæ verborum apparatu pinguntur. Sanè Geometricas Demonſtrationes, quas nudis verbis propoſitas ægrè intelligeremus, ſtatim ſi addantur Figuræ percipimus: & in Aſtronomia Hypotheſion delineatione juvamur, ut Planetarum periodos perſcrutemur. Etſi multi Fixarum Stellarum loco numeris opportunis expreſſerint, Artem tamen Syderєam promoverunt, qui in Globo & Plano Cæleſtes depinxerunt imagines. Maris & terræ terminos, regionum, & regnorum ſitum, fluviorum curſum, montium moles, civitatum diſtantias, non verbis tantùm explicant, ſed & penicillo Coſmographi eruditi delineant. Immò & Hiſtorici, verbis non videntur confidere, nam Principis, cujus geſta recenſent, effigiem æri inciſam præmittunt, ut poſſint cum Virgilio dicere.

Ineptiſſima & omni ſunt fundamento deſtituta, quæ ab heterodoxis cõtra Imagines ſcripta ſunt.

Illis Geometria, Aſtronomia, Coſmographia; immò etiam Hiſtoria juvãtur.

Omnia [a] *Mercurio ſimilis; vocemq; coloremq;*
Et flavos crines, & membra decora Iuvente.
Sic [b] *oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat.*

a] Virgilius Æneid. 4. Finem præcedentis verſus initium ſequẽtis decircinat.
b] Idem Æn. 3.

plus enim exprimit penicillus, quàm calamus. Vnde ſcitè Iacobus Catzius, inter Hollandos Poëta celeber, in Protei Præfatione ſic inquit. *Pronuncio emblemata, ſcitè exhibita, mutas imagines eſſe, quæ tamen loquan-*

Quid ſint Emblemata?

Digitized by Google

An in ipſis eloquantur imagines?

quantur. Levia videri, quæ tamen pondus habeant: ridicula apparere, cùm non ſint inſipida. Denique plus aliquid in his legi, quàm ſit ſcriptum; plus cogitari, quàm ſit lectum.

De Veteris & Novi Teſtamenti figuris.

Profectò in Sacrâ Paginâ multarum rerum deſcriptiones reperio. Revelationes ſuas Prophetæ, in Teſtamento Veteri, & S. Ioannes Evangeliſta in Novo verbis accuratè depingunt: & cur non poſſet eaſdem aliquis adumbrare coloribus, & imaginibus repræſentare?

An Deus interdicat Imagines?

Quia, inquiunt, *præcepit Dominus, ne quis faciat ſculptile*. Et ubi hoc univerſim præcepit? Sanè *Exod.* 20. & *Deut.* 5. cultus imaginum interdicitur, non autem factio; &, ſi factio, illa quam exponit Martialis illo celebratiſſimo Diſticho,

Quiſnam Idola fingat: qui ſculpit, an verò, qui illud orando adorat?

> *Qui finxit ſacros Pario de marmore vultus,*
> *Non facit ille Deos, qui rogat ille facit.*

Stat igitur inter Hæreſes, quæ afflixerunt Eccleſiam, nullam εἰκονομάχῃ ſtupidiorem reperiri. Sanè D. N. Ieſum-Chriſtum, & Deiparam à S. Luca fuiſſe pictos; Chriſtumque ſuam imaginem Abagaro Regi miſiſſe, *ex Hiſt. Eccleſ. libr.* 1. *cap.* 15. S. Thomas *in* 3. *diſt.* 9 *qu.* 1. *art.* 2. *qu.* 2. *ad* 3. aſſeverat: Et in Divorum ſimulachris non materiam (ligna, metalla, lapides) ſed rem, quam repræſentant; & hanc non latriæ adoratione, ſed duliæ cultu illis conſentaneo veneramur, ut ab ipſo *in* 2. 2. *qu* 94. *art.* 2. docemur.

De Imaginibus Chriſti & Deiparæ.

SECTIO II.

Oſtendit Antiqui Teſtamenti locos benè à nobis exponi.

DVOS locos ex Veteri Inſtrumento produxi: eoſdemque contra Hæreticos dilucidavi: impræſentiarumque ut vera & certa ſcripſiſſe me probem, ad Originale Hebræum recurro: ibi enim lego. לֹא תַעֲשֶׂה־לְךָ פֶסֶל, Lo thaaſeic leka pheſel. οὐ ποιήσεις ἑαυτῷ εἴδωλον, *Non facies tibi Idolum*. Porrò Radix *phaſal*, ſonat *dolare, dedolare, ſculpere*: & ex eâ in Cardioalium Linguarum Harmonia Georgius Crueiger deducit פסל, pheſel, *Idolum*, & φάσηλος nomen navigii ſculpti. Ergo ſiquidem Crueiger, & alii Iuniores LXX. Interpretibus, qui etiam εἴδωλον ſcripſerunt, conſentiunt, oportet bene conſiderare, quid importet vox illa, non enim qualemcumq; imaginem, ſed Idolum interdixit Altiſſimus.

Quid פסל pheſel εἴδωλον ſit?

Polymnia.

An Mahometus omnes interdicat Imagines?

P. Philippus Guadagnolus *in ſua contra Ahmodum Zinis filium Apologia. cap.* 8. *ſect.* 11. *pag.* 148. *&* 149. hunc exodi Textum interpretatur, & aliqua Arabica teſtimonia producit. Liber enim Chamús ait, *Idolum eſt, quod vanè colitur*. Et Alchoranus *cap. de Stella*. & iterum *cap. de Alforcán* in ipſo initio dicit, *Idola ſunt, quæ tanquam Dii coluntur, cum Dii non ſint*. Et hoc etiam diſcrimen inter Idolum, & Imaginem ita ut illud ſemper in malam partem uſurpetur, Theodoretus qu. 38. in Exod. Origenes homil. 8. in Exod. & alii Patres antiqui cognoverunt. De Imagine (quæ in bonam partem accipitur) Mahometus aliter philoſophatur, quoniam *cap.* 1. *de Vaccâ* ſic ſcribit. *Aliqui hominum ſuſcipiunt imagines & tribuunt eis Divinum cultum: qui verò crediderunt* (Fideles) *majori cultu, Deum adorant, quàm Imagines*. Ecce, non negat colendas eſſe Imagines, ſed veneratione, quæ non ſit *Latria*, quæ ſoli Deo debetur. Ergo noſtri ævi Hæretici ſtupidiores ſunt, quàm Mahometani.

Liber Chamus eſt quoddam quaſi Arabicũ Lexicon.

Alchoranus liber eſt, qui Mahometanæ Sectæ complectitur Inſtitutiones.

Firmo Reſolutionem meam. Ipſe Dominus Deus *Exod.* 31. *&* 35. *&* 36. dixit Moyſi, ſe Beſeleelio, & Ooliabo per ſpiritum ſuum ſculpendi, pingendi, & fundendi, &c. ſcientiam communicaſſe: Non ergo univerſim loquendo *cap.* 20. Sculptilia, picturas, ſtatuaſq; inhibuerat.

Deus vult fieri Imagines.

Prætereà. Populus Iſraël unum, aut alterum vitulum conformavit, incriminaturq; & punitur graviſſimè: & tamen duodecim ſimul Salomon, ut ſuſtineant æneum mare fudit; ſed & Leonum, & Cherubimorum imaginibus totum templum ornavit, ut conſtat *Exod.* 37. 7. & 3. *Reg.* 6. 7. & 8. *Et fecit in eis* (parietibus nimirùm Templi) *Cherubim, & palmas, & picturas varias, quaſi prominentes de pariete, & egredientes* (Hiſp. *de medio relieve.*) & tamen non reprehenditur, ſed rem Deo gratam feciſſe dicitur 3. *Reg.* 9. Sed cur? Dat reſponſionem finis: ſunt enim res adiaphoræ imagines, etſi ob bonum elaborentur finem, ſunt bonæ;

Cur fundendo duos vitulos peccavit Aaron, & Salomon duodecim &c. fundendo non peccavit?

ſi ob malum, malæ. Salomon igitur, quoniam Animalium Angelorumque imagines fuderat, ut exornaret Templum, & ut Heroicas Virtutes ἱερογλυφικῶς commendaret Hebræis, laudari debuit: at Vituli, quos adorandos fudit Aaron, nam idololatriam continebant, debuerunt dejici, frangi, & comminui.

Hieroglyphica non ſunt Idola.

Occurrit, & aliud exemplum in Serpente æneo. Etiam erat ſculptile. Et tamen Deo jubente à Moyſe fuſus, & poſteà non ſine Divina inſpiratione Ezechiæ, Sancti Regis, juſſu dirutus, & confractus. Illum in ſignum erigi juſſit Deus. Et ideò, quamdiu ſignum fuit, manuteneri debuit. Vbi autem occœpit ſuperſtitio, & accurrit, ut eum adoraret Populus, qui ſignum erat, Idolum fuit, & debuit neceſſariò ſubverti. Audi literam Divini Textus. *Et tadere cæpit Populum itineris, & laboris; loquutuſque contra Deum, & Moyſen, ait: Cur eduxiſti nos de Ægypto, ut moreremur in ſolitudine? Deeſt nobis panis: non ſunt aquæ; anima noſtra jam nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo. Quam ob rem miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes,* (ſerpentes, qui morſu carnem comburerent, & immiſſo lethali veneno interficerent) *ad* (ob) *quorum plagas & mortes plurimorum, venerunt ad Moyſen, atq; dixerunt. Peccavim⁹, quia loquuti ſumus cõtra Dñm, & te. Ora, ut tollat à nobis ſerpentes. Oravit Moyſes pro populo, & loquutus eſt Dominus ad eum. Fac ſerpentem ignitum,* (Funde ex ære Serpentem ignitis iſtis ſimilem), *& pone eum ſuper ſignum* (ſuper altum ſtipitem) *qui percuſſus adſpexerit eum vivet. Fecit ergo Moyſes Serpentem aneum, & poſuit eum ſuper ſignum: quem cùm percuſſi adſpicerent, ſanabantur.* Et hoc præceptum Divinum fuit illæſo illo *Non facies tibi ſculptile:* nam in Decalogo Deus interdicit adoranda ſculptilia, non autem ad uſus alios efformanda. Nam Levit. 26. poſtquam prohibuerat ſculptilia, ſubjungit, *ut adoretis ea:* & quia pronus ad Idololatriam erat Populus, etiam periculi rationem habuit, & Deuter. 4. 19. eadem rurſus interdixit, *Ne fortè adores ea, & colas.*

De Æneo Serpente fuſo à Moyſe.

Numer. 21. 7.

Cur ignitos ſerpentes contra Iſraelitas Deus immiſerit?

Cur ipſi vocati ſint Igniti?

Quomodo percuſſi curarentur?

Nil mali habet Sculptile, ſi non accedat adoratio.

In tanti miraculi memoriam jam per annos plurimos Serpens cuſtodiebatur: at paulatim memoria degeneravit in cultum, & Hebræi Serpentem adorabant. At eum delendo remedium Ezechias adhibuit. Sacer Textus. *Fecit quod erat bonum coram Domino.* &c. *Ipſe diſſipavit excelſa: & contrivit ſtatuas: & ſuccidit lucos; confregitque ſerpentem aneum, quem fecerat Moyſes; ſiquidem uſque ad illud tempus filii Iſraël adolebant ei incenſum, vocavitq; nomen ejus* NEHVSTAN. Iſidorus Clarius. [*Sic vocavit ſerpentem illum aneum*, quaſi dicat, Res eſt ænea, & nihil Divinitatis in ſe habet: quare ergo adoratis æs iſtud, quod nec obeſſe, nec prodeſſe poteſt? *&c.*] Vox נחשתן NEHVSTHAN, *aneum* aut *cupreum* ſolet interpretari.

Ad perpetuam rei memoriam Serpens conſervabatur.

4. Reg. 18.

At illum Ezechias confregit, ubi didicit eum adorari.

נחשתן Nehuſtan.

Denique ſi eſſent illicitæ Picturę, non admiſiſſet Chriſtus Pictorem à Rege Perſarum miſſum, ut ſe pingeret. Hiſtoriam referunt S. Ioannes Damaſcenus *de Orthodoxa Fide libr.* 4. *cap.* 17. & Nicephorus Calixtus *Hiſtor. libr.* 2. *cap.* 7. in quâ accidit manifeſtum miraculum: nam, cum Perſa tametſi in arte eximius, tantâ Divini illius vultus Majeſtate perterritus, fruſtrà illum delineare tentaſſet, ori Dominus admovit linteum, & faciem ſuam perfectiſſimè expreſſit, & ad Regem miſit. Sed & S. Lucam, ut ſub initium dicebamus, Pictorem fuiſſe, Imagineſque Domini, & Dominæ efformaſſe, ex quibus unam ſuam ad Regem Abagarum miſit Dominus noſter, Traditio antiqua, & Scriptores veteres, & Novitii teſtantur.

De Pictore à Perſa Rege ad Chriſtum miſſo.

Quo Chriſtus modo ſe expreſſus in linteo?

De picturis à S. Luca delineatis.

SECTIO III.

Loqui Imagines evidenter oſtendit.

FRequentiſſime audimus illam Poëtæ Antiqui ſententiam

— *Pictoribus atq; Poetis*
Quidlibet audendi ſemper fuit aqua poteſtas.

& eorum audacia conſiſtit in dicendo: nam, quæ altera verbis depingit, eadem altera coloribus dicit & explicat. Sanè in Eruditorum ore illa Simonidis vox paſsim verſatur, *Picturam* ſcilicet, *eſſe tacentem Poëſim, Poëſim verò eloquentem Picturam.* Ita Plutarchus *de audienda Poëtica,* Politianus *Præfat. in Homer.* Eraſmus *in Adagio,* Muti Magiſtri *in fin.* Cælius Rhodiginus *lection. Antiquar. libr.* 7. *cap.* 3. *ante fin.* Bulengerus

In quonam conſiſtat Pictorum & Poetarum audacia?

An Tacens quadam Poëſis ipſa ſit?

rus *de Pictur. cap.* 1. Poſſevinus *de Pict. Poëſi* Gerardus Ioannes Voſſius *de quatuor Artib. popularib. cap.* 5. quoniam cum Hiſtoria & Poëſi Pictoriam comparat; ibique Hiſtoriæ parem facit, Poëſi præponit.

An & ſit Falſa Veritas?

Hanc etiam comparationem approbare, & docere videtur Epictetus, Philoſophus ingenioſiſſimus, qui ab Hadriano Imperatore interrogatus, *Quid ſit Pictura?* eſſe illam *falſam veritatem* reſpondit. Vide Franciſcum Iunium *de Pictur. Veter. libr.* 1. *cap.* 4. ubi hanc eamdem comparationem promovet, & exponit. Et quidem Picturas loqui, ſcribit Rodiginus *libr.* 29. *cap.* 24. *ante fin. verſ. cæterum*. Et Pictores Poëtarum eſſe filios Barthyus *adverſ. lib.* 6. *cap.* 26. & alii Viri docti teſtantur. Eoſque cum Oratoribus Poëtiſque habere commercium, ut [*] majora, quæ ad rem non ſunt, præteream, *conſiderat.* 44. Caſſaneus aſſeverat. Vnde Vrſius Epigramm. 12. *libr.* 1.

*] Picturam magni ingenii rem eſſe aſſerit, & Divinam prope cognitionem attingere.

De blandis & duris Picturis.

Miratur, cupideq; inhians velut ebria, viſus
Natura in blandis ſiſtit imaginibus.

Blandis reſpondent duræ (nam volat per extrema cognitio) & inter duras primo venire loco poteſt illa, illa, in quâ diei Extremi Iudicii κατας-ροφὴ depingebatur. Ipſa, tametſi tacens, Regi Bogori, fe fortè proſpectanti, talia dixit, ut inhorruerit ipſe, & admiſerit Religionem Chriſtianam, ut in illa tremenda die de ſuis operibus bonam poſſet rationem reddere. Hanc ſcitu dignam hiſtoriam referunt Ioannes Curopalata, & Matthæus Raderus *in Viridario Sanctorum ex Græcorum Menæis*, & D. Sadeiinus *reſp.* 5. *pag.* 20. *b. num.* 18. ex ipſis.

Bogor Rex Perſiæ unius Picturæ conſideratione ad Fidem Orthodoxam convertitur.

Inter alias Tabulas, quæ publicè concionari videntur, celeberrima, & notiſſima eſt, quâ ſilentium exprimitur & repræſentatur. In eâ pingitur Genius, indice manus dexteræ labia ſigillans; quo geſtu *Tacete* ait, ſilentiumque univerſis indîcit.

De Pictura Silentii.

An loquatur?

Vocem hanc hauſit oculis D. Franciſcus de Quevedo (ut *in Parnaſſ. Hiſp. pag.* 139. habetur) & dixit.

Fuit D. Franciſcus, Vir profectò eruditus, ejuſque ſcripta, ſive ligentur numeris, ſive ſolutè fluant, ſunt plena ingenio, & cũ utilitate legũtur.

No he de callar, por mas que con el dedo
Ya tocando la bocca, ya la frente [a]
Silencio aviſes, o amenazes miedo.
Polymnia.
No ha de haver un eſpiritu valiente?
Siempre ſe ha de ſentir lo que ſe dize? [b].
Nunca ſe ha de dezir lo que ſe ſiente? &c.

Tota poterit legi; eſt enim Epiſtola Satyrica & Cenſoria, contra Caſtellanorum mores, & abuſus ſcripta.

a] Sive manus dexteræ indice labia premat, ſeu frontem tangat, Hiſpanus loquitur. Digitus enim labio admotus eſt *Calla*: & fronti adjacens, minas exomit, & his verbis, *Por eſta, que me lo has de pagar* (quæ interdum proferri expreſsè ſolent) æquivalet.

Quid indoxer; & quid frõte admotus ſignificet?

b] Amantium verba, promiſſiones, & minas inter jocos Scriptores recenſere videntur, quod firmant Græcorum & aliorum populorum Adagia, quæ aquæ jubent Amaſiorum Aſſertiones ſcribi. Ad rem Borgias, Princeps Squilacenſis.

Amantiũ verba, vana.

An nil prorſus ſignificent?

Manda Amor en ſu fatiga,
Que ſe ſienta, y no ſe diga:
Mas a mi mas me contenta,
Que ſe diga y no ſe ſienta.

Et hanc Pſeudo-Chriſtiani Deciſionem extendunt ad materias Politicas. Vide Comœdiam, quæ inſcribitur, *No hay amor como fingir*. à Mag. Leone compoſitam, quæ habetur *Part. XXXV. num.* 3. *pag.* 67.

An Amantes debeant ſentire, & tacere, an verò multa loqui, & nil prorſus ſentire?

SECTIO IV.

Aliqui Hiſpani Pictores celebrantur.

ET quidem vivere & loqui delineatas ætate noſtrâ, manu Hiſpana, Picturas, propriis videmus oculis, & audîmus à Lupo de Vega, qui in Apollineæ Lauri, jam ſuperius citatæ, *Sylva IX. pag.* 79. ſic inquit,

No faltaron con ellos los Pintores,
Arte Divino, y eſtimado en tanto [a]
De Reyes, y Señores,
Admiracion, y eſpanto
De la Naturaleza
Miſma, que vè copiada ſu belleza
Con viva emulacion de ſus colores,
Los retratos con alma [b]
Y que ponen los paxaros en calma
Las eſpigas, las frutas, y las flores.
Pintó un Cavallo el Griego
Y como le guſtaſſen los antojos,
Al retratado, luego
Con erizada crin y abiertos ojos,
Relinchando queria,
Hazer dudar, qual era el que vivia.
O que lo preguntava,

An Pictoria ſit nominanda Divina Ars?

a. a.] Nomen *Arte* in Lingua Hiſpanica eſt fœm. gen. & fœmeninum facit illud in *a*: & ideò neſcio cur in *o* voluerit eſſe maſc.

Græcus Pictor Hiſpanus celeber.

b] Adludit ad Zeuxis & Parraſii certamen, in quo ille uvas tanta felicitate pictas protulit, ut advolarent aviculæ, ut eas ederent.

Que como quedo eſtava
Y no le reſpondia
En eſſo ſolo beſtia parecia.

Mutus erat, & tamen pingebat ita ad vivum homines, ut viderentur loqui & vivere.

El Mudo inſigne, muerto conocido
(Deſdichas que las Artes han tenido; [æ]
Y que oponer España à Italia pudo).
Ningun roſtro pintò, que fueſſe mudo:
Haſta la imbidia, hablò, mas era cierto
Pero tambien ablò, deſpues de muerto.

Sunt in Fama Annalibus concelebrandi, Sanchezius,

Y el Eſpañol Protogenes famoſo
El noble Alonſo Sanchez, que embidioſo
Dexarà al mas antiguo, y celebrado,
De quien oy han quedado,
Honrando ſu memorsa,
Eternos quadros de Divina hiſtoria.

Vrbina,

O generoſo Vrbina, ſi vivieras,
Y à retratar el gran Parnaſo fueras,
Que lienço tan hermoſo, y de tan raras
Figuras, que dexaras
Al Sol del Mundo, al immortal Philippe,
Pero porque es razon, que participe
Del Laurel la Pintura generoſa
Iuntos llegaron a la cumbre hermoſa,

Vincentius, Eugenius, Nuñez, Lanchares,

Surcando varios mares,
Vicencio, Eugenio, Nuñez, y Lanchares;
Cuios raros PinZeles
Temiera Zeuxis, y embidiara Apeles.

Cardenas, Vanderamen,

Cardenas, Vanderamen, aquien Flora
Suſtituyo el oficio del Aurora,

Mainus. Eò venit Pictorum Recentiorum audacia, ut ipſaſmet actiones lineis exprimant.

Y con pinZel Divino
Iuan Bautiſta Maino,
A quien el Arte deve
Aquella accion, que las figuras mueve.

SECTIO V.

Eorum, quos amamus, conſervamus Imagines.

Exponitur phraſis Hiſpanica.

QVando exaggerare Hiſpanus odium vult, quo Alcidius Iſidorum perſequitur, *que no le puede ver pintado*, affirmat: ſupponit ergo, cum gaudio vid.re homines Amicorum effigies, inimicorum verò imagines cum dolore & deſpectu.

COmœdia, quæ inſcribitur, *No hay Amar como Fingir*. compoſita à Mag. Leone, nobis Helenā dormientem in ſtrato, quæ & Ferdinandi manu tenet effigiem, repræſentat ob oculos. Tunc ille eo fortè ingreſſus ſic inquit.

Para ver, ſi ya la noche
Eſtiende el ropage frio,
Salgo tropezando en ſombras
Deſte obſcuro labyrintho.
Aun ſe eſtà reacio el Sol. [a]
Mas Cielos que es lo que he viſto?
O eſtoy ciego, o a peſar
De mi ceguedad diſtinguo
Que eſtà en la nevada mano
De Elena el retrato mio.
Aunde mi pintura es carcel
Su mano: pero yo admiro,
Que ſiendo el retrato ſombras,
Non eſte con ſu Sol malquiſto. [b]
Boſquejo quando deſpierte,
Pues te precias de tan mio,
Dila, que ſu ſufrimiento
No de tan claros indicios
De quererme: pero mira,
No digas, que yo lo digo.

a] Vbi ad verſum hunc venerit Ferdinādus, debet oculos ad Helenā dormientem convertere.

b] Ecce ad ſuā Ferdinandus Imaginem ſermonem dirigens, præcipit ut loquatur videlicet, ut miſerias ſuas & paſſiones inſinuet, ſciebat ergo quod Picturæ habent linguam, quod poſſint & ſoleant ſæpe loqui: & ideo ait.

Et poſteà, quia argumentum mutabat, ut novam materiam accuratiùs exponeret, uti voluit alio Rhythmorum genere, & ad Spinellii, Poëtæ celeberrimos numeros, lineas ſubſequentes ſcripſit.

Conſervare ignē vult quicumq; cum tegit.

Si à ſu fuego ves echar
Ceniza, la has de advertir,
Que quien la quiere encubrir;
Le pretende conſervar.
Que ſi quiere disfrazar
Sus males diſſimulados,
No guarde amantes pintados
Que en ſecreto la deſuelen
Porque los deſcuydos ſuelen
Ser chiſmes de los cuydados.

Vna inadvertentia interdū publicat, qua cū magna advertentia in ſecreto obſervantur.

Y ſupueſto, que naciò
De un deſengaño una vida.
Dime diſcreta homicida
En que mi amor te ofendiò?
Dime el tuyo me olvidò
Pero mal he preguntado
Quando en tu mano he mirado
Para alivio de mi mal,
Que quiere al Original
La que guarda ſu traslado.

Non habet Latinus voces, quæ ſignificent *chiſmes*, aut *deſengaños*.

Sicut Picturæ loquuntur, ſic verba pingunt: unde vocum commutatione, Eloquentia colorat & imaginat, Pictoriaque rhetoricatur.

Part. 35. Comœd. 3. pag. 109. b.

In

In Comœdiâ, quæ inſcribitur, *En Madrid y en una caſa*, apud D. Frãciſcum de Roxas Gundizalvus exclamat.

An Perſona aliqua verùs poſſit depingi?

Retratóſele ſu Padre,
Galan, diſcreto, cortès:
El lienço fuè ſu mudança,
Mi deſdicha diò el pincel.
Que Hermoſuras encerradas
En carcel, donde ſabeis,
Es Laban la dilacion,
Y la juventud Rachel.
Que no acabarà con ellas?
Si en ſu el appetecer
Thalamos las fuerça tanto,
Como tumulos deſpues.

Laban Liam pro Rachele ſuppoſuit.

NOTA.

Cur ſequens ſubſcribatur Articulus?

PAſsìm in Illuſtrium Virorum Monumentis, emergentes Imagines & Statuæ ponuntur, ut nobis, non tam jacentium geſta enarrent, quàm Mortem pede tacito appropinquare ſuadeant: & hanc ob rem poſtquam de Picturis diſſerui, de Monumentis breviter diſputabo.

ARTICVLVS II.

Iterum de Picturis. *Statua dedolata à Mirone, & Tabula à Græco delineata laudantur.*

Achilli & Vlyſſi invidet Alexander: & cur?

ULyſſes invictiſſimus Heros, gloria duplici condecoratur; quoniam patravit digna laude facinora, & obtinuit Homerum, qui ſe elegantiſſimis carminibus condecoraret. Hanc ſecundam fortunam Vlyſſi Alexander invidit: ſe enim, quem Vlyſſi ſupparem, vel majorem videbat, nullus Poëta carmine erudito laudabat.

Imaginaria Artis partes: quæ?

Poſſum hanc Hiſtoriam ad Imaginariam Artem (Statuariam, & Pictoriam) transferre; & fuiſſe etiam olim Artifices egregios ſupponens, illos aſſero debere invidere Novitiis, quorum à Nobiliori Muſa celebrantur *Ἀγάλματα*. Multa poſſem in exemplum adducere: at placet Myronis Bovem cum Græci Hortenſio componere: & videre, annon omnia, quæ de illa dicta ſunt à Veteribus, non ſint quædam balbutientes periodi, ſi cum Epigrammate, quo Hortenſii effigies (à Græco penicillo obumbrata) ab ipſo Hortenſio calamo ſcribitur, depingiturq; componatur.

Myronis bos.

SECTIO I.

De elaboratiſſima Myronis Bove.

Quis fuerit Myron?

FVIT ſanè Myron Statuarius Inſignis, Ageladis, Artificis celebrati diſcipulus, cujus figuræ etiamnum collaudantur. Ovidius *lib. 3. de Arte* loquitur univerſim.

Quæ nunc nomen habent operoſi
Signa Myronis.

Et quidem perficiebat pulcherrima, tornando, cælando, fundendo. De elaboratis torno Politianus.

Eximiam laudem tornando, cælando, & fundendo promeruit.

Nec docto tria Myroni pocula.

& in Verrina ſexta de cælatis, & fuſis Cicero. *Verum, ut ad illud Sacrarium redeam, ſignum erat hoc, quod dico, Cupidinis è marmore, ex altera parte Hercules egregiè factus ex ære. Is dicebatur eſſe Myronis, ut opinor.* Inter elaboratiſſima hujus opera laudem præcipuam meruit Bucula, ex ære fuſa, fuit enim plurium Illuſtrium Poëtarum Græcis, Latiniſque verſibus celebrata. E quibus Eruditio poſtulat, ut nonnullos ſubſcribam.

Ejus Bucula à variis ingeniis celebratur.

Εἰς τὴν Μύρωνος βοῦν.
Βοΐδιόν εἰμι Μύρωνος ἐστὶ στή-
λῃ δ᾽ ἀνάκειμαι.
Βουκόλε κεντήσας εἰς ἀγέ-
λην μ᾽ ἄπαγε.
Εἰς τὸ αὐτό.
Τί πλὲ Μύρον με τὸ βοΐδιον ἐν-
ταυθοῖ πρὰ βωμοῖς

ταυ-

ἵδρυσας; οὐκ ἐθέλεις εἰσαγέμεν μέγαρον;

Ανακρέοντος

Βουκόλε ταν ἀγέλαν πόρρω νέμε, τὸ Μύρωνος
βοίδιον ὡς ἔμπνουν βουσὶ συνεξελάσης.

Auſonius.

Paſce greges procul hinc, ne quæſo bubulce Myronis.
Aes veluti ſpirans cum bubus exagites. [*]

*] *Bubus* primam producit; & pace Auſonii, in hac nemo reperit difficultatem. De *bobus* volunt dubitare nonnulli; at ratio, & authoritas poſtulant, ut priorem protrahat: dicimus enim *bobus* pro *bovibus*, Ergo in illa *o*, tres literæ conſolidantur: & apud Ovidium Epiſ. 5. legimus, *Non proſecturus litora bobus arat*. & libr. 2. Faſtorum. *Tantaque res paucis paſcua bobus arat*. Et ante eum dixerat Lucretius libr. 6. *Conſimili ratione venit bobus quoque ſæpe*. Vt ergo prima in *bobus* ſit longa, non eſt opus, ut ad Græcum βοῦς; ac ſi inde *bubus* deduceretur, recurramus.

Τοῦ αὐτοῦ

Βοίδιον οὐ χοάνοις τετυπωμένον, ἀλλ᾽ ὑπὸ γήρως
χαλκωθὲν, σφετέρῃ ψεύσατο χειρὶ Μύρων.

Εὐήνου.

Η τὸ δέρας χάλκεον ὅλον βοὶ τᾷδε ἐπίκειται
ἔκτοθεν, ἢ ψυχὴν ἔνδον ὁ χαλκὸς ἔχει.

C. Vrſ. Velius.

Aut pecudem hanc circum velavit ahenea pellis,
Aut vis huic æri vivida ſubtus ineſt.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αυτὸς ἐρεῖ τάχα τοῦτο Μύρων· οὐκ ἔπλασα ταύταν
τὰν δάμαλιν, ταύτας δ᾽ εἰκόν᾽ ἀπέπλασα μὴν.

Idem Velius.

Ipſe Myron dicet, noſtra non bucula dextra
Iſta, ſed iſtius ſculpſimus effigiem.

Λεωνίδου.

Οὐκ ἔπλασέν με Μύρων. ἐψεύσατο. βοσκομέναν γὰρ
ἐξ ἀγέλας ἐλάσας δῆσε βάσει λιθίνᾳ.

An Pictura mentiantur?

Idem adhuc.

Non ego mendaci ſic ſum celata Myroni.
Qui grege depulſam vinxit ad hunc lapidem.

Αντιπάτρου σιδωνίου.

Εἰ μή μου ποτὶ τᾷδε Μύρων πόδας ἥρμοσε πέτρᾳ,
ἄλλαις ἂν νεμόμαν βουσὶν ὁμοῦ δάμαλις.

Interpretatio.

Iſti fixa petræ ni ſtarem vacca Myronis,
Paſcere cum reliquis herbida prata velim.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μόσχε, τί μοι λαγόνεσσι προσέρχῃ; τί πλε γὰρ μυκᾷ,
ἁ τέχνα μαζοῖς οὐκ ἐνέθηκε γάλα.

Auſonius.

Erraſti attendens hæc ilia noſtra juvence,
Non manus artificis lac dedit uberibus.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ταν δάμαλιν βουφορβὲ παρέρχεο. μηδ᾽ ἀπάνευθεν
συρίσδῃς· μαστῷ πόρτιν ὑπεκδέχεται.

::] Cùm felici penicillo pictũ videmus hominem dicimus, quòd illum tantummodò loquela deficit, ut vitam habere dicatur: & hic Poëta lactis meminit, quod ſolum illam Vaccam deficit, ut viva cenſeatur. Fuerit ergo Myron perfectiſſimus Sculptor; ſi conformavit Vaccam, ad cujus ubera, ut ſugerent, vituli accederent.

Εἰς τὸ αὐτό.

Α μόλιβος κατέχει με, καὶ ἁ λίθος, εἵνεκα δ᾽ ἂν σεῦ
πλάστα Μύρων λωτὸν, καὶ θρῖον ἐδρεπόμαν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Α δάμαλις δοκέω. μυκήσεται. ἢν γὰρ βραδύνῃ,
χαλκὸς ὁ μὴ νοέων αἴτιος, οὐχὶ Μύρων.

Αντιπάτρου.

Α δάμαλις δοκέω· μυκήσεται ἦρ᾽ ὁ Προμηθεὺς
οὐχὶ μόνος. πλάττες ἔμπνοα καὶ σὺ Μύρων.

C. Vrſ. Velius.

Bucula, opinor, & hæc citò mugiet, ipſe Prometheus.
Haud ſolus, fingis tu quoq; viva Myron.

Placuit retinerẽ inſcriptionẽ quam in Vrſini Veli libro invenio: nam ſyllabæ Græcæ, ſi cooptẽtur, vocem ἄδηλα faciunt; & Latinæ ſimul ſumptæ dant VELIVS. Et meritò Carmina, quæ Latinè redduntur, reſpectu illorum, qui Græcam linguam neſciunt, ἄδηλα, ſeu *ignota* dicuntur.

Α-

Βοῦν ἰδίαν ποτὲ βουσὶ Μύρων μιχθεῖσαν ἔρευνα,
εὗρε μόλις δ᾽ αὐτὴν τοὺς βόας ἐξελάσας.

VE-

Miſta gregi reliquo ſua veſtigata Myroni
Vix aliis pulſis bucula nota fuit.

ΔΗ-

Α βοῦς ἁ τίκτουσ᾽ ἀοὶ γαστέρος, ἔπλασε τὰν βοῦν,
ἁ γὰρ Μύρωνος χεὶρ, οὐ πλάσεν, ἀλλ᾽ ἔτεκεν.

LI-

Aut hanc forda ſua pariens bos finxit in alvo
Aut non artificis facta, ſed orta manu eſt.

ΛΑ-

Καὶ χαλκῆ περ ἐοῦσα, λαλήσεν ἂν ἡ κεραὴ βοῦς,
εἴ οἱ σπλάγχνα Μύρων ἔνδον ἐτεχνάσατο.

VS.

Mugiret, quamvis ſit ahenea vacca bicornis,
Viſcera feciſſet ſi interiora Myron.

Av-

Αντιπάτρου.

Πηκτόν μοι τὶς ἄποτον ἐπ' αὐχένι, καὶ ζυγὰ θέθω
εἵνεκα γὰρ τέχνης σεῖ ὁ Μύρων, ἀρόσω.

Idem Interpres.

Et juga, & huic aliquis cervicem imponat aratro.
Artis amore tua cogar arare Myron. Τοῦ αὐτοῦ.

Ὧδε Μύρων μ' ἔστησε τὸ βοΐδιον· οἱ γὰρ νομῆες
βάλλουσί με λίθοις, ὡς ἀπολειπόμενον.

Μάρκου Ἀργενταρίου.

Βουκόλον ἢν ἐσίδῃς τὸν ἐμὸν ξένε, τοῦτ' ἔπος αὐτῷ
εἶπον, ὅθ' ὁ πλάστης ὧδέ μ' ἔδην Μύρων.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ταὶ βοῦν τάνδ' ὁ Μύρων ξεῖν' ἔπλασεν. ἢν ὅδε μόσχος
ὡς ζῶσαν σαίνῃ μητέρα δερκόμενος.

Εἰς τὸ αὐτό.

Σεῖο Μύρων δαμάλῃ, παρακάτθανε μόσχος ἀναθείς,
καὶ γάλα πιστεύων χαλκὸν ἔσωθεν ἔχειν.

Εἰς τὸ αὐτό.

Φεῦ, ὁ Μύρων πλάσας, οὐκ ἔφθασας, ἀλλά σε χαλκὸς
πρὶν ψυχὴν βαλέειν, ἔφθασε πηγνύμενος.

Εἰς τὸ αὐτό.

Χαλκείην τύπτεις δάμαλιν, μέγα σ' ἥπαφε τέχνη
βουκόλε, τὴν ψυχὴν οὐ προσέθηκε Μύρων.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων.

Εἰσορόων με λέων, χαίνει στόμα χερσὶ δ' ἀείρει
γειοπόνος ζεύγλην, ἀγρονόμος κορύνην.

C. Vrſ. Velius.

Me leo conſpiciens inhiat, ſuſtollit arator
Mox juga, mox clavam paſtor & ipſe movet.

Ad hujus etiam Buculæ laudem Latini Poëtæ luſerunt. *Libr. 3. de Pont.* Ovidius.

Et ſimilis veræ Vacca Myronis opus. [*]

Et Propertius.

Atque aram circumſteterant armenta Myronis;
Quatuor Artificis vivida ſigna bovis.

Et poſteà Auſonius Gallus.

Vbera quid pulſas frigentia matris ahenæ,
O vitula, & ſuccum lactis ab ære petis.
Hunc quoque præſtarem, ſi me pro parte paraſſet,
Exteriore Myron, interiore Deus.

Et iterum de eodem argumento:

Nec dum caduco Sole jam ſub veſpere [::]
Ageret juvencas cum domum Paſtor ſuas,
Suam relinquens me movebat ut ſuam.

Et tandem adhuc iterum.

Vnam juvencam Paſtor ipſe amiſerat,
Numerumque juſſus reddere,
Me defuiſſe conquerebatur, ſequi
Quæ noluiſſem cæteras.

Fortè eſt Bos cogitata, & nō facta, quæ tot laudibus concelebratur: nā aliorum opinione erat marmorea, aliorum ærea. Quidquid ſit, Myron fuit Statuarius celeber, & hæc carmina pulcherrimos cōceptus exhibent.

*] Niſi poſitivū pro ſuperlativo ſumatur, nihil dicit Ovidius, quod laudem Myronis promoveat omnia enim ſimulachra, ſunt ſemper prototypo ſimilia. Potuiſſet dicere.
Cornua fronte gerens ex ære ſimillima vivæ Vacca Myronis erat.

::] A cado venit occido, & vocatur Sol *occidens*, cum horizontem veſpertinum attingit. A cado etiam *caducus* oritur, & Solem quem alii *occidentem* Auſonius *caducum* appellat.

SECTIO II.

De Græci Hortenſio. [*]

FVIT nuper Madriti Pater Hortenſius Felix Paravicinus, Religionis doctiſſimæ, cui à Trinitate ineffabili nomen, decus & ornamentum. Salmanticenſis Sacræ Theologiæ Doctor, Regius Concionator, apud Principes, & Magnates in pretio. Humanioribus literis delectabatur, & compoſuit Carmina, quæ cum admiratione leguntur. De illo Lupus de Vega in Apollineæ Lauri Sylva VII. hæc habet.

Pero ya de mi Amor las juſtas quexas.
(Fama ſi tu ſus alabanças dexas.
Por infinita ſumma
Que no querras fiarlas de otra pluma)
Al Padre Hortenſio Felix me proponen;
Los Laureles perdonen
De Grecia y Roma en occaſion tan juſta,
Que el cerco de oro de ſu frente Auguſta
Iuzgo a pequeño premio y le conſagro
Eſtos Verſos por unico milagro [a]
Porque como el lo es, tambien lo fuera,
Si Amor y no la Pluma los hiziera.

a] Si verba hæc retineantur, ut jacent, carmina ipſa Lupi, & non Hortenſium collaudare videntur. Ergo ut miraculi gloria hunc, & non illa afficiat, debet dicere.
Iuzgo a pequeño premio y le conſagro
Eſtos Verſos, como a unico milagro.

*] Vt Myronis Bucula, & Phidiæ Pallas, ſunt Artificum horum Statuę, ſic Gręci Hortenſius eſt Hortenſii Effigies, expreſſa Græci, celeberrimi Pictoris, penicillo.

Et huc pertinet illud, *Inopem me copia fecit*: ut enim inquit Ariſtoteles, *Infinitum pertranſiri non poteſt.*

Quo nomen MILAGRO refertur? An ad Lupum verius, quàm Hortenſium?

Car-

Ad P. Hortenſii laudem Epigramma.

Carmina autem, de quibus loquitur, hoc exhibet Tetradecaſtichon.

SONETO[*]

*] Eſt nomen proprium, quod hoc Poematis compoſitionem ſignat. Fuit Græcis & Romanis ignotum. & ideò nomen Græcum aut Latinum non habet: Illud ergo vel debebimus *Sonetum* dicere, vel genericè loqui, & à Lectore non intelligi.

Si Dios no hiziera flores, Primavera
Fuera tu Ingenio Celeſtial floride;
Y ſi frutos no huviera producido,
Tu Ingenio frutos Celeſtiales diera.
Si el Sol de nueſtro polo ſe eſcōdiera
Tu Ingenio Sol de Eſpaña huviera ſido,
Y donde Dios no fuera conocido
Por tu Ingenio ſutil ſe conociera.
El Ingenio del Angel reſervado,
Porque al Angel baſtó que le imitaras,
En lo Mortal ninguno te ha igualado.
Que ſi en Ideas puramente claras
Dios te moſtrarà, quantos ha criado,
Solo el Ingenio, que te dió tomaras.

Mortuus eſt Hortenſius ſine præmio.

Vixit, & obiit Hortenſius ſine præmio: neſcio enim quo fato in cujuſdam è ſupremis Miniſtris indignationem incurrit; unde quo tempore eò in Hiſpania venit Epiſcopos denominandi abuſus, ut Criticis præbuerit occaſionem dicendi, *Que de los Obiſpados, unos eran de Latin, y otros* [a] *de Romance*, Vir pius doctus, & celeber, ad nullam fuit Dignitatem promotus.

Curioſum & ingenioſum Apophthegma.

Narratur de illo Apophthegma pulcherrimum, quod ego olim, ut ab omnibus intelligeretur, ad numeros Latinos reduxi.

Dicebat Hortenſio ille imprudens Miniſter.

Fruſtrà me, Reverende Pater, Regemque fatigas,
Et fruſtrà ad Proceres iſq; rediſque viam.
Namq; [x] *Mithris crebrò ſi grandines altus Olympus,*
In Caput infelix non cadet ulla tuum.

Et eidem animo ſedatiſſimo Hortenſius. [*]

*] Hoc nonnulli Reſponſum adtribuūt Patri Cardenas, Regio Cōcionatori; & quid mali, ſi quod ab altero priùs ingenioſè fuit dictum, ab altero poſteà occaſione data, reponeretur?

Eſt verum: experior: tamen Illuſtriſſime Princeps,
Felix præ reliquis, congratalere tibi.
Vnica nam Cœlo caderet ſi obtuſa ſereno
Clitella [b] *ad dorſum tenderet illa tuum.*

Hæc ad memoriam laudemq; tanti Viri adduxiſſe ſufficiat; venio ad Epigramma, quod unicum, ut ſub initium aſſerebam, Græcis omnibus, quos adduxi, præpono.

SONETO.

Ad Græci celeberrimi Pictoris Epigramma.

Divino Griego [c] *de tu obrar no admira,*
Que en la Imagen exceda al Ser el Arte,
Sino que de ella el Cielo por templarte,
La vida, deuda a tu pinzel, retira.
No el Sol ſus rayos por ſu Eſphera gyra,
Como en tus lienços, baſta el empeñarte
En amagos [d] *de Dios, entre a la parte*
Naturaleza, que vencerſe mira. [e]
Emula de Prometheo en un Retrato [f]
No affectes lumbre, el harto vital dexa
Que baſta mi Alma a tanto ſer ayuda.
Y contra veinte y nueve años de trato [g]
Entre tu mano y la de Dios perplexa [h]
Qual es el Cuerpo, en que ha de vivir, duda.

Author eſt Hortenſius: & agit de ſua imagine à Græco depicta.

Quam felix Author fuerit in his verſibus?

In ſuo ſenſu unumquemque abundare permitto, fateor tamen, me multa Poëtarum diverſorum Græcorum, & Latinorum Carmina, varias Tabulas felici penicillo obumbratas celebrantia legiſſe, & in nullo Epigrammate tam ingenioſum & ſublimem reperiſſe conceptū, quàm in Hyperbole illâ, quæ lineam ultimam præcedentis Soneti (ſic vocatur) decôrat.

An ſint Epiſcopatus qui Latini Idiomatis non requirant notitiam?

a] Eſt verum, non autem laudabile, quod impatienter vociferantur Critici, *Que hay Obiſpados de Romance*. Sanè Ludovicus Velez de Guevara in Comœdia ingenioſa Orani, Africanæ Vrbis, expugnationem repræſentat, & *act. 2. pag. 59.* Velaſquium, qui ſe habitu mentiebatur mulierem, Oloferno, fratri Laico, Archiepiſcopi Ximenii ſocio, loquentem introducit his verbis.

Olof. *En la antecamera miſma*
De ſu Alteza, Hermana, intenta
Negociar con los Validos?
Velaſq. *Perdone ſu Reverencia.*
Que la gran neceſſidad,
Que paſſo en la Corte, fuerça
Mi honeſtidad a eſtos paſſos.
Olof. *Que es lo que pretende?* Velaſq. *Ven. Vueſtra Reverencia, Padre,*
Eſtas laſtimoſas quexas,

Que

Vt aliquando video, in Epiſcopatuũ ambitione, & collatione ſola temporalis utilitas cõſideratur. An-ne id licitè. Reſpondet Angelus in Summ. verb. Epiſcopus. num. 1. [Secundum D. Thomam in quodl. non. (debet intendere rei temporalis multiplicationi) ſed ejus ꝓpria & præcipua cura debet eſse circa cuſtodiã gregis ſibi commiſſi; orando, prædicando, ſacramẽta diſpenſando; & ſua juxta qood res exigit, erogando. &c.] At imperiti & ignorantes nequeũt hæc ipſa facere. Illicitè igitur Epiſcopatus ambiunt, & peccant graviter, qui illis Dignitates has conferunt. Et, quia hæc incapacitas, non à Iure Canonico, ſed à Naturali ipſo provenit, nemo eſt, qui diſpẽſare poſſit, ut homini, qui non niſi male eſt adminiſtraturus, Epiſcopatus conferatur.

Que en aqueſto Memorial
De mi deſdicha dan cuenta.
Que yo ſe, que puede mucho
Con el Rey, y con la Reyna
Y puedo ſavorecerme.
Velaſq. *Merced me hazen ſus Altezas,*
Pero yo les canſo poco.
O vanidad por donde entras?
Oloſ. *Yo ſe, que ha de verſe preſto*
Con un Obiſpado. Oloſ. *Quiera*
Dios honrar a los indignos;
Pero ſe poco de Ciencias,
Ni Latin. Velaſq. *No importa nada,*
Que Latin, ni Ciencias ſepa,
Que tambien hay Obiſpados
En Romance. Oloſ. *Que me cuenta.*
Velaſq. *Si Padre en el Romancero*
General. Oloſ. *Donde Dios ven,*
Que mas de provecho ſoy.
En fin que eſtado profeſſa?
Velaſq. *Viuda Padre.* Oloſ. *Viuda.* Velaſq. *Si:*
De un Caballero de Illeſcas.

Sic noſtri ævi Ludovicus Velez mores inconcinnos irridet. At exclamat Horatius,

——— *Ridentem dicere verum,*
Quid vetat?

Nec hinc velim exiſtimes eſſe hoc Provinciale peccatum, quod tantùm in Hiſpania committitur, nam in omni Regione multi ſunt, qui ad Linguam maternam ſpectant: & recenſentur in hoc numero, qui filiis conſeruntur Magnatum, qui (velimus, nolimus) ſunt cenſendi doctiſſimi, tametſi primas nominum declinationes neſciant. Plura dicerem; ſed plurima impediunt ne progrediar.

a] Sol à pluribus populis colebatur ut Deus, & pro diverſitate idiomatum variis hominibus inſigniebatur. Statius libr. 1. Thebaid.

Adſis o memor hoſpitii, Iunoniaq; arva
Dexter ames, ſeu te Roſeum Titana vocari
Gentis Achemeniæ ritu, ſeu præſtat Oſirim
Frugiferum, ſeu Perſei ſub rupibus antri
Indignata ſequi torquentem cornua Mithram.

Et Mantuanus.

——— *Phœbus, quem Perſica Mithram*
Lingua vocat.

Strabo libr. 15. *Perſæ Cælum Iovem putant; colunt Solem, quem Mithram vocant.* Poſtea hoc nomen ſummo Sacerdoti eſt appoſitum. Apulejus libr. ult. *Ipſumq; Mithram illum, ſuum Sacerdotem, præcipuum ſacrorum Miniſtrum decernit.* Et tandem ornamentum capitis, quo ſummi utuntur Præſules hoc nomine ſignatum eſt. Prudentius.

Sol, multarum gentium opinatione, pro Deo habitus.

Vt Mithra cæſariem cohibens aurata virilem.

Mithra vocatur Sol.

Habet igitur primam indifferentem, quam enim Statius, & Mantuanus protrahunt, Prudentius corripit.

Etiam ſupremus Pontifex.

Eſt autem hodie Mithra ornamentum Pontificale, quo uti ſolent Epiſcopi.

Hoc tandem nomine ornamentum ejus capitis ſignificatur.

De prima ſyllaba in voce mithra quantitate.

b] Ab Hiſpanis nominatur *albarda*, & Italicè *Baſto*. Apponitor aſinis, aut etiam mulis, immò etiam bobus. Scribit *libr. 5. ad Attic.* Cicero. *Clitella bovi ſunt impoſita*, hoc eſt, inepto & nequaquam idoneo homini delegata eſt provincia. Vide Eraſmum *in Adagiis*. Exprobravit ergo illi Principi Hortenſius, Quod eſſet bos, mulus, & aſinus.

Albarda.
Baſto.
Lat. Clitella.

c] Fuit Pictor Hiſpanus: *Graci* enim nomen eſt ejus proſapiæ cognomentum, atque nationem non ſignificat. Erat Madriti celeber; ejuſq; etiam num Tabulæ maximi à Principibus fiunt.

Quis & qualis ſit Gracus?

d] Quas Latinus *minas* Hiſpanus appellat *amagos*; eſt tamen inter has duas dictiones manifeſtum diſcrimen: Latina enim ferè accipitur in malam partem, ut *las amenazas* Hiſpanicè; at *amago* eſt indifferens, & ſimul ſtudiois importat aliquale principium.

Minæ.
Amenaças.
Amagos.

e] Aliud eſt dicere *vencerſe mira*, & aliud *vencerſe mira*. in illo enim victoria activè ſumitur, in hoc autem paſſivè: ut ſenſus ſit, ibi *ſe videt vincere*, hic *ſe videt vinci*. Et hunc paſſivum ſenſum phraſis hæc apud Hortenſium habet.

Reſtrictio ab affixo proveniens.

f] Nota eſt Promethei fabula. Iapeti filius fuit, & Deucalionis pater. E luto plaſmavit multos homines, & igne poſtea à Solis rota furtim ſubrepto illos vivificavit. Virgilius *Eclog. 6.*

De Prometheo. Quis, & qualis is fuerit?

Hinc lapides Pyrrha jactos, Saturnia regna,
Caucaſeaſque refert volucres, furtumq; Promethei.

g] Quanto ingenio fuerit Hortenſius præditus, ſatis demonſtrat hoc ſublime epigramma, quod anno ætatis ſuæ vigeſimo nono compoſuit.

Qua ætate illud Epigramma compoſuit?

h] Non potuit cogitare nobiliorem Hyperbolen.

Hyperbole.

ARTICVLVS III.

De Picturarum, Statuarum-ve, & Perſonarum, quæ repræſentantur per eas, ſimilitudine.

Qua phraſi Picturæ & Statuæ laudantur?

IN Picturis, & Statuis, quãdo penicilli, aut Cæli cõmendatur felicitas, & perſonę illam vivæ eſſe ſimillimam volumus ſignificare, dicimus

Pictura, aut Statua ſola loquela deeſt.
Polymnia.

& hanc ob rem, qui imperitum, & eloquendi artis expertem hominem in Tabula pigmentis opportunis exprimeret, poſſet Theopompo dicere.

Rhetoris hæc Statua eſt (Theopompe) ſimillima Celſi
Hæc gravis, is gravis eſt: hæc tacet, iſq; tacet.

Cur Celſus ſua Statua ſit ſimilis?

Ingenioſus non tamen meus, aut novitius hic conceptus eſt; nam illum in fragmentis Poetarum anti-

E quo-

*] Et hic obiter nota pleraque hominum nomina, in quos Græci ſuos verſus profundunt, eſſe Latina; ut moneamur, in vitia eſſe ſcribẽdas Satyras, & perſonas notas non debere morderi aut attingi.

quorum repetio. Sextum * Oratorem Latinum, cui immerito Statuã cognati, vel amici poſuerunt, his numeris quidam olim Athenienſis irriſit.

Ε'ικὼν ἡ Σέξτȣ μελετᾷ, Σέξτον γὰρ σιωπᾷ.
Ῥήτωρ ἦν εἰκών, ὁ γὰρ ῥήτωρ εἰκόνος εἰκών.

Illos Thomas Morus ſic tranſtulit.

Ipſe tacet ſextus, Sexti meditatur Imago.
Ipſa eſt Rhetor [a] imago; ab imagine Rhetor
[a] Imago eſt.

a] Græcè dicitur ῥήτωρ: & ratio poſtulat, ut ſecunda ſit longa, at quia Martialis dixit,
Ante ſalutabat Rhetor Apollonius,
potuit etiam illam Thomas Morus corripere.

Et paulò aliter Luſcinius reddidit: ſcripſit enim.

Ecce ſilet Rhetor Sextus, meditatur Imago;
Rectè: nam Statua ſtatua eſt ſine pectore Rhetor.

Paulò autem uberiùs Auſonius eumdem conceptum exornavit.

Ore pulchro, & ore muto ſcire vis qui ſim? volo:
Imago Ruſi rhetoris Pictavici.
Diceret ſed ille vellem rhetor hoc mi; non poteſt,
Cur? ipſe rhetor eſt imago imaginis,

An in Statuarum ſimilitudine color aut materia attendatur?

Picturarum ſimilitudo in colore conſiſtit, Statuarum in mole, materiam autem non attendit: quæ enim eamdem membrorum συμμετρίαν obſervent; æreæ ſint, aut marmoreæ, æquè perfectè, aut imperfectè Prototypum repræſentabunt. Sed tamen in hoc Diſticho idem Scriptor voluit, ut ſimilitudo in materia conſiſteret: nam de Ruſo ſic cecinit.

An, & quando ſimilitudo in Silentio conſiſtat?

Rhetoris hæc Ruſi Statua eſt, ſi ſaxea: Ruſus,
Cur id ais? ſemper ſaxeus ipſe fuit.

Quæ verba ſic alius Iunior, & non ſine ingenio repoſuit.

Rhetoris hæc Ruſi ſtatua eſt, nam ſaxea: ſaxo
Exprimitur, cui mens ſaxea ſemper erat,

Agens de Marſo (vocetur ſic) in ſilentio idem Auſonius poſuit ſimilitudinem.

Hæc Marſi Tabula eſt. Nil verius. Ipſe ubi Marſus?
In cathedrâ. Quid agit? [*] Hoc quod & in Tabula.

*] Frequens eſt, ut in cæſura brevis ponatur ſyllaba; quam ibi locus ipſe producat.

Sed, quia aliud *tacere*, & aliud *neſcire loqui* eſt; ſæpè enim viri peritiſſimi tacent, [a] ſic ego conceptum præcedentem repoſui.

Ad vivum Helleborum iſthæc repræſentat Imago:
Ille loqui neſcit, neſcit & iſta loqui.

a] S. Thomas in adoleſcentia vocabatur *Bos mutus*: & cur nõ loqueretur rogatus, ingenioſè reſpondit, *Oportet, ut coram Alberto taceã, donec eloqui poſſim digna Alberto.*

Et aliquid ſimile olim decantabat Ammianus.

Αὐτὸν ὁρῶ σε Μέδων τὸν ῥήτορα. φεῦ, τί τὸ θαῦμα.
ἑςηκάμενος σιγᾷς· ȣ̓δὲν ὁμοιότερον.

Et ſic loquebatur Latinè labore, & induſtria Lucinii

Picte Medon Rhetor, ſimilis tibi cerneris. An non?
Mutus eras, poterit nil ſimile eſſe magis.

Τȣ̃ αὐτȣ̃.

Ῥήτορος ἀδ' εἰκών. ὁ γὰρ ῥήτορος εἰκών.
καὶ πῶς; ȣ̓ λαλέει, ȣ̓δὲν ὁμοιότερον.

Idem Interpres.

Rhetoris eſt ſtatua, & jam Rhetor rhetoris Icon.
Cur ita? ſi taceat, nil ſibi tam ſimile.

Quanã Ars ſit ξενογραφία: & cur tam facilis?

Dicebat quidam Iunior eſſe facillimam Artem Pictoriam in Hiſpaniâ, & præcipuè illam ejuſdem partem, quæ dicitur ξενογραφία; quod delineet fœminarum effigies; impoſſibile eſt enim, ne prototypo ſit ſimillima tabula: pleræque enim hodie mulierum facies (& ſæpè indoctâ manu) ſunt in Hiſpaniâ pictæ.

De Theatro Regii Palatii Madritenſis:

In theatro Regio Madritenſi, ſunt picturæ pulcherrimæ, quibus parietes exornantur. Apud intercolumnia patent feneſtræ ellipticæ, è quibus Principum & Procerum uxores Comœdias, quæ aguntur coram Rege, reſpiciunt. Et quidem inter alios Comicos Ioannes Rana erat celeber, & in Scenæ præludio duos introduxit exteros, quibus, ut dicebat Palatii illius aulas erat juſſus oſtendere, & ſic inquit.

Vidiſtis hortos, in quibus roſa, & flores
Flora & Pomona exhibent honores.
Necnon aulas diverſas
Pulchris aulæis ornatas univerſas.

Nunc

Qui Ioannem Ranam noverit, & incriminabitur Principes, & condolebit ſublimium Scientiarum Profeſſoribus. Fame hi perire permittuntur; &, ut ſerviat Reipublicæ, media neceſſaria negantur: & hoc in Monarchia, quæ moriones & paraſitos divitiis & favoribus onerat. Teſtantur id Vniverſitatum Cathedratici, aut ad nullum, aut ad tenue Sacerdotium evecti: & confirmant Comœdi, & inter ipſos præcipuè Ioannes Rana, qui nugando ſummas divitias cumulavit; vi quarum, quo virtute vix poſſet, etiã promovit filios.

Nunc ad theatrum venimus,
In quo Herica Tragœdus,
Bucolica Comœdus,
Et joca ſeria repræſentat Mimus.
Loci amplitudo inſinuat Majeſtatem;
Artificis ingenium Columnarum
Abſidum, Corinthiorum, Volutarum
Commendat pulchritudo;
Opes Regis, illarum
Oſtendit celſitudo;
Quoniam in hoc Theatro
Fuerunt argenti, & auri
Nuper profuſi maximi theſauri.
Prima hæc Pictura, expreſſa penicillo [a]
Apellis Brabantini [b] *repræſentat*
Aureum imbrem [c] *quo Iupiter in illo*
Sæculo gubernabat,
Et populis ſubjectis leges dabat;
Monetq; noſtros Ioves,
Qui interdum ſunt vejoves [d]
Non intereſſe Regum ſpoliare [f]
Subditos importunè, ſed ditare.
Hinc alteram Picturam [g] *proſpectate.*
Tres in illa ſunt vetulæ [h] *depictæ* [i]
Ad vivum quidem. Olim fuerunt dictæ
Hiſpanæ Gratiæ, *ſed creſcente ætate*
Gratia ſunt deſtitutæ,
Et dicunt, Hîc fuit Troja [k] *licet mutæ.*

Vt meliùs intelligas hos numeros, Scholia ſubſequentia ſubſcribo.

a] Hæc dicebat Raneus, manu deſignans pulchram Tabulam, quæ pendebat in muro.

Rubens celeberrimus Pictor.

b] Fuerat illa à Rubenio, Antuerpienſi Pictore, delineata, & etiamnum laudem, & admirationem promeretur.

Danaæ fabula.

c] Iovem exprimit in auream pluviam verſum, ut Danaen tandem conſequeretur. Et nos quid ſoleat fieri docet; immò, & quid debeat. *Danae* Hebraicè eſt דיין DAIAN, *Iudex*. Et Græcè τὸ δῆνος *conſilium*. Et, quia hodie corrupti ſunt Europæ mores, Iudices, & Conſiliarii, ſi imbre aureo ſuborientur, corrumpuntur. legesq; & canones, quo volueris, obtorquent. Sic omnia aguntur in Europa: ſed quomodò deberent agi? Oporteret, ut ſcirent Orbis terrarum Ioves (Reges, Principes) *Deum* à dando dici, & ſe Dei nomine gubernare. Sed quid? Danaen. Porrò דאנים, DAANIM, ſunt grana milii, tam parva, ut teri poſſint, & excorticari non poſſint. Vt ſciant Principes, qui excorticare volunt ſubditos, ſe excorticando perdere, quos tenentur ex officio juvare.

Exponitur Poëticè.

Vnde Deus dicatur?

Quid Reges debeant facere?

d] Vocari *Ioves* Reges; nam *Iovem* à juvando dixit Nomenclator Latinus, & Reges, ut ſubditi juventur, creantur. At neſcio, quo facto Vejoves ſunt, quibus, ut Ioves eſſent, fuit concredita cura Reipublicæ. Eoſque meritò Vejoves dixerim, quoniam apud Romanos Vejovis inter ſiniſtra Numina, non quia prodeſſet, ſed ne noceret, colebatur. Cicero 3. *de natur. Deor.*

De Iove, & Vejove.

Vejovis erat ſiniſtrum Numen.

f] Genium Regum exponit Concilium Toletanum IV. agens de Suinthilane & ejus fratre his verbis. *Nec in amiſſis facultatibus, in quibus per iniquitatem creverant, reduces fieri, præter id, quod conſequuti fuerint pietate Clementiſſimi Principis noſtri, cujus Gratia, & bonos donorum præmiis ditat, & malos à benificentia ſua non ſeparat.* eſſe enim debet ſimilis omnipotenti Deo, qui facit Solem ſuum oriri ſuper bonos, & malos.

De Regum Genio.

Vbi id Prudentia dictet, prodeſſe debens etiam malis.

g] Hic manum in feneſtram intendit, in qua erant tres magnæ Principes, quas non eſt neceſſarium nominare.

h] Nullam impatientiùs injuriã ferunt fœminæ, quàm quæ tempus concernit: puellæ videri volunt, etſi provectæ ſint ætatis.

Mulieres nolũ vocari vetulæ

i] Fuco obliniuntur omnes, & quia ſunt pictæ, ſemper erunt ſuis picturis ſimillimæ: unde ad Marcum de Flora neſcio quis.

Se pleræque omnes pingunt.

Laura hæc Effigies eſt Marce ſimillima, namq;
Lauram, quæ picta eſt, picta Tabella refert.

Fucus quidem apud Latinos ſæpè venenum dicitur.

An fucus nominetur venenum?

Vnde Ovidius de remedio Amoris ſic cecinis.

Tunc quoque compoſitis, ſua cùm linit ora venenis,
Ad Dominæ vultus, nec pudor obſtet, eas.

Sed cur? Colligam rationem ex Sebaſtiano Covarruvia *in Theſauro* dicente. [*Veneno* ſe llama la color, que da el tintorero, porque muchas vezes ſe haze de minerales venenoſos. o de colores artificiales quemados y otras coſas.] Et quidem ſi ad mores convertamus oculos, qui *affeite* ab Hiſpanis vocatur, poſſet, aut etiam deberet vocari *veneno*, ob materiam, & effectus, quos habet. Covarruvias. [*Veneno* cerca de los Latinos ſe toma algunas vezes por el affeite de las mugeres, y con mucha propriedad, pues en effeto lo es el ſoliman, que de ſuyo es mortifero, y es veneno para la miſma, que ſe le pone, porque le gaſta la tez del roſtro y le daña la dentadura. Es veneno para el galan necio, que mirandola de lexos ſe perſuade a que el color blanco y roxo es natural, y attrahido con eſta añagaza cae en la red: Es veneno para el pobre marido, que ha de juntar ſu cara con la caratula de ſu muger. &c.]

Et cur ſit vocetur?

Et quid ſit Venenum in Latio?

Rationes, ob quas fucus dici venenum debeat.

k] Quia olim Poeta eruditè cecinerat, *Iam ſeges eſt, ubi Troja fuit*, quando Hiſpanus ſignificare vult, aut pulchram fœminam tranſiviſſe in deformem, aut hominem opulentum in pauperem, ſolet admirabundus dicere, *Aqui fue Troja!* &c.

Adagium Hiſpanum dilucidatur.

ARTICULUS IV.

De Sepulchris. *An in ipſis Saxa? an etiam in Marmoribus inſculpta, dedolata, aut cogitata colloquantur Imagines?*

Vltima Polymnia apud Quevedum concinentis clauſula.

SAxa & marmora, ſiue exaratas literis, ſive picta aut ſculpta figuris colloquuntur. In Parnaſſo Hiſpanico Muſam II. (Polymniam) claudit D. Ioſephus Antonius his verſibus.

Aqui Polymnia [a] *entanto,*
Que la Eſtoica Familia attenta imprime
En láminas ſu Muſica ſublime,
Suſpender quiſo el canto;
Pero eſta fuè ſu clauſula poſtrera,
Del coraçon en la immortal Eſphera, [b]
No en bronce o' marmol, què el cincel aníme, [c]
Mortales imprimid mi voz ſevera. *&c.*

Saxa & marmora vel ſunt viva, vel mortua.

Sunt quidem Æra & Saxa mortua, ſunt & viva: tacent illa, hæc loquuntur: quoniam nullum in illis Cælum, & multos in his & hos clamoſos characteres ſculpſit. Et characterum nomine tam literæ, quàm imagines veniunt, utriſque enim lapides animantur & vivunt.

Κοιμοιτήριον, quid ſit?

Sanè Κοιμητήριον dici deberet Latinè *Dormitorium*, quoniam ἀπὸ τοῦ κοιμάω, quod eſt *dormire* dicitur, quod in illo dormiant hominum corpora, donec

An mortui dormiant?

Tuba mirum ſpargens ſonum
Per Sepulchra regionum
Voces omnes ante thronum.

In pleriſque autem omnibus totius Hiſpaniæ Cœmeteriis, proſtat quædam Concionatrix Calvaria. Et quia non omnes dialectum illam ſciunt, quâ loquuntur Defuncti, totam Concionem Viri devoti & pii reduxere ad σιωώψιν, & nobis repoſuerunt his verbis. Calvaria loquitur.

Audiûto Mortales, qui Calvaria tacita vociferetur.

Tu, que me miras a mi
Tan triſte, mortal, y feo,
Mira peccador por ti;
Que qual tu te vees, me vi;
Veerte has, como me veo.

Et quæ Hiſpanos ſic monere placuit, Latinos admonebit his verbis.

Ille Ego, qui jaceo, in cinereſque reſolvor inanes,
Vivus eram: quondam, qualis es, ipſe fui.
Reſpice, qui teneros per lubrica duxeris annos,
Me excarnem, quoniam tu citò talis eris.

Ovidius ad Liviam.
Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,
Omnia ſub leges Mors vocat atra ſuas.

Et tunc voce incorporeâ, & quæ ab Animâ ſola percipitur, Defuncti univerſi exclamabunt.

Ad foſſam properi Nos ivimus; ibitis; ibunt.
Quotquot in hoc Mundo vivunt, aut denique vivent.

Et utinam illam bene velîmus aliquando auſcultare; longè enim à peccatis aberimus, ſi nobis Mortem adſtare jam prope cogitemus.

Placet uberioris doctrinæ gratia hæc Scholia ſubſcribere.

a] In vocis *Polymnia* ſcriptura & menſura non conveniunt Authores; convenient tamen, ſi Græcis committatur judiciũ: πολύμνεια, enim à memoriæ magnitudine dicitur, memoriam enim μνείαν Græci nominant. Si dixit Virgilius in Epigramm.

Signat cuncta manu, loquiturque Polymnia geſtu.

ſequutus fuit accentus vires, & diphthongum corripuit. At aliqui, ne hac licentia uſum fuiſſe Virgilium admittant, diphthongum ſolvunt, ac ſi minor culpa ſit ſolvere, quàm corripere. Apud ipſos ſic ſcripſit Virgilius,

In voce πολύμνεια Latinus violabit accentuum legem, ſi illarum quantitatem retineat: & quantitatis legem, ſi accentum retinere voluerit.

Signat cuncta manu, loquitur Polymnëia geſtu.

Et, ſi hoc, *tur-Polymn*, erit dactylus, nam *m*, & *n* apud Græcos liqueſcunt. Et hæc diphthongi diſſolutio placuit Horatio, nam cecinit Carminum primo.

An Polyhymnia legendum ſit?

Euterpe cohibet, nec Polymnëia.

Ovidium Faſt. 5. *Finierat voces Polyhymnia* ſcripſiſſe, aſſerit Paſſeratius, & à πολυ & ὕμνος, quod multos hymnos canat, fuiſſe dictam exiſtimat.

Immortalis Sphæra, qua dicatur? An Deus ſphæra ſit?

b] *Immortalem Sphæram* nominat Animam Rationalem; quoniam ad ſimilitudinem Dei creata eſt: & Deus, ut à Mercurio Triſmegiſ-

to docemur, *Eſt Sphæra intelligibilis, cujus centrum ubique eſt, & nullibi circumferentia.*

c] Cælum dicitur ſaxa aut æra animare, quando vel effigies, aut literas iiſdem ſculpit: nam per illas repræſentat prototypos, & per has loquitur proſpectantibus.

Quanam res, & quo modo lapidibus vocē infundat?

SECTIO I.

An loquantur Cadavera?

ACcrurus ſum de modo, quo Corpora mortua eloquuntur: ergo ab aëre omnia pendebunt, niſi demonſtravero priùs, etſi careant vitâ, voce non carere Cadavera. Ergo attende.

Leoncius infamis proditor occiſus fuerat; in ejus cadaver ſupervenientes impingunt, & admirabundi loquuntur. Quid autem? Scies, ſi patienter auſcultes.

Balth. *Por el Cuarto de Iſabel*
He de librarme. Laſinus. *Que es eſto?*
Princ. *Reſponda aqueſſe cadaver* [*]
Midiendo infelize el ſuelo.
Laſ. *De una punta atraveſada*
Tiene Señor todo el pecho.
Princ. *Effecto ſerá valiente*
De algun rayo de mi azero.

*] Nota illud *reſponda*. Ergo loqui ſolent cadavera.

Ita in Tragœdiâ, quæ *El Principe de Orange* inſcribitur, & ejus infauſtam mortem repræſentat. Compoſita fuit & data Madriti à Doctore Miràdemeſcua, & proſtat inter alias à præclaris Ingeniis concinnatas, part. XXXIV. num. 10. Tandem,

Devivunt nulli nam ficcâ morte Tyrannè, [a]
interimitur Princeps, accurrunt omnes, & ait

a] Et hic obiter nota, hujus Comœdiæ Authorem nō bene omnes circumſtantias & perſonarum nomina didiciſse, Æmilia enim Auriaci Principis filia, & Emanoëlis, Luſitaniæ Principis uxor, multò aliter univerſa narrabat.

Blanca. *Que ruido* [*] *es eſte que miro?*
Laſ. *Mediendo infeliz la tierra,*
Te reſponda eſſe Cadaver [a]
O como mi llanto ciega
El ſuelo, viendo, que Holanda
Yaze infeliz ſin defenſa.
Balth. *Mejor podrá reſponderte*
El Valor, que en mi contemplas,
Quando quita con ſu vida
Eſte terror de la Igleſia,
Cuya hazaña, a oppoſicion
De todo el rigor que mueſtras,
Con los Varones iluſtres
Mi Fama celebra eterna.

*] Lego *vulto*, non *ruido*; ſtrepitus enim oculis non videtur.

a] Iterum hic Cadaver reſpondere jubetur.

Ergo ſiquidem Cadavera loqui certum eſt, quot ipſa modis loquantur, exponamus.

SECTIO II.

Quot modis in Monumentis Lapides aut Perſona loquantur?

VOces tacitæ audiuntur (aut veriùs, leguntur) in Sepulchris: vel enim loquitur, qui inibi conditus; vel Marmor ipſum, & tunc vel ipſi condito, vel de ipſo condito; vel denique, qui ſepulchrum conſtruxit, & lapidem [meliùs Hiſpanicè [*] *la Lapida*] apponi & inſcribi curavit: & Poëta, Inſcriptor, aut Ταφογράφος vocari poteſt. Varia & diverſa in libris Epicedia inveniuntur. In illo, qui *Fieſtas de Sevilla* vocatur *pag.* 282. in Sancti Ferdinandi Regis Sarcophago loquitur Marmor.

*] Sepulchralis lapis, qui propriò cater in aliis linguis nomine, *la Lapida* ab Hiſpanis vocatur. Ταπογράφος.

An loquantur Cadavera?

Fieſta al Santo Rey es eſta,
Porque es coſa manifieſta,
Que el Cuerpo ſuyo eſtá aquí,
Como ſi hablara: y aſsí
El cuerpo nos pide fieſta.

Singuli ſuis Inſcriptionibus Lapides animantur. Videri ipſæ *loc. cit.* poterunt, mihi enim recenſere ſufficiet unam, cujus normam & artificium, in aliis argumentis ſunt Viri Eruditi imitati. Illam ſubjicio.

Dezia con gran ſoſiego
El Rey ſin intento malo,
Antes por modo de juego;
En viendo un Hereje, Fuego.
En viendo algun Moro, Palo.

Nota illa duo verba *Fuego*, & *Palo*: &, ſi hos verſus imitari volueris, ſume alia ſimilia, quæ perſonis, quæ advocantur, conveniant?

Sunt Authores Græci, Latini, Hiſpani, &c. Veteres, & Novitii, qui varia Illuſtrium Heroum collegere Epitaphia: & ille, qui anno 1608. Romæ è Zannetti Officina in lucem emiſit antiqua Græcorum Poëtarum Epigrammata, toto Libro Tertio ſolùm produxit Epitaphia. Seligam ex ſelectis nonnulla, ut poſſim doctrinam ſub initium poſitam dilucidare.

SECTIO III.

Primum Modum proponit. Ταφόγραφος, qui poſuit & inſcripſit marmor) loquitur.

LOquitur in Epitaphiis vel Poëta (Metrica enim ſunt quæ hic proponimus) vel Defunctus, vel Lapis. Ergo, quia Poeta, qui Epitaphium inſcripſit fortè vivit, & Mortuus vixit; & Lapis ſenſum habere

Quis nam in Epitaphiis ſoleat loqui?

bere & loqui fingitur, in primâ illa Epitaphii Claſſe proponemus, in quibus Ταφογράφος vociferatur: in ſecundâ Defunctos perorantes audiemus: & in tertiâ permittemus Lapides loqui & monere Mortales.

De Stella pulcherrima juvene.

OBiit ante diem Adoleſcens pulcherrima, cui *Stella* nomen, & Plato, quia eam diligebat tenerrimè defunctam adloquitur his verbis.

Occaſione hujus nominis potuerit Poetæ per omnes Aſtronomiæ & Aſtrologiæ campos diffundi, & quidquid glorioſum utraque Facultas in Syderibus reperit, analogia ſervata huic puellæ adſtringere.

> Αςέρας εἰσαθρεῖς ἀςὴρ ἐμός. εἴθε γενοίμην
> οὐρανὸς, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω.

Gua. Veronenſis ſic tranſtulit.

> *Ardentes Stellas lucens, mea Stella tueris.*
> *Cælum utinam fiam, te ut multo lumine cernam.*

Sic autem Laërtius.

> *O utinam Cælum fierem, cùm ſydera cernis,*
> *Stella mea, ut multo lumine te aſpicerem.*

Aliter etiam legitur hoc Græcum Diſtichon: videlicet.

> Αςὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος.
> Νῦν γὰρ θανὼν, λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

> *Stella priùs Superis fulgebas Lucifer, at nunc*
> *Extinctus caſſis lumine Veſper eris.*

Sic reddebat Auſonius: at verò Gua. Veronenſis ſic expoſuit.

> *Stella priùs Superis fulgebas Lucifer, at nunc*
> *Heſperus effulges Manibus occiduis.*

Sic Platoni ſuæ Stellæ, etſi defunctæ, loqui placuit.

Proponitur ingenioſum Ænigma.

ALii Ταφόγραφοι Viatori & Lectori loquuntur. Conſidera ſequentes Lapides.

> Ο τύμβος οὗτος, ἔνδον οὐκ ἔχει νεκρόν,
> ὁ νεκρὸς οὗτος, ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον.
> ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ νεκρός ἐςι καὶ τάφος.

Triſtichũ hoc compoſuit Agathius, & Auſonius ſic reddidit

Quæ fuerit Niobe? Unde ejus ſacrilega ſuperbia ſumpſerit occaſionem? Amiſſis filiis: & in ſaxum convertitur.

> *Habet Sepulchrum non id intus Mortuum.*
> *Habet nec ipſe hîc Mortuus buſtum ſuper.*
> *Sibi ſed eſt ipſe hîc ſepulchrum & Mortuus.*

Sunt multa de hoc Epitaphio cogitata, & ſcripta; interim Niobæ illud inſcribi certum eſt. Fuit autem Niobe Tantali filia, Amphioniſque Thebarum Regis uxor: habuit filios quatuordecim, propter quos auſa fuit ſe Dianæ & Latonæ præferre; & obtinuit, ut illi omnes ſagittis ab Apolline conficerentur. Et quia illa poſteà contabuit, converſa fuiſſe in ſaxum dicitur, quod prope Sipylum, Mæoniæ urbem, ab iter agentibus ſuſpiciebatur. Propertius *libr.* 2.

> *Nec tantùm Niobe bis ſex [*] ad buſta ſuperba*
> *Sollicito lachrymas defluit à Sipylo.*

*] Raviſius Textor in Epithetis *verb.* *Niobe* quatuordecim illam filios habuiſſe aſſerit; qui tamen hic dicuntur fuiſſe duodecim.

Et ideò *Sipyleia mater* vocatur in Sylvis ab Statio.

> *Et Niobe quoniam ſit ſaxea, turbine venti*
> *In Sipylum rapta eſt, ubi fixa cacumine montis*
> *Liquitur, & lachrymis etiam nunc marmora manant.*

De Orpheo, Neſtore, Homero, & Telephane. In quanam Arte unuſquiſque floruerit?

IN Telephanis Tibicinis Tumulo reperiuntur hæc Carmina.

> Ὀρφεὺς μὲν κιθάρᾳ πλεῖςον γέρας ἔλλετο θνητῶν.
> Νέςωρ γὰρ γλώσσης ἡδυτόγου σοφίη.
> Τεκτοσύνη δ' ἐπέων, πολυΐςωρ θεῖος Ὅμηρος.
> Τηλεφάνης δ' αὐλοῖς, οὗ τάφος ἐςὶν ὅδε.

Interpretatio.

> *Orphea cithara celebratur gloria ſemper.*
> *Neſtoris eſt lingua ſuaviloquentis honos.*
> *Carmine Homerus habet laudem multiſcius omnem.*
> *Telephanes tibia: Hic cuius & oſſa iacent.*

Hîc; ut legis, quatuor laudantur, & tamen unus cónditur. De hoc ſolo Poëta debuit agere, tempori enim & loco diſſentanea videntur, quæ de cæteris ſine causâ canuntur.

Eò venit adulatio, ut non ſolùm glorioſa Heroum facinora, ſed ſcelerata interdũ crimina carmine cõcinantur.

ET Homeri Tumulo hoc Diſtichon inſcripſit Antipater.

> Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
> Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

Et Latinè à Gua. Veronenſi manuductus ſic loquitur.

> *Conditur hoc Tumulo Vates Divinus Homerus,*
> *Heróum cecinit qui bene geſta Ducum.*

Non

Non ſufficit ad gloriam Heroum eorum geſta cani, nam & canuntur ſcelerata facinora; ſed eſſe talia, quæ laudari & carmine celebrari debuerint; & ideò alterum Epitaphium ſubjungo, quod Satyrico Poetæ nimirùm illi

Poeta Satyrici, ab inimicis, in quos ſcripſerat, occiſi, Epitaphium.

Que porque eſcribió mal bien,
Se vino a morir bien mal.

ante annos quàm multos inſcripſi.

Hîc jacet, occiſus male, qui bonus optimo iniquùm
Carmine corripuit peſſima facta virûm.

Quomodo Theophraſtus perierit?

THeophraſti Tumulo Diogenes Laërtius Epigramma hoc appendit.

Ουκ ἄρα τȣ̃το μάταιον ἔπος μερόπων τιν᾽ ἐλέχθη,
ῥήγνυσθαι σοφίης τόξον ανʼ ιέμενον.
δήνος καὶ Θεόφραςος ἕως ἠπόνȣ μὲν, ἄπηρος
ἦν δέμας. εἶτ᾽ ανεθεὶς κάτθανε πηρομελής.

Interp. Laet.

Non arcum frangi ſapientis poſſe remiſſum
Vana hac nullius verba fuere viri.
Dum fuit intento Theophraſtus corpore vixit:
Corpora ſed poſtquam feſſa remiſit, obit.

Morum alteratio, in ſene præcipuè, eſt periculoſa.

Hiſtoria, quam ſupponit, eſt hæc. Theophraſtus in plutimorum, eorumque difficilium negotiorum expeditione occupatus, vult ſaltem in ſenectute quieſcere: & quoniam

—— arcum non ſemper tendit Apollo,

depoſuit omnes curas, ut otio poſſet tandem aliquando frui. At hæc morum mutatio, ita in ipſo alteravit humores, ut ſuperveniente febricula brevi illum ad alteram vitam tranſmiſerit.

Empedoclis Authoris Liber, in quo tota ejus Philoſophia quæ valde ſingularis eſt, dilucidatur.

Cujas, & qualis ipſe fuerit? Qua morte perierit?

FVit Empedocles Agrigenti in Sicilia natus, Poëta & Philoſophus, cujus olim Phyſicam ſpeciali Commentatio illuſtravimus; Hic, ut multorum fert Opinio, immortalitatem novo mortis genere affectans, in Ætnam ſe præcipitavit. Horatius in Arte.

—— Dicam, Siculique Poëta
Narrabo interitum, quoniam Immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Inſiluit.

Diogenes Laërtius, ut eum ab hac impiæ ambitionis infamiâ emaculet hoc illum Επικηδίῳ honoravit.

Καὶ σύποτ᾽ ἐμπεδόκλεις διερῆ φλογὶ σῶμα καθῆρας
πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθανάτων.
ȣ᾽κ ἐρέω δ᾽ ὅτι σαυτὸν ἑκὼν βάλες ἐς ῥόον αἴτνης,
ἀλλὰ λαθεῖν ἐθέλων, ἔμπεσες ȣ᾽κ ἐθέλων.

Illud ſic Bentinus fuit interpretatus.

An ſe in Ætnâ præcipitaverit?

Empedocles rapida purgaſti corpora flamma,
Æternos ignes fortiter ore trahens.
Non dicam quod te in fervertem miſeris Aetna.
Lapſus es at nolens, deliùiſſe volens.

Ecce factum non negat, ſed excuſat Laertius: at, quia ſæpe crimina, quæ excuſari non poſſunt, faciliùs & prudentiùs negantur, Poeta quidam Anonymus Epicedium à Laertio exaratum ammovit, & carmina ſequentia ſubſtituit.

Et hic habere locum poteſt Quæſtio, quæ examinat, *An actio, quæ ab his bona, & ab illis cenſetur mala poteſt, negari potiùs debeat, quàm excuſari?*

Ναὶ μὴν ἐμπεδοκλῆα θανεῖν λόγος ὥς ποτ᾽ ἀμάξης
ἔκπεσε καὶ μηρὸν κλάσσατο δεξιτερόν.
εἰ γὰρ πυρὸς κρητῆρας ἐσήλατο, καὶ πίε το ζωὴ:
πῶς ἂν ἔτ᾽ ἐν μεγάροις δείκνυτο τȣ̃δε τάφος;

Sic ea Bentinus tranſtulit.

Cruribus Empedocles colliſis dicitur eſſe.
Mortuus, è curru cum cecidiſſet humi.
Si ſe flagrantem maleſanus iecit in Aetnam;
Quomodo adhuc Megaris ſtructa ſepulchra vides?

Et quidem hoc argumento manifeſte ſuadetur, quæ de inſultu aut lapſu Empedoclis in Ætnam dicuntur, eſſe falſa: ſi enim Megaris proſtat ejus Sepulchrum, combuſtus in Ætnâ non fuit. Et ſimili argumento utitur Clemens Alexandrinus contra Gentiles diſputans: Omnium enim, qui Dii à Græcis & Romanis vocantur, oſtenduntur Sepulchra; fuerunt igitur mortales, ut nos, & delirant, qui illos æternos & immortales aſſerunt.

Omnes Dii, quos Antiquitas coluit, fuerunt homines.

ADdam adhuc aliam Saxi Inſcriptionem, nam continet Morale quoddam Monitum, quod,

ſi

An ad pœnam capitis ſit ſufficiens ſuſpicio?

ſi bene intelligatur & perpendatur, poterit univerſis prodeſſe.

Τὴν ὑπονοιαν πᾶσι μάλιςα λέγω θεραπευειν
εἰ γὰρ καὶ μὴ δρᾶς, ἀλλὰ δοκεῖς ἀτυχεῖς.
οὕτω καὶ Φιλόλαον ἀνεῖλε Κρότων ποτὲ πατρη,
ὡς μιν ἔδοξε θέλειν δῶμα τύραννον ἔχειν.

Vt eſſet uſui, Tomas Morus ſic tranſtulit.

Magnam habet in rebus vim ac pondus opinio! Non vis
Lædere, velle tamen ſi videare, peris.
Sic & Philolaum quondam occidere Crotenſes [*]
Quem falsò credunt velle Tyrannum agere.

Occidere habet ſecundam longam, nam eſt ab occido: & tertiam etiam longam, nam eſt præterit.
*] *Crotenſes* in libro legebatur, ſed male.

SECTIO IV.

Modum ſecundum explicat.
Νέκρος (*ipſemet Mortuus*) *loquitur.*

An optimi Magiſtri ſint Mortui?

MVltum dicunt Cadavera, & multa nos monent Defunctorum Cineres, tametſi taceere videantur. Et hinc interdum Sepulchrorum Lapides eorum, qui conduntur, nomine perotare jubentur.

Quidam, quem viarum graſſator ſceleratus occiderat, ſub marmore ſic loquebatur.

Θάψεν ὅ με κτείνας κρυπτὸν, φόνον εἰ δέ με τύμβῳ
δωρεῖται, τοίης ἀντιτύχοι χάριτος.
Abdidit hac tellure latro me fraude necatum [*]
O utinam talem ſentiat ipſe necem.

*] Neco, as. necavi, necatum: *vel* necui, nectum. Laurentius Valla, Priſcianus & alii volunt inter hæc præterita & ſupina differentiã ponere; at neutram uſus cõmunis approbat.

Et in parvo Famulo ſucclamabat mendicus.

Ἄνθρωπ', οὐ Κροίσου λεύσσεις τάφον, ἀλλὰ γὰρ ἀνδρὸς
χερνήτεω. μικρὸς τύμβος, ἐμοὶ δ' ἱκανός.

Io: Iordanus Latinè reddidit.

Non Crœſi monumenta vides, at pauperis olim
Buſta viri, exigua eſt hac mihi tumba ſatis.

MEridie mero quærebat vel unum hominem cum laterna Diogenes, nec in totâ Atheniẽſi Civitate inveniebat. Et huc reſpiciens Alphonſus Sapiens Hiſpaniæ Rex, quia olim dixerat Ennius.

Vulturis [::] in ſylvis miſerum mãdebat homonem,

*::] *Vultur*, in nominat. olim habebat *Vulturis*.*

Et nos hodie aliter loquimur, non ſine ingenio & gratiâ ab Hominibus diſtinguebat homones, putabatque unum Hominem multis Homonum millibus æquivalere. Et legiſſe videtur Heracliti ſepulchrum, in quo ipſemet Mortuus dimittit Lectores hoc Monito.

An, & quomodo Homines & Homones inter ſe diſtinguantur?

Ἡράκλειτος ἐγώ. τί με ὧ κάτω ἕλκετ' ἄμουσοι;
οὐχ ὑμῖν ἐπόνουν. τοῖς γάρ μ' ἐπισταμένοις.
εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος, τρισμύριοι. οἱ δ' ἀνάριθμοι,
οὐδείς. ταῦτ' αὐδῶ καὶ παρὰ περσεφόνῃ.

Bentinus ſic Latinè repoſuit.

Sum Heraclitus ego, quid me vexatis inepti?
Non vos, ſed doctos, tam grave quærit opus.
Vnus homo eſt nobis id quod ter mille, ſed unus
Vix ſunt innumeri, & manibus hæc recito.

Et hîc (quod Principibus & Iudicibus proderit) notare debes, Probitatem & Numerum conſtitui in diverſis generibus. Vtrumque poſtulatur in Teſtibus. Improbi, etſi multi ſint, non poterunt plenam informationem reddere: & Vnicus, etſi ſit ſanctiſſimus & religioſiſſimus, nîl poterit plenè convinceere.

De Teſtium Qualitate & Numero.

Ex his duabus Propoſitionibus, priorem illam nos docebant Ciperes Heracliti; dicunt enim, *Innumeri* (nempe, improbi & nebulones) *vix* (aut ne vix quidem) *ſunt unus* (Vir probus & bonus.) nam, ſicut ex multis canibus non poterit fieri unus equus, nec ex multis equis unus leo; ſic nec ex multis falſis & ſacrilegis teſtibus unus verax & religioſus poterit reſultare.

An probitas, ſi deficiat in teſtibus, poſſit numero compenſari?

Nec poſteriorem refellunt: etſi enim verum ſit majoris unum Virũ bonum, quàm ter mille malos æſtimari debere, hoc enim eſt, quod Heraclitus aſſerit: non tamen inde ſequitur; unicum ita poſſe in honore & authoritate eminere, ut duobus Viris bonis æquivalere dicendus ſit. Ergo ſive centum improbi ſint admiſſi; ſive unus optimus maximus, ſed unus; erit informatio imperfecta; &, ut aſſentiri. Iudices debeant, inſufficiens.

An Teſtium requiſitus numerus, ſi fortè deficiat poſſit eorumdem probitate & nobilitate compenſari?

ET Sardanapalus, qui fuit, dum vive-

Sardanapali tumulus.

viveret, univerſis ſcandalo, vitâ functus nos inſtruit. & ſic ait.

Τόσσ' ἔχω ὅσσ' ἔμαθον καὶ ἐφρόντισα καὶ μετὰ μουσῶν
σέμν' ἐδάην. τὰ γὰρ πολλὰ,
καὶ ὄλβια τύμβος ἔμαρψεν.

An reverà hoc fuit ejus Epitaphium?

Tantum habeo quantum didici, quantumque labore
Percepi, & ſtudio; rapuit ſed cætera faſtus.

Sic tranſtulit idem Bentinus, & meritò ſic loquuntur Magni Principis Cineres: quoniam

Vivitur ingenio, cætera Mortis erunt.

Quiſnam & qualis ipſe fuerit?

At, ut exiſtimo, qui Græca Epicœdia collegit, Sardanapalo affinxit, quod fuerat conceptum pro alio. Fuit enim Sardanapalus in Aſſyriâ ultimus, & trigeſimus à Nino Rex. Homo libidinoſiſſimus: & ſexûs virilis opprobrium: nam ſine verecundiâ inter ſcorta & meretrices, habitu fœmineo incedens, nebat publicè: & manu, quâ in pace ſceptrum, in bello gladium ſuſtinere debebat, torquebat fuſum, cum tantâ Populi indignatione, ut ab illo Arbace Duce fecerit defectionem. Brevi ille victus ſe recepit in Regiam, pyram extruxit, in quâ ſe & ſuas divitias & delitias combuſſit. Ovidius *in Ibin.*

A ſuis deſeritur, oppetitur, vincitur.

Se, & ſua combuſſit.

Inq; pyram tecum chariſſima corpora mittas,
Quem vitæ finem Sardanapalus habet.

Cicero libr. 5. Tuſc. quæſt. Vide etiam Juſtinum libr. 9. & Diodorum Siculum Bibl. libr. 5.

De ejus ſepulchro & Epitaphio hæc habet Cicero. *Quo modo jucunda vita poteſt eſſe, à quâ abſit prudentia, abſit moderatio? Ex quo Sardanapali, opulentiſſimi Syriæ Regis, error agnoſcitur, qui incidi juſſit in buſto.*

Hæc habeo, quæ edi; quæq; exſaturata libido
Hauſit: at illa jacent multa & præclara relicta.

Suidas *in Nino* ſcribit. Σαρδανάπαλος Ἀνακυνδαράξου παῖς Ἀγχίαλον καὶ ταρσὸν ἐν ἡμέρῃ μιῇ ἐδείματο· σὺ γὰρ ὦ ξένε, ἔσθιε, καὶ πίνε, καὶ παῖζε. ὡς ἄλλα τὰ ἀνθρώπεια οὐκ ὄντα τούτου ἄξια. *Sardanapalus, Anacyndaraxi filius, Anchialon, & Tarſon uno die extruxit: Tu autem ô hoſpes, ede, bibe, lude, cum quibus reliqua mortalia non ſunt conferenda.* Et Ariſtoteles, cùm fortè hoc epitaphium referri audiret, *Quid aliud*, inquit, *in Bovis, & non in Regis ſepulchro, Polymnia.*

Verum Sardanapali Epitaphium.

Qualis illud ſit opinione Ariſtotelis?

inſcribi poſſet?

Proderit poſt vitioſum & ſceleratum Virum modeſtiſſimi meminiſſe Philoſophi; nempe Epicteti, qui jubente Leonide, ſub ſaxo humili ſic loquebatur

Epicteti Epitaphium.

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην καὶ σῶμ' ἀνάπηρος,
Καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

hoc eſt, ut interpretatur Gaza.

Servus Epictetus fueram, qui corpore mancus,
Paupertie preſſus, charus eram Superis.

SECTIO IV.

Tertium Modum dilucidat. Τάφος *(Lapis ipſe) loquitur.*

Caſandro, qui Veterum judicio

Sunt aliqui Viri digni Nominis Æternitate.

ἄνθρωπος φύσεως ἄξιος ἀθανάτου.

—— *Naturâ lege potentis*
Debuerit nunquam præcipiente mori.

Titulos inſcripſere nonnulli, & præ cæteris hoc me juvat Hexaſtichon.

Videtur hic Caſander obiiſſe ante diem, in viginti ſeu annorum ætate. Non tamen hanc putarem vicenam ſextâ in lingua Latina vocari.

Τίς λίθος οὐκ ἐδάκρυσε, σέθεν φθιμένοιο Κάσανδρε;
Τίς πέτρος, ὃς τῆς σῆς λήσεται ἀγλαΐης;
ἀλλά σε νηλής καὶ βάσκανος ὤλεσε δαίμων.
ἥλικίην ὀλίγην εἰκοσιέξ ἐτέων.
ὃς χήρην ἄλοχον θῆκεν, μογεροὺς τε τοκῆας
γηραλέους συγερῷ πένθει τειρομένους.

Qui nō te abſumpto lapides flevêre Caſander?
Splendoremque tuum quæ petra non memoret?
Invidus at ſævè dæmon te perdidit, ætas
Dum vicena tibi ſexta, brevíſque foret.
Fecerit uxorem viduam triſteſque parentes,
Iam ſenio affectos atque dolore gravè.

Solet Viator interrogare, & Marmor reſpondere; ut fit in Caſmyli celebris Agoniſtæ Epitaphio.

Reſpondet marmor à Peregrino interrogatum.

Εἶπον τίς, τίνος ἐσσί; τίνος πατρίδος, τί γὰρ νικῆς.
Κάσμυλον. Εὐαγόρου, πύθια, πύξ, ῥόδιος.

Dic quis? quo genitus? cujas ta? viceris aut quid?
Caſmylus; Evagora; Rhodius ſum; Pythia caſtu.

De quatuor fratribus eadē die natis, mortuiſque.

QVę quatuor Germanos condebat, Vrna loquebatur.
Δὶς δύ' Α'γελφὺς ἐπέχει τάφος· ἐν γὰρ ἐπεχον ἦμαρ καὶ γενεῆς οἱ δύο, καὶ θανάτου.

Et ſic præcedens Diſtichum Thomas Morus Latinitate donavit.

Forte fuerunt aborti eadem partu.

Quatuor hic Tumulus Fratres cōplectitur; ex his
Lux ſimul una duos & parit & periit.

Et videbatur Morus cum illud ita verteret, ob oculos habuiſſe illud Ovidii.

Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes,
Ad bellum miſſos abſtulit una dies.

De Fabiis, qui omnes una & eadem die occiſi ſunt.

Vnde ſi gemelli illi Gneji nominarentur, potuiſſet Morus dicere,

Vna dies Gnejos in lucem duxit avara,
In lucem ductos abſtulit una dies.

Naufragi Epitaphium.

CVidam Naufrago hoc Plato Epicedium inſcripſit.
Ναυηγοῦ τάφος εἰμί. ὁ δ' ἀντίον ἐςὶ γεωργοῦ·
ὡς ἁλὶ καὶ γαίῃ ξυνὸς ὕπεςτ' ἀΐδης.

Morus autem ſic tranſtulit.

Naufragus hac ſitus eſt, iacet illa ruſticus urna
Ad ſtyga ſive ſalo, par via, ſive ſolo.

Similem ferè ſententiam habet Conradus Celtis.

Quo moriare loco nil refert, ad Iovis aulam
A terra ſpatium ſemper habebis idem.

De altero Naufrago, cujus tandem oſſa collocavit in Tumulo, ſic ſcripſit Antipater.

Epitaphium alterius Naufragi.

Οὐδ' ἑτέρης ὅλος εἰμὶ θανὼν νέκυς· ἀλλὰ θάλαττα
καὶ χθὼν τὴν ἀπ' ἐμεῦ μοῖραν ἔχουσιν ἴσην.
σάρκα γὰρ ἐν πόντῳ φάγον ἰχθύες· ὀςέα δ' αὐτοῦ
βέβραςαι ψυχρῇ τῇδε παρ' ἠϊόνι.

C. Vrſ. Velius.

Neutra habet integrum, nec terra nec unda, ſepultum:
Aequa adeo pars nunc ceſſit utrique mei,
Nam piſces carnem medio abſumpſere profundo,
Oſſa ſed in gelido litore ſparſa iacent.

D. Carolus Aconitanus, à S. Antonio Patavino, è Patribus Scholarum Piarum, [a] Poëta celeber Romæ ex Ædibus S. Pantaleonis ix. Kal. Iulias 1662. duo hæc Epitaphia, quæ nuper compoſuerat, mihi communicavit.

a] Valde ſunt utiles hę Scholæ, ut in timore Dei, & bonis moribus Grammatici pueri inſtituātur. Illas introduxi in Bohemiam dum Eminentiſſimi Principis Cardinalis ab Harrach, Archiepiſcopi Pragenſis vices gererem; eaſq; in Italia, qua poſſum fovere non ceſſo.

De Puella in hydropicæ Matris vtero, mortua. Ipſa loquitur.

Occiſura ægram, occidit me ventre, Parentem,
Mors: ruit in duplex Mors ſcelerata nefas.
Chara, ò chara Parens, mihi vivere dulce datura,
Heu, quàm non iuſto funere ſtrata iaces.
Ipſa inſons, veniam poſcam? Mors impia poſcat:
Intulit immeritam Mors fera utrique necem.

Mortuus Gibbus ſic loquitur.

Hic ſum, docturus Mundum: quid, peſſime, rides?
Terga valent Mundum ſuſtinuiſſe [*] mea.

*] Dixit Ovidius *& correcturus, ſi licuiſſet eram* & alii loquuntur ſimiliter, & pro imperfecto plusquamperfectum uſurpant.

SECTIO VI.

De Figuris & Statuis, quæ loquantur in Tumulis.

An, & cur Animalium Imagines aut Statua ſculpātur, aut ponantur in Tumulis?

DEfunctorum virtutes, vitiaq; exprimebant Antiqui, in eorumdem Sepulchris ſculpendo Animalium imagines. Aquilam Antipater Ariſtomenis Sepulchro appoſuit, quæ à Peregrino interrogaretur & reſponderet.

Ορνι Διὸς κρονίδαο διάκτορε, τεῦ χάριν ἔςας
γοργὸς ὑπὲρ μεγάλου τύμβον Αριςομένους;
ἀγγέλλω μερόπεσσιν, ὅθ' οὕνεκεν ὅσσον ἄριςος
οἰωνῶν γενόμαν, τόσσον ὅδ' ἡμιθέων.
δειλαί τοι δειλοῖσιν ἐφεδρήσσουσι πέλειαι.
ἄμμες δ' ἀτέςοις ἀνδράσι τερπόμεθα.

C. Vrſ. Velius.

De Aquila.

Nuntia ſare Iovis, prapeſq; volatibus ales,
Cur magni ad tumulum ſidis Ariſtomenis?

Hac

Hæc homines moneo volucrum quantum optima vivo
Tantum hic heroas optimus inter erat.
Stipariut pavida timidorum buſta columba,
Aſt ego delector fortibus uſque viris.

De Mure. Dives, de quo in Evangelio qui à Latinis *Epulo* dicitur, ab Hiſpanis *El rico avariento* vocatur.

DIvitis & Avari hominis Tumulo Murem quemdam Lucillius, Poëta antiquus, appoſuit: & cauſam expoſuit his numeris.

Μῦν Ἀσκληπιάδης, ὁ φιλάργυρος εἶδεν ἐν οἴκῳ.
καί τί ποιεῖς, φησὶν, φίλτατε μῦ παρ᾽ ἐμοί;
ἡδὺ δ᾽ ὁ μῦς γελάσας, μηδὲν φίλε φησὶ φοβηθῇς,
οὐχὶ τροφῆς παρὰ σοὶ χρήζομεν· ἀλλὰ μονῆς.

Morus illos ſic reddidit.

Murem Aſclepiades ut apud ſe vidit avarus,
Mus quid in æde facis, dixit, amice mea?
Mus blande arridens, tolle, inquit, amice timorem,
Hic ego non victum quæro, ſed hoſpitium.

Midas apud fontem ſepultus.

INter pulchras platanos erat copioſus fons, in quo ſub Virginis Æneæ ſtatuâ, per plures oculos aqua diffundebatur. Ibi Midam quemdam ſepelivit Antipater, & Tumulo appendit hos verſus.

Χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, Μίδου δ᾽ ἐπὶ σήματι κεῖμαι
εὖτ᾽ ἂν ὕδωρ τε νάῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
ἠέλιός τ᾽ ἀνιὼν λάμπῃ, λαμπρά τε σελήνη,
καὶ ποταμοὶ ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ τε θάλασσα
αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύστῳ ἐπὶ τύμβῳ,
ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται.

De Æneæ Virginis cujuſdam Statua.

Hoc eſt, ut interpretatur Laërtius.

Ænea virgo, Mida celebri ſum nixa ſepulchro,
Dum fluit unda levis, dum plurima germinat arbos,
Phœbus & exoriens, & ſplendida luna refulges,
Flumina labuntur, placida dum montibus undæ
Littora commiſcent, lacrymiſque in marmore tincto
Fixa, Midam moneo hic tumulatum care viator.

Polymnia.

LVgentes Virgines in tumulis ſculpebantur. Aſclepiades in Ajantis ſepulchro.

Plorantes fœmina (Hiſpan. las plañideras) in Veterum ſepulchris exſculpta.

ἅδ᾽ ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι
Αἴαντος τύμβῳ, κειραμένα πλοκάμους.
θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, οὕνεκ᾽ Ἀχαιοῖς
ἁ δολόφρων Ἀπάτα, κρεῖσσον ἐμοῦ κέκριται.

C. Vrſ. Velius ſic expoſuit.

Dilaniata comas, viſu miſerabilis eheu.
Conſideo ad cineres hic Telamoniada.
Icta dolore gravi, mihi quod fraus callida quondam
Iudicibus Graiis ante locata fuit.

Et in multis Europæ locis nuper, & in aliquibus fœminæ conducuntur, quæ ſuis lachrymis & gemitibus comitentur Cadaver.

Cur Gruem in Ibyci ſepulchro poſuerint?

GRues in marmore, ſub quo jacebat Ibycus, Poëta celeber, depingebantur: illudque Antipater animavit his verſibus.

Ἴβυκε, λῃσταί σε κατέκτανον ἔκ ποτε νήσου
βάντες ἐρημαίην ἄστιβον ἠϊόνα,
πόλλ᾽ ἐπιβωσάμενον γεράνων νέφος. αἵ τοι ἵκοντο
μάρτυρες, ἄλγιστον ὀλλυμένῳ θάνατον.
οὐδὲ μάτην ἰάχησας, ἐπεὶ ποινῆτις ἐριννὺς
τῶνδε διὰ κλαγγὴν τίσατο σεῖο φόνον
Σισυφίην κατὰ γαῖαν. ἰὼ φιλοκερδέα φῦλα
ληϊστέων, τί θεῶν οὐ πεφόβηθε χόλον,
οὐδὲ γὰρ ὁ προπάροιθε κτανὼν Αἴγισθος ἀοιδὸν,
ὄμμα μελαμπέπλων ἔκφυγεν Εὐμενίδων.

Lapis dialecticatur, & rem certam male argumentando in dubium revocare videtur. Adſumatur loco Concluſionis hic verſus.
Certum eſt eſſe Deum memorê fandi, atque nefandi.

Eos alii aliter; Petrus autem Ægidius ſic tranſtulit,

Quondam ad deſertum venientes Ibyce litus
Vitam prædones eripuere tibi.
Sæpe gruum nubem imploranti, quæ tibi teſtes
Advenere necis quam morere tua.
Attamen haud fruſtra, ſiquidem clangore volucrum
Siſyphio eadem eſt Eumenis ulta ſolo.
Latronum genus heu cupidum lucri atque rapina,

Vt hanc Antipater Veritatē perſuadeat, argumentatur ab exemplo. *Ægiſtus, ait, peccavit, & punitus eſt. Ergo prædones, qui contra Ibycum peccant, etiam aliquando puniuntur.* Sumit argumentum ab uno, & nihil neceſſariò concludit. Dicēdum igitur eſt exempla, non ad probandum (ꝓcedit enim ab omnibus, aut à multis Inductio) ſed ad exornandū & dilucidandū poſſe adſumi.

Cur vos nequaquam terruit ira deûm?
Quando nec Aegiſthus vatem qui occideras olim [a]
Atrarum occurſus fugeras Eumenidum.

In monoſylabis Auſonius Gallus:

Ibycus ut periit; vindex fuit altivolans grus.

Ibyci autem Caſus ſic accidit, aut cogitabatur. [Erat Ibycus, etſi Poëta, opulentus & dives: & iter-agens in manipulum latronum incidit. Offerebat pecunias, modò parcerent vitæ: at illi, ne furtum hoc detegeretur, crudeliter hominem interfecerunt. Accidit igitur, ut dum occideretur, videret Grues ſupervolantes, & exclamaret.

Vt ſcelus hoc vecors aliquando vindicet Archon,
Conſtituo in teſtes vos Palamedis Aves.

Riſerunt citationem Prædones, & per jocum, ſi videbant Grues, illas τὰς τȣ̃ ἰβύκȣ μάρτυρας, *Teſtes Ibyci* denominabāt. Accidit ut poſt paucas hebdomades ſolennes Siſyphiæ, Græciæ urbe ludi celebrarentur: interfuerunt prædones, & cùm fortè viderent prætervolare grues τὰς τȣ̃ ἰβύκȣ μάρτυρας, cum cachinno muſſarunt. Inaudiit quidam, amicus & cognatus Ibyci; & ex his verbis levem, aut curioſam ſuſpicionem concipiens, eadem prout audierat, detulit ad Archonta. Hic inquirendi occaſionem inveniens, homines intercipi jubet. Interrogantur & examinantur juridicè: fatentur crimen, & ultimâ ſententiâ condemnantur. Et hinc in Proverbium abiit, τὰς τȣ̃ Ἰβύκȣ μάρτυρας, *Ibyci teſtes*. Quo univerſi admonemur, crimina, etſi clam perpetrentur, ſic diſponente Summo Numine, tandem revelari, & reſciri.

De Aegiſto: Cur ſic fuerit vocatus? Cur ſit factus adulter? & Cur occiſus?

a] αἴξ Græcè eſt *capra*, unde Thyeſtis ex Pelopeà ejuſdem filiâ filius, αἴγισθος nominatus eſt. mater enim, ut tegeretur ſcelus, perdendum infantulum ferarum crudelitati in ſylva expoſuit; ſed à paſtore inventus, & lacte caprino nutritus, qui diceretur Latinè *Caprinutrius*, Græcè αἴγισθος cognominatus eſt. Vitiavit Clytemneſtram Agamemnonis conjugem: & eadem cooperante Agamemnonem interfecit: & ab Oreſte Agamemnonis filio, patris mortem ulciſcente, tandem occiſus eſt. Ovidius de remed. Amor. libr. 1.

Quæritur, Aegiſtus quare ſit factus Adulter?
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

Et non male diſcurrit; quoniam ut in alio loco ait,

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arma.

Cur Canis in Diogenis Tumulo poſitus ſit?

CAnem in Diogenis Tumulo ponendum judicarunt Antiqui; nam & ipſe, Canis fuit Philoſophicus, & Sectæ Cynicæ, ſeu Caninæ Scholarcha. Multi εἰς Διογένην τὸν Κύνα, *in hunc Canem Diogenis* ſtrinxerunt ſuos calamos, & inter alios quidam Græcus hos Sculptori numeros, ut marmori inciderentur, præbuit.

Εἰπὲ κύων, τίνος ἀνδρὸς ἐφεστὼς σῆμα φυλάσσεις;
Τȣ̃ κυνός. ἀλλὰ τίς ἦν ȣ̃κ τ' ἀνὴρ ὁ κύων;
Διογένης, γένος εἰπέ; Σινωπεύς. ὃς πίθον ᾤκει;
καὶ μάλα. νῦν δὲ θανὼν, ἀστέρας οἶκον ἔχει.

Hoc eſt, interpretatur Auſonius.

Dic Canis, hic cujus tumulus? Canis. At Canis hic quis?
Diogenes ſubijt? non obijt, ſed abit.
Diogenes cui pera penus, cui dolia ſedes,
Ad Manes abijt? Cerberus ire vetat.
Quonam igitur? clari flagrat quà ſtella leonis,
Additus eſt juſta nunc canis Erigonæ.

Sunt etiam hodie Cynici, qui poſtquam in aliquem innocentem evomuerſit calumnias, dicūt. *Viro bono non debemus mentiri, ſed liberè aperire quod ſentimus.* Et errant, adlucinationemque ſuā prætextu Virtutis inveſtiūt. Et ideò tu, ut gubernare linguam ſcias, has duas Concluſiones, ut indubitatas, admitte. Primò nimirùm loco, *Peccat, qui dicit, quod ſentit, ſi non ſentit, quod debet.* Et ſecundò. *Peccat, qui verum dicit, quando ejus notitia nulli prodeſſe, & aliquibus nocere poteſt. Ergo-ne, tunc debet mentiri? Minimè. Quid ergo? Tacere.*

Proſtat & hoc breve Diſtichum, de ſumma Paupertate, quam hic Philoſophus profitebatur.

Βάκτρον, καὶ πήρη, καὶ διπλόον εἷμα σοφοῖο
Διογένευς, βιότȣ φόρτος ὁ κȣφότατος.

Io. Iordanus.

Diogenis vitæ ſapientis ſarcina multum
Grata duplex veſtis, pera, bacillus erat.

Arcuit à toto Inferno Cerberus morſicantem Philoſophum, ne in eodem Orco adlatrarent, & ulularent alii Canes: Ita primi Epigrammatis aſſerebat Scriptor: at id Dionyſius, Poëta ingenioſus, negat: apud quem Cerberus, Diogeni ſæviori, [a] & potentiori Cani cedit; &, ne & ipſe mordeatur, abblanditur. Vnde Dionyſio teſte Diogenes, ut videt Stygium Canem, ringitur, & percitus furore ſic latrat.

Πάντα φέρω πορθμῆϊ. λέλειπα γὰρ ȣ̓δὲν ὑπὲρ γῆς.
ἀλλὰ κύον σαίνοις κέρβερε τὸν με κύνα.

Omnia nauclero porto nihil orbe reliqui,

At

At blandire Cani Cerbere dire canis.

Cur Canis poſitus in Archilochi tumulo?

An ejus Muſa fuerit Rabies?

CANIS etiam adſtat Archilochi Tumulo; non, ut illum cuſtodiat, ſed ut jacentem repræſentet: nam Archilochus Canis fuit furibundus, Metri Iambici Author, cui Decima quædam Muſa, quæ [b] *Rabies* dicta, Satyras inſpirabat. Horatius in Arte Poetic.

Archilochum proprio Rabies armavit Iambo.

De ejuſdem moribus.

An fuerint ſimillimi ipſius lingua?

Nō ſolùm verbis mordax & minax, ſed [c] etiam factis fuiſſe truculentus aſſeritur: quoniam Lycambem quēdam, quod filias ſibi pactas alteri locaviſſet, ad ſuſpendium adegit, & illas trucidavit. Quam ob rem Epigraphe Sepulchri erat hæc.

Cerberus, ut finxere Poetæ, erat Canis, triceps, Orci cuſtos, de quo in libris Veterum multa leguntur.

Κέρβερε, δειμαλέην ὑλακὴν τεκύεσσιν ἰάλλων,
ἤδη φρικαλέον δείδιθι καὶ σὺ νέκυν.
Ἀρχίλοχος τέθνηκε· φυλάσσεο θυμὸν ἰάμβων
δριμὺν, πικροχόλου τικτόμενον στόματος.
οἶσθα βοῆς κείνοιο μέγα σθένος, εὖτε Λυκάμβεω
νηῦς μία σοι, δισσὰς ἤγαγε θυγατέρας.

Cerbere qui timidis terres latratibus umbras,
Hanc umbram horrentem jam quoque jure time. [a]
Archilochus periit, rabioſo armatus iambo
Latrabat; bilis ſævit iniqua virum.
Quid potuit ſat voce tenes ratis una Lycambis
Natas quando duas attulit ante tibi.

Cur, & quando homines animalium nominibus ſignificentur?

a] Quando aliquis homo in qualitate, quæ eſt notæ animantis propria, excedit, nomine ejuſdem animantis ſignatur, & ei omnes, quæ ad eam ſpectant ſpeciem, dicuntur, aut jubentur cedere. Rem exemplis dilucido. Mordent Canes, & quia oratione ſoluta diſſolutus eſt Diogenes, & metrica Rabies Archilochi menſuratam neſcit, & quia quoſcumque uterq; mordet, uterque *Canis* dicitur; & ut utrique cedant, Canes univerſi [*] jubentur. Sunt crudeles, & feroces homines, & quia Nero, Domitianus, Caligula, & nonnulli alii Imperatores crudeliſſimi fuerunt, *Leones* dicti, juſſique Leones eiſdem cedere. Et hinc corrigi Martialis poterit, cecinit enim,

*] *Iubeo* aliquando activū eſt, Lucanus libr. 2. *Iamque ſequuntur juſſurus classem Phœbo*. Et habet paſſivam. Cajus libr. 16. D. de teſtam. *Cùm lego quis inteſtabilis jubetur eſſe*. &c.

——— *Omnis*
Cæſaris & mores Gaſurianus habet.

Cur in Amphitheatro Leo non fuerit ferox?

Scribendi occaſionem præbuit Leo, qui in Amphitheatrum miſſus, ferocitatis immemor, admirationem omnium proſpectantium extorſit. Et Martialis, ſi auſus fuiſſet, ſcripſiſſet has lineas.

Cedere Majori juſſit Natura minores,
Se grandi ut parvus ſubjicit ultro [::] Canis;
Sic hodie rabido, cedit cui Roma, Leoni
Debuit iſte miſer cedere ſponte Leo.

Et Romam *Leoninam* fuiſſe dictam in Carminibus ſuis Philomathus (Alexander VII.) curioſè oſtendit. Et quid, ſi Leo gladiatores objectos ferociſſimè dilaceraſſet? Potuiſſet adhuc Martialis dicere,

Da veniam ignoto, nato inter ſaxa: Leoni
Majori haud ceſſit, nam peregrinus erat.

quoniam Madriti Titius, cujus uxor cenſebatur adultera, & ipſe Hiſpanicè (ut fieri ſolet) *Cornudo*, & Latinè *Bonus vir de campis* dicebatur, cùm præter intentionem in ludis publicis à Tauro invaderetur, ægrè ferens irreverentem beſtiæ audaciam, in hæc verba prorupit.

Toro, pues no me conoces,
Debes de ſer foraſtero.

b] Habent ſuas proprias Muſas Poetæ ſinguli: nam Ennii Muſa erat Ebrietas: unde exclamat Antiquus,

Ennius ipſe Pater, nunquam niſi potus ad arma.

& ſicut olim Rabies Archilocho jambos mordaces inſpirabat, ſic nuper Monaſterii in Weſphalia, Clariſſimo Domino N. tantam hominum, qui illuc ad Pacis tractatus confluxerant, ſimulationem, & diſſimulationem pertæſo Indignatio; nam ejus ſic incipit Expoſtulatio,

Non mihi Pierides, quæ dulcia carmina cantant. &c.
Sed fera mordaces dedit Indignatio verſus. &c.

c] Credendum eſt Spiritui Sancto, dicenti, *Ex abundantia cordis os loquitur*: quoniam, ut ait Ovidius,

Navita de ventis de bubus narrat Arator,
Enumerat Miles vulnera, Paſtor oves?

Vnde ridendi profectò ſunt, qui ut eumdem Naſonem (Artis amandi, & Amorum Authorem) à nota excuſent, dicunt

Vita pudica, illi; Muſa jocoſa fuit.

mores enim repræſentantur lingua, pectuſque per labia affectus, & paſſiones eructat. Poſſem id multis Græcis Latiniſque teſtimoniis probare, interim, quia mihi præ cæteris hoc Hiſpanicum placuit, illud ſubſcribo. *Topamos con un Ginoves (digo, de ſtos Ante-Chriſtos de las monedas de España) que ſubia el puerto con un paje de trus; y el con ſu guardaſol, muy a lo dineroſo.* [*] *Travamos converſacion con el: y todo lo llevaba a materia de maravedis: que es gente, que naturalmente nacio para bolſas. Començo a nombrar a Viſançon: y ſi era bien dar dineros, o no a Viſançon: tanto, que el Soldado y yo le preguntamos, que quien era aquel cavallero? a lo qual reſpondio riendoſe* [::] Es un pueblo de Italia donde ſe juntan los hombres de negocios (*que aca llamamos* Fulleros de pluma) a poner precios, por donde ſe gobierna la moneda. *De lo qual ſacamos, que en Viſançon ſe lleva el compas a los Muſicos de la Vña. Entretuvo-nos el camino, contando, que eſtaba perdido, porque havia quebrado un cambio, que le tenia mas de ſeſenta mil eſcudos: y lo juraba todo por ſu conſciencia (aunque yo pienſo, que Conciencia de Mercaderes es como Virgo de Cotorrera, que ſe vende ſin haberſe.) Nadie tiene conciencia de todos los deſte trato: porque como oyen dezir, que muerde, pon muy poco han dado en dexarla con el ombligo en naciendo.* &c.

Et ego, etſi ingenium in toto hoc diſcurſu commendem, illam Propoſitionem, *Nadie tiene conciencia de todos los deſte trato*, quoniam univerſalis eſt, falſitatis & temeritatis incuſo, ſunt enim multi Mercatores honorati, & modeſti, in quos non debet ſtylus aculeatus ſtringi. Ergo, quia in materia contingenti Indefinita æquivalet Particulari, oblitero illam lineam, & hanc ejus loco ſubſtituo. *Los deſte trato pareto, que no tienen conciencia: porque como oyen.* &c.

Et

::] *Vltro* ultimam communem habet.

Roma Vrbs Leonina.

Qui aliquem bonum virum de campis eſſe dicit, habet in memoria illum Virgilii Eclog. 7. *verſum*, Vir gregis ipſe Caper. *&c.*

Muſa Ennii Ebrietas, Archilochi Rabies, Domini N. Indignatio.

Mores & affectus hominum cognoſcuntur ex lingua.

D. Franciſco de Quevedo.

Genuenſes Mercatores quales?

*] Dicit Hiſpanus, *Amor, dolor, y dineros No ſe pueden encubrir.*

::] Aliqui dicunt, ſed male *riyendoſe*.

De Viſançone. Quid ſit?

An Vngues habeant proprium Muſicam?

Qualis ſit Mercatorum Conſcientia?

An detur Virginitas ſecundum dici?

Conſcientia vermis mordet.

Indefinita Propoſitio in materia contingenti æquivalet Particulari.

Digitized by Google

SECTIO VII.

Hiſpanica nonnulla Epicedia ſubjungit.

QVOD mireris, non miror nam & ego admirabundus inveſtigo, quid hodiè egerint Hiſpanæ Muſæ, ſiquidem Græcas Latinaſque minimè interpellarunt. Sed, quia jam in Caſtellæ Parnaſſo

Melpomene tragico declamat buſta boatu

Hiſpanûm Heroam,

eamq; Muſæ cæteræ, ſuffuſæ lachrymis concomitantur, placet illas audire, & illarum ſuſpiria & vota verbis repræſentare. Vtar ingenio, & calamo D. Franeiſci de Quevedo, qui Amicos, quos ad Cælum (ſic ſpero) præmiſit, [*] epigrammatis excellentiſſimis (*Sonetos* [::] Materna Lingua appellat) celebravit. Proſtant pleraque omnia in Terciâ Parnaſſi Hiſpani Muſa; & ex illis ſelectiora proponam; pauca enim ſufficiunt, ut rem claram, quam intendo, perſuadeam.

*] Omnia Græcorum neutra nomina in *a*, quæ habent genitivũ in τος. & ad noſtram tertiam declinationem tranſeunt, tametſi in plur. dat. & abl. regulariter exeant in *ibus*, ut propiùs terminationem Græcã referant, terminantur in is. ut *hoc Epigramma, hujus Epigrammatis*. plur. *his Epigrammatibus*, vel *Epigrammatis*.

Eminentiſſimi, & Excellentiſſimi D. Franciſci de Roxas Sandoval, Ducis Lermæi, S. R.E. Cardinalis; ſub Philippo III. Supremi, aut unici, ſi volueris, in Hiſpania Miniſtri. Herois incomparabilis, &c. Tumulo inſculpi potuerunt hæc Carmina.

Marmor Peregrinum adloquitur.

::] Eſt quædã graviſſima cõpoſitio, quæ ab Italis tranſivit ad Hiſpanos, & conſtat quatuordecim lineis, ex quibus duo tetraſticha, & duo triſticha componi debent.

SONETO. [::]

Columnas fueron, los que miras, hueſſos
En que eſtrivó la Ibera Monarchia,
Quando vivieron fabrica, y regia
Anima generoſa ſus progreſſos.
De los dos mundos congoxoſos peſſos [a]
Deſcansó la que vees ceniça fria,
El ſeſſo, que eſta caridad vivia,
Calificaron proſperos ſucceſſos.
De Philippe Tercero fue valido, [b]
Y murio de ſu gracia retirado
Porque en ſu falta fueſſe conocido.
Dexo de ſer dichoſo mas no amado
Mucho mas fúe no ſiendo, que havia ſido,
Eſto al Duque de Lerma te ha nombrado.

Et in ejuſdem Parnaſſi Muſa III. nu. 9. leguntur

a] *Deſcansò* vim habet Hebraicæ vocis Hiphil, & ſonat. *Hizo, que deſcanſaſſen.*

b] *Valido* dicitur qui multum apud Principem valet Gubernante Lermæo Hiſpania tota in pace floruit erat quippe ingenio quieto præditus, & bella cuncta execrabatur. Cum Gallis, & Africanis pacem iniit; etiam cum Turcis, Perſis, & Indis; Ethnicisque univerſis habuit, & quia Hollandico bello finem imponere cum honore non potuit, celebravit induciarum contractum, & ita dictavit Hiſpaniam, ut ſui nominis æternam memoriam reliquerit. Vixit: & ſupervenerunt alii Gubernatores iogenio tantæ moli manutenendæ impares, qui inutilia bella concitando deplumaverunt pauperes, & integra Regna amiſerunt.

De Voce Hebraeorum Hiphil. An ſit nota & recepta apud Hiſpanos? Valido. Quis in Palatio talis ſit?

Qualis Lermæus: & quàm beata ſub ipſius regimine fuerit Hiſpania?

TVmulo P. Mag. Hortenſii Felicis Paravicini, celeberrimi Concionatoris hi Numeri potuerunt inſcribi. Etiam in ipſis Marmor loquitur.

Qualis fuerit Hortenſius;

El que vivió, enſeñó, defunto mueve,
Y el ſilencio predica en el Difunto.
En eſte polvo mira y llora junto
La viſta, quanto al Pulpito le debe.
Sagrado y dulce el Choro de las nueve [a]
Emmudece en ſu voz el contrapunto:
Faltó la admiracion a todo Aſſunto,
Y el Phenix, que en ſu pluma, ſe renueve.
Señas te doy de el docto y admirable
Hortenſio; tales, que callar pudiera
El nombre Religioſo y Venerable.
La Muerte aventarára, ſi le oyera
A perder el blaſon de Inexorable;
Y ſi no fuera ſorda le perdiera.

Fuiſſet profectò major, ſi Magnus non fuiſſet tam cito: nam ingenio ſublimiſſimo floruit, & Laurea fuit Magiſterii redimitus antè quã tempus Theologici tirocinii compleſſet. Vnde, quando aliquis ante tempus promovebatur, *que ſe hazia una Hortenſiada*, ſub annum 1630. dicebant Viri docti Salmanticæ.

a] Fuit Eccleſiaſtes celeber, & Poemata ingenioſa compoſuit, quæ nomine alieno leguntur. Et, quando (quod cum pudore dixero) tot Analphabeti homines ad Sacerdotia ditiſſima fuerunt promoti, præmio hic Vir Maximus carere debuit.

TAceant jam ergo Lapides, nam in præſenti Tumulo loquitur Dominus Petrus Giron, Dux de Oſſuna, Prorex Neapolitanus. &c. Ipſum audiunto.

De

Digitized by Google

Qualis & quantus fuerit Dux de Oſſuna, cujus memoriam omnium Nobiles, ignobileſque venerantur?

De la Aſia fui terror, de Europa
eſpanto,
Y de la Africa rayo fulminante;
Los golfos, y los puertos de Levante
Con ſangre calenté, creci [a]
con llanto.
Solo mi nombre fué Vitorias, en
quanto
Reina la Luna, y el mayor Turbante [b]:
Pacifiqué motines en Brabante,
Que mi Grandeza ſola pudo
tanto.
Divorcio fué del Mar y de Venecia
Su deſpoſorio, dirimiendo el
peſſo
De naves, que temblaron Chypre y Grecia:
A tanto Vencedor venció un Proceſſo!
De mi deſdicha mi valor ſe
precia:
Morí en priſſion, y muerto eſtue preſſo.

De Voce Hiphil, qua placet aliquando Quevedo.
El mayor Turbante *quis ſit?*

a] *Creci* ſumitur in ſignificatione vocis Hiphil, ut ſit *Hize, que creciſſen*. Delectatur hac Gratia loquendi Quevedus, quem hodie nonpauci imitantur Novitii.

b] *Magni Turbanti* nomine *Magnum Turcā*, hoc eſt, Agarenorum ſummum Regem intelligit.

Apolyſis clariſſima, Ducis de Oſſuna innocentiam manifeſtè perſuadens.

Fuit Dux Optimus ab Invidiâ traductus; victus, ſed non convictus. Eram puer, cùm ejus tragœdia in Alamedâ apud Madritum agebatur: at tunc formabam argumentum, cui nemo ſatisfecit exactè. Illa ætate adhuc tenera ratiocinabar ſic.

Qualis debeat eſſe quicumque Proerex?

Potuit. Non fecit. Ergo noluit. Potuit quidem: quia amabatur ab omnibus: ſumma enim humanitate agebat cum Nobilibus: exonerabat, qua poterat, tributis ruſticos, ſolvebat ſtipendia militibus; & tali procedebat modo, ut ſe eſſe felices Parthenopæi cognoſcerent, & hanc ipſam felicitatem exiſtere (ut verbo Scholaſtico utar) tam providi exiſtentia regiminis.

An noceant aliquando Virtutes?

Ipſi igitur ſervire Regi bene, prodeſſe populo, & ab omnibus amari, crimen fuit: debuitque ab Invidia, non propter ea, quæ fecit, ſed quæ potuiſſet, ſi non condemnari, vexari.

Sva facinora Heroica idem Dux jacens in Sepulchro recenſet.

Ducis de Oſſuna geſta.

Diez galeras tomé, treinta bageles,
Ochenta Vergantines, dos mahonas,
Appriſionele al Turco dos Coronas,
Y los Corſarios ſuyos mas crueles.
Saqué del remo mas de dos mill
Fieles,
De Turcos puſe al remo mill
perſonas,
Y tu Bella Partenope [*] appriſſionas
La frente, que agotaba los laureles.
Mis llamas vió en ſu puerto la
Goleta,
Chicheri y la Calivia ſaqueados,
Lloraron mi Baſton y mi Gineta.
Palido vió el Danuvio mis ſoldados
Y ala Moſa y al Rhin dió mi
Trompeta
Ley; y morí temido de los Hados.

*] *Parthenope*, à Syrena hujus nominis, Civitas Neapolitana nominatur: eſt hodie totius Regni Caput, & habet plurima, ob quæ debeat Summorum Regiis Principum, aut adponi, aut præferri.

Dedi quintum & ſextum Muſæ III. Epigrammata; in quibus aliquid mutare volui, ut intento meo propiùs correſponderet.

Epitaphium Achillis. Ejus felicitatē Alexander invidit.

IN Achillis Tumulo apud eumdem Autborem Muſ. 3. epigr. 30. Marmor loquitur.

Por mas, que el Tiempo en mi ſe
ha paſſeado,
Y envidias de Alexandro, no
han podido
Conſumirme; que fuerças he eſcondido,
Que contra ſus injurias he ſacado.
Achiles es quien yace ſepultado;
Y con ſilencio duerme en noble
olvido.
Venera a las cenizas, en que
ha ſido
Su valeroſo cuerpo deſatado.
Rayo fué de la Guerra, a Troia
eſpanto,
Iupiter tuvo miedo de ſu acero,
Haſta que dexó el alma el fragil manto.
Sus hazañas contó el Divino Homero,
Si le lloras de Envidia vierte el
llanto,
Pues la Fama en el Orbe es ſu
Letrero.

Qualis fuerit?

An ſui Nominis Fama Epitaphii loco haberi debeat?

De Chriſtophori Columbi Tumulo.

IN Chriſtophori Columbi Sepulchro ſculpebatur Navis, ut verbis his Peregrinos, & Exteros adloqueretur. Im-

Ipſe Ferdinandi & Iſabellæ Regum Hiſpaniæ auſpiciis Occidentalem Orbem, quem Indias vocamus detexit.

Imperio tuve un tiempo, Paſſagero,
Sobre las ondas de la Mar ſalada,
De el viento fui movida y reſpetada
Y ſenda abrí al Antartico Emiſphero.
Soi con larga vejez toſco madero
Fui Haya, y de mis ojas adornada
De el miſmo, que alas hize en mi jornada,
Lenguas para cantar hize primero.
Accompáño eſta Tumba triſtemente,
Y aunque ſon de Colon eſtos deſpojos
Su nombre callo venerable y ſanto.
De miedo, que de láſtima la Gente
Tanta agua ha de verter [a] *con tiernos ojos.*
Que al Mar nos vuelva a entrambos con el llanto.

Cujas fuerit Columbus?

Ita in libr.cit. Muſ.3. epigramm.29. pag.165. (Fuit autem Chriſtophorus Columbus Genuenſis, vel ut alii malunt, Placentinus: Hic anno 1492. Iſabellæ Reginæ Caſtellæ auſpiciis Americanum Orbem, nobis prorſus ignotum, tandem aliquando detexit. Et hîc duo Dubia occurrunt. Alterum, *Cur Iſabella, & non Ferdinandi Regis nomine hæc expeditio fuerit facta?* Alterum, *Cur ſub initium commiſſa ſint ab Hiſpanis in India ſcelera, quæ in Hiſtoriis narrantur?*

Cur fœminæ nomine prima illa fuerit decreta & ornata expeditio?

Reſpondeo ad Primum, Regem Catholicum fuiſſe prudentiſſimum virum, & noluiſſe authoritatem ſuam in re tam incerta, & ambiguâ ludibrio exponere: & hanc ob rem decreviſſe, ut Puellæ nomine claſſis exornaretur. Eſſet enim ſucceſſum proſperum habitura, vel non? Si primum, ipſe fructu frueretur. Si ſecundum, obloqui nemo poſſet; non enim puellæ habent obligationem obſervandi in operationibus ſuis Prudentiæ exactiſſimos apices.

Quales fuerint illi milites, qui Chriſtophorum comitabantur?

Et reſpondeo ad ſecundum, ſub Columbo, qui paſsim dicebatur novos Mundos in Mari Occiduo delirare, vix hominem ingenuum voluiſſe militare. Et hanc ob rem lecti ſunt ex ergaſtulis homines perditiſſimi, qui ob perpetrata crimina, aut fuerant accenſiti triremibus, aut condemnandi laqueo. Et ſi tales fuerunt primi Hiſpani, qui tranſvecti in regiones occiduas, non eſt cur Invidi invictiſſimæ & moderatiſſimæ Nationi attribuant, quæ ab abjectiſſimis homuncionibus facta.

a] *Verter*, inquit Quevedus; at ego ſemper audivi *vertir*, & in futuro, *vertira*, non *vertera*.

An vertir & non verter ab Hiſpanis dicatur?

Argonautarum Phaſelum perorantem audiunto.

QUIA præcedens epicedium eſt duodecimo ſimile, illud ſubſcribo. In Argonautæ Monumento illius Navis celeberrimæ, quæ expeditionem ad vellus aureum inveniendum promovit, Puppis, ob oculos poſita, his verbis peregrinos, & exteros adloquebatur.

Hi verſus, ſi jubeantur pro Epitaphio ſervire, potius ligni, ante quam eſſet Navis, geſta, quàm Navarchi recenſent.

Mi Madre tuve en aſperas montañas, [a]
Si inutil con la edad ſoy ſecco leño;
Mi ſombra fuè regalo a mas de un sueño,
Suppliendo al jornalero las cabañas.
Del Viento deſpreciè ſonoras ſañas,
Y al encogido hybierno cano ceño,
Haſta, que a la [b] *ſegur villano dueño*
Diò licencia de herirme las entrañas.
Al Mar di remos, y a la Patria fria [c]
De los granizos vela; fui ligero
Tranſito a la Soberbia y Oſadia.
O amigo Caminante, o Paſſagero,
Dile blandas palabras eſte dia
Al polvo de Iaſon, mi Marinero.

Quonam tempore acciderit hæc Expeditio?

Iudicante Populum Iſraëliticum Thola filio Phumi, anno ab Orbe condito 2955. regnabat in Peloponneſo Peleus, cujus frater Eſon habuit Iaſonem filium, qui fuit Argonautarum Princeps, & navi longa primus, ut vellus aureum conſequeretur Colchos adnavigavit. Porrò, ſi Dominus Noſter Ieſus-Chriſtus anno Mundi 4090. ut Genebrardus in Chronico pag. 351. aſſeverat, ſit natus, hæc ann. 1135. ante Chriſtum accidit expeditio. Hanc autem navim parvam fuiſſe, vel inde collige, quod è Danuvio, & Libur-

2955
4090
1135

An valde parva fuerit hæc navis?

burniæ montibus ſociorum humeris in Adriaticum ſit deportata.

Ovidius Metamorph. 7.

Quomodo declinetur nomen Iaſon?

Declinatur, ὁ ἰάσων, τȣ̃ ἰάσονος, cum incremento brevi; & *i* vocali canit enim Ovidius.

Multaq; perpeſſi claro ſub Iaſone, tandem. &c.

Quem niſi crudelem non tangat Iaſonis ætas.

Μῆλα nomen æquivocũ, duas peperit celeberrimas fabulas.

Er quidem de eadem re duas Fabulas, aut hiſtorias reperio: alteram de aureo vellere, & alteram de pomis aureis. Vtraq; autem ex eodem fonte prodiit: Græcè enim Μῆλα & *Oves*, & *Poma* dicuntur.

Quid lignum dicat?

a] Loquitur lignum, & ait matrem ſe habuiſſe in aſperrimis montibus, & jam ætate inutile, & decrepitum eſſe: olim tamen dum pompa foliorum fruebatur, habuiſſe, qui ſub ſua umbra mallent, quàm in caſa dormire.

An Hiſp. Segur, *ſit Lat.* Securis?

b] Nomen *ſegur* à Latino *ſecuris*, in proſa apud Eloquentes Scriptores raró, aut nunquam reperies.

Patria grandinum qua?

c] Patriam grandinum frigidam per circumloquium *aerem* nominat.

SECTIO VIII.

Probi & boni Iudicis Epitaphium preponit. Et hinc ſumpta occaſione examinat, An Regibus & Principibus Divina Providentia conceſſerit, unde improbum poſſint ab integro Miniſtro diſcernere?

Qualis fuerit D. Berengelius?

EPicedium, quod D. Berenguelio de Aois Quevedus inſcripſit, ego ad univerſos Senatores, qui ſunt boni, propago: nam & ipſe *Iudex bonus* fuit dictus. Servivit, dum eſſet in vivis, in Supremo Regis Senatu, & poſt annos triginta, aut plures in ſervitio Patriæ & Regis expenſos, obdormivit in Domino. In ejus ſepulchro Marmor loquitur.

Si Cuna, y no ſepulchro pareciere,
Por no ſobreſcribirme el Aquí yace,
Hueſped, advierto, que en la Tumba nace,
Quien como Berenguel, a vivir muere.
El que la toga, que viſtió, viſtiere, [*]
Y no lo mira en lo que juzga y haze,
Con eſte exemplo ſanto ſe amenace,
El que le ſigue, ſu Blanſon eſpere.
Fallecio ſin quexoſos y dinero:
Enterróle el Conſejo; y enterrado,
En el guardó el conſejo mas ſevero.
Edificó viviendo amortajado:
No edificó para morir logrero,
Por el nadie lloró, y hoy es llorado.

*] Hujus Tetraſtichi conceptus, efficaciùs ſuaderet, ſi totum Epigramma clauderet.

Polymnia.

Et hoc habes inter alia Epicedia, Muſ.3.num.14.pag.158.

Quales Senatores eſſe debeant?

Hominem non cognovi, ignotum tamen veneror, & ejus nomen immortale ſuſpicio. Et in mei erga benemeritum Virum affectus, & venerationis teſtimonium, Numeros præcedentes, ut eos exteri, & peregrini intelligant ad ſequentes reduco. ═══ Loquitur Lapis.

Sum Cuna, an Thalamus? Tumulum me fortè negabit,
Qui his non ſaxis, Hic jacet ille *legit.*
Cogites è Tumulo naſci, cui vivere das Mors;
Interitus, Vita cui fuit Introitus.
Debita, nec nummos adſumptus ad Aſtra reliquit:
Maneſq; ejuſdem nulla querela manet.
Conſilium expenſas ſolvit (res mira!) ſupremum
Funeris, & nactum eſt nobile conſilium.
Ædificare Animos potuit, quia vivere rapto
Neſciit, aut celſas ædificare domos. [*]
Amiſſum Patrem luget Provincia, nemo
Iuſſu ejus raptas illacbrymatur opes.
Exempla ergo Patres Conſcripti hæc ſancta ſequuntor,
Ornabitque ſuum digna Corona caput.

*] Ego Arithmeticam non male ſcio, & tamen neſcio expedire iſtũ computum. Finis mediis pretioſior eſſe debet: & tamen Poteſtas Viglevanenſis habet in anno 120. ducata. Qui illam anno 1674. obtinuit, aut emit veriùs, dedit mille. Mille pro centum viginti? Ergo aliquid latet.

Illuſtriſſimi igitur Domini Berenguelii, cujus memoria in benedictione eſt, Anima requieſcat in pace.

Et hinc occaſione ſumpta iſtud Morale Monitum (Aſceticum, & Politicum) ſcribam.

Pergo ulteriùs. Senator vix habet mille in anno. Et tamen decem millibus officium emens, palatia ædificat, filiabus dotes opulentas accenſet, & poſt mortem pluries centena millia in theſauris relinquit. Ergo aliquid latet.

MIHI nuper Excellentiſſimus Dominus N. conquerebatur, ingeminabatq; Reges, & Principes futuros fuiſſe feliciſſimos, ſi poſſent pios, & bonos Miniſtros ab improbis, & ſceleratis ſecernere. Eſſe autem infelices, quia Diſcretionis ſcientiam Divina illis Majeſtas non conceſſit. Ego autem illi. Hæc tua verba (Heros Excellentiſſime) ſunt dicta à Milite, cui Theologiæ ſinceræ apices non innoteſcunt: quoniam materialiter, & ut

jacent accepta, detrahunt Providentiæ Divinæ. *Natura (Deus)* ut & Gentiles norunt, *nec abundat in ſuperfluis, nec deficit in neceſſariis*. Ergo Regi, ergo Principi, cui Populos gubernandos commiſit, media conceſſit, ut poſſit illos bene gubernare, ſi velit. At, ſine bonis Miniſtris nequit Ius dicere, & quæ ſua ſunt, unicuique præbere. Conceſſit igitur Regi, & Principi Deus, ut bonos poſſit, ſi velit, eligere Miniſtros, Conſiliarios, & Iudices; ergo, ſi improbos eligat, non negligentiæ Summi Numinis, ſed ſuæ imputet voluntariæ ſocordiæ. Sed unde hanc diſcretionem colliget?

Imago Hypocritæ.

An-ne erit *Integer vitæ, ſceleriſque purus*, qui Deum, & Sanctos loquitur, collum obtorquet, ad aſtra oculos ſubrigit, & manus per crucis modum ante pectus decuſſat? Talis erat Comes Henricus de Vergas, & ob has extrinſecas ſimulationes in tantâ Sanctitatis æſtimatione apud Iſabellam Claram Eugeniam, Belgii Principem, ut Arſchotano Duci dicenti in Secreto Conſilio Henricum eſſe Proditorem, cum Holandis colludere, debereq; in cuſtodiam mitti, ne exercitum turbare pergeret, reſponderit, *Vtinam tu, utinam alii eſſent Henrici ſimiles; tria quotidie audit Sacra; frequenter confitetur, & paſſim Eccleſias devotiſſime viſitat*. Et quis, & qualis erat hic Comes? Hipparchi Supremi in exercitu Regio vicens gerens; Statuum Holandiæ Stipendiarius; qui Trajectum, & alias Civitates ſuâ perfidiâ hæreſi, & rebellioni aperuit: qui tandem amotâ larvâ ſe declaravit hoſtem Hiſpani Nominis, & ad Heterodoxos tranſiens militavit contra Regem Catholicum. Vixit apud hoſtes inglorius, & hoc tantùm nomine, Den Spaẗt aert ſe eenne tyerter (id eſt, *Hiſpanus traditor*) cognoſcebatur. Obiit Centurio Equitum: & habeo apud me authenticas literas, quibus id probem. Decipiebatur ergo Sereniſſima Infans à Viro peſſimo ſub ſpecie Pietatis.

Qualis Comes Henricus de Vergas, nuper in Belgio fuerit?

Quanti ipſe à Principe Sereniſſima fieret?

Siquis enim Centuriam Equitum apud rebelles habuiſſe nolit credere, habebit à me, ſi voluerit, inſtrumenta, quibus fidem nemo poſſit negare.

Vera ſinceritatis fundamenta cognoſcebat Illuſtriſs. D. Donatus Antonius de Marinis, qui poſtquam in multis muneribus ſe integerrimũ præbuit, tandem Neapoli in Concilio Collaterali Regens, ad vitam meliorem tranſivit. Hujus menti erant inſculpta illa S. Auguſtini verba. *Simulata æquitas, non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas; quia iniquitas eſt, & ſimulatio*. & ideò Hypocritas tolerare non poterat. Semel & iterum agens mecum de Excellentiſſimo Domino N. Vir Optimus, & moderatiſſimus dicebat, *Ipſe non ibit ad Infernum, nam jam à multis annis in illo habitat*. Parciùs, Domine, dicebam Ego, quoniam eſt Vir ſuę ſtudioſus conſcientiæ, & diebus ipſe Dominicis conſcientiam expiat, & recipit ſacram ſynaxim. *Eſt verum*, inquit ille: *Ergo duo ſingulis hebdomadibus ſacrilegia committis; alterum confitendo ſine intentione reſtituendi; & alterum ſine diſpoſitione debita communicando*.

Auguſtinus in Pſalm. 13.

Quales ſint Proreges, & Senatores, qui munerum receptione diteſcunt, in opinione D. Donati doctiſſimi & ſanctiſſimi Viri.

Similia dicebat de alio Marchio de Caſtelrodrigo.

Erat in Bohemia Legionarius N. qui Sanctis accenſeri gliſcebat; & hoc intuitu, non ſe tantum, ſed & famulos jejuniis macerabat: ſupra urſi pellem, cum catena in pede, Crucem amplectens, dormiebat; & alia etiam præſtabat, quæ & ſtrepitum facerent, & admirationem extorquerent: quoniam ut exclamat Hiſpanus, *El hazer ruido, haze ruido*. Illi D. Paradiſius, etiam Legionarius, Vir ſincerus & optimus, *Anne putas his fallaciis externis, ſicut à plebe aliquos, te Dæmonem poſſe decipere? A te commiſſa latrocinia ille in ſuo libro notata habet uſque ad ultimum nummum. Et dum tuum in illis nomen legit ſimulationes univerſas irridet. Scio, qua loquor: nam & ego in ſimili phaſelo navigans, Portum inveni. Reſtitui omnia, quæ licentia militari ſubripui; & quia tranquillo jam animo fruor, lecto commodo, & opportunis cibis ſenectutem meam tolero, & viam ad Cælum tranquillam, & ſecuram ineo: & doleo, te per viam difficilem, & laborioſam in infernum prolabi*.

Adagium Hiſpanicum. El hazer ruido haze ruido.

Huc illa pertinet Auguſtini ſententia, quæ jam in proverbium tranſivit, *Non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.*

At dices, Ergo, ſi hominibus, qui præ ſe ferunt ſanctitatem extrinſecùs, fidere Princeps nequit, cùm de occultis Eccleſia (aut etiam Publica Res) non judicet (Deus enim ſolus eſt, *cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum*) manet, carere mediis Principem, ut poſſit Miniſtrum integrum à ſubornato, & perfricto diſcernere.

An hypocriſi fidendum ſit?

Nego, nego: nam elenchum com-

Non cauſam adſumunt pro cauſa in ſuis argumentationibus Sophiſtæ.

committis, & à non cauſa, cùm deberes à cauſâ, argumenta deſumis Privata utilitas (Heros Excellentiſſime) Conſiliarios pervertit, & Iuſtitiam obtorquet. Ergo converte oculos ad divitias Miniſtri. Habet tenue ſtipendium, quod tamen Modeſtiæ ſufficiat, licèt Superbiam vanegloriosam non exæquet. Si incorruptè procedat; non ſolùm non valebit emere Civitates, ædificare Arces, & filiabus ſuis dotes opulentas tribuere; ſed neque poterit familiam numeroſam nutrire, neq; manutenere plures rhedas, & equos inutiles alere. Si hæc omittat, aut faciat, proſpectatur ab omnibus, & à Principe, niſi ſpontè cœcutiat, ignorari non poterit. Ergo, ſi Princeps hominem, qui fuerat in inferiori miniſterio ditatus, quem opulentia corruptionis accuſat, quem Æquitas damnaret laqueo, ad ſublimiora promovet, ut liberiùs furetur, ſciens & volens decipitur, & ſicut iniquitatis in hac vita fuit complex, ſic in altera æterni ſupplicii erit conſors.

Miniſtri habent parva ſtipendia: ſed ſufficientia nihilominus.

Quantum expendant, univerſi videmus: quantum poſt mortem relinquant, cum ſcandalo audimus.

Cæcus igitur erit, qui neſciat virum probum à latrone diſtinguere.

SECTIO IX.

Monumenta & Sepulchra, & caſus, & occaſus habent.

Omnia moriuntur.

MOriendi lex ita eſt univerſalis, ut non ſolùm Homines, & Animantes, aut etiam Arbores, ſed & duriſſima ſaxa concernat. Legem hanc exceptione carere ſatentur univerſi Scriptores. Audiunto Ovidium

Scilicet omne Sacrum Mors importuna profanat;
Omnibus obſcuras injicit illa manus. &c.
Fata manent omnes, omnes exſpectat avarus
Portitor [*] & turba vix ſatis una ratis.
Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam:
Omnia ſub leges Mors vocat atra ſuas.

Ovidius 3. Amor. 8. Et ad Liviam.

*] Charontem intelligit. Virgilius libr. 6. Æneid. *Portitor has horrendus aquas & flumina ſervat Terribili ſqualore Charon.*

Cornelius Gallus; vel, ut aliis placet, Maximinianus.

Omnibus eſt eadem lethi via: non tamen unus
Eſt vita cunctis terminus, atque modus.
Hac pueri, atq; ſenes, pariter juveneſq; ferentur,
Polymnia.
Hac par divitibus pauper egenus erat.

Modorum autem & terminorum, varietatem, quam Cornelius aſſeruit, *libr.2.Sylv.2.* his verbis explicarat Statius.

Varia moriendi genera.

Nam populos, mortale genus, plebiſque caduca
Quid fiat [°] interitus? hos bella hos æquora poſcunt:
His amor exitio, furor his, & ſæva cupido;
Vt ſileam morbos: hos ora rigentia bruma,
Illos in placido lethalis Sirius igni;
Hos manet imbrifero pallens Autumnus hiatu.

°] *Apud alios prima in fio producitur. Auſonius Nobriſſenſis, quo Præceptore Hiſpani utuntur, iſtam præſcribit Regulam*, & niſi ſuccedat, recipit duo tempora *Fio*.

Qui tandem ex his præmiſſis hanc Generalem conſequentiam deducit.

Quidquid habet ortum finem timet [a] ibimus omnes,
Ibimus: immenſis urnam quatit Æacus umbris.

a] Hæc Propoſitio, *Omnia quæ initium habuerunt, & finem habitura ſunt*. eſt falſa: item hæc, *Omnia, quæ initiū habent, finem timent*. nam Angeli & beati hominum Animi habuere initium, & tamen nullum timorem habent, in Verbo enim proſpectant, ſe finem habituros non eſſe.

Quam etiam intulit aliquando Ovidius dicens.

Omnia debentur Morti, Monumenta fatiſcunt:
Mors duris ſaxis marmoribuſque venit.

Et huc reſpiciens Poeta antiquus Laërtæ Tumulo iſtud epicedium inſcripſit.

Τήκει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος· οὐδὲ σιδήρου
φείδεται· ἀλλὰ μιῇ πάντ᾽ ὀλέκει δαπάνῃ
ὡς καὶ Λαέρταο τόδ᾽ ἠρίον· ὃ σχεδὸν ἀκτᾶς
βαιὸν ἄπο· ψυχρῶν λείβεται ἐξ ὑετῶν
οὔνομα μὴν ἥρωος ἀεὶ νέον· οὐ γὰρ ἀοιδάς
ἀμβλώσειν αἰὼν κἢν ἐθέλῃ, δύναται.

Interpretatio.

Saxa cavat tempus, ferro nec tempora parcunt,
Omnia ſed mollit tempore longa dies.
Laertæ ſic buſta terit quoq; littora propter
Aethere de ſummo defluus imber aquis.
Immortale tamen nomen delere vetuſtas
Herois, Muſa vindice, nulla poteſt.

VT hanc Sectionem claudam, occurrunt verba Ciceronis dicentis. *Majores quidem noſtri Statuas multis decreverunt, Sepul-*

Cicero Philip. 9.

Cur multis Statua, Sepulchra tamen pauciſſimis olim decernerentur?

thra paucis. Sed ſtatua intereunt tempeſtate, vi, vetuſtate: Sepulchrorum verò Sanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla vi moveri, neque [*] *deleri poteſt.* At etiam terra effoditur, epitaphia amoventur, delentur; & ideò ſolus cenſendus eſt Ageſilaus de Æternitate Famæ & Nominis præ cæteris philoſophari: nam, cùm Provinciæ Græciæ illi in ſingulis Civitatibus ſtatuas honoris gratiâ decreviſſent, obſtitit dicens, *Nullam mei Imaginem pinguuto, finguntо, dedolanto, incidunto, fundunto: ſed in corde mei Nominis memoriam conſervanto.* exiſtimabat ergo Famam eſſe perenniorem lapidibus. Plutarchus *in Apophth. Laconic.* Eraſmus *libr.* 1. *Apophth.* Manſit in Philoſophica hac reſolutione tota vita, quoniam ex Ægypto in Patriam rediens, in portu Menelai morbo corripitur, & brevi poſt moriens, hanc in ultimis tabulis legem reliquit, *Nullam mei corporis quomodocumq; Imaginem faciunto: ſiquid præclarum facinus geſſi, id mei Statua & Monumentum eſto.* Plutarchus *libr. cit.*

*] Ego dixiſſem, *Quod nulla vi deleri, immò nulla moveri poteſt.*

Sepulchra moriuntur.

In Ageſilao, invictiſſimo milite, mens erat Philoſophica.

ΠΟΛΥΜΝΕΙΑ

De Reſtrictionibus, quæ à Geſtu, & Ornatu naſcuntur.

PROOEMIVM.

De ſumma Modeſtia Sanctiſſimæ Virginis Mariæ.

An, & quo modo præbeat Virginibus univerſis exemplum?

Membra omnia corporis humani ſunt lingua.

HOminem, non linguâ & voce tantùm, ſed & Perſonæ qualitate, & membrorum ſingulorum adnutu, loqui & ratiocinari, cupiens perſuadère Ingenioſo & Curioſo Lectori, Ducem & Magiſtrum quærebam, cujus tutò poſſem veſtigiis & præceptis inſiſtere. Adeſt D. Ambroſius, Mediolanenſis Archiepiſcopus, quem ſpeciali cultu tota veneratur Inſubria, me ad Reginam Angelorum conducit, & ſic exclamat. *Primus diſcendi ardor, Nobilitas eſt Magiſtri.* Fateor, eruditiſſime & ſanctiſſime Antiſtes. Scientiæ omnes & Artes ab Inventore & Præceptore gloriam habent. Sed quem, quæſo, in ludo, quem aperio, & Facultate, quam docere deſidero, me ſuis auſpiciis & præceptis conducet? *Quid*, inquit, *nobilius Dei Matre?* Eſt certum: nihil illâ nobilius; &, ut tua verba tibi reddam, *Nil ſplendidius eâ, quam in Matrem Splendor Gloriæ Paternæ elègit. Nil caſtius eâ, quæ corpus Domini noſtri Ieſu-Chriſti, ſine corporis contagio generavit. Virgo erat non ſolùm corpore, ſed etiam mente, quæ nullo doli ambitu ſincerum adulteraret affectũ. Corde fuit humilis, verbis gravis, animo prudens: loquendi parcior, legendi ſtudioſior; non incerto divitiarum, ſed in prece pauperis ſpem reponens. Intenta operi, verecunda ſermone, Arbitrum Mentis, non hominem, ſed Deum quærere: nullum lædere, bene velle omnibus, adſurgere majoribus natu, æqualibus non invidere, fugere jactantiam, rationem ſequi, amare Virtutem.*

Ambroſius lib. 2. de Virginib. ſub initium. Et canitur ad ſecundum Nocturn. in Choro, Conceptionis immaculatæ die.

Sanctiſſimæ Virginis effigies B. Ambroſii penicillo depicta.

Talis ac tanta fuit Puriſſima Cæleſtium Intelligentiarum Imperatrix. *Sit ergo vobis* (lectiſſimæ Sanctæ Moniales) *tanquam in imagine deſcripta Virginitas, Vitaque Beatæ Mariæ; de qua, velut in ſpeculo refulget ſpecies Caſtitatis, & forma Virtutis. Hinc ſumatis, licet, exempla vivendi; ubi, tanquam in Exemplari, Magiſteria expreſſa Probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis oſtendunt.*

Proponuntur Deiparæ Virtutes & Prærogativæ, ut eas Sanctimoniales imitentur.

Etiam ubi non loquitur, per vultum, per oculos, per riſum, per vocem, per inceſſum, & per quemcũque geſtum ſe prodit Animus libertinus: & per eaſdem, quaſi feneſtras, modeſtus & verecundus Animus exhibet exempla Virtutum. Vel qui dubitetis, ad Deiparam, de quâ S. Ambroſius loquitur, oculos convertatis. Ecce illa, etiam cùm tacet, fert ſecuriſſimas leges vivendi. Conſiderate & admiremini ſummam ejus modeſtiam. *Quando enim ipſa vel vultu læſit Parentes? Quando diſſenſit à propinquis? Quando faſtidivit humilem? Quando deriſit debilem? Quando vitavit inopem? Eos ſolos ſolita Cœtus virorum inviſere, quos Miſericordia non erubeſceret; neque præteriret Verecundia. Nihil torvum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inverecundum. Non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior;*

Virtutes & vitia per corporis motus ſeu geſtus ſe clariſſimè produnt.

ut

ut ipſa corporis ſpecies, ſimulachrum fuerit Mentis, figura Probitatis.

Quæ S. Ambroſius in unam collegit, in varios diſcurſus diſſolventur.

Attentè ergo hanc Deiparæ effigiem expreſſam ab Ambroſio conſiderans, Virrutes quæ in illâ coruſcant dilucidaturus; Vitiaque, quæ inde exulant, & alibi ſtabulantur, ſeriò inciiminaturus, quæ in unam periodum eamque brevem Sanctus Pater ingenioſè collegit, Ego diſſolvam in diverſos Articulos, illoſq; omnes Gloriæ & Honori Beatæ Virginis conſecrans, per omnes Corporis Geſtus diſcurram.

NOTA.

De mutis Antiquorum Comœdiis.

OMnia, quæ in hoc Libro fuſius (quoniam uberiorem materiam argumentum ſuppeditat) ſum tractaturus, admittet libentiſſimè Lector, qui legerit Φροσόφες [*] fuiſſe in pretio apud Græcos. Erant Comœdi muti, qui graviſſimas in theatro hiſtorias, nullo prolato verbo, nullo Muſico excitato concentu, ita ſolo geſtu corporis repræſentabant, ut Spectatores prope plus intelligerent ex motu corporis, quàm ſiquis recitaſſet. Eraſmus *libr. 8. Apophth.* Admittet, inquam; quoniam, ſi εὔφρον erat Comœdia, in quâ ſolus Geſtus eloquebatur: nemo negare poterit, poſſe colloqui Geſtum, ſi adhuc cum eo concurrant Conſignificantes Circumſtantiæ.

Quid εὔφρον, & qui φρόσοφοι fuerint?

An muta Comœdia apud nos ſint in uſu?

Apud Nos non ſunt hoc ævo in uſu Comœdiæ tacitæ: interìm Mutus in theatrum aliquando introducitur; qui, quoniam difficillimam perſonam agit, magnam laudem conſequitur, ſi res, quas innuit, feliciter vivacitate Geſtuum exprimit.

Aliqua voces dilucidantur.

*] Φρὴν, ſonat idem quod νῦς, & διάνοια: videlicet *Intellectum* aut *Mentem*. Adhæret ſæpe & eleganter voci σῆσις, quæ eſt, *Cribratio*. Non enim colit Mentem qui eam multis, iiſque inutilibus notitiis onerat, ſed qui cribratione præmiſſa, falſas rejicit, & ver conſervat tantummodò. Sic tè Homerus Σὺ δ' ἐπὶ φρεσὶ βάλλεο σῆσι, & iterum ἀλλὰ σὺ σῆσιν ἔχε φρεσίν. Et huc reſ... Linguæ Italicæ nonnulli eruditi Cultores, voces puras & elegantes à barbaris & adulterinis excribrantes, concinnaverunt Dictionarium, quod vocarunt *La Cruſca*, nam *Farfur* apud Italos hoc nomine ſignificatur.

Quis mentem colere dicendus ſit?

De Italica Linguæ Dictionario, quod vocatur La Cruſca.

Quid mentem cribrare ſit?

Sanè hanc idearum diſcretionem admiſit, ſed alia phraſi expreſſit aliquando Virgilius; quoniam *Æneid. 4.* Reginam Dido introducit dicentem.

Quid ſit mentem exuere?

Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam
Dulce meum, miſerere domus labentis; & iſtã
Oro (ſiquis adhuc precibus locus) exue mentem.

An ſicut veſtes corpori, ſic opiniones animo mediatè, aut immediatè adhæreant?

Sanè verbum *exuere* de veſtibus dicitur propriè: & per metaphoram transfertur ad opiniones, quas interdum tanquam clamydes interdum tanquam induſia exuimus. Hanc Virgilius Metaphoram altera Metaphora ſuffultã ad Arbores *Georg. libr. 2.* tranſtulit: ſcripſit enim.

An verba translata, adhuc iterum transferri poſſint?

Quippe ſolo natura ſubeſt. Tamen hæc quoque ſiquis
Inſerat, aut Scrobibus mandet, mutata ſubactis,
Exuerint ſylveſtrem animum, cultuque frequenti
In quaſcumque voces artes, haud tarda, ſequentur.

Quid ſit mentem condere?

Sed, quia non ſufficit cribrare mentem, ſed adhuc opus eſt notitias & ſpecies opportunas & utiles ab cæteris ſecretas & ſemotas condere ingenioſè, & condire, dedit nobis unam lineam Virgilius, quæ aliter & aliter lecta, utrumque exprimeret. Sic enim cecinit,

Et quid mentem condire?

Signa tibi dicam: tu condita mente teneto.

Virgilius libr. 3. Æneid.

ubi alii malunt legere

Signa (tibi dicam) conditã mente teneto.

De quibus plurima poſſem dicere, ſi permitteret locus.

ἡ φρὴν. ενός

ὁ εὔφρων. ονος

τὸ εὔφρον ου

ὁ φρόσοφος ου.

Porrò à voc. Φρὴν, *Mens*, habemus ὁ εὔφρων, ονος. & τὸ εὔφρον, & ὁ φρόσοφος. Ex quibus εὔφρων eum ſignificat, *qui bonam mentem habet, lætum, hilarem*. Et τὸ εὔφρον, *actum ipſum lætitiæ*. Vnde, *qui hanc lætitiam & mentis conceptus, ſcit ſine verbis declarare & exponere* Φρόσοφος appellatur. Et *Actus ipſe, ſeu Comœdia, in quâ ſine verbis Hiſtoria exhibentur* τὸ εὔφρον.

Vocatur Φρύλογος, qui verbis mẽtis conceptus repræſentat, qui ſine verbis Φρόσωφος.

AR-

ARTICVLVS I.

De Geſtu univerſim.

An manibus, digitis, aut etiã ipſo ſilentio poſſimus loqui?

UTI Cauſini verbis placet; quoniam *de Eloquentiæ libr. 9. cap. 8.* ſic ſcribit. [Reſtat altera pars actionis, Geſtus: cujus loquax eſt quodammodum ſilentium: Siquidem Caſſiodorus in variis Orcheſtratum, loquaciſſimas manus, linguoſos digitos, ſilentium clamoſum nominat, & ejus expoſitionis tacitæ meminit, quam Polyhymnia reperiſſe narratur] Et id teſtatur Maro in Epigrãm. de Muſarum inventis.

Signat cuncta manu loquitur Polyhymnia geſtu.

Quam antiquũ ſit loqui per geſtus.

Et quidem Geſtuum, & Nutuum idioma expreſſiſſimum eſt, & antiquiſſimum. Ejus energiam ex Martiale, antiquitatem ex Plutarcho manifeſtè probabo. Ille enim Libro II. interiorem animi mœrorem, quo affligebatur Solius, ex geſtu percipit, illumq; nobis, geſtus ejus deſcribendo, ſignificat. Ejus numeri ſunt.

Quod fronte Solium nubila vides Fuſſe,
Quod ambulator porticum ferit ſerus,
Lugubre quiddam quod tacet, piger vultus,
Quod pene terram tangit indicans naſus,
Quòd dextra pectus pulſat, [*] & comam vellit,
Non ille amici fata luget, aut fratris.
Mœroris igitur cauſa quæ? Domi cœnat.

*] *Dextera* ponitur in nominativo: tametſi enim ſenſus ablativum permitteret, quia metrum ſyllabam ſecundam corripit, in recto vocem illã conſtituit.

Ecce Solium triſtitiã macerati Poëta aſſerit; &, ne temerè judicaſſe dicatur, præmiſſas exhibet, ex quibus concluſionem deducit; quæ tamen in geſtu omnes conſiſtunt. Geſtus ergo exteriores internorum ſymptomatum, quibus mens afficitur, fideles & veraces ſunt indices.

Quanta in indicando geſtuũ ſit certitudo?

Et eſſe antiquam hujus veritatis notitiam, Martialis teſtimonium ſufficienter oſtenderet, floruit enim Romæ Plinii tempore, & ſub annum Domini Noſtri Ieſu-Chriſti 80. verſus ſuos ſcribebat. Sed quia adhuc multis ante Chriſtum annis Alexander ſubegit Aſiam, apophthegma hoc ſubjungo. Victo ſanè Dario, ejuſque matre, uxore, & ſororibus interceptis, ut clementiæ, & humanitatis ſuæ ederet generoſum ſpecimen captivas honoris gratia viſitavit. Et Syſigambis Darii mater Hephæſtionem, eum eſſe Regem putans, adoravit: & tamen ex adſtantium nutibus ſuum errorem intelligens, denuò Alexandrum ſuffuſa pudore ſalutavit. Et illi ſuaviſſimâ voce Alexander, *Non eſt, unde turberis mater; nam & ipſe verè Alexander eſt*. Ex hac profectò hiſtoria collige PRIMO captivos debere clementiâ generoſâ tractari; & fuiſſe inconditis & barbaris moribus imbutos omnes illos Reges, & Principes, qui ſævierunt in victos; ad gloriam enim Regiam pertinet,

Martialis valde ſenex vivebat adhuc anno Chriſti centeſimo, aſſerente Ricciolio.

Hæc de Dario habita victoria anno 413. ante Chriſtũ à Genebrardo, & aliis Chronographis notatur.

Plutarchus in Alexandr. *Darium vincit, ejuſq; Matrem, Vxorem, & Sorores captivas, viſitat Alexander.*

In Perſia Regiã Aula nutibus loquebantur, nõ verbis.

De Captivis.

Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

Collige SECVNDO, bene Citienſem Zenonem interroganti, *Quid eſſet Amicus?* reſpondiſſe, *Alter ego*. Et bene etiam Pythagoram τὴν φιλίαν· *Amicitiam* ἰσότητα, *ſimilitudinem, æqualitatem*, aut etiam *identitatem* appellaſſe; nam Amicorum Animæ, tametſi realiter ſint duæ, vel plures, moraliter, & civiliter identificantur. Et TERTIO collige Divinitatem, Ethnicorum ſententia, fuiſſe quamdam extrinſecam denominationem, ſeu excellentem Majeſtatem. Ad Mundi annum 3760. Genebrardus [Alexander Magnus ad Matrem ſuam epiſtolã inſignem ſcripſit, *Sibi à Sacerdote quodam revelatum Deos Gentium homines fuiſſe*. Cyprianus *de Idolorum vanitate*. Puto hunc Sacerdotem fuiſſe Iaddum, quicum contulit Alexander

Laertius lib. 7. cap. 1.
De Amicis.

Quid fuerit Divinitas priſcorum Ethnicorum ſententiã?

Qui dicebantur Dii, erant homines mortui.

der ex Ioſepho.] Et idem Genebradus ad ann. Mund. 3791. pag. 280. agens de Mercurio Triſmegiſto ait. [Docuit Deos Gentilium fuiſſe homines mortuos. Auguſtinus *libr. 8. de Civit.*] & tandem QVARTO colligę in Regum Orientalium palatiis ſilentium religiosè obſervari, ſtrepitum nullum audiri: & , ut ad rem noſtram veniam trecentis, aut quadringentis ante Chriſtum annis [Chriſti enim Natale in Mundi ann. 4089. conſtituit idem Genebrardus *in Chronic.*] ſciviſſe homines loqui per nutus.

Quo anno Mundi regnavit Alexander? Quo natus fuerit Chriſtus?

Et hunc antiquum morem fœminæ etiam num extra domum obſervant: quæ enim domi ſunt garrulæ, extra domum vo unt videri mutæ; & præcipuè quando faciem circumſtantibus negant. (Hiſp. *quando eſtan disfrazadas*) Exemplum hujus rei reperimus apud D. Petrum Calderon, in Comœdia *Mañanas de Abril y Mayo* (part. 3 pag. 56.)

Comœdia mores communes exprimunt: in ipſis enim quid boni, aut mali in tota civitate fit repræſentatur.

Agneſ. Ya, *de que los he ſeguido,*
Deſmentida la ſoſpecha
Eſtá: darèle el papel,
Como mi Ama me lo ordena:
Vuelvo a penar en lo mudo.
Ludov. *Vna muger encubierta*
Ha ſalido de ſu caſa.
Hyppol. *Tazia noſotros ſe acerca.*
Ludov. *De las dos debe de ſer,*
Pueſque vuelve a hablar por ſeñas.
Hippol. *eſtas mugeres ſin duda,*
En caſa el hablar ſe dexan,
Quando ſalen de ella; pues
Solo hablan dentro de ella.
Es a mi. Agn. *Si.* Hippol. *Pues ya yo eſtoy*
Aqui. Que quieres? [*] *Eſpera,*
Muger. Ludov. *Aquello es dezir,*
Que no la ſigais. Hippol. *Ligera*
Volvió la eſpalda aviſando,
Que calle, y el papel lea.

*] Suæ dominę epiſtolam in manus Hippolíti feſtina, & tacita conſignat agnes.

Et plurima id genus in aliis Comœdiis ejuſdem Scriptoris occurrunt.

Natura (Deus) neminem deficit in neceſſariis, mutos, quos linguæ uſu privavit, in hac Actionis, parte vivaciſſimos eſſe permiſit: unum enim Brugis in Flandriâ, quem variis in negotiis. D. Bernardus Campmans, Dunenſium Antiſtes, impendebat, cognovi, qui geſtu fœliciſſimè exprimebat, quæ vellet; Sed in Comediis etiam, ut paulò antè dicebam, aliquando introducitur Mutus, & qui hanc agit Perſonam magno ingenio, & vivacitate indiget, ut expectationi ſatisfaciat.

De Mutis.

An, & cur geſtus vivaciſſimos exprimant?

Errant in geſtu Principes, nam carent magiſterio in pueritia, & in ætate virum, qui eos audeat, aut velit admonere, non habent. Et, ſi potentiores Mundi Reges conſideres, obſervabis quam multa, quæ ſi admonerentur, corrigerent. Ignorantia homines ab ipſamet geneth lia obſidet, & magno labore ſtudioque decireinatur. Et ideo Prudentiſſimi Viri de Geſtu & Actione ſcripſerunt, inter quos, ut antiquiori primas deferemus Ovidio, qui præſcribit hos Canones.

Plerumq; Principes laborant incomditis geſtibus.
Et cur?

Sint modici rictus, parvaq; utrimq; lacuna,
Et ſummos dentes ima labella tegant.
Nec ſua perpetuo contendant ilia riſu,
Sed leve neſcio quid, fæmineumque ſonent. &c.
Eſt & in inceſſu pars nō temnenda decôris:
Adlicit ignotos illa, fugatq; viros. &c.
Carpe cibos digitis: eſt quidam geſtus edendi,
Ora nec immunda tota perunge manu,
Neve diu præſume dapes, ſed deſine; cura,
Quàm cupias, paulò quàm potes eſſe minus, &c.
Nec coram mixtas cervæ ſumpſiſſe medullas,
Nec coram dentes perfricuiſſe probem.
Iſta dabunt faciem, ſed erunt deformia viſu,
Multaq; dum fiunt turpia, facta placent. &c.
Certa tibi à nobis dabitur menſura bibendi
Officium præſtent menſq; pedeſq; ſuum.
Iurgia præcipuè vino ſtimulata caveto,
Et nimium faciles ad fera bella manus.
Occidit Eurycion ſtultè data vina bibendo
Aptior eſt dulci menſa, merumque joco. &c.

Leges Geſtui ab Ovidio præſcripta.

CognoſcoProceres, qui comedere neſciunt. Non ergo fruſtra leges de modo comedendi ſcribuntur.

Magiſter ſuo Diſcipulo invitato ad Convivium dicebat.

Et

Magiſter ſuo Diſcipulo invitato ad Convivium dicebat. Quantum potes, tantum aude. *verba ex Hymno deſumens.*

Et quoniam in ludo & joco, modeſtiæ immemores, multos errores homines & frequenter committunt, ſpecialem Canonem propoſuit idem Author his verbis.

Quo modo viri prudentes ſe gerere debeant in ludo?

Nec minimus labor eſt ſapienter
jactibus uti;
Majus opus mores compoſuiſſe
ſuos.
Tunc ſumus incauti, ſtudioq; aperimur ab ipſo
Nudaq; per luſus pectora noſtra
patent. &c.

Et hæc de geſtu, quem elegantia morum, & rerum gerendarum varietas, ut Modeſtia obſerverur requirunt. Veniamus ad rem noſtram & de Oratorio diſcutiamus.

SECTIO I.

De Geſtu, quem ſingula hominum Conditiones & Status obſervant.

Quanta Modeſtia debeant Viri graves & ſeniores procedere?

SVmmam Modeſtiam poſtulat ſenilis ætas, ſummamq; Gravitatem Dignitates Politicæ: multa enim toleramus in puero, quæ in adoleſcente carpimus, exſecramur in ſene. Lentus in incedendo & res intercurrentes proſpectandi modus, quem laudamus in Rege, aut ejus Conſiliario, aut Miniſtro, rideremus in Milite, cujus actiones omnes externas concitati pectoris fervor, & animoſitas debet metiri. In ſua pro Cælio Cicero ætatem ab ætate diſtinguit, & in puero temeritatem excuſat, quam in ſene damnaret.

Permittuntur in puero, quæ in Seniore damnantur.

Ego, inquit, *Atratino, humaniſſimo, atque optimo adoleſcenti meo, neceſſariò ignoſco: quia habet excuſationem, vel Pietatis, vel Neceſſitatis, vel Ætatis. Si voluit accuſare, Pietati tribuo; ſi juſſus eſt, neceſſitati; ſi ſperavit aliquid, pueritiæ. Cæteris nonmodo nihil ignoſcendum, ſed etiam acriter eſt reſiſtendum.*

Specialis oris & habitus geſtus & diſpoſitio convenit Diis, & hominibus per ἀποθέωσιν ad Numinum ſocietatem adſumptis. Virgilius *Æneid. 1.*

Quali vultu & geſtu apparuerit Æneas?

Reſtitit Æneas claraq; in luce re-
fulſit:
Os, humeroſq; Deo ſimilis, namque
ipſa decorum
Cæſariem nato Genitrix, lumenque
juventæ
Purpureum, & lætos oculis adflarat
honores.

Polymnia.

Quali autem Venus?

Apparuit Æneæ Venus, quam *libr.* 1. his verbis idem Vates deſcribit.

Cui Mater media ſe ſe tulit obvia
ſylva,
Virginis os, habitumq; gerens, &
Virginis arma
Spartanæ, vel qualis equos Threiſ-
ſa fatigat
Harpalice, volucremq; fuga præ-
vertitur Hebrum.
Namq; humeris de more habilem
ſuſpenderat arcum.
Venatrix, dederatq; comas diffun-
dere ventis,
Nuda genu, nodoq; ſinus complexa
fluentes.

Et quali etiam Mercurius?

Et poſtea *libr.* 4. eidem Æneæ Mercurius, quem cognoſcit ex geſtu.

Æneas celſa in puppi jam certus
eundi,
Carpebat ſomnos, rebus jam ritè
paratis.
Huic ſe forma Dei vultu redeuntis
eodem
Obtulit in ſomnis, rurſuſque ita vi-
ſa monere eſt.
(Omnia Mercurio ſimilis, vocemq;
coloremq; [a]
Et crines flavos, & membra deco-
ra juventæ.)
Nate Dea, potes hoc ſub caſu du-
cere ſomnos? &c.

Proponam adhuc Imperatoris ſtrenuiſſimi Imaginem. Heginus *libr. de vita, rebuſq; illuſtrium Viror.* Agelius *lib. 1. cap. 4.* & 14. & alii narrant ad C. Fabritium Populi Romani Imperatorem miſſos fuiſſe Oratores Samnitum auri magnam vim offerentes. Sed quid ad eos Fabritius? *Plenas* [*] *manus ab auribus ad oculos, & infra deinceps ad nares, & ad os, & ad gulam, atque inde porrò ad ventrem imum deduxit, & Legatis reſpondit, Dum omnibus illis membris, quæ attigi, obſiſtere & imperare poſſum, nunquam quidquam deerit. Propterea, pecuniam, cum nihil mihi uſui ſit, non accipiam ab iis, quibus eam uſui ſcio.* Et ſic illos dimiſit, ſuæ perpetuæ Modeſtiæ morem gerens, in multis enim occaſionibus munera opulenta contempſit: nam & Cynæ, Pyrrhi Legato, aurum cuſſum, factum, infectumq; offerenti, *Malo*, inquit, *aurum habentibus imperare, quàm aurum habere.* Eraſmus Rhoterodamenſis *lib. 6.*

[*] Fortè *planas*, &c.

Quid aures, oculos, &c. tangendo C. Fabritius Samnitibus ſignificarit?

Quid glorioſius ſit: an habere aurum, an habentibus ad imperare?

Vanum Theophraſtus hominem apud Cauſinum *de Eloquutione Sacr. & Profan. libr. 7. cap. 20. pag. 417.* ge-

ſtus & actus ejus exprimens inge-niosè deſcribit.

Quid facere homo vanègloriosus ſoleat, ut inter Proceres & Viros illuſtres habeatur?

Homo verò ineptè ambitioſus is eſt, qui ad cœnam vocatus convivatori ipſi ſtudeat aſſidere, qui filium Delphos abducat, ubi comam ponat; qui operam det ut pediſſequum habeat genere Æthiopem; qui etiamſi minam argenti velit ſolvere, labore ut reddat in aſpero; &, ſi bovem ſacrificarit, ſolet anteriorem capitis ejus partem magnis redimitam ſertis, pro foribus in ipſo introitu figere; ut intelligant quicumque ingrediuntur, eſſe ab ipſo bovem mactatum. Atque ubi pompam cum aliis equitibus duxit, reliquis omnibus puero traditis, qui ea domum referat, ipſe trabeatus in forum pergit, & ibi deambulat, cùmq; illi parvulus aliquis canis fuerit mortuus, [b] *monumentum ei faciet, aſcriptis etiam in columella his verbis:* Soboles Melitenſis. *Iā cùm aream annulum Æſculapio conſecrarit, appenſis ſubinde novis coronis totum atterit, atque adeò ipſe quotidiè unguentis oblinitur.*

Legiſſe videtur præcedentem periodum D. Hieronymus Cancer: quoniam *Vilem in alto*, hominem videlicet ex tenui gente natum, qui cenſeri vult Nobilis, appoſitè his verbis deſcribit.

Fuit D. Hieronymus Cancer feſtivi & ſubtilis ingenii vir, cujus Naturæ multum Carmina, parum aut nihil Arti debent: nam in Rhythmicæ interdū legibus allucinatur.

Hazer con un rozin mucho ruido, [c]
Tenelle a eternas ferias vinculado;
Iurarſela a diez Damas en el prado,
Y no ſer de ninguna [d] *conocido.*
Alabar un Caſtor, que aun no ha venido:
Dezir, mi Mercader, y mi Letrado;
Mandalle muchas coſas a un Criado;
Y las que importan menos al oído
Buſcar, quien ſobre joyas de dinero,
Venir de oir una muger que canta,
Y haver eſtado ſiempre en cierta [e] *parte.*
Es lo que debe hazer el Caballero,
Y ſobre todo la Semana Santa,
Sin que le llamen, ſiga ſu Eſtandarte.

Spurios illos milites, qui *Valentones* ab Hiſpanis vocantur, D. Franciſcus de Quevedo in Syntagmate, quod *La Vida del Gran Tacaño* inſcribitur, *libr. 2. cap. 10. mihi pag. 89.* felici penicillo depingit: ſcribit enim.

Pinguntur ora, habitus, & mores hominum ignobiliū, quos Hiſpanus Valentones *appellat.*

Eſtando en eſto: y yo con lo bebido atolondrado, entraron quatro dellos con quatro çapatos de gotoſos por caras, andando a lo columpio, no cubiertos con las capas, ſino faxados por los lomos; los ſombreros empinados ſobre las frentes; altas las faldillas de delante, que parecian Diademas; un par de herrerias enteras por guarniciones de dagas, y eſpadas; las conteras en guarnicion con los calcañares derechos; los ojos derribados; la viſta fuerte; vigotes bueltos a lo cuerno; y barbas Turcas, como cavallos. Hizieronnos un geſto con la boca, y luego a mi amigo le dixeron (con vozes mohinas, ſiſando palabras) Seydor ſo compadre, Respond. ó mi Ayo. Sentaronſe: y para preguntar, quien era yo, no hablaron palabra; ſino el uno mirò a Motorrales, y abriendo la boca, y empujando azia mi el labio de abaxo, me ſeñaló; A lo qual mi Maeſtro de Novitios ſatisfizo empuñando la barba, y mirando azia a baxo. Y con eſto ſe levantaron todos con mucha alegria, y me abroçaron, y hizieron muchas fieſtas: y yo de la propria manera a ellos: que fué lo miſmo que ſi catara quatro diferentes vinos.

Scindunt & decircinant verba, & geſtibus potiùs, quàm lingua loquuntur.

Quid ſit pugno barbam apprehendere?

Sedebant ſub quercu aliquot Ruſtici, & à fulmine tacti, geſtum, quem unuſquiſque habebat, etiam poſt mortem retinuerunt. Tragœdiam obſervavit Philoſtratus, & deſcripſit *in Scopeliano*, dicens:

Lemnos eſt Ægei maris inſula, in qua nutritus eſt Vulcanus, & in ea ipſe poſteà Cyclopum Officinam inſtituit.

Κατὰ τὴν Λῆμνον· ὑπὸ δρυῒ μεγάλῃ θερισταὶ ὀκτὼ περὶ τὸ καλούμενον κέρας τοῦ νήσου· τὸ γὰρ χωρίον τοῦτο λιμήν ἐστιν ἐς κεραίας ἐπιστρέφων λεπτάς. νέφους γὰρ τὴν δρῦν περιέχοντος, καὶ σκηπτοῦ ἐς αὐτὴν ἐκδοθέντος, ἡ μὲν ἐβέβλητο· οἱ θερισταὶ γὰρ ἐκπλήξεως αὐτοῖς ἐμπεσούσης ἐφ᾽ οὗπερ ἕκαστος ἔτυχε πράττων, οὕτως ἀπέθανον· ὁ μὲν γὰρ κύλικα ἀναιρούμενος, ὁ γὰρ πίνων, ὁ γὰρ βάπτων, ὁ γὰρ ἐσθίων, τὰς ψυχὰς ἀφῆκαν ἐπιτεθυμμένοι, καὶ μέλανες ὥσπερ οἱ χαλκοῖ τῶν ἀνδριάντων περὶ τὰς ἐμπύρους τῶν πηγῶν.

In Lemno, ſub maximo quercu meſſores octo cœnabant, qui quidem locus Inſulæ Cornu [*] *appellatur, ubi portus eſt, qui in cornua tenuia inflectitur. Cum ergo quercus à nube ma-*

[*] Quid ſit *inſula Lemnea cornu*, & cur ſic appellatum?

gna

Quomodo remanant poſt mortem, qui fulmine ſyderantur?

gna circumventu fuiſſet, continuò demiſſo fulgure de cælo tangitur. Meſſores ſtupore perciti prout quiſque fortè operatur, ita occubuit: hic enim poculum offerens, hic verò bibens, hic lavans, hic autem comedens, ſyderati, mulctati, & nigri omnes, non ſecus atque ſtatua area in lacu ferventiſſima fornacis animas egerunt.

Nonnulla huc pertinentes Deſcriptiones, à Cicerone & aliis concinnata, citantur.

Similibus Deſcriptionibus delectati ſunt Oratores præcipui, & inter ipſos ſpecialiter Cicero, qui deterrimum hominem *Haruſp. reſp. nu.* 56. 57. 58. Catilinam *pro Cælio num.* 11. Egentem ſeditioſum *pro ſextio num.* 110. Mulierem ſceleratam *pro Cluent. num.* 12. *uſq; ad* 19. Divitem ſplendidum *pro Roſc. Americ. nu.* 133. 134. 135. Oratorem *in Bruto num.* 139. vivis expreſſurus coloribus, ad os habitum & geſtum recurrit. Et eamdem in ſuis Deſcriptionibus iniere Græci viam: ut conſtat ex Tempeſtatis, Veris, Virtutis, & Voluptatis Imaginibus, quarum primam & ſecundam Syneſius *Epiſt. Græc.* 172. & 235. & poſteriores Plutarchus *de Fortit. Roman.* 270. 271. pigmentis opportunis obumbrat.

De Synalœpha.

a] Synalœpha nota figura eſt; ejus enim virtute vocalem, quæ præcedentem dictionem claudit à ſequente dictione, ſi incipiat à vocali, eliditur. Raro ultima carminis eliditur, ſed quia hic fit, debuit neceſſariò adnotari.

An brutis Epitaphia inſcribantur?

b] Multi Viri Ingenioſi Animalium: quæ amabant, Epitaphia formarunt: & copioſiùs ille, qui librum edidit, quem *Brutorum Cœmeterium* inſcripſit.

Quid ſit hazer ruido?

c] Multum, ſi bene perpendatur, illa phraſis Hiſpanorum ſignificat, *El hazer ruido, hazer ruido.*

An duæ negationes affirmẽt?

d] Duæ negationes, quæ in Lingua Latina affirmant (altera enim negat alteram) in Hiſpana, & aliis fortiùs negant.

Quid vox cierto ſignificet?

e] In eadem nomen *Cierto* rem incertam ſignificat. nam *Cierta perſona* eſt quædam perſona indefinitè.

SECTIO II.

De Geſtu, quem Poëta, & Rhetores in Declamationibus exprimunt.

Geſtus eſſe debet rebus, quas verbis exprimimus, proportionatus.

NUtus capitis & manuum geſtus debent vocem, quando quis orat, aut loquitur, concomitari; & hoc, licet frequentiùs ad ornatum, interdum ex neceſſitate. Et, ut id manifeſtè percipias, pone Iulium Cæſarem triumphali pompa ad Capitolium perveniſſe, aureis argenteiſque catenis vinctos, victarum gentium obſides præ ſe ferre; & aſſidêre tandem, ut glorioſum Panegyricum audiat. Pone prætereà

Polymnia.

Soſigenes Aſtronomus, Iulio Cæſari charus.

Soſigenem (a) Aſtrologum excellentiſſimum, Thema Genethliacum Cæſaris expoſiturum, adſcendiſſe ſuggeſtum, & ſic declamare incepiſſe.

Ille ego (b) qui quondam gracilè
modulatus (c) avena
Carmen, & Oceani deſcripſi littora
(d) & urbes,
Quas Thetis (e) unda lavatq; &
verberat (f) undis.
Nunc ſuprema (g) cano (meliori digna (h) cothurno)
Lumina, ut exponam, fuerint quæ
Cæſar (i) ad Ortum
In Geneſi (k) Divine Tua: quæ
ſydera ad (l) Arcton,
Occaſumq; (m) Meriq; diem: ut Romana Iuventus
Noverit, Imperio, qua Conſtellatio
Iberos (n)
Subdidit hos, illoſq; Tuoque deni-
que (o) Mauros.

Placuit Σωσιγένη præcipere, ut ligata oratione peroret, ut inſinuerem ligari ut amentes debere, qui credunt, quæ ab Aſtrologis de liberis hominum actibus prædicuntur.

Concinna Oratores geſtus defert Vulgus energiam enim argumentorum non ſentiſcit.

Debuit ergo Soſigenes, omnia hæc, quæ varia, & in diverſo loco poſita, ſicut verbis, ſic vultûs converſione, & manuum motu opportuno explicare. Geſtus enim Orationis eſt animus, & dicendi efficacia apud Vulgus, à perorandi modo veriús, quàm à pondere rationum pendet.

Et his poſitis, Scholia, quæ ſubſcribo perpende.

Soſigenes. Menſuras temporum ad Solis periodum reducit.

a] Σωσιγένης, inſignis Aſtronomus illo ævo fuit; cujus opera uſus fuit poſteà Cæſar, ut annum tandem ad ſolis rationem redigeret. Plinius *libr.* 18. *cap.* 25.

An ſine geſtu & manuum motu poſſint pronunciari pronomina?

b] Pronomina Demonſtrativa *Ego, Tu, Ille*; & in plur. *Nos, Vos, Illi* ſine geſtu, nec non oris, & manus motu vix poſſunt exprimi. Dextera tangere pectus ſolet, qui dicit *Ego*. Oculos, manumq; ad eum quicum loquimur, intendimus, quando dicimus *Tu*. Et manu protenſa eum deſignamus, de quo loquimur, quando dicimus *Illo*. Et in plurali, cùm *Nos, Vos, Illi* dicimus geſtuum proportionem ſervamus. Quod & olim *libr.* 10. *cap.* 4. *Noctium Atticarum* his verbis notavit Agellius (quem malè multi Aulum Gellium appellant. Vos, *cùm dicimus*, ait, *motu quodam oris conveniente cum ipſius verbi demonſtratione utimur, & labius ſenſim primores comonemus, ac ſpirituum, atq; animam porrò verſum, & ad eos, quibus cum ſermocinamur, intendimus.*

Hic Author citatur in manuſcriptis ſic *AG.* Occœpeceruntque Iuniores *Aulum Gellium* legere & ſcribere, cum tamen *Agelliū* (ſic enim vocatur) deberent.

At contrà cùm dicimus Nos, *neque profuſo, intentoque ſtatu vocis, neque projectis labiis pronuntiamus, ſed, & ſpiritum, & labias quaſi intra noſmetipſos coërcemus. Hoc idem fit, & in eo, quod dicimus, &* Ego, *&* Mihi, *&* Tibi. *Nam ſicuti cùm adnuimus, & abnuimus, motus quidem ille, vel capitis, vel oculorum à natura rei, quam ſignificat, non aborret; ita in bis vocibus, quaſi geſtus quidam oris, & ſpiritus naturalis eſt.* Stat ergo, nec habere gratiam, nec efficaciam verba, niſi geſtus illa graves, & opportuni comitentur.

Quid ſit Avena, & quo modo differat ab Habena?

c] *Avena* eſt herba nota ex frumentacio genere. Quia ex eâ ſuas fiſtulas Paſtores, & Ruſtici conficiunt, pro tibiâ ſumitur, & metaphoricè pro ſtylo, ſeu orationis charactere bucolico. Hic primus verſus ex Æneid. libr. 1. initio deſumptus eſt, & Eclogæ I. conſonat, ibi ait Virgilius

Sylveſtrem tenui Muſam meditaris avena.

Differunt *avena*, & *habena*, nam hæc ad frænum pertinet, unde libr. 6. idem Scriptor,

Sic fatur lachrymans, claſſiq; immittit habenas.

Quo geſtu debeant urbes & maria nominari?

d] Qui Oceanum nominat, littora dicit; & qui urbium meminit, mortua proferet verba, niſi ducendo hinc illuc manum, illa ipſa, quæ dicit, repræſentare videatur.

An Thetis *&* Tethys *ſint eadem?*

e] Non coincidunt Thetis & Tethys. Eſt enim Τήθυς primâ longâ) Cæli & Veſtæ filia, Saturni ſoror, conjux Neptuni. Et declinatur ſic. *Tethys, Tethyos, Tethyi, Tethyn, à Tethy.*

De Thety. Quænam ipſa ſit?

Stroz. pat. — *Oceanuſq; pater, longævaq; Tethys.*

Mant. — *Quali adſtricta eſt Saturnia Tethys.*

Lucanus libr. 1.

Tethyos unda vaga lunaribus æſtuet horis.

Ruff. Feſt. *Tethyos ima petit ſalſa.*

Quomodo apud Latinos varietur nomen Tethys?

Catullus de Comâ Berenices

Luce tamen cana Tethyi reſtituor.

In accuſ. variant manuſcripta: alia enim habent *ym*, alia *yn*. Ovidius libr. 5. Faſt.

Duxerat Oceanus quondam Titanidu Tethym.

Et hunc eumdem verſum producunt in Calepino Paſſeratius, & in Epithetis Textor, & tamen ille *Tethyn*, hic *Tethym* exprimit. Vocativum in Mantuano reperio

Semina cum liquida tu dixeris omnia Tethy.

De Thetide. Quænam ipſa ſit?

Eſt autem Θέτις, ιδος (prima brevi) Nerei, Dei Marini filia, Pelei Teſſaliæ Regis uxor, Achillis mater. De ejus nuptiis Lucianus Dialogum ingenioſum ſcripſit. Hoc nomen ſic per caſus decurrit. *Thetis, Thetidis, Thetidi, Thetidem, Theti, à Thetide.*

Virgilius libr 8. — *Te filia Nerei Te potuit lachrymis Tithonia flectere conjux.*

Quo modo ejus nomen apud Poetas Latinos declinetur?

Ovid. libr. 1. — *Æquoreæ Thetidis connubia vitas.*

Et iterum idem ibidem.

Namq; ſenex Thetidi Protheus prædixerat uda.

Conrad. *Iſter beluoſam ſeptifidus Thetidem coronat.*

Et denique Claudius Bonarſius.

Adventante Deâ liquidas jam congeris undas
Inde procelloſas, impetuoſa Theti.

Quo geſtu dicenda ſint verba lavare verberare. *&c. quo nomina* Cælū, Terra, *&c.*

f] Verba *lavare* & *verberare* ſpeciales manuum motus requirunt.

g] Cùm nominamus *Cælum* dexteram debemus adtollere; cùm *Solum*, vel *Terram*, deprimere: cùm Aſiam, vel Africam ad illas Orbis plagas, in quibus jacent, totum corpus convertere. Plato in Dialogo *de recta verborum ſignificatione*, quem vocavit *Cratylum*. [*] rem totam exponit his verbis. *Si voce, & lingua caruiſſemus, voluiſſemuſq; res invicem declarare, non ne perinde, ac nunc muti, manibus, capiteq; ac cæteris membris ſignificare tentaviſſemus? Ergo ſupernum quidpiam, ac leve demonſtraturi, Cælum verſus manum extuliſſemus, ipſam rei naturam imitantes: inferiora verò & gravia dejectione quadam humi innuiſſemus.* &c. Hinc Polemon Sophiſta, Arbiter deſignatus à Populo in Olympiis, Hiſtrionem, qui oſtendens terram ſuccIamabat *O Iupiter*, & manu in altum motâ ſubjiciebat *O Terra*; à præmio ſubmovit, manu illum commiſiſſe ſolœciſmum affirmans. Philoſtratus.

[*] *Cratylus* tres breves habet; Latini primam acuunt, Græci ſecundā ipſis enim eſt Κρατύλος.

An manu poſſit ſolœciſmus admitti?

Quid ſint cothurni?

h] Cothurni calceamenti erant genus, quo Actores in Tragœdia utebantur, ut proceriores viderentur. Erant ſuffulti ſubere, & illis ſimiles, ſed non omnino, quos habent

habent

Quid Chapines Hiſp.?

bent Italæ, & Hiſpanæ Viragines, & *chapines* appellant: illi enim ad ſuras vinciebantur. Virg. Eclog. 3.

Puniceo ſtabis ſuras evincta cothurno.

An mentiri dicenda ſit fœmina, quæ cothurnis ſe ſubrigit?

Agit de Delia Corydon. Et Æneid. 1. inquit Venus,

Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram,
Purpureoq; altè ſuras vincire cothurno.

Et hîc ſiquidem de Reſtrictionibus agimus, inquiri poſſet, An mendacium committeret muliercula, quæ cothurnis aſſumptis proceritatem mentiretur? Et, ut in ſpecie loquar, An mendacii rea ſit,

[*] Priores verſus; quos curſivus character à poſterioribus diſpeſcit à Iuvenale ſumpti ſunt.

—— *Quæ breve parvi*
Sortita eſt lateris ſpatium, breviorque videtur
Virgine Pygmæâ nullis adjuta cothurnis. [*]
Cùm illos adſumpſit ſubitò ſe ſubrigit, atque
More Giganteo Divas ſupereminet omnes.

Sed de hoc uberiùs Artic. . diſputavimus.

Cothurnus ſumitur pro ſtylo.

Sumitur etiam *cothurnus* pro ſublimiori dicendi genere. Virgilius. Eclog. 8.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Et tunc, quo geſtu eſt vox hæc pronuncianda?

Ovidius lib. 2. Triſt. eleg. 1.

Et dedimus Tragicis ſcriptum Regale cothurnis,
Quæq; gravis debet, verba cothurnus habet. &c.
Impia nec Tragicos tetigiſſet Scylla cothurnos. &c.

Et dubitare hîc placet, quo geſtu dici illa debeant verba *meliori digna cothurno*. nam eſt loquutio metaphorica, in quâ prior, poſteriorque percipitur ſignificatio? hoc eſt, An quando illa proferebat Soſigenes, percuſſerit ſuo pede cathedram, an verò ſcripturientẽ manu expreſſerit? Illud prius eum feciſſe putaverim.

Lumina dicuntur omnia ſydera: ſed magna præcipuè Luminaria: Sol nimirùm & Luna.

Lumina] Tametſi Stellas etiam Firmamenti ſignificent, κατ' ἐξοχὴν pro luminaribus (Sole & Luna) ſumuntur: & hinc lux Virgilio libr. 1. Georg. dicenti,

Hinc canere incipiam vos, o clariſſima Mundi
Lumina, labentem Cælo qui ducitis annum,
Liber, & alma Ceres.

[*] Deorum pluralitas apud Stoicos erat nominum ſeu attributorum: nec eſt cur Servius Deam diſtinguat à Deo: omnia enim immaterialia ſexu carent.

Ait enim Servius. [Stoici dicunt non eſſe niſi unum [*] Deum, & unam Deam: eamdemque eſſe Poteſtatem, quæ pro ratione Officiorum noſtrorum variis nominibus appellaretur. Vnde eumdem Solem, eumdem Liberum, eumdem Apollinem vocant. Item Lunam, eamdem Dianam, eamdem Cererem, eamdem Iunonem, eamdem Proſerpinam dicunt. Secundum quos pro Sole, & Luna, Liberum & Cererem invocavit. *Quæ ducitis annum.* Nam per Lunam menſis, per Solem annus oſtenditur. &c.]

Debet Orator Provincias aut Civitates denominaturus, locum in quo eſt, & in quo ſingula ſunt, præcognoviſſe, ut illa poſſit dextera deſignare.

i] Sicut, quando Cælum & Terram dicimus, debemus manu ſuperiora priùs, & poſteà inferiora (non autem contrà) indigitare: ſic etiam rideremur, ſi cùm Orientem dicimus, manum Occaſum verſus deduceremus: aut cùm de Occaſu loquimur, reſpiceremus Septentrionem. Tenetur ergo Orator, ſi de Mundi cardinibus, ſi de regnis, provinciis, aut montibus eſt diſſerturus, conſiderare locum in quo eſt; ne cùm Hiſpaniam nominat, manu Orientẽ deſignet; aut cùm Aſiam, manum in Occaſum convertat. Et obſervet obiter, ſi imitari alios velit, quo in loco ipſi dicant aut ſcribant, Italia enim quæ à Meridie eſt Germanis, eſt à Septentrione Africanis; & licet Orientalis ſit nobis, eſt Melitenſibus Occidentalis. Vnde *Padum*, quem dixere Græci & Latini *Occiduum*, debent Hiſpani, Galli, Belgæ, Angli, &c. *Orientalẽ* vocare.

Divus eſt defuncti Imperatoris titulus.

k] Imperatores, vitâ jam functos *Divos* nominabat Antiquitas: at etiam *vivos* adulatio, aut temeritas. Et ne nimius videretur Soſigenes, quem alii *Deum*, non niſi Divinum vocavit.

Vrſa eſt duplex.

l] Α῎ρκτον Vrſam appellant Græci: & duas in Cælo apud Polum conſtituunt; Elicen & Vrſam minorem. Ovidius

Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura vocatur
Sidoniis, Elicen Graja carina notat.

Etiam duas Virgilius cognovit & cecinit.

Virgil. Georg. 1.

Maximus hic flexu ſinuoſo labitur Anguis
Circùm, perque duas in morem fluminis Arctos;
Arctos, Oceani metuentes [*] æquore tingi.

[*] Italis enim nunquam occidunt.

Et pro Septentrione ſolet ſumi Virgilius Æneid. libr. 6.

Da-

Vtraque Vrſa eſt Septentrionalis.

Dædalus (ut fama eſt) fugiens Minoia regna ,
Præpetibus pennis auſus ſe credere Cælo ,
Inſuetum per iter gelidas enavit ad Arctos .

Hinc in 4. Panegyr. Claudianus *Arctos* populos Boreales appellavit.

Arcti etiam populi Boreales nominantur.

Atque indignantes ſub jura ſubegerit Arctos .

Et hic pro eruditis placet excitare Quæſtionem, quæ interrogat, An unquam Vrſum viderint, qui Cæleſtes delineaverunt ? Doctor Ioannes Marcus, Medicinæ Primarius in Pragenſi Vniverſitate Cathedraticus, negatrici Opinioni adhærebat, & ſe perſuaſiſſe putabat, ipſam Minoris Vrſæ, ſecundum mēſuras Aſtronomicas Delineationem exhibendo ? vix enim caudam habent Vrſi, & longiſſimam Cæleſtis protrahit. At tunc Ego, & etiam nunc reſpondeo, priùs Canes fuiſſe, plauſtra poſtea, quæ nunc *Vrſæ* vocantur. In Arati Phænomena Cicero. [Arctophylax vulgò, qui dicitur eſſe Bootes. *Latinè* Vrſæ Cuſtodem *interpretari poſſumus; nam velnti Cuſtos quidam Vrſæ adhibitus à tergo eam ſubſequitur. Simili etiam ratione* Bootes *appellatur, quod in modum Bubulci plauſtrum ſequatur, ruſtici enim Septentriones* plauſtra *vocant*.] Ecce, quæ hodie *Vrſa*, erat *Currus*. Probo etiam Canem fuiſſe; nam id nomen ipſum *Cynoſura* perſuadet: *Canis* enim Græcè Κύων, & *Cauda* ὀυρά dicitur: & inde Κυνὸς ὀυρά eſt *Cauda Canis*. Ergo, ſi Plauſtri temo, aut Canis cauda in Vrſæ caudam tranſierit, quid mirum, ſi non per omnia, menſuras, quas Vrſina Imago poſtularet, obſervet.

An Vrſum unquam viderint, qui Cæleſtes delinearunt Imagines?

Eadem conſtellatio, quæ nunc eſt Vrſa, olim fuit Plauſtrū: immò etiam Canis.

m] In voce *meridies* duo ſunt Iambi: & ideò Nebriſſenſis Antonius in Grammatica ſcripſit, *Beſq; Meriq;dies*. nam in Heroicum metrum aliter non ingrederetur: & ex ſimili cauſa dixit etiam Virgilius. *Georg.* 3.

De ſyllabis vocis Meridies. Quanta ipſa ſint?

Talis Hyperboreo ſeptem ſubjecta trioni
Gens effrena virûm Riphæo tunditur Euro .

Et ſine ulla pronomen *Quicumque, quæcumque, quodcumque*, ſæpe dividit, & dictionem interſerit. Τμῆσιν Rhetores hanc Figuram appellant, & ipſa T. Lucretio Caro frequentiſſima eſt. Nec omninò reſpuitur ab Oratoribus, nam Cicero *pro Seſtio* ſic inquit. *Quiſquis erat, qui aliquam partem in meo luctu ſceleris Clodiani attigiſſet, quod judicium cumq; ſubierat, damnabatur.* hoc eſt, *quodcumque judicium*. Monet autem Servius Figuram hanc habere gratiam in ſermone compoſito [dixit enim Virgilius 1. *Æneid.*

Quid importet in Rhetorica Figura, quæ vocatur Tmeſis?

Dividit voces compoſitas.

Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu .

Id eſt. *Et Dea eum circumfudit multo amictu nebulæ*] in ſimplici verò eſſe aſperam, ut ſi quis auderet dicere, *Saxo cere minuit brum*, pro *minuit cerebrum*. Et hoc etiam aſperitatis morbo laborat illud Civile Monitum.

An poſſit ſimplices?

Deficiente pecu deficit omne nia.

hoc eſt *deficiente pecunia*.

n] Iberia duplex eſt: alia in Hiſpania, & univerſis nota; alia in Aſiâ, quæ vocatur *Mengrilia*, Caucaſo adjacens, & Phaſin bibens, inter Turcas, & Perſas poſita ab utriſque mirum in modum decircinata.

De Iberia. Eſt duplex: altera in Hiſpania, altera in Aſia.

Quando dixit Soſigenes, *Imperio, &c. ſubdidis hos, illoſq; tuo*, dexteræ motu alteros ab alteris debuit ſecernere. Vide, quæ ad literam *b* dicebamus.

Quo modo manum ſuam motabat, dum oraret Soſigenes

SECTIO II.

De Geſtuum generali Grammatica.

LOquuntur [1] Geſtu Homines, immò etiam [2] eloquuntur, & rhetoricantur; & niſi debitam diligentiam adhibeant, ſicut verbis, ſic etiam geſtu [3] Barbariſmos, nec non [4] Solœciſmos committunt: immò etiam, cum volunt, inſtruunt, monent, reprehendunt; & interdum mentiuntur.

Primò enim Geſtibus loqui homines jam perſuaſi; quod & ſcitè olim adnotavit Sidonius, dixit enim

Clauſis faucibus, & loquente geſtu.

Non ergo voce indiget, qui geſtu novit conceptus mentis ſuæ manifeſtare. Dixerat enim loquens univerſim Virgilius,

An homines loquantur geſtu?

Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia geſtu.

Secundò Eruditi etiam tacente linguâ, ſæpiſſimè rhetoricantur. Angelus Politianus,

An etiam eloquantur?

Hunc dulcis lepor, & grato facundia geſtu.

Et

Digitized by Google

Et Mantuanus de Cala.

Luminibus motis aptè, geſtuq; venuſta.

De geſtibus barbaris & inconcinnis.

Tertiò poſſunt, & ſolent geſtu imperiti Oratores Barbariſmum committere, cùm ineptè & more barbarico corpus movent. Geſtus enim debet eſſe modeſtus; & inter Pudoris & Gravitatis terminos ſe continere. Vocamus Barbaros, indociles, & ſylveſtres homines, qui Irrationalium ritu vitam agunt. Et, quoniam carent pudore Bruta, illũ ignorant Barbari, & Nos Motus, & Geſtus impudicos ſylvarum incolis adjudicamus: nam licentioſæ, & procaces actiones, non ad Regum palatia, ſed ad ruſticorum caſas pertinent. Dicebat Architrenius,

Portio nec quatitur geſtu petulante;

De laſcivis & mollibus.

& lib. 2. Propertius,

Sive aliquis molli deducit candida geſtu

Brachia.

Et utrobique petulantiam, & mollitiem condemno.

An Adulterium Moralis ſolœciſmus ſit?

Quartò in hominum moribus ſolæciſmos reperio. Iuvenalis *Satyr.* 6. adulterium *ſolæciſmum* appellat: ſicut enim lingua ſolœciſmum committit, qui contra Grammaticæ Canones loquitur: ſic & uxor, quæ contra Matrimonii leges adhæret alteri, corpus ſuum Connubiali Solœciſmo dedecorat. Satyrici verba ſunt hæc

Ponitur liceat *pro* libeat.

—— *Solæciſmum liceat feciſſe Marito.*

De Poteſtate & Potentia. Quomodo differant?

Vbi *liceat* poſitum eſt pro *libeat*, non enim poteſtatem, ſed potentiam importat. Differt autem à potentia poteſtas; quod hæc à Iure, illa autem à fraude & violentiâ naſcatur; aut ſaltem à Iure præſcindat.

Etiam dando, & recipiendo multa ſignificantur. De annuli acceptatione agam inferiùs: nunc me juvat aliquid de ſtipendiorum receptione interſerere. Quærunt enim in Theologia Morali Doctores, *An pro eodem labore poſſit quis duplex ſtipendium accipere?* Et hæc Quæſtio ſenſum duplicem habere poteſt: nam vel uno labore præſtat duo ſervitia, vel unicum. Priori ſenſu non caret Caſus difficultate; nam, ſi unus Commiſſarius mittatur Valliſoleto Romam, ut Titii negotia promoveat, poterit à Titio integrũ ſtipendium recipere. Et quid ſi abſque damno, & præjudicio Titii agat de negotiis Semphronii? Anne etiam ab hoc poterit integrum poſtulare ſalarium? Aſſerit Leſſius *libr. 2. cap. 24. dub. 5. num.* 38. negat Hevia *in labyrintho libr. 2. cap. 2. nu.* 10. Diana *part. 3. tract. 15. reſol. 76.* Coronius *in ſumm. verb. Commiſſarii.* qui aſſerit Leſſij opinionem, quidquid de Regnis aliis ſit, non poſſe in Regno Siciliæ practicari. In poſteriori ſenſu eſt Iuris expediti Deciſio, non enim unus Pedes, aut Eques in militia poteſt occupare duo loca, & duplex indipiſci ſtipendium: Hiſp. *tener dos plaças, y tirar dos sueldos*. Hinc lux Martiali, qui duo loca in ſtipendiorum libris occupantem Quiritem his numeris incriminatur.

De duplici ſtipendio.

An, & quando recipi liceat, aut non liceat? An, & cur, qui plura recipit, ſolœciſmum committat?

Vnus cùm ſitis, duo Calliodore ſedetis:

Surge; ſolæciſmum Caſſiodore facis.

Sed qualem porrò ſolœciſmum? Militarem. Et cur? Quoniam contra Militiæ leges. Et hæ hodie tam ſeveræ ſunt in Hiſpaniæ Pandectis, ut nulli Miniſtro Regio liceat duo lucrari ſalaria, etſi in duobus, aut pluribus miniſteriis laboret; tam relaxatæ in praxi, ut multi ſint quidena accipiant: &, ut aliquem nominem, Comes de Caſtrillo, qui per diverſa officia cum laude & Reipublicæ utilitate tranſiverat, & retinebat ſingulorum ſalaria; ultra octoginta-quinque mille aureos annis ſingulis recipiebat è publico. Obiit dierum & gloriæ plenus, & multos ſibi ſimiles in Regio Palatio reliquit.

Leges Hiſpanæ de hac materia.

An obſerventur?

SECTIO III.

De Intellectu Dœmonis. *Quo pertingere valeat? quæ poſſit, & non poſſit cognoſcere?*

AD hujus Articuli dilucidationem proderit Controverſiam proponere, quæ interrogat, *An Dæmon, ex naturæ ſuæ viribus, humanos mentis & voluntatis actus poſſit cognoſcere?* Suadere videtur affirmatricem partem ſumma ſpiritualium ſubſtantiarum perfectio [*] quæ etiam poſt peccatum in ipſis permanet: rerum enim eſſentiæ non mutantur. Et à negatrice Liberum Arbitrium militare videtur; ipſi enim

*] Interim Venerabilis D. Richalmus ſpecioſæ olim Vallis Abbas, cujus Revelationes cum ædificatione leguntur, aſſerit Dæmonum mentes in pœnam peccati eſſe maximè obnubilatas.

enim

enim debetur Ius ſecreti, ſine quo in Humanâ Republicâ perturbationes maximæ concitarentur.

Ego autem ante diſſolutionem dubii, hunc Caſum tibi exponendum, & dilucidandum propono. Coram Auſonio Cælius ſcribebat epiſtolam, ita ut Auſonius characteres ſingulos delineari videret, & delineatos legeret. Et inquito, Anne internas cogitationes Cælii percipere potuerit Auſonius? Reſpondebis, ſcripturam eſſe cogitationum indicem: & hanc ob rem Auſonium internas cogitationes Cælii, quas in ſeipſis non poterat, in Scriptura cognoviſſe. Ergo in Caſu, liberos & internos Cælii actus cognoſcebat Auſonius.

Quid cogitet, qui ſcribit, in mente ejus non video, in charta video.

Hinc ad Principalem Quæſtionē.]Omnis motus animi (quod præclarè à Marco Tullio dictum eſt) ſuum quendam à Natura habet vultum, & ſonum, & geſtum, totumque corpus hominis, & ejus omnis vultus, omneſque voces, ut nervi in fidibus, ita ſonant, ut à motu Animi quoque ſunt pulſæ.] Ita & ſcitè Cauſinus *ubi ſupr. cap.9. pag.568.b.* At vultum, ſonum, geſtum, motum, &c. ſunt res materiales externæ, & notæ Dæmoni. Igitur, ſicut in charta Auſonius legebat, & cognoſcebat internas cogitationes Cælii; ſic etiam Dæmon interiores & liberos hominum actus, quos in ſe ipſis non percipit, in vultu, ſono, geſtu, motu. &c. manifeſtè proſpectat.

Si humores alterat intellectualis cogitatio, Dæmon licet in ſe ipſa banenō videat, eam in humoribus rimari poterit.

Firmat hanc Veritatem certa, & indubitata experientia; nam cogitationes qualeſcumque alterant ſanguinem, & ejus agitatione pulſum, colorem, oculos, &c. & vehementes vehementer. Vnde evenit, ut ſi quis homines quos amat, & quos averſatur ſucceſſivè recogitet, poſſit, qui ejus arteriam tangit, dicere. *Nunc, quem diligit, cogitas. Nunc, cujus te tædet, meditaris.* Et hanc ob rem Curioſi inter Divinatorias Facultates Σφυγμομαντεῖαν, à voce σφυγμός, quæ eſt *pulſus*, & μαντεία, quæ eſt *divinatio* dictam, quæ etiam ſervire ſolet Medicinæ, poterunt numerare.

An Odium & Amor pulſum alterent?

De Sphygmomantia.
An detur: & quid ipſa ſit?

Interim, ſi aliquis merè ſpirituali meditatione rem aliquam contemplaretur, viam non haberet Dæmon, ut ad objectum talis meditationis perveniret.

SECTIO IV.

An geſtuum expreſſio dedeceat Eccleſiaſticam Gravitatem & Authoritatem?

DAT Diſtinctio, & Subdiſtinctio ſolutionem: Geſtus enim in Gravem & Ridiculum divido, & Priorem in Nimium, ſobriumq; diſpeſcendo: ſicut in Oratore, & præcipuè Evangelico, ridiculos geſtus incriminor, & Heroicos, ſi nimii, non tolero, ſic etiam graves, ſi ſobriè eliciantur, permitto, collaudo, & commendo.

Geſtuum diviſio.

Quinam in Evangelicis Orationibus admitti poſſint, & qui non poſſint?

Brevis eſt, & ſtatim data Reſolutio: illam tamen, ut innoteſcat clariùs, ſuccincto aliquo Commentario illuſtrabo.

Profectò apud Hiſpanos vox *geſto* accipitur in malam partem, & in intermediis tantummodò (quæ nos vocamus *entremeſſes*) non autem in Comœdiis, Orationibus, concionibus; aut, ut verbo omnia comprehendam, in nullo actu ſerio permittitur *el hazer geſtos*. Et puto *Satyr.6.* Iuvenalem *geſtus* Latinè dicere, quos *geſtos* vocamus Hiſpanicè inquit enim.

Entremeſſes.

Hazer geſtos.

Vrbicus exodio riſum movet Attel-
lana
Geſtibus Autonoes.

Fuit autem Attella, Oſcorum civitas, in quâ primùm, ut recrearetur vulgus, perſonæ ridiculæ introducebantur. Livius libr. 7. *Iuventus hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus jactitare cœpit: quæ exodia* (fortè, *exodia*) *poſteà appellata, conſertaq; fabellis, potiſſimum Attellanis, ſunt. Quod genus ludorum, ab Oſcis acceptum, tenuit Iuventus.*

Quænam Civitas Atella fuerit?

Geſtus jocoſi ab Oſcis.

Et Autonöe (Græcè Αὐτονόη) Cadmi Thebarum Conditoris, & Hermiones filia, Actæonis ex Ariſtæo mater. At huc non reſpiciebat Satyricus, nam nomen tantummodò contemplabatur. Cum autem αὐτός *ipſe* ſit, & νόος (& in proſâ νοῦς) *Mens*, erit αὐτονόη *Ipſa mens.* Monemur ergo, quod Oratio, etſi ingenioſa ſit, & conceptibus plena, ſi Attellanis, ſeu inimicis geſtibus dedecoretur, riſum movebit apud vulgus, Criticorumq; reprehenſionem incurret; [non au-

Quænam fuerit Autonoe?
Quid verò ſignificat?

tem

tem Neronis, *qui ſuper abundantiſſimam cœnam, jocularia in defectionis duces carmina, laſcivè modulata (quæ vulgò innotuerunt) etiam geſticulatus eſt*. Et hoc ad talium geſtuum damnationem ſufficiat: qui ſi eſſent boni, diſplicuiſſent Neroni, cui nihil unquam boni poſt Senecæ, ſui Præceptoris mortem placuit.] Geſtibus ergo ridiculis ab Eccleſiâ proſcriptis, ad graves oculos convertamus.

De Heroicis Comœdiarum Perſonis.

Qui Heroicas agunt in Comœdiâ Perſonas, valdè ſeriò diſcurrunt: ſortiunturque celebriorem applauſum, quò vividiore geſtu, quæ dicuntur, repræſentant, & exprimunt. Cognovi duos Madriti Amaryllida, & Ariam, qui primas agebant perſonas, & cum admiratione audiebantur. De Amaryllide multi Poëtæ ſcripſerunt, & digna fuit, me judice, majori laude. Ariam in theatro ſemel vidi, ſibi epiſtolam legere, geſtibus tam appoſitis, ut verba, in quæ poſteà prorupit, oculis priùs me audiviſſe putaverim. De illo apud Ioannem Perez Montalvan in Lupi de Vegâ Famâ poſthumâ fol. 13. a. hæc lego. *Hallóſe en Madrid Roque de Figuerba Author* [a] *de Comedias, y tan falto dellas, que eſtaba el Corral de la Cruz cerrado ſiendo por Carneſtolendas: y fue tanta ſu deligencia, que Lope y Yo nos juntamos para eſcribirle a toda prieſa una, que fué* La tercera Orden de S. Franciſco, *en que Arias repreſentó la figura del Santo con mayor verdad, que jamas ſe ha viſto*. Vide noſtram Rhythmicam. *libr. 3. de Sylvis, pag.* 408. Verſus illi, qui voce & geſtu repræſentantur ſunt μιμιάμβοι, dicti. Terentianus Maurus *de metris*.

Qui pronunciatione & geſtu excellant?

Laudantur Amaryllis, & Arias.

a] Archicomœdus ab Hiſpanis, *author* de Comedias vocatur.

> *Hoc Mimiambus Mattius dedit metro*
> *(Nam Vatem eumdem eſt Attico thymo tinctum*
> *Pari lepôre conſequutus & metro.)*

Ille autem Mimiambus, eſt Herodotus, cujus Scazontas exhibet Stobæus, apud quem corruptè ἡμιάμβοι *ſemiambi* dicuntur, qui μιμιάμβοι debent.

Μιμιάμβοι Ἡμιάμβοι

An geſtus admittat Rhetorica?

Ex theatro geſtus tranſiverunt ad Politica roſtra, nam Oratores inceperunt Auditores geſtuum elegantia delectare. Vnde Demoſthenes & Cicero, tamerſi eloquentiſſimi, libentiùs audiebantur à populo, quàm legebantur. Vnde ipſe *lib. 4. Tuſc.* Cicero, *Aguntur iſta præclarè, & ab Oratore quidem meliùs (ſi modò eſt Orator) quàm ab ullo hiſtrione*.

An chorus & ſuggeſtum Eccleſiæ?

Et his præmiſſis ingreditur Quæſtio & interrogat, *An in choro & Eccleſiâ Cantores & Concionatores debeant aut poſſint in geſtuum expreſſione Oratores antiquos imitari?* Illud *Credo*, quod vocatur *Calabricum*, in quo Cantor, quod ſingula verba ſignificent, manuum motibus exprimit, quia riſum potiùs excitat, quàm devotionem, interdici deberet: nam prima Orthodoxæ Fidei fundamenta ludibrio exponit: & reponitur non ſine aliquo gentis eruditæ dedecore. Vidi Concionatores, in geſtu nimios, qui hiſtriones veriùs, quàm Apoſtolos referunt: & hi Iovem malunt imitari, quàm Chriſtum: nam *in Amph.* inquit Plautus. *Quaſi verò novum non proferatur, Iovem facere hiſtrioniam*. Omnia extrema perplacent heterodoxis: & ideò in ſuis Concionibus Lutherani & Calviniſtæ vix movent manus. Légere, aut lugere videntur, non dicere: & eſſent illis ſimiles, ſifortè loquerentur, ſtatuæ. Sic declamant in templis, ut à modeſtiâ laudem emant.

De Credo Calabrico.

An noſtri Concionatores excedant interdū in geſtibus?

An ſit Iupiter Hiſtrio?

De Heterodoxis Prædicantibus.

Debet teneri medium.

Condemno utrumq; extremum, nam Virtus in medio conſiſtit. Scitè Poëta antiquus.

> *Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines,*
> *Quos ultra citraq; vetat tranſcendere virtus.*

Et ideò exiſtimo Chriſtianum dedecête Eccleſiaſtem, quod in Orationibus & Declamationibus non tolerabant Ethnici. Quintilianus *lib.* 11. *cap. ult.* auditor. *Quare non immeritò reprehenditur pronunciatio vultuoſa, & geſticulationibus moleſta, & vocis mutationibus reſultans* (al. *inſultans*.) Et hunc dicendi modum, quem *affectado* Hiſpani dicimus, in Eccleſiis, aut Scholis, nec pulpita, nec cathedræ admittunt, ſequimur enim Doctoris Melliflui Rhetoricam, qui *libr. de Conſiderat.* 3. Canonem hunc, qui Concionatoribus poteſt adaptari, præſcribit. *In te conſiſtito*, ait. Et ſi interroges, *Quid ſit in ſe conſiſtere?* reſpondet, *Non infra dejici, non ſupra attolli, non evadere in longius, non extendi in latius. Tene medium ſi non vis perdere modum: locus medius tutus eſt. Medium ſedes*

Vultuoſus Orator eſt in Hiſpanica lingua El que haze geſtos.

modi, & modus virtus.

S. Auguſtini votum.

Qualiter ſit concionatus D. Paulus?

Se felicem profectò cenſeret Auguſtinus, ſi Paulum, aut aliquem Paulo ſimilem, audiviſſet concionantem: hoc enim habebat in votis. Ergo in Paulo præter nuda verba, quæ in ejus leguntur Epiſtolis, erat, opinione Auguſtini, eximia pronunciationis efficacia, quæ in vocis modulis, manuum motu, & geſtuum opportunâ varietate conſiſtit. Non ergo (modò limitem modeſtiæ non excedat) uſus Polymniæ dedecet Apoſtolicos Concionatores. Quoniam, ſi illum excedit, dedecet ipſos Ethnicos. Cicero. *Vitandum eſt in Oratore utrumq; , ne aut ſcurrilis jocus ſit, aut mimicus.*

Duo Leones Germani celebrantur.

Actionem autem vivam, ſi modeſtiæ terminos non excedit universi commendant: unde Lupus de Vega *in Apollinea Lauru, ſylv.* 2. *pag.* 14. *a.* de duobus Leonibus, fratribus; quorum in Europa alter Eccleſiaſtes celeberrimus, & in America alter Conſiliarius Regius ſuſpiciebatur, ait:

Eſte en la ſacra eſphera
Del Sol del Evangelio reſplandece
Con tan Heroica accion, que el Mundo admira;
Y aquel con vivo eſpiritu engrandece
Quanto en el Polo de Caliſto [*] *mira*
Phebo, que de oro y plata le enriquece:
Y mas que el Sol los dos con tantas leyes,
Del Cielo, y del Conſejo de los Reyes.

*] Iam monui alibi Lupum de Vega ſæpe adlucinari, & duas Vrſas diſtribuere per Polos.

NOTA I.

An ſine verbis per nutus & geſtus Sacramenta poſsint adminiſtrari?

An ante Chriſtum fuerint Sacramenta? An verbis, an verò nutibus fuerint celebrata?

DE Antiquæ Legis Sacramentis non habemus hodie manifeſtam notitiam; non enim in iis verborum formulæ præſcribebantur, & forſitan aliquæ erant externæ cæremoniæ, quibus celebrantium animus exprimebatur.

In lege autem Chriſtiana Sacramenta omnia conſtant rebus & verbis: & in cæteris verba eſſe debent vocalia: quam ob rem nemo per nutus poterit Baptiſmi Sacramentum conferre; nemo confirmare; nemo Ordines conferre; nemo pœnitentem abſolvere; aut panem & vinum conſecrare, &c. At in Matrimonii Sacramento, latè ſumitur *verborum* nomen, ita ut ſigna universa comprehendat, quibus ſolemus mentem manifeſtare. Quia autem circa materiam, formam, & miniſtros hujus Sacramenti variæ ſunt Theologorũ ſententiæ, & una ſola mihi arridet, illam verbis Illuſtriſs. D. Acacii, qui *to.* 2. *Reſol.* 217. *n.* 4. *p.* 435. *a.* ſic ſcribit. *La materia y forma deſte Sacramento ſon las palabras o ſeñales, con que ſe declara el conſentimiento interior, ſegun diverſas razones. Eſto es, en quanto declara la entrega, por la qual el uno da poteſtad al otro de ſu cuerpo, y el otro a el, ſon materia: y en quanto ſon acceptacion, que cada uno de ellos accepta la entrega por ellas ſon forma.* Ita Sotus *in* 4. *diſt.* 1. *qu.* 1. *art.* 6. Suarez *tom.* 3. *diſp.* 2. *ſect.* 1. Sanchez *lib.* 2. *de Matr. diſp.* 5. *num.* 6. Bellarminus *libr.* 1. *de Matrim. cap.* 6. Angles in 4. agens de Matrim. *qu.* 1. *dub.* 26. *art.* 4. *diff.* 1. *concl.* 2. Villalobus 1. *part. tract.* 13. *diffic.* 6. & alii. Et, ne quis hanc eſſe ſpecialem doctrinam fortè credat, eſſe ait communem universis contractibus, & ideò ſubjicit. *A la manera de otros contratos; que el offrecer veinte reales por un libro, y el libro por ellos, ſon materia, y la acceptacion de entrambos es la forma, aunque todo ſe haga por unas miſmas palabras*, vel ut ſub initium dicebamus, *por unas miſmas ſeñales.*

De Matrimonii Sacramento.

De ejus forma & materia.

An in eo ſint requiſita verba?

An verba in aliis requirantur contractibus?

NOTA II.

An per nutus poſſint celebrari contractus? An Simonia & alia Sacrilegia committi?

An celebrentur manus traditione contractus?

COntractus, fœdera, & conventiones dexteræ traditione frequenter terminari, proſpectamus quotidie, & ideò non eſt, cur in re certa immoremur. Sanè Contractuum alii liciti ſunt, alii illiciti, & hi ſæpè ſacrilegii circumſtantia laborant; poſſunt igitur per nutus ſacrilegia committi, & pacta iniqua celebrari. Attende.

An per nutus poſſint Sacrilegia committi?

De Beneficiorum reſignatione.

Quærunt Theologi, *An Petrus, qui in Epiſcopi manibus Beneficium reſignat, eum exorans, ut illud ſuo nepoti v. gr. conferat*, Confidentialem, *quam vocant, Simoniam committat?* Et reſpondet Acacius *tom.* 2.

re-

Digitized by Google

*reſol.*413.*pag.*749.*a. num.*5. id olim Navarri *cap.*13. *nu* 207. Suarii *tom.* 1.*de Relig.tract.*3.*libr.*4.*cap.*35.*nu.*6. & aliorum opinione licuiſſe; jam vero non licere, quoniam Pius V. *in Extravag.*illud interdicit his verbis. *Caveant autem Epiſcopi, & alii prædicti: itemque omnes Electores, Præſentatores, & Patroni, tam Eccleſiaſtici, quàm Laici, quicumque ſint* [N.B.] *ne verbo quidem, aut nutu, futuri in hujuſmodi beneficiis & officiis ſucceſſores, ab ipſis reſignantibus, aut aliis, eorum ſignificatione, & hortatu deſignentur; aut de his aſſumendis promiſſio inter eos, aut intentio qualiſcumque intercedat.* Conſtat igitur ex hoc Apoſtolico Papæ decreto, Simoniam, & pœnas ei adnexas, ſine verbis incurri; quoniam nutus ſunt ſigna, & virtualiter verba, quæ idem omninò præſtant, ac ſi verba vocalia ponerentur.

An in iis poſſit Confidentialis Simonia committi?

In V. Decretil.

ARTICVLVS II.

ΣΩΜΑΤΟΛΟΓΙΑ.

De Corporis Colloquutione.

Qualis homo ſit:

EST homo omniū perfectionum aggregatum: &, ſi illi flores ſint, omnium florum Mūdialē Hortum decorantium Faſciculus: Hiſp. *Vn ramillete* [*] *de flores y perfecciones naturales*. Eſt Veritas aſſerta à Gregorio, qui *homil.* 29. *in Evang.* illud Marci *Prædicate Evangelium omni creaturæ*, dilucidans, ſic exclamat. *Numquid (Fratres mei) ſanctum Evangelium vel inſenſatis rebus, vel brutis animalibus fuerat prædicandum ut de eo Diſcipulis dicatur*, Prædicate omni creaturæ? *Sed* omnis creaturæ *nomine ſignatur Homo; omnis autem* (lego *enim*) *creatura aliquid habet Homo. Habet namque commune eſſe cum lapidibus*, vivere *cum arboribus*, ſentire *cum animalibus*, intelligere *cum Angelis. Si ergo commune aliquid cum omni creaturâ habet Homo, juxta aliquid omnis* [a] *creatura eſt Homo. Omni ergo creaturæ prædicatur Evangeliū, cum ſoli Homini prædicatur.* Et meritò diſcurrit ſic, Homo enim propter excellentes, quibus afficitur, prærogativas, cum Æthereis Syderibus, Metallis, Lapidibus, Arboribus, & Animalibus componi ſolet.

*] Non habet Latina Lingua vocem, quæ Hiſpanam *Ramillete* exæquet.

An Homo ſit omnis creatura?

a] In hac Propoſitione (& nota id bene) *Homo* eſt ſubjectum, & *omnis creatura* prædicatum.

Qualis ſit Virgo mater?

De Cæleſtibus paucula præmittamus. Ab Aeterno profectò Paranympho dicitur Sponſa (nimirùm, Angelorum Regina) *pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorū acies ordinata.*

Polymnia.

Et Vir Iuſtus *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi Luna plena in diebus ſuis lucet; & quaſi Sol refulgens; ſic ille effulſit in templo Dei.* Eccl. 50. 6.

Qualis Vir Iuſtus?

Et motum Reformatores, & Eccleſiæ Doctores Daniel 12. 3. æternâ Laureâ condecorantur. *Qui autem alios docuerunt*, (ibi dicitur) *fulgebunt quaſi Splendor Firmamenti; & qui ad Iuſtitiam erudiunt multos, quaſi Stellæ in perpetuas æternitates.*

Quales autem Doctores?

Cum Metallis etiam. Eccl. 50. 6. Homo religioſus componitur: eſt enim *quaſi vas auri, ornatum omni lapide pretioſo.* Et in S. Benedicti Regula cap. 1. Sarabaitæ (irreligioſi & hypocritæ Monachi) ſunt, qui nullâ Regulâ approbati aut experientiâ Magiſtri ſicut aurum fornacis; ſed in plumbi naturâ molliti; adhuc operibus ſervantes ſæculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur.

Quales Monachi & Religioſi?

Sarabaitæ, qui ſint?

An tonſura mentiatur?

Cum lapidibus etiam conferri ſolent Heroicæ aliquorum Virtutes: nam per Gemmas, Vniones, Chryſolytos, Amethyſtos, Pyropos, Berillos, & Sardonycas à Poetis & Oratoribus paſſim repræſentantur. Morum elegantia & ſimilitudo, ut Tycho Brahæus concinit,

Sæpe adamantinas jungit Amicitias.

Carpit in epitheto ametriam Vrſus

b] Vrſus, qui contra Tychonem de error.-bus commiſſis in Grammatica. ſcripſit.

[b] nam breve eſt illud *ti*, quod ille protrahit, Tu Vrſo aſſentiaris, ſi velis. Interim, ſi Tychonis venerar is ingenium, & eum velis execuſare aut defendere, dicere poteris uſum fuiſſe Tychonem ſpeciali Figura: Q ioniam, ſieut velocitatem Virgilius ſignificaturus libr. *Aeneid.* 3. corripuit ſyllabam dicens,

—— Fas omne abrumpit, & auro
Vi pótitur. hoc eſt, citò potitur.

De penultima vocis Adamantinus *ſyllaba. Quanta illa ſit?*

Sic Amicitiam fortem & perpetuam inſinuaturus Tycho illam *adamantinam* dixit, ut à lapide ſignificato fortis, & à productiooe ſyllabæ fieret immortalis.

Iuſti cum metallis compoſiti.

Pretioſos cum metallis lapillos Aeneid. 1. immiſcuit Maro, ut Aeneam pingeret: cecinit enim.

Imago Æneæ.

Sciudis ſe nubes, & in Aethera purgat apertum.
Reſtitit Æneas claraque in luce refulſit.
Os, humeroſque Deo ſimilis, namque ipſa decoram
Cæſariem nate Genitrix, lumenque juventæ
Purpureum, & latos oculis adflarat honores.
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum, Pariuſve lapis circumdatur auro.

Iuſti conferuntur cum plantis.

Arbores etiam, ut Hominis Virtus celebretur concurrunt. Erit enim, ſi juſtus (Eccl. 50.) *quaſi flos roſarum in diebus vernis, & quaſi Lilia, quæ ſunt in tranſitu aquæ. Quaſi Oliva pullulans & quaſi Cypreſſus in altitudinem ſe extollens.* &c. Quoniam *Iuſtus ut palma florebit, & ſicut Cedrus Libani multiplicabitur.* Pſalm. 91. 13.

An Homo omnibus Animantibus nobilior ſit?

Ad Aoimantes venio. Scribit Alexandro Ariſtoteles, quod non produxit Creaturam Deus Homine nobiliorem, nec collegit in aliâ ſubſtantiâ dotes & perfectiones aut etiam impotentias & imperfectiones cæterarum, ſicut fecit in Homine: eſt enim audax ut Leo, formidoloſus ut Lepus, lætus ut Gallus, amarus ut Canis, durus & auſterus ut Corvus, pius ut Turtur, malitioſus ut Leæna, domeſticus ut Columba, verſipellis ut Vulpes, mitis ut Agnus, velox ut Capreolus, humilis ut Pardus, piger ut Vrſus, charus ut Elephas, vilis & ſtolidus ut Aſinus, obediens ut Pavo, garrulus ut Paſſer, utilis ut Apis, vagus ut Caper, indomitus ut Taurus, recalcitrans ut Mulus, mutus ut Piſcis, rationalis ut Intelligeotia, fallax ut Porcus, malitioſus ut Bubo, utilis ut Equus, noxius ut Mus, &c. ſubjungitque nec eſſe Vegetabile, nec Minerale, nec aliquam ſubſtantiam aliam, quæ cum homine ingenium commune noo habeat.

Singulorum perfectiones & imperfectiones ſortitur.

Subſtantiæ Celeſtes, Sublunares; Lapides Metalla; Arbores & Animantes, &c. propriis ſingula hominem characteribus ſigillant: ſed quia alii omnes characteres, aut omninò inſeoſibiles ſunt, aut à communi hominum apprehenſione remoti, agam tantùm de illis, quæ hunc Equo Hominem, illum Tauro, iſtumque Elephanti ſimilem reddunt; nec mirum, ſi fortè, qui ἱππόμορφοι, ταυρόμορφοι, & ἐλεφαντόμορφοι apparent, hinnire, mugire, aut barrire, (re aut virtute) dicantur.

Tametſi, omniū rerum qualitates reperiuntur in homine, non æquè omnes relucent, nec æquè nobis univerſa innoteſcunt.

Ergo, ſi à vultu & Humani corporis temperamento deducuntur indicia; & à figurâ ad mores Conſequentiæ ſine temeritate decurrunt, *Corpus loquitur.*

Concluſio.

NOTA.

De aliis Animantibus.

An illorum Nobilitas à membrorum proportione ſumatur?

NON ſolùm Hominum, ſed & aliorum Animalium à ſymmetriâ corporis præſagîmus præſtantiam. De Equo hæc habet Virgilius.

Equus optimus qualis?

Continuò pecoris generoſi pullus in arvis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit,
Primus & ire viam, & fluvios tentare minaces
Audet, & ignoto ſeſe committere ponto:
Nec vanos horret ſtrepitus: illi ardua cervix,
Argutumque caput, brevis alvus, obeſaque terga.

Quo modo à Virgilio.

Virgil. Georg. libr. 3.

Corpus, quod pinxerat Virgilius circumſpiciens Ovidius, ad animum convertit orationem, & ait.

& quo modo ab Ovidio pingatur?

Hic generoſus honos, & gloria major Equorum
Seu ſeptem ſpatii circo meruere coronam,

Ad-

Adtollat capat, at vulgi ſe vendicet aura.
Quàm tumidus, quantoq; venit ſpectabilis aſtu;
Vngula ſub ſpoliis graviter redeuntis opimis,
Cum capiunt armis palmam, gaudentque triumpho.

Vnde cognoſcere poſſimus bovem optimum?

Et ut Bubulci ſciant, ex quibus ſignis & formâ Boves eligant, hæc ſcribit.

Virgil. Georg. libr. 3.

——— Optima torvæ
Forma bovis, cui turpe capat, & plurima cervix,
Et crurum tenus à mento palearia pendent.
Tum longo nallus lateri modus, omnia magna;
Pes etiam & camaris hirta ſub cornibus aures.
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo,
Aut juga detrectaas, interdamque aſpera cornu,
Et faciem Tauro propior, quaq; ardua tota
Et gradiens ima verrit veſtigia cauda.

Optimorum Arietum qualitates.

Sequentia ſigna egregios Arietes Varrone recte ab ignobilibus diſpeſcunt. Laudantur enim, quorum frons eſt lanâ bene veſtita, intorta cornua, ravi oculi, aures amplæ; pectus nec non ſcapulæ & clunes latæ, & tandem cauda craſſa & longa. Et in hoc animali tanta eſt caudæ cum cæteris membris concordia, ut Lanii Arietes, aut Verbeces empturi, caudam tangant, & ejus macie, aut pinguedine de toto corpore judicium ferant. Simile de Ovibus fieri ſolet; notandum tamen eſt, commendari illas in Italia à caudis prolixis, & in Syriâ & Palæſtinâ à brevibus.

De cauda. Præſta-ne longa brevi?

An Sure cum cale & ſolo mutene temperamentum?

In ſuilo Scrophis & Veribus, ut in pretio ſint accenſent Authores ampla membra, & tamen pedes excipiunt ab hac lege. Vnicolores eſſe malunt: & monent nullam eſſe Animantium ſpeciem, in quâ individua inter ſe magis. Cæli regio & temperies diſtinguat.

De Gallinis. Quanam ſint præſtantiores?

Etiam Anus docendæ ſunt, quas Gallinas negligere, & quas domi nutrire debeant. Fœcundæ enim ſunt coloris nigri aut flavi, & nigræ ova præferuntur à Medicis. Robuſtæ ſunt quadratæ, pectoroſæ, magno capite præditæ. Habebunt rectam nec non rutilam criſtulam, interdum geminam; albicantes aures, nec non ungulas impares, & in cruribus transversim eminentia calcaria.

De Ovorum delectu. Quanam cæteris meliora ſūt?

De Apibus.

Etiam Oeconomia poſtulat, ut ſolicitus Agricola ſuas Apes habeat. Et habiles ab ineptis his ſignis diſtinguit Virgilius.

Virgil. Georg. libr. 4.

——— Hic melior inſignis & ore,
Et rutulis clarus ſquamis, ille horridus, alter
Deſidia, latamq; trahens inglorius alvum.

De Falcones. Cur ipſi eicurentur? Quinam cæteri ſint dociliores?

Falcones & Accipitres non humana neceſſitas, vel utilitas, ſed prodiga Principum profuſio cicurat. Interim, quia ſunt nonnulli indociles, & alii capaces diſciplinæ, audiendus eſt Demetrius Conſtantinopolitanus, qui jubet ſelectiſſimis, ut caput inſtar Serpentis, parvum & planum, habeant: ſint rotundi, aut quadrati, nam oblongi deſpicabiles ſunt. Linguam exſerant nigram, pennas tredecim in caudâ numerent, habeantq; parvos digitos, maculas in roſtro nigras, in unguibus veluti ſquamas, nec non circa radicem unguis & ſciſſuram & lineam. Sit autem Falconi caput craſſum, non tamen oblongum aut enorme; maxillarum partes benè rotundæ, collum breve.

De paſſionibus & perturbationibus animi.

Non ſolùm indolem, & temperiem, ſed & actuales animi paſſiones ſignis externis produnt Beſtiæ. *Leonum animi index cauda, ſicut Equorum aures.* inquit Plinius. Cervi, Cuniculi, & Lepores, ubi timent, *arrectis auribus hærent.* Lætitiam interiorem Canis caudam morando exponit: triſtitiam illam inter crura immittendo. &c.

AR-

ARTICVLVS III.

Vnde proveniat hunc Hominem, Leoni ex. gr. illum verò Cani, aut Tauro eſſe ſimilem?

An, & cur omnium hominum facies referant aliquod Brutũ?

SIngulos homines Ζωομόρφους regula iam generali eſt certum, ut nullus ſit, qui humanæ effigici delineationem ad vultus bruti alicujus non elîmet. Et ideò non de Aſſertionis Veritate impræſentiarùm diſputatur, ſed de Cauſa tantummodò quæritur.

SECTIO I.

Academicorum, & Pythagoreorum Sententia proponitur & impugnatur.

Livius libr. 1. de Vrbe.
Pythagoræ ætas.

FVIT Pythagoras Samius: ſeceſſit in Italiam, & in Magnâ Græciâ apud Crotoniata, quo tempore regnabat Servius Tullius, teſte Livio, magno Auditorum affluxu Philoſophiam profeſſus eſt. Fuit autem Servius Tullius Rex VI. & ſedebat Vrbis anno CLXXXIX. Et hic omnium primus cenſus inter ſuos egit, foſſas circa muros aperuit, æs ſignavit: eum poſteà cæteri ſequuti ſunt.

Servius Tullius, quæ fecerit?

Numenius, poſt Pythagoram, & Anaxagoram Tertius Samiæ Philoſophiæ Inſtitutor, fuit Magiſter Platonis, & florebat anno Vrbis CCCLXXIII. Dicitur autem Plato, *Apis Attica, Moyſes Græcus, & Divinus Philoſophus*. Samiæ Scholæ doctrinam partim retinuit, & partim alteravit; & in Controverſia præſenti non omninò diſcedit.

De Magiſtro Platonis.

An ipſe ſubſcribat Pythagoræ?

Porrò ſecundum materiæ merita, & diſpoſitiones infundi Animas ait, aſſeritque talem Leoni exempli gratiâ infundi, quia illam, & non aliam exigebat primarum qualitatum in materiâ commiſtio. Addebat Pythagoras ſemel infuſam corpori animam totâ vitâ retinere receptam in generatione figuram, at per diverſos actus proprietates & diſpoſitiones adquirere, quæ exigant in λυκομορφον corpus potiùs, quam in ἱππομορφον, aut in aliud infundi. Et hunc Animarum tranſitum Μετεμψύχωσιν appellabat. Ovidius Transformationum libr. XV.

Ioannes Bapt. Porta de Phyſiognomia lib. 1. cap. 4.

De Primaria & ſecundaria ad Pythagoræ mentem figura.

De Animabus hominum.

Morte carent Animæ, ſemperq; priore relictâ
Sede, novis domibus vivunt, habitantq; receptæ.
Omnia mutantur, nihil interit: errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc; & quoslibet occupat artus
Spiritus, equè feris humana in corpora tranſit,
Inque feras noſter, nec tempore deperit ullo.

Sunt immortales.

An tranſeant à corpore in corpus?

Et hinc fuit orta ſuperſtitioſa illa Veterum Pythagoreorum abſtinentia, quæ etiam num obſervatur in Indiâ & eſum carnium interdicit. Hanc vitæ Oeconomicæ frugalitatem, aut veriùs ſeveritatem, cum Romanorum luxu componens *Satyr.* 15. Iuvenalis exclamat,

De Pythagoreorum abſtinentia.

Vel quò non fugeret, ſi nunc hæc monſtra videret
Pythagoras, cunctis animalibus abſtinuit qui
Tanquam homine, & ventri indulſit non omne legumen. [*]

Vnde ad Amicum ſcribit.

Vive bidentis amans, & culti villicus horti,
Vnde epulas poſſis centum dare Pythagoreis.

*] Conſultò poſuit illud *non omne*; nam herbæ, quæ rubeſcunt, aut fibris delineantur purpureis, à Pythagoreis non comendũtur, ut inferiùs videbimus.

Et cur illi abſtinentiâ tam rigidâ ſe macerabant? Rationem innuit Iuvenalis, explicat Tertullianus liquidius, feſtivè enim hos irrîdet, & à carnibus abſtinere illos aſſerit, *ne fortè bubulam quis de aliquo proavo ſuo obſonaret*. Hieronymus, *Probabo non Empedoclis & Pythagoræ vos Dogma ſectari, qui propter μετεμψύχωσιν, id eſt, transformationem* (lege, *tranſmigrationem*) *non omne,*

Sed cur tam rigidè & ſuperſtitioſè abſtinebant à carnibus.

quod

quod movetur aut vivit, edendum non putant. Et tàm ſeverè in Indiâ hanc doctrinam intelligunt, ut olera & braſſicas, quæ habent venas rubras, eſſe non audeant, quod ex ſanguineis illis venis animas in eis latêre exiſtiment.

In Humana figura tria conſideranda.

HINC Quæſtioni quæ interrogat *Cur homines ita Humanam effigiem univerſi retineant, ut etiam ſinguli ſua Animantis imaginem & ſimilitudinem referant?* Reſpondent in Figurâ Humanâ tria eſſe conſideranda: Primum generalis illa delineatio, quæ approximationem in linearum menſurâ, non autem exactionem requirit: nam talis eſt in hominibus ſimilitudo, ut illa illæſa omnes inter ſe ſint diſſimiles. Secundum eſt ſpecialis ſimilitudo, quæ inter Parentes Filioſq; reperiri videmus: nam in facie ut plurimum Filii Parentes referunt; ita ut quis agens de vultu corporeo poſſit dicere, *Qui videt me, videt & Patrem meum.* Tertium eſt Figura, quam in præcedenti corpore habebat Anima: nam, ſi fuerat in Tauro, taurinam ſimilitudinem ita humano corpori attemperabit, ut Taurum referat, quin à legibus humanæ figuræ deficiat.

De filiorum parentumque ſimilitudine.

Morum & inclinationũ varietas in hominibus procedit à triplici capite, juxta opinationem Pythagoræ.

Hinc venientes ad mores, eos ex triplici capite temperari aſſerebant. Ab organis humani corporis, à qualitatibus transfuſis è Parentum corporibus, & ab affectibus, quos è priori corpore Anima ſecum conduxit. Et quidem præter Speciei virtutes morboſque etiam inclinationes, & humorum temperiem, & inde mores etiam Parentum transfundebant in Filios, & *Qualis Pater, talis Filius* habebant loco Theorematis indubitati. Et hoc Dogma tam crude aliqui accipiunt, ut ex morum degenerum obſervatione negare hos, & aſſerere illos Parentes & Majores audeſcant. Homerus.

Non eques ipſe Pater fuerat tibi, me Hercule, Peleus,
Nec Thetis eſt Genitrix: glaucum te protulit Æquor,
Aëraq; rupes, menſq; quod tibi dura, feroxq; eſt.

De Achille, An fuerit Nymphe Thetydos filius?

Agit de Achille, filio Pelei & Thetidos: ejuſq; verba ad hanc poterunt formam reduci.

Nulla columbino de ſemine naſcitur Ales
Prædatrix, Tygride nulla creavit Ovis.
Et pius & clemens Peleus, dulciſſima Tethys.
Tu ferus, inclemens, & mihi amarus eras.
Non ergo Peleus genuit te (immitis Achilles)
Nec peperit Tethys pulchra, nec ulla Dea.
Saxo, ſed duro, partus-ve è caute fuiſti:
Admovitq; extors ubera dura lapis. [a]

Horum verſuum Author, maluit illius eſſe parentem Tethyo.

Et hunc Homeri locum feliciter imitatus fuit Maro, apud quem relicta & contempta ab Ænea Regina Dido ſic exclamat.

Dido ex Aeneæ moribus ad ipſius parentum cognitionem diſcurſum ingenioſè deducit.

Non tibi Diva Parens, generis nec Dardanus Auctor,
Perfide; ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hircanæque admorunt ubera Tigres. [a]

Et vento oppoſito in Fortunæ vorticibus ductus Æneas, Didûs Parentes in ejus generoſa Clementia veneratur, & ait.

Virgil. Æneid. 1.

Idem paulò Æneas fecerunt perpenſis virtutibus Didus.

Dii tibi, ſi qua pios reſpectant Numina, ſi quid
Uſquam Iuſtitia eſt, & Mens ſibi conſcia recti,
Præmia digna ferant: quæ te tam læta tulerunt
Sæcula? qui tanti talem genuêre Parentes?

a] Meritò, ubi de moribus agitur, uberum hoc eſt, nutritionis fit mentio: monet enim Chryſippus optimas infantibus nutrices adſignari debere: nam ſugunt in lacte, nutricis temperamentum pueri: & id perſuadent plurima & notiſſima exempla. Narrat enim Scotus puerum fuiſſe, qui altus lacte porcino, ita ingenium adquiſivit nutricis, ut in ætate adulta, etiam veſtitus, in limum ſordidum intrarit, & avidè lutum comederit: alterumq; qui caprino lacte longo tempore nutritus fuerat, ſaltatim inceſſiſſe, & arborum codices devoraſſe. Rapinis aucti fuerunt inter Græcos Lycaſtus, & Pharrhaſius, inter Latinos Romulus, Remuſque, quia fuerunt à lupa nutriti. Et Telephus, Aganes, & Herculis filius, quos ſuo in infantia lacte nutrivit Cerva, inter velociſſimos Curſores numerantur.

Quales nutrices Infantibus ſunt deſtinandæ?

Quidam à ſue, alius à lupa, alius à cervo, &c. alius, mores imbuit nutricis.

SECTIO II.

Vera Doctrina proponitur, & dilucidatur.

Multa de abſoluta Dei potentia fieri poſſunt, quæ de facto non ſunt.

DIvina Omnipotentia latè patet nec ullus demonſtrare unquã potuit non poſſe Deum de potentiâ abſolutâ in unîus ſuxi, unîus arboris, aut etiam unîus bruti corpus Animam Rationalem infundere: quod eſt dicere poſſe Deum creare Ho-

Hominem ſub quacumque figurâ. Doctrina ergo Pythagoræ tametſi falſa & exſecrabilis, non eſſet Deo impoſſibilis, ſi aliter Hominum naturam moreſq; ordinare voluiſſet. At aliter, quàm ſomniabat Pythagoras, omnia Realia, aliter Moralia omnia divinitùs ſunt inſtituta: ut à Fide docemur, & hanc ob rem dicimus

An ſinguli homines habeant ſingulas Animas? Quid ſentiat Averroes?

Primò, *Singuli homines habent ſingulas Animas Rationales*. Eſt contra Averroem, qui poſuit unam formam communem, quam *Mentem* appellavit. [Et quid, ſi ille non ſenſit illam communem Mentem eſſe formam aliquam ſingularem, ſed eſſe realiter Vniverſalem, & per replicationem accipere hęceitatem in ſingulis? Ingrederemur Academiam Platonis, de quâ in Phyſicis uberiùs diſputo.]

Nullum in Cœlo aut in Terra corpus præter hominem habet Animam intellectualem.

Secundò, *Nullum Sydus, nulla Animans, nulla Planta, &c. habet Animam intellectualem*. Eſt contra Ariſtotelem & Ethnicos Peripateticos, qui Intelligentias dicunt, eſſe formas Cælorum, informantes. Eſt contra Pythagoreos & Indos, qui intellectualibus Animabus corpora irrationalium onerant: docentque beſtias obtuſè & obſcurè diſcurrere propter organorum defectum.

Nulla eſt tráſmigratio Animarum.

Tertiò, *Defunctorum hominum Anima, nec in aliorum hominum, nec in brutorum corpora tranſeunt*. Eſt etiam de Fide Orthodoxâ: nam Iuſtitiam Divinam tollit μετεμψύχωσις. Animæ enim, quæ impiè proceſſerunt in corpore, non in vilia animalia ad tempus detruduntur, ſed in æternum ad pœnas Stygias condemnantur.

Vnde proveniat parentum filiorumque ſimilitudo?

Quartò. *Similitudo corporum ex Parentibus in filios derivata, ſemen eſſe organicum ſuadet, & ex toto corpore decidi*. Et hic multa poſſemus dicere, ſi Philoſophiam traderemus. Nam, ſi ſemen eſt purè liquidum, quis illud in matris ventre conformat? Si mater, cur illud patri ſimile reddit? Si ſuperveniens anima, cur illud potiùs matri & patri aſſimilat, quàm Iulio Cæſari?

An ſemen organicum ſit?

Eſt ergo organicum in actu primo, & in matris ventre fovetur, & conſolidatur. Si eſt autem organicum, cur talem ſymmetriam & non aliam præ ſe fert? Quia ex omnibus corporis partibus decidi debet.

De Forma ſecundaria.

Quintò. *Eſt neceſſarium ſecundariam formam configurativam concedere, ut ſimilitudo, quæ eſt inter Hominem, & has vel illas Animantes, exponatur*. Hanc diceret Daniel Sennertus ſubſtantialem eſſe, nam in eodem corpore plures ſubſtantiales formas, ſed ſubordinatas admittit. Si quis hanc non eſſe viventem ſtatuat, ab Scoto & ejuſdem Diſcipulis permittetur, illam eſſe ſubſtantialem aſſerere: & ad corporeitatis formam, quam appellant, reducere. At ſemper erit expeditior Sententia, quæ hanc ſecundam, aut ſecundariam formam è Prædicamento Quantitatis deſumeret.

An ſit neceſſario admittenda? An ſit ſubſtantialis, an verò tantùm accidentalis?

De variis hominum inclinationibus.

Sextò, *Animantis, cui aſſimilantur homines, habent inclinationes*. P.Marcus Marinus Merſenus *in Geneſ.cap.1.verſ.1.cap.17.column.538.* [Docuit Albertus homines gerere naturam illius Animalis, cui ſimilia membra retinent: inde Homo dictus eſt *Microcoſmus*; quoniam tota Natura, tam ſuperiorum, quàm inferiorum, in humanâ comprehenſa eſt.]

Cur Homo Microcoſmus dicatur?

SECTIO III.

An Facies Humana loquatur? An ex Vultus notis ad mores legitima Conſequentia inferatur?

Pulchritudo eſt quædam tacita commendatio.

Formoſa facies, *muta commendatio eſt*, inquit Publius: & Heliodorus libr. 1. *Pulchritudinis ſpecies atque conſideratio ea vi pollet ut prædonum ipſorum corda emolliat, moreſque efferos in obſequium deducat*. Lego in quâdam Comœdiâ.

Stell. *Beſo a Vueſa Mageſtad*
Los pies. Rex. *Notable belleza,*
El triumpho de mi grandeza
Sacrifico a ſu Deidad. [*]
Deſde el cabello a los ojos
Aquella diſtancia breve
A la plata y a la nieve
Cauſa embidia y cauſa enojos.
Stell. *Señor Eſtela eſtá aquí*
De tantas deſdichas dueño.
Rex. *Aunque con capote y ceño,*
Iamas tal belleza vi.
Sus cejas ſon arcos bellos,
Sus ojos ſaétas ſon,
De amor coſtoſa invencion,
Pues ſiempre mata con ellos.&c.
Es Eſtela en ſus mexillas
Iazmin, y claveles ſon
De ſu boca emulacion,
Pero ſale a reſiſtillas.

*] Iam iterum & iterum aſſerui vocem *Deitas* poſſe bifariam accipi: propriè videlicet & metaphoricè. In priori ſignificatione Deo ſoli convenit, & ſine blaſphemia hominibus non poteſt attribui: at in poſteriori, quia importat tantummodo ſimilitudinem, hominibus poteſt adſcribi.

La

La eſcarcha elada del Cielo ,
Y como es ſu roſtro el Alva ,
Los alegra haziendo ſalva
El oro de ſu cabello .

Non ſemper corporis pulchritudo innocentiam Animæ concomitatur .

Tametſi Corporis pulchritudo teſtimonium de Animæ pulchritudine perhibeat , non eſt infallibilis Regula ; nam interdum ſub ſpecioſo vultu turpis & ignobilis Anima latet . Ergo hæc Sectio in quatuor Membra ſubdivideretur . Primum proferet nitidiſſimas Animas in pulchris corporibus clauſas . Secundum indecóras in bellis & decóris corporibus . Tertium ſpecioſiſſimas in materia deformi . Et tandem Quartum feras turpes & barbaras dedecori vultûs congeneres .

MEMB. I. *Ildephonſus de Ledeſma laudatus .*

DEvota omnia , & pleraq; pulchra , quæ Ildephonſus de Ledeſma concêpit,& rhythmis Hiſpanis exornavit . S.Nicolai de Tolentino Imaginem contemplabatur ; & quia cucullâ interpunctâ ſyderibus (Italicè,*sempeſtata di ſtelle*) amicîtur , exclamabat

De S. Nicolao Tolentino .

Si el Cuerpo es Cielo Eſtrellado ,
Alma , que en tal Cuerpo eſtà ,
El Cielo Empyreo ſerá .

Guzzius in Agroph. pag. 15.

Sunt etiam multi , in quibus corporis pulchritudinem motum elegantia, & Animæ decor comitatur . Et ex his quemdam, quem Guzzio dici Dindymum placuit , Verſus ſequentes celebrant .

Formoſi Iuvenes . Iuvenum pulcherrime , cedunt ,
Si neſcis, quot ſunt, quotq; fuere tibi :
Lilia non æquant frontem, non colla liguſtra , [a]
Nec matutina labra tenella roſa .
Fluctuat incompto promiſſior orbe capillus ,
Et tua tam pulchra eſt, quàm ſine lege coma .
Sed jam quæ probitas ! quantus pudor enitet ore !
Vt vita ſimplex , & ſine labe ; tenor !
Tu quamvis roſeo placeas mihi Dindyme vultu ,
Crede magis niveo Dindyme corde places .

[a] Multa dicit, etiam ubi tacet , Adluſio . Vox illa *Liguſtra* , quæ rata eſt, Dindymo, etſi celebrato & laudato in aurem muſſat . *Memento mori .* Ecur ? Quia ſtatim in mentem adducit illa Corydonis (apud Virgilium Eclog. 2.) graviſſima & fortiſſima verba . videlicet . *O formoſe Puer, nimiùm ne crede colori ; Alba liguſtra cadũt, vaccinia nigra leguntur .*

Virtutem Pulchritudo commendat : unde olim modulabatur Titius

Pulchrior eſt pulchro vivens in corpore Virtus ,

quod Lemma *in ſui Agrophili pag. Polymnia .*

109. Antonius Guzzius hoc Scholio dilucidat .

Quàm meritò pulcher fecit tibi nomen Adonis ,
Vt referat formam nomen, Adoni tuam !
Sed quia nulla iſtos maculat Venus improba vultus ,
Charior eſt, niveo, qui nitet ore pudor .
Scilicet hoc meliùs fulgent ſuffuſa rubore ,
Quàm , quæ Pæſtanis tempora picta roſis .
At tu ſyderea ne deſpice munera frontis ;
Quæ laudat formam, ſola Pudicitia eſt .

MEMB. II. *Fallacia ſunt argumenta quæ ex corporis decore ad morum elegantiam ducuntur .*

NON ſemper ſecura & infallibilia ſunt argumenta , quæ à vultûs pulchritudine ad Animi candorem deducuntur ; & hanc ob rem, ſi oberrare non vis ,

Iudicium de Animâ nequaquam à corpore ſume :
Corpore namque latet candida ſæpe nigro :
Corpore namque latet peſſima ſæpe bono .

Et quidem pulcher & ſpecioſus fuit Alcibiades [*] & oris decorem etiam in ſenectute conſervavit : & tamen ita fuit impudicus,ut ejus acta & dicta nequeant ſine pudore recenſeri . Scitè *libr. 3. de Conſol. proſ.* 8. Boëtius . *Si , ut ait Ariſtoteles , lynceis oculis homines uterentur , ut eorum Viſus etiam oſtantia* (interna) *penetraret ; non-ne introſpectis viſceribus, Alcibiadis pulcherrimum corpus, turpiſſimum videretur ? Igitur te pulchrum videri, non tua natura, ſed oculorum ſpectantium reddit infirmitas .* Conſonat Ingenioſo Boëtio quidam Iunior, qui de eodem Alcibiade ſic cecinit .

[*] Alcibiadem vividis coloribus nobis repræſentat Plutarchus . In pueritia , in adoleſcentia , & in ſenectute pulcherrimus , & in omni etiã ætate propudioſis ſceleribus contaminatus .

Nîl mortale tuo Veneres (puer auree) vultu ,
Nîl ſapiunt Charites Caſtalidumque chorus .
Non ſic Pallas erat, non ſic ſoror ipſa tonantis
Et conjux, nec ſic pulcher Adonis erat .
Evincunt Solis radios , quæ lactea circum
Colla fluunt longa ſplendida fila comæ .
Lilia frons vincit , vincitque corallia labrum ,
Ora roſis certãt, lumina ſyderibus .

Digitized by Google

Formoſus ſis uſque tamen, laus una pudoris
Cùm deſit, meritò tu mihi turpis eris.
Decipitur Viſus: verum unica percipit Auris,
Mentiri quoniam Fama ſevera nequit.

Et ultimum Diſtichum mihi in mentem reducit illud commune Pronũciatum, in quo Luſitano Caſtellanus opponitur; ita, ut illi Sponſam electuro conſiliarii ſint oculi, huic verò aures. Conſidera ſequentes Numeros,

En fin ha ſido vencido,
Y fue del Amor deſpojos,
El Portuguez por los ojos,
Y el otro por el oído.

Aures-ne, an Oculos conſulturus ſit adoleſcens, qui vult matrimonium contrahere?

Proderunt verſus, qui apud Ovidiũ *de Arte libr.* 2. leguntur. Illos ſubſcribo.

Forma bonum fragile eſt, quantumque accedit ad annos,
Fit minor, & ſpatio carpitur illa ſuo.
Nec ſemper viola, nec ſemper lilia florent,
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.
En tibi jam venient cani Formoſe capilli;
Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.
Iam molire Animum, qui duret, & adſtrue formam,
Solus ad extremos permanet ille rogos.

Virgil. Eclog. 2.

Illos relege, & tametſi in flore ætatis ſis, & quantocumque decôre te Natura exornaverit, te adloquitur Corydon, & tibi inclamat illud Morale Monitum, quod præcedenti Membro notabamus in margine.

MEMBR. III.

SIcut à vultus pulchritudine ad elegantiam morum non patitur Alcibiades conſequentiam deduci, ſic nec patietur Socrates, ut ex vultus deformitate ad morum pravitatem, & corruptionem deducamur.

Liberum Hominum Arbitrium nec cogitur, nec neceſſitatur.

Vnde accidit, quòd fallat Regula, quæ inter Corpus & Animam exactam ponit ſimilitudinem? A Libero Arbitrio procedit: nam Humana Voluntas, nec Aſtrorum influxu, nec materialium qualitatum æſtu, nec rerum externarum impetu cogitur, aut in operandi, aut non operandi inducitur neceſſitatem.

Quàm deforme habuerit corpus Socrates?

Probat id Socrates, qui in deformi corpore præclaram, & ſpecioſam habuit Animam. Fuit enim ipſe, ut Cicero *de Fato* aſſeverat, calva fronte, cadenti comâ, preſſis naribus, oculis grandibus, quibus taurino more uti ſolebat, repandis cruribus; &, ut omnia comprehendam, tam deformis, ut Zopyrus Phyſiognomon, ex Artis Regulis auſus fuerit aſſerere, illum improbum fore. Et poſteà, quia negare non poterat, Eximias in illo eminêre Virtutes, occœperit ſuæ ſcientiæ diffidere. At illum in priori ſententiâ ſtabilivit Socrates; dicebat enim, *Notæ, quas Phyſiognomia conſiderat, indoli, temperamento & inclinationibus correſpondent. Et ego fateor Naturam ſicut in mei corporis delineatione violavit Pulchra Symmetriæ leges, ſic Animæ meæ indidiſſe indolem peſſimam, temperamentum pugnax, & inclinationes propudioſas; ut, quia Ratio præſidet Appetitui, & ſenſuum habenas moderatur, Rationis ego ductui obediens, & indolis & temperamenti, & inclinationum proterviam ſuperavi.* Sic confuſioni hominibus noſtris Vir Ethnicus, qui vires Liberi Arbitrii cognoſcit, quas negant inſolenter Hæretici.

Φυσιογνώμων eſt qui ex membrorũ figura & proportione de moribus humanis judicat.

Reverendiſſ. P. Richardius Sacri Palatii Pontificii Magiſter.

Socrati poſſemus noſtra ætate adſociare nonnullos nobili ingenio, virtute eximiâ, & dotibus præclaris præditos, qui tamen fuerunt corpus inconcinnum, & deforme ſortiti. Et, ut alios omittam, Patrem nominabo Richardium, Religionis Prædicatoriæ Decus, qui propter vitæ merita, & doctrinæ eminentiam ad Summam Magiſtri Sacri Palatii Dignitatem evectus eſt. *Monſtrum* is paſsìm nominabatur; quia ſicut in omni ſcientiarum genere rarus erat, ſic etiam habebat vultum, quo horrorem incuteret veriùs, quàm benevolentiam conciliaret.

Cur Monſtrum *dictus?*

Illuſtriſſimus D. Angelus Manrique celebratus.

Placet Richardio accenſere D. Angelum Manriq; Ciſtertienſis Ordinis Generalem, Primarium Sacræ Theologiæ in Salmanticenſi Vniverſitate Profeſſorem: demum Pacis-Iuliæ (vulgò de *Badaxos*) Epiſcopum vigilantiſſimum. Habuit à Fortunâ excellentiſſimas prærogativas: nobiliſſimos avos, parentes prædivites: & Ingenium Angelicũ: illudque induſtriâ & labore perpolivit, (a) Mathematiciſque Phyſicis, & Theologicis ſplendoribus condecoravit. Fuit, quoad mores, eximius, & in Regularium legum obſer-

a] Quantum in Matheſi valuerit, teſtis in ævũ erit Graduum noſtri Collegii Machina, quę nullis columnis fulta ab aëre pendet, Et ſolo Manriqui ingenio ſuccollatur.

Digitized by Google

obſervantia mirabilis: charus Regi & Principibus; & à ſubditis amore devoto honoratus. Et quo tendunt hæc omnia? Vt dicam vultu fuiſſe deformem. Et, ut firmem, & animos Lectorum ſublevem, ſequentem Hiſtoriolam adjungo.

In Angeli Cuſtodis profeſto (ut [*] apud Hiſpanos moris eſt) Theologiæ ſtudioſi, qui eramus ejuſdem Diſcipuli, Salmanticæ, hoc Melos (vulgò *Motetum* dicimus) numeroſa vocum & organorum harmonia modulabamur.

*] In Sancti ſui profeſto, non in Hiſpania tantùm, ſed in Belgio & Germania Muſica & Carminibus Viri Magni honorantur.

Angel ſoys Manrique,
Angel bello ſoys,
En los hechos ſi,
En la cara no.

Incipiebant tres Muſici (*Contraltos* vocant) fortique & ſuaviſſima voce, concentu profugo duos priores verſus cum applauſu exprimebant: & tunc quaſi inexſpectata tempeſtate ſuborta pueri (nimirùm *Tiples*) ſex erant, & omnes ſimul diverſa verba, & diverſo modulorum excurſu concinebant; dum enim unus, *En los hechos ſi*, repetebat, ille *En los argumentos ſi*, iſte *En las diſputas ſi*, alii *En los ſermones ſi*, *En las platicas ſi*, *En los verſos ſi*. &c. Et ſimul alii διὰ πέντε [b] integro conſonantes ſublimius, *En las coſtumbres ſi*, *En la oracion ſi*, *En la obſervancia ſi*, *En el exemplo ſi*, *En las viſitas ſi*. &c. Et dum è ſublimi Cælo illi pueri tanta verborum, & conſonantiarum varietate grandinabant, noſter Burtlæus (Epiſcopi Martyris nepos) argutâ certè, & forti, ſed profundiſſima, & gratiſſima voce *En la cara no* ſedulus inculcabat.

b] Si id, quod non eſt nomen tanquam nomen ſumitur, neutrius eſt generis: interim *Diapente* aliquando adjectivum fœmeninum adſciſcit, quia tunc nomen *Conſonantia* ſubauditur.

Burtlæus, & ejus Epiſcopi ſub Henrico VIII. & Iſabella ob confeſſionem Veræ Fidei ab Hæreticis in Anglia trucidantur.

Volui μελῳδίαν hanc accuratiùs depingere, quia modus in illa non vulgaris relucet, & ita Auditoribus placuit, ut plùries decantari debuerit.

MEMB IV.
De Hominibus, in quibus impius animus ſortitus eſt corpus deforme.

Supereſt, ut de Animis diſſeramus turpiſſimis, qui deformibus ſunt corporibus clauſi. Et talis fuit profectò Antiochus [*] in quem Græcum hoc Epigramma reperio.

Ψυχὴν μὲν γράψαι, χαλεπὸν μορφὴν γὰρ χαράξαι,
ῥᾴδιον. ἀλλ' ἐπὶ σοὶ τοὔμπαλιν ἀμφότερα.
τὸ μὲν γὰρ ψυχῆς τὸ διάστροφον ἔξω ἄγουσα
ἐν τοῖς φαινομένοις ἡ φύσις εἰργάσατο.
τὸν δ' ἐπὶ τὸ μορφῆς θόρυβον καὶ σώματος ὕβριν
πῶς ἄν τις γράψῃ, μηδ' ἐσιδεῖν ἐθέλων.

*] Præter alios obſcuræ notæ homines, ſex Antiochos Regia corona redimitos invenio. Seleuci filius, qui *Soter* dictus Primus fuit: Secundus erat hujus filius, qui vocatus eſt *Achæus*. Tertius Antiochus *Galericus*. Quartus, qui audivit *Hierax*, quod tanquam Accipiter ad rapiendum ſubditorum divitias involaret. Quintus Syriæ Rex, qui Hieroſolymam devaſtavit: & Sextus ille quem *Eupatorem* appellarunt.

Thomas Morus ſic tranſtulit.

Pingere difficile eſt animum, depingere corpus,
Hæc facile eſt, in te ſunt tamen ambo ſecus.
Nam pravos animi mores natura revelans,
Fecit ut emineant undiq; perſpicui.
Sed formæ portenta tuæ deformia membra
Quis pingat? quando hæc cernere nemo velit?

Si autem, quia multi fuerunt hujus nominis Principes, interroges, in quem fulminentur hæc carmina? arbitrio tuo committam, ut de quocumque intelligas; nàm mores fuerunt improbi in ſingulis, & de corporis venuſtate nil ſpeciale apud Authores lego. Interìm ſi alicui adpropriare illa debeam, in corpus protrudam Antiochum illum, qui vocatus eſt ἱέραξ, quem hodie in Aſia (& fortaſsè in Europa) Reguli plerique imitantur, qui velociores, & crudeliores accipitribus, in ſubditos, ſiqui cenſeantur divites, irruunt; & ut devorent expeditiùs, explumant.

Et neſcio cur huc non debeam Marium ponere, *qui* (ut Genebrardus ad annum urbis 665. ſcribit) *cum Cinna, Carbone, & Sertorio, & copiis militaribus in Vrbem receptus, eam, velutè captivam, cædibus & rapinis vaſtavit.* Et hic ipſe fuit, *qui* (ut alii habent Hiſtorici) *victus à Scilla, Minturnis in palude latuit: tandemque inventus, & in cuſtodiam traditus, immiſſum percuſſorem Gallum vultus authòritate deterruit.* Feroci authoritate, opinor: quoniam ſi fuiſſet pulcher, venuſtate ſua neminem deterreret.

De Mario. Qualis corpore & animo præditus fuerit?

ARTICVLVS IV.

ΚΟΜΟΛΟΓΙΑ.

De Capillorum Colloqutione.

GArrulæ Comę ſunt, etſi mutæ, & nil prorſus dicere videantur. Ad rem Vates quidam Novitius

Vt multa, quæ aliàs laterent, innoteſcant, nos conducit Comarum Contemplatio.

Munera, & mores patriam, penates,
Dente quos aurum reſerat, ligatve,
Ventus & ſpargit, taciti capilli
Vociferantur.

Ergo, quia Comæ, aut in nodum collectæ, aut ſine lege profluæ, aut tali modo tonſæ, aut tali tortæ & in cincinnos vinctæ, multa & varia ſignificant, diſcamus *Crines* meritò ἀπὸ τοῦ κρίνειν, *à diſcernendo* dici, quod lucem multam præbeant, ut quæ aliàs noſtram notitiam ſubterfugerent, clarè & manifeſtè diſcernamus. Hanc ergo ob rem hæreamus hîc tãtiſper, & per ſingula accuratè & circumſpectè diſcurramus.

Vnde Crines dicantur?

SECTIO I.

De vario Capillorum ornatu.

LEvat faſtidium, & ſubminiſtrat claritatem Diſtinctio. Dicenda igitur per Claſſes, Paragraphoſque diſtribuamus: Libri enim, in quibus ſine Capitum interruptione diſcurritur, ſunt ſimiles itineribus Infelicis Arabiæ, in quibus nulla reperiuntur hoſpitia, quæ ſuſcipiant Curſorem laſſum & fatigatum. Scripſerat Florentius uno cõtinuo ſermone totum librum; & Polyander, qui illum in ſectiones diviſerat, Arcturo Regi rationem ſui laboris reddebat hoc Diſticho.

Qualis ſit Liber, qui non eſt diſtributus per Capita?

Cur olim Pontus Euxinus Axenos (inhoſpitalis) vocabatur?

Florenti (mi Arcture) Libros in membra recidi.
Iamque Euxinus erit, qui axenus ante fuit.

Et cùm illud ſcriberet Ponti recordabatur; qui, vel ab accolarum ſævitie, qui ſupervenientes hoſpites immolabant & devorabant, vel à ventorum procelloſâ vehementiâ, & antiquâ navigantium inſcitiâ quę pinos aliunde devenientes mergebat, *Inhoſpitalis* dicebatur, & εὔξεινος *hoſpitalis* vocatur hodie, quod naves viroſque favore benigno ſuſcipiat; unde Ovidius

A voce Græca ξένος hoſpes, habemus ἄξενος, inhoſpitalis, & εὔξεινος valde hoſpitalis.

Frigida me cohibent Euxini littora Ponti;
Dictus ab Antiquis Axenus ille fuit.

PRIMÒ Comæ nationem à natione diſtinguunt. Et in ipſis conſiderandum eſt, quid à Natura profluit, & quid ab Arte pendet. A Naturâ provenit color, tonſura ab Arte. Flavos habent Septentrionales Populi, Hiſpani nigros, criſpos vero Africani. Lucretius libr. 8.

Alios Natura, & alios Ars per capillos diſtinguit.

Fundit ab extremo flavos Aquilone Suēvos.

De flavis crinibus.

Et libr. 5. Silius.

Caſſis erat munita viro cui vertice ſurgens
Triplex criſta jubas effundit crine Suēvo.

Magni heri æſtimabantur in Hiſpania.

Iunior quidam dicebat.

Candida Trojano facies eſt, crinis Iberus

id eſt, *niger*. Et iterum,

Adfuerat Libyes intortis Regina capillis.

Porrò olim magno erant in pretio comæ flavæ. Ovidius

Forma placet, niveuſque color, flavique capilli.

Et ideò ſive Auroram, ſive Apollinem velint Poëtæ deſcribere, aureis, flammeis, & ſplendentibus illos comis exornant. De ortu Solis Virgilius.

Coma Deorum, quo colore tingantur?

Aurea fulgebat roſeis Aurora capillis.

Ovidius libr. 2. Eleg.

—— Placuit croceis Aurora capillis,

Si-

Sidonius

Lambebant teneros incendia blanda capillos.

Pontanus

Veteres Ethnici (Græci & Romani) ſuos Deos corporeos eſſe exiſtimabant.

Ipſa refulgentes auro interplexa capillos. &c.

Dixere, ac rutilo Martem exultare capillo.

Angelus Politianus

Præterea auratos poſito ſquallore capillos. &c.

Aureoli ut ludunt per lactea colla capilli.

Raviſius Textor

Tunc & flammicomis radiantia tergora villis,

Quo modo nigri crines convertantur in flavos?

Has omnes comarum differentias fœminæ, & (quod cum pudore dici debet) interdum etiam viri ab Arte habent. Igne, & ſulphuris aut myrrhæ fumo ante annos quinquaginta in Hiſpaniâ puellæ inaurabant crines. Quod & alibi factum, inquit enim Pontanus

Urebat coma, myrrheus capillus.

De comis criſpis & cincinnatis.

De cincinnis autem multa in libris Poëtarum leguntur. Politianus

Miratur modo tortulos capillos.

Dixerat *in Trucul.* Plautus, *Compoſitos, criſpos cincinnos tuos, unguentatos.* &c. Et Martialis libr. 5.

Criſpulus iſte quis eſt, uxori ſemper adhæres

Qui Mariane tuæ? Criſpulus iſte quis eſt?

De aureis, purpureis, niveique.

Alios colores capillorum invenio. Ovidius *libr. de Art.* canebat.

— molles imitabitur ære capillos. &c.

Filia purpureos Niſo furata capillos.

Et Politianus.

Atque oculos canit, atque manus, niveoſque capillos.

Capillorum diſpoſitione, ſive populi à populis ſecernebantur.

Non ſolùm capillorum colore, ſed etiam tonſurâ, magnitudine cultu & ornatu olim aut etiam nunc Populi diſtinguuntur: aliter enim tondentur, comuntur, & pectuntur Hiſpani, aliter Galli, &c. aliter Arabes, Turcæ, Perſæ, &c. aliterque heri & aliter hodie populi in regionibus ſingulis. Hinc Gallia olim in Togatam, Braccatam, Comatamque dividebatur. Et prior Galliæ pars ſic vocabatur, quod indigenæ in ipsâ togis uterentur ut Romani: Braccata à braccis villoſæ veſtis genere appellabatur. Comata autem à comis, quas nutriebant incolæ, & curâ ſpeciali exornabant.

Gallia in Togatam, Braccatam, & Comatam Diviſio.

Hodie radunt capita in Aſiâ; & hunc etiam morem Æneæ ævo obſervabant Trojani. *Libr.* 5. Virgilius.

De Troum capillis.

Incedunt pueri, pariterq; ante ora parentum

Frænatis lucent in equis, quos omnis euntes

Trinacriæ mirata fremit, Troiaq; juventus,

Omnibus in morem tonſa coma preſſa corona.

At libr. Æneid. 4. in oratione ad Iovem Iarbas.

De Ænea. Quo torſus modo fuerit?

Fœmina, quæ noſtris errans in finibus, urbem

Exiguam pretio poſuit, cui littus arandum,

Cuique loci leges dedimus, connubia noſtra

Reppulit, ac Dominum Ænean in regna recepit.

Et nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu

Mæonia mentum mitra, crinemque madentem

Subnixus, rapto potitur; nos munera templis

Quippe tuis ferimus, Famamque fovemus inanem.

An Fama ſit inanis?

At Theocritus Trojanos comam aluiſſe Idyllio 16. teſtatur: inquit enim,

— τίς κομόωντας

Πριαμίδας; ἢ θῆλυν ἀπὸ χρόιας κύγνον [*] ἤγνω;

Troes Comati

— *Quis comatos*

Priamidas: aut muliebrem ex colore Cygnum novit?

Quanta ſit prima in voce κύγνος?

*] Lego in Antonii Nebriſſenſis Grammatica.

Syllaba, ſi brevis eſt natura & muta ſequatur

Cum liquida, ſemper breviabit ſermo ſolutus,

At carmen poterit producere, ſeu breviare.

Apud Latinos liquidæ ſunt L. & R. apud Græcos M. & N. & hoc ultimum in hoc carmine Theocriti conſpiciebatur: nam ἀς-κύγνον, eſt Dactylus,

De liquidis. An plures Græci, & Latini pauciores admittant?

Thraces etiam olim nutriebant comas. Homerus Iliad. 4.

Θρήϊκες ἀκρόκομοι, δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντες

Etiam Comati Thraces.

Thraces comati, longas haſtas manibus tenentes.

Gothis olim glorioſum erat comam alere; & qui publica apud eos notabantur infamia, radebantur. Sidonius Apollinaris *in epiſt. ad Agric.* rem his verbis exponit. *Capitis apex rotundus, in quo paululum à planicie frontis in verticem cæsaries refuga criſpatur.* [Loaiſ. in Notis ad

Crinium nutritio & raſio apud Gothos.

Con-

Radebant apud ipſas crines per ſententiam damnati. Etiam Servi.

Concilium Toletan. VI. ſic ait: *Erat & decalvatio apud Gothos in uſu; verum hæc publica, atque perpetua infamiæ nota.* Vide Leges wiſegoth. *libr.* 2. *tit.* 4. *leg.* 6. Vnde in *ſua Corona Gothica* D. Didacus Saavedra *ad ann.* 475. *pag.* 121. ſic ſcribit. *Eran en aquellos tiempos de mucho honor las cabelleras encreſpadas; y ſeñal de caſtigo y affrenta la tonſura.*

Raduntur apud Hiſpanos hodie Remiges.

Soli ſervi apud Romanos Græcoſq; raſum habebant caput. Pierius Valerianus *libr.* 32. Et huc ſpectat Cæremonia, qua adultera, aut gravis ſceleris convicta mulier dimittebatur. *De Germanor. morib.* Cornelius Tacitus. *Acciſis crinibus nudatam, coram propinquis expellit domo maritus.* Et hodie in Europa raduntur, qui ob perpetrata ſcelera, ad tritemes damnantur.

Sinenſes crines vinciunt, & Tunchini demittunt. Et cur?

Sinenſes etiamnum crines reticulo in occipite colligunt, quod & faciebant Tunchinenſes, quamdiu iis fuerunt ſubditi: ubi autem excuſſerunt jugum, ut ab illis ſecernerentur permiſerunt capillos per humeros & dorſum defluere. P. Alexander de Rhodes *in Relatione de Regno Tunchini, cap.* 2. ſic ſcribit. *Imperoche hebbero quei di Tunchino, non meno che i Cineſi, in uſanza di racoglier la chioma ſopra la teſta entro à ſottili reticelle, che poi ſotto al capello aſcendevano, mà in queſta revolutione le ſtrapparono immantinente, e vollero, che da quell' hora, in ſegno di Libertà, correſſero i lunghi crini per le ſpalle diſcielti.*

Cæſaries eſt ſignum Libertatis. Servi comas non ſinuntur nutrire.

Parthorum & Indorum capilli.

Ioannes Raviſius Textor in Epithetis. verb. Capilli, ait. [*Cæterùm Parthis & Indis magna erat cura circa cultum capillorum, quos odoriferis perfundebant unguentis, ut etiam Græci: unde Horatius,*

Cum quo morantem ſæpe die mero
Fregi coronatus nitentes
Malobathro Syrio capillos.

Vngebantur pincernarum coma in conviviis.

Idem. *Puer quis ex aula capillis*
Ad cyathum ſtatuetur unctis. &c.]

An, & cur capilli facere ora incerta dicantur?

Et quidem tametſi veſtes homines defigurent, id maximè præſtat cæſaries; quem enim raſum nuper videras, ſi cæſariem indueat (Hiſp. *ſi ſe puſiere una cabellera*) non cognoſces. Et huc reſpiciens Satyr. 15. Iuvenalis dicebat.

Ora puellares faciunt incerta capilli.

Iuvenalis & Tibullus explicati.

Scio enim te Amaryllida eſſe modò, quando te collectis, concinnatis, & ornatis capillis proſpecto: at neſciam qualis ſis, ſi calva appareas, & cum Tibullo *libr.* 1. loquens, neſciam etiam

Tum mihi qualis eris longos turba capillos.

SECVNDO, Quia Comæ Religioſas Perſonas à Profanis diſtinguunt, *libr.* 1. Virgilius Venerem ſic exornat.

De Deæ Veneris crinibus. Nec illud, Et vera inceſſu patuit Dea. Dii igitur aliter incedunt, quàm homines.

Perge modò, & qua te ducit via, dirige greſſum;
Dixit; & avertens roſea cervice refulſit:
Ambroſiaq; coma Divinum vertice odorem
Spiravêre; pedes veſtis defluxit ad imos.
Et vera inceſſu patuit Dea. Ille ubi Matrem
Agnovit, tali fugientem eſt voce ſequutus. &c.

Et cæterum *ibidem* Venerem depingit his verbis.

Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum
Venatrix, dederatq; comas diffundere ventis.

Et *Æneid.* 7. poſtquam Cacum ab Hercule occiſum aſſerit, & ob beneficium Herculem honoribus Divinis cultum, ait.

Cinguntur frondis Coma in conviviis & ſacrificiis.

Hanc aram luco ſtatuit, quæ maxima ſemper
Dicetur, nobis & erit, quæ maxima, ſemper.
Quare agite, o juvenes, tantarum munere laudum
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris. &c.
Velavitq; comas, foliiſq; innexa pependit. &c.

Mercurium, qui in ſomnis apparuit Æneæ *libr.* 4. ſic deſcribit.

De Mercurii, Deorum internuncii, crinibus.

Æneas celſa in puppi jam certus eundi
Carpebat ſomnos, rebus jam rite paratis.
Huic ſe forma Dei, vultu redeuntis eodem
Obtulit in ſomnis, rurſuſq; ita viſa monere eſt.
(Omnia Mercurio ſimilis, vocemq; coloremq; [*]
Et crines flavos, & membra decora juventa.

*] Ponuntur hi Accuſativi more Græco: in quibus ſicut illi ſubintelligunt κατὰ, nos *ſecundum* ſubaudire debemus.

Apollo *Æneid.* 9. Iulo apparuit.

Quales Apollo habuerit?

Tum comitem Aſcanio pater addidit. Ibat Apollo
Omnia longævo ſimilis, vocemque coloremq; [*]

Et

Et crines albos, & ſæva ſonoribus
arma.
Atque his ardentem dictis affatur
Iulum.

Ecce olim Religionis gratia crines nutriebantur, & in ſacrificiis ornabantur, & coronabantur: apud Chriſtianos verò corona & capillorum raſio in Eccleſiaſticis altiorem habet ſignificationem. D. Hieronymus, *Coronam habent ab inſtitutione Romana Eccleſia in ſignum Regni, quod in Chriſto exſpectatur. Raſio verò capitis eſt temporalium omnium depoſitio.* Et habetur 12. *qu.* 1. *cap. Duo ſunt* Conſonat Loaiſ. *in Notis ad Concil. Tolet. IV.* S. Epiphanius *hæreſ.8. ad verb. Maſſal.* S. Iſidorus *lib.* 2. *de orig. Offic. cap.*4. Rabanus *de inſtitut. Clericor. cap.*4. Vnde D. Didacus de Saavedra *in Corona Gothica ad ann.*475. *pag.*121. ſic inquit. *Era ſeñal de caſtigo y affrenta la tonſura, de la qual por Humildad, y deſprecio de las grandezas humanas uſaron los Religioſos y los Eccleſiaſticos en ſeñal de la Tyara* (lege *Tiara*) *Sacerdotal. Si ya unos, y otros (como tengo por mas cierto, y como uſaron S. Pedro y los Apoſtoles) no ſignificaban en ella la Corona de Chriſto.*

Quid Capillorum raſio, & in formam coronæ didactio, ſignificet apud Chriſtianos?

Non *thiara*, ſed *tiara* debet ſcribi, Græcè enim eſt τιάρα.

Quia è Senibus adſumuntur Antiſtites, & caneſcunt homines priùs quàm ſatis docti ſint, ut ſe [*] reponere, & docere alios poſſint, ſunt Cani in pretio, & authoritatem conciliant. Cæterùm, ſi careat veritate præſumptio, contemnitur & ridetur ſenectus.

De Senum Crinibus.

*] Ibi *ſe reponere* eſt *adſcendere in cathedram, & docere*, juxta illud Satyrici, *Numquid ego Auditor tantùm, nunquam-ne reponar.*

Sanè de ſenibus prudentibus multa, & pulchra in Canonicis libris reperio. Levit. 20. *Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis, & time Dominum Deum tuum.*] Iob. 12. *In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore Prudentia.*] Proverb. 20. *Dignitas ſenum canities.* &c.

De Adoleſcentibus, qui in paucis ætatis annis multos virtutis numerant dixit Sapiens cap.4. *Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata.* &c.

De ſenibus vitioſis & imperitis Eccleſ. 25. *Tres ſpecies odivit Anima mea: pauperem ſuperbum, divitem mendacem* [a] *& ſenem fatuum, & inſenſatum*] & cap. 65. *Puer centum annorum morietur: &* [b] *peccator centum annorum maledictus erit.*

a] Deos non mentiri, inquit Plato, quia mendaciis non indigent: odio igitur habendi ſunt mendaces divites, ſi mentiantur, nam mendaciis non indigent.

b] Illud *&* ſumitur appoſitivè, & ſonat *id eſt.*

Hæc videtur legiſſe Philo, eam enim reponit hoc Tetraſtichon.

Αἱ πολιαὶ σὺν νῷ, γεραρώτεραι· αἱ γὰρ ἄτερ νοῦ.
Μᾶλλον τῶν πολλῶν εἰσὶν ὄνειδος ἐτῶν.
Αἱ τρίχες ἤν σιγᾷς εἰσὶ φρένες ἢν δὲ λαλήσῃς
ὡς αἱ τῆς ἥβης, οὐ φρένες ἀλλὰ τρίχες.

Illud Arnoldus Veſalienſis ſic tranſtulit.

Si mentem ſociam teneant in vertice cani,
Oblectant: aliàs ſanna perennis erunt.
Si taceas, cani mentis ſunt ſigna diſerta,
Sunt pilus [c] *ut juvenum, ſi blaterare velis.*

Sanna *eſt* irriſio.

c] Petis, Cur in *Capillus* producatur pi, quod in *Pilus* corripitur? Reſpondeo, *Capillum* dici, quaſi *Capitis pilum.* Ergo, ſi duplex *pi* in voce *Capillus* inbibitur, debet in eo illud *pi* neceſſariò produci.

Et cur ponitur illud *Si taceas?* Nunne oppoſitum nos docet illa Veterum Lex,

Conticeant Iuvenes, Tuq; loquare ſenex?

Vt reprehendatur ſenum indoctorum garrulitas, in quos Apophthegmata ſelectiſſima. Hoc propono. Philoſophus N. ſedebat aliquando in convivio; & cæteris ſine lege garrientibus, hærebat ipſe tacitus, & neminem interpellabat. Et cur omnium nihil diceret, interrogatus: *Quoniam*, inquit, *aliquando pœnituit me loquutum fuiſſe, ſiluiſſe autem nunquam.*

An Senes taciturè ſint?

Sed cujus fuerunt iſta verba: non enim *Philoſophus N.* (eſt enim incerti hominis nomen) potuit dicere Veritatem tam certam? Illam Plutarchus *in libello* περὶ τοῦ ὑγιαίνειν Simonidi, ſed Xenocrati Laërtius *lib.*2. *cap.*4. Valerius Maximus *libr.* 7. *cap.*2. & alii adtribuunt.

Ponitur litera N. *ubi nomen neſcitur.*

Addo & hoc. Ptolemei Oratores nonnullos Viros doctos & eruditos exceperunt convivio: & cæteris, ut oſtentarent ſcientiam, de omni ente diſcurrentibus Zeno Citticus nihil protſus dicebat. Percontantibus, quid de ipſo Regi ſuo eſſent renunciaturi: *Vidiſſe Vos*, inquit, *Senem, qui in convivio tacere noverit.* Laërtius *libr.*7. *cap.*1. Stobæus *ſerm.* 32. Maximus *ſerm.*20.

De Simonidis, Xenocratis, nec non Zenonis opportuno ſilentio.

TERTIO modus ornandi & vinciendi crines Adoleſcentes olim Regios à Plebeis diſtinguebat. Virgilius.

Capillorum ornatus Principes ſecerait à plebe.

Quis procul ille autem ramis inſignis olivæ

Sacra ferens? Noſco crines inca-
naque menta [*]
Regis Romani, primus, qui legibus
Vrbem
Fundavit.

Numa Pompilius.

*] In voce *incana* præpoſitio *in* auget ſignificationẽ, ut ſonet *menta valde cana*.

Et idem Author Troili mortem verbis iſtis deſcribit.

Parte alia fugiens, amiſſis Troilus armis,
Infelix puer, atq; impar congreſſus Achilli,
Fertur equis, curruq; hæret reſupinus inani,
Lora tenens tamen; huic cervixque comæq; trahuntur
Per terram, & verſa pulvis inſcribitur haſta.

De Troili crinibus.

Hector, meliori fato dignus Princeps, etiam poſt mortem meritò *Æneid.* 2. laudatur à Virgilio his verbis.

De Hectore.

Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit, exſuvias indutus Achillis,
Vel Danaum Phrygios jaculatur puppibus ignes.
Squallentem barbam, & concretos ſanguine crines
Vulneraq; illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios. &c.

Omnia ornamenta in bello impediunt milites: & ideò nudo brachio dextero Tartari machæram verſant, & nudo Cæſar capite, ut Erithræus hîc ſcitè monet, ſigna contulit. Er, ut id commendet Virgilius *Æneid.* 10. ſic inquit.

Ipſe inter medios Veneris juſtiſſima cura
Dardanius, caput ecce puer detectus honeſtum,
Qualis gemma micat, fulvumque dividit aurum,
Aut collo decus, aut capiti; vel quale per artem
Incluſum buxo, aut Oricia terebintho [*]
Lucet ebur: fuſos cervix cui lactea crines
Accipit & molli ſubnectit circulus auro.

*] Hodie Hiſpani vocamus *embutido* illud opus, in quo materia pretioſa in minùs pretioſam inducitur. Id in lapidibus, aut etiam ſolet fieri in metallis, ſed frequentiùs in ligno. Nunc in ebenũ induci ſolet ebur, at ut hic legis, in buxũ, aut terebinthũ olim inducebatur.

ET QVARTO, me neſcire fateor cur *lib.* 11. Iollę ſtrenui & intrepidi militis nudare humeros, caputque cæſarie aggravare voluerit: inquit enim.

Volvitur ille exceſſus humi. Catillus Iollam,
Ingentemq; animis, ingentem corpore & armis
Dejicit Herminium, nudo cui vertice fulva
Cæſaries, nudiq; humeri; nec vulnera terrent.

De Herminii capite.

Deſpectui erat Militibus coma vitro, aut ferro criſpata. Ergo, qui Camillam Militem ſtrenuam ſuſpexiſtis, ut oppoſita juxta ſe poſita magis elucefcant, Militem ignavum proſpectate. Virgilius Æneid. 12.

Te Turni nunc dextra gerit, da ſternere corpus.
Loricamq; manu valida lacerare revulſam
Semiviri Phrygis, & fœdare in pulvere crines
Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes.

Quid innuant capilli myrrha inuncti.

Ecce quibus Turnus verbis laceſſit Æneam, ut illum provocet in certamen. Illum appellat *ſemivirum*; &, ut effeminatum eſſe oſtendat, comæ criſtatæ meminit; &, ut prædicat mortem, per præoccupationẽ illam myrrha inungit, nam unguento myrrhino etiam tum ungebantur cadavera.

Tempus eſt jam hunc claudendi Parragraphum. Ergo tranſeamus ad Iudæam, videamuſq; An Hebræorum mores Ethnicis correſpondeant? Et ſtatim occurrit Abſalon, Regis Davidis filius. Hic ſanè alebar comam: quæ (nam etiam tunc, & ibi Adulatio obtinuerat) redimebatur auri pretio. *Libr.* 2. *Reg. cap.* 14. hæc leguntur. *Porrò, ſicut Abſalon, vir non erat pulcher in omni Iſraël: & decòrus nimis; à veſtigio pedis, uſque ad verticem non erat in eo macula. Et quando tondebat capillum (ſemel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæſaries) ponderabat capillos capitis ſui ducẽtis ſiclis pondere publico.* vel ut Iſidorus Clarius legit, *pondere Regio*.

De Abſalonis capillis.

Ducenti illo ævo ſicli plus erant quàm moderno bis mille.

QVINTO, ſicut veſtium, ſic, & crinium in Sacrificiis olim ratio ſpecialis habebatur.

Virgilius Æneid. 3.

Purpureo velare comas adopertus amictu
Nequa inter ſanctos ignes in honore Deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omnia turbet.
Hunc ſocii morem ſacrorum, hunc ipſe teneto,
Hac caſti maneant in religione nepotes.

Cur olim Romani Sacerdotes tecto capite ſacrificaverint?

Æneid.

Æneid. 7. ad Bacchum.

Crines in ſacrificiis dimittebantur.

Te luſtrare choros, ſacrum tibi paſcere crinem. &c.
Deſtruere domos, ventis dant colla, comaſq;
Aſt aliæ tremulis ululatibus æthera complent.

Et Æneid. 4. ſacrificium factum Didûs juſſu deſcribens.

Quantam Deorum multitudinem habuerint Veteres?

Stant aræ circum; & crines effuſa Sacerdos
Tercentum tonat ore Deos, Erebumq; Chaoſq;
Ter-geminamq; Hecaten, tria Virginis ora Dianæ.

Numam rem ſacram agentem his verbis libr. 6. deſcribit.

Quis procul ille autem ramis inſignis olivæ
Sacra ferens? noſco crines incanaq; menta [*].
Regis Romani.

*] *Incana* ibi ſunt *valde cana.*

Virgilius Æneid. 12.

Quid crines arrecti ſignificent?

Hanc verſa in faciem Turni ſe peſtis ad ora,
Fertq; refertq; ſonans, clypeumque everberat alis.
Illi membra novus ſolvit formidine torpor,
Arrectaq; horrore comæ & vox faucibus hæſit.

Virgilius Æneid. 4. dixerat

At verò Æneas adſpectu obmutuit amens, [a]
Arrectaq; horrore comæ, vox faucibus hæſit.

a] Vocē hanc *amens* ita intellige, ut nil indignum tanto Heroe debeat ſignificare: non ergo erit quod Hiſpanicè *Tonto*, ſed quod *Attonita.*

Et Æneid. 6.

Non compta manſere comæ; ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument.

Et Dido Æneid. 4.

Flaventes abſciſſa comas. Proh Iuppiter ibit.
Hic, ait, & noſtris illuſeris advena regnis?

Georg. libr. 4.

Tartara, cæruleoſq; implexæ crinibus angues
Eumenides, tenuitq; inhians tria Cerberus ora.

Quo Pellices olim ritu ſacrificaverint?

Orandi legem 3. Faſt. præſcripſit Ovidius his verbis. —— *Reſoluto crine precetur.* Vnde Agellius lib. 4. cap. 3. *Crinibus demiſſis agnam Iunoni Pellex cedito.*

Camilla *unde dicta?*

SEXTO digna Camilla, ut de ejus crinibus paragraphum ſpecialem ſcribam. Fuit Regina Volſcorum, Metabi & Caſmillæ filia. Nomen ſumpſit à matre, Virgilius libr. 11.

Polymnia.

—— *Matriſq; vocavit*
Nomine Caſmillæ, mutilata parte Camillam.

Fuit Miles celeberrima, & omni armorum genere inſtructa. Turno & Latinis adverſus Æneam, Troianoſq; in auxilium venit. Multa præclarè geſſit; ſed tandem ab Arunte interficitur. Virgilius Æneid. 1.

Conſecratur Dianæ: & lacte equino nutritur.

Hic natam in dumis interque horrentia luſtra
Armentales equæ mammis & lacte ferino
Nutribat [*] *teneris immulgens ubera labris.*
Vtq; pedum primis infans veſtigia plantis
Inſtiterat, jaculo palmas oneravit acuto.
Pro crinali auro pro longæ tegmine pallæ,
Tigridis exuviæ per dorſum à vertice pendent,
Tela manu jam tum tenera puerilia torſit,
Et fundam tereti circum caput egit habena
Strymoniamq; gruem, aut album dejecit olorem.

*] In voce *nutribant* Critici jubent ut *e* & *i* in unam ſyllabam coeant; & tamen, eſſe diphthongum negant, ut cenſeantur, ſubtiliter aliquid dicere.

Qualis in ætate fortiori fuerit ediſſeruerat in libri VII. hiſce verbis.

Hyperbolè, eximiam Camillæ velocitatem deſcribens.

Hos ſuper advênit Volſcâ de gente Camilla,
Agmen agens Equitum, & florentes ære catervas
Bellatrix. Non illa colo, calathiſve Minervæ
Fœmineas aſſueta manus, ſed prælia Virgo
Dura pati, curſuq; pedum prævertere ventos.
Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas;
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
Illam omnis tectis agriſq; effuſa Iuventus,
Turbaq; miratur matrum, & proſpectat euntem,
Attonitis inhians animis; ut regius oſtro
Velet honos leves humeros; ut fibula crinem
Auro internectat; Lyciam ut gerat ipſa pharetram,
Et paſtoralem præfixa cuſpide myrtum.

Quales habueris crines?

Digitized by Google

Coma olim floribus exornabantur.

SEPTIMO, Comę lętitiam à mœrore ſecernunt. Lib.4. Georg.

Dulcis compoſitis ſpiravit crinibus aura.

Dixerat Ecl.6.

Vt Linus hæc illi Divino carmine Paſtor,
Floribus atq; apio crines ornatus amaro.

Æneid. 4.

Dido

a] Pictus limbus, erit Hiſpanicè un paſſamano, orla, aut cenefa.

Tandem progreditur magna ſtipante caterva
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo [a]
Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.
Nec non & Phrygii comites, & lutus Iulus. &c.
Ipſe jugis Cynthi graditur, molliq; fluentem
Fronde premit crinem fingens atq; implicat auro.

De Turni Satellitibus geſtientibus certamen cum Trojanis inîte Virgilius Æneid.12.

b] Nota illud *novis*, Hiſpanicè *dan palmadas*, quoniã dolentium eſt contractis in pugnum manibus pectus laceſſere.

Circumſtant properi Aurigæ, manibuſq; laceſſunt
Pectora plauſa cavit [b] *& colla comantia pectunt.*

VT autem triſtitiam & afflictionem Trojanarum ob oculos ponat, Virgilius iterum libr. 1. Æneid. ſic inquit.

Intereà ad templum non æque Palladis ibunt
Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant
Suppliciter triſtes. &c.

Crinales vittæ ponebantur in luctu, in gaudioq; deponebantur. Æneid.7.

Solvere crines erat lætitiæ ſignum.

Clamat, Io; matres audite ubicumque Latinæ,
Siqua piis animis manet infelicis Amatæ
Gratia; ſi juris materni cura remordet,
Solvite crinales vittas, capite orgia mecum.

Et libr. 11.

Circum omnes famulâmque manus, Troianaq; turba,
Et mæſta [*] *Iliades crinem de more ſoluta.*

*] alii *mæſtũ*.

Et libr. 12.

Laniare crines, Hiſpanicè meſſarſe los cabellos. *doloris & triſtitiæ vox.*

Filia prima manu flavos Lavinia crines,
Et roſeas laniata genas, tum cætera circum
Turba furit, reſonant latè plangoribus ædes.

Quid terrore percitus Turnus, quid Iuturna ejus ſoror fecerit, exponit Æneid. 12. dicens.

Illi membra novus ſolvit formidine torpor,
Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæſit.
At procul ut Diræ ſtridorem cognovit & alas
Infelix crines ſcidit Iuturna ſolutos
Vnguibus ora ſoror fædans & pectora pugnis.

OCTAVO, etiam illi, qui ſponte aut fato excedebant è vitâ crines ſuos ritu ſpeciali componebant. Conſtat ex Regina Didone, cujus miſerabilem αὐτοχειρίαν Æneid.4. in ipſo fine deſcribit Virgilius his verbis.

Nota illud crinem abſtuleras, & illud crinem ſecat. Ergo ad illorũ opinationem, nemo poterat mori, niſi ei ſincipite crines Proſerpina præſcinderet. Et hic ejus loco Iris à Iunone ſubmittitur.

Tum Iuno Omnipotens longum miſerata dolorem,
Difficileſque obitus, Irim demiſit Olympo,
Quæ luctantem Animam, nexoſq; reſolveret artus.
Nam, quia nec Fato, merita nec morte peribat,
Sed miſera ante diem, ſubitoq; accenſa furore,
Nondum illi flavum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat, Stygioq; caput damnaverat Orco.
Ergo Iris croceis per Cælum roſcida pennis
Mille trahens varios adverſo Sole colores,
Devolat, & ſupra caput adſtitit. Hunc ego Diti
Sacrum juſſa fero, teq; iſto corpore ſolvo.
Sic ait, & dextra crinem ſecat; omnis & una
Dilapſus calor atq; in ventos vita receſſit.

Ob oculos etiam ponamus Caſſandram periclitantem, de qua libr. 1. idem Author inter alia hæc ſcripſerat.

Ecce trahebatur paſſis Priameia Virgo
Crinibus à Templo Caſſandra, adytiſq; Minervæ,
Ad Cælum tendens ardentia lumina fruſtra
Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.

Crines viperei.

NONO, Furiis & perniticiſis regionis ſubterraneæ Numinibus comas vipereas Veteres adſia-

xe-

xerunt. Virgilius Æneid.7.

Quid ſignificaverint, & quibus adtributi fuerint?

Exin Gorgoneis Alecto infeſta venenis
Principio Latium & Laurenti tecta Tyranni
Celſa petit, tacitumq; obſedit limen amatæ
Quam ſuper adventu Teucrum, Turniq;Hymenæis
Fœminea ardentem curaq; iraq; coquebant.
Huic Dea cæruleis unum de crinibus anguem
Conjicit, inque ſinum præcordia ad intima ſubdit.

Crinibus angues exigere. Et poſteà, quid ille præſtiterit, ingenioſè recenſet. Et adhuc mox.

—— Tum flammea torquens
Lumina, cunctantem & quærentem dicere plura
Reppulit, & geminos erexit crinibus angues.

Et Æneid.6.

**] Ferrei diſſyll. ex ei facit ei more Græco.*

Ferreiq; [*] Eumenidum thalami, & Diſcordia demens
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.

Æneid. 7.

Vincire crines vitta, quid ſit?

Alecto torvam faciem & furialia membra
Exuit in vultus ſe ſe transformat aniles,
Et frontem obſcænam rugis arat, induit albos
Cum vitta crines, tum ramum innectit olivæ.

SECTIO II.

De Capillorum Grammaticâ.

An interdum ipſi Barbariſmos, aut etiam Solæciſmos committant?

De Grammatica, Rhetoricaq; capillorum. COmæ loquuntur, eloquuntur, colloquuntur, ut conſpicis; &, quia habent ſpecialem Grammaticam, ex Specialis Rhetoricæ fontibus Troporum & Figurarum profluviis Eruditionem ſubiicientem exornant. At inquirit Ingenioſa Curioſitas. *Poſſint-ne ſuæ Grammatica violare leges, adeoque in barbariſmos aut etiam ſolæciſmos prolabi?*

De Barbariſmis crinium. DE Barbariſmo nulla difficultas apud Criticos moveri poteſt: nam ſylveſtres homines, ſicut ſermone & veſtibus, ſic etiam neglectu capillorum ſunt barbari. Producam in terris Polyphemum, Charontem apud Inferos, & in Cælis Mavortem. De Charonte libr. 6. Æneid. ait Virgilius.

Polymnia.

De Charonte, Stygio Nauta. Qualis fuerit?

Portitor has horrendus aquas & flumina ſervat
Terribilis ſqualore Charon, cui plurima mento
Canities inculta jacet, ſtant lumina flammæ.
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus,
Ipſe ratem conto ſubigit, remiſque miniſtrat,
Et ferruginea ſubvectat corpora cymba,
Iam ſenior, ſed cruda Deo viridiſque ſenectus.

De Polyphemo, Gigante. Nec minùs erant barbati, Polyphemi, ſiculi Monſtri, crines: non enim unquam illi aut ſubierant forficem, aut diſtracti erant pectine: ſed manuum digitis ſulcabantur & comebantur. De illo quidam Iunior ſic cecinit.

Qualis fuerit?

Barbaris criſpos digitis capillos
Sulcat (haud pectit) manibuſque barbam
Barbaram Ciclops Polyphemus undat
Barbarus uncis.

De Marte. Qualis ipſe fuerit, & quales ſint hodie noſtri Martes? Convertamus igitur ad Cælos oculos, & Martem exercituum Principem conſideremus. Ecce ſono terribili tuba inſonat

Martis ad exemplum totum componitur Agmen.

Et tamen quotus eſt in caſtris miles, qui habeat à Marte præter nomen. Prætereo cætera, ut tantùm quidpiam dicam de crinibus. Nullam illorum curam habet Mars, & apud nos Martes vocari volunt, nihil in mundo curant præter crines: neſcire volunt ſe eſſe viros, affectantque fœmeninum ornatum. Et *ô tempora! ô mores!* Mavors eos deſpiciens & contemnens exclamat.

De Capillorum Solæciſmo. ALiqua etiam de Solœciſmo ſubſcribamus. Poterit-ne ille committi in tacito & curioſo Capillorum idiomate? Poteſt. Auſcultator Antonius Guzzius in Agrophilo pag. 80. in Mulierem nimis curioſo florum ornatu Comas implicantem.

Docta ſuos pulchrè componere Baſſa capillos,
Aedificas mirâ floribus arte caput.
Naribus admoveas, ſed quanto juſtius illos?

Hac decuit Voris munera ſorte legi,
Si pudor eſt, remove cervicis inutile pondus.
Crede, Solœciſmum tu mihi, Baſſa, facis.

Manibus ſolent ſolœciſmi committi.
An aliis etiam membris poſſint?

Ecce, ſicut aliæ mulieres verbis, ſic Baſſa crinibus ſolœciſmum committit. Nec hoc videri debet mirum; quoniam, ut paulo antè vidimus manibus σολοίκειν poſſunt homines, poſſunt & aliis membris, nam ſingulis præſcripta eſt ſpecialis Grammatica.

SECTIO III.

Multum dicit Capillorum neglectus.

Ovidius in Epiſt.

NOtantur etiam apud Ethnicos Iuvenes, qui nimia curioſitate comis pectunt; & laudantur qui negligunt. Phædra ad Hippolytum,

Sint procul à nobis juvenes ut fœmina compti,
Fine coli modico forma virilis amat. [a]

[a] Si ſic olim loquebatur Gentilis, quis patienter videat ritu hodie muliebri comi, pecti & ornari Chriſtianos?

Et libr. 1. de Art. amand. ait Ovidius.

Forma viros neglecta decet, Minoida Theſeus
Abſtulit à nulla tempora comptus acu.
Hippolytum Phædra, nec erat tunc comptus, amavit
Cura Deæ ſylvis aptus Adonis erat.
Munditiæ placeant [*] fuſcentur corpora campo,
Sit bene conveniens & ſine labe toga.
Linguaq; nec rigeat, careant rubigine dentes,
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonſura capillos:
Sit coma ſit docta barba reſecta manu.
Et nihil emineant & ſint ſine ſordibus ungues,
Inque cava nullus ſtet tibi nare pilus.
Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris
Nec lædat nares virq; paterque gregis.
Catera laſciva faciant concede puellæ,
Et, ſi quis male vir quærat habere virum.

[*] Bernardus, *Paupertas ſæpe mihi placuit: ſordes nunquam.*

At hic ipſe neglectus modum poſtulat, diſplicet enim, ſi ſit nimius. Audi Polyphemum, qui affatur Galatheam his verbis.

Quàm ſuerit negligens in cultu comarum Polyphemus?

Nec mea, quod duris horrent denſiſſima ſetis,
Corpora, turpe puta turpis ſine frondibus arbos,
Turpis equus, niſi colla juba flaventia velent,
Pluma tegit volucres, ovibus ſua lana decori eſt,
Barba viros, hirtaq; decent in corpore ſeta.

Ita apud Ovidium Metamorph. libr. 13. fab. 28.

SECTIO IV.

De crinibus alienis.

Quid ipſi, quando geruntur ab aliquo, vociferentur?

COmas alienas multæ gerunt, & eſſe ſuas irreligioſè dejerant. Et talis erat Theleſina, de qua pag. 115. ſic canit Guzzius.

Vetula interdū comis alienis exornantur.

Quas Theleſina comas religat, quæ colla flagellant,
Non illam ſopiunt, Parthæniane, cutem.
Sed jurat Theleſina ſuos hos eſſe capillos [a]
Pejerat: ut credo, non ſatis eſt ſapere.

Et ultimum hujus Epigrammatis verbum revocat mihi in mentem Hiſpanicum verbum *Rapar*, quod tamen, licet à *Rapio*, *is* veniat, ad rem tonſoriam pertinet, & *rapere* non ſonat, ſed *radere*. Vnde taciti in Theleſinæ capite inclamabant Capilli, & dicebant. Si hanc, quam ornamus, adoleſcentem judicas, rade è mente talem opinationem. Ipſa eſt anus decrepita; Et dum nos præ ſe fert, mentitur; nam juventutem quam non habet, ſimulat, & quâ præpeditur, ſenectutem diſſimulat. Et, ſi huic nondum Veritati aſſenteris, Odoratum, Senſum profectò nobiliſſimum conſule. Nobiliſſimum certè nam in pauperum caſis negligitur, & ſolùm colitur, & unguentis pretioſis nutritur apud Reges & Principes. Nos enim, qui in capite Iſabellæ geniti, & Theleſinæ nunc fovemus gloriam, adfuimus dum ſepeliretur Iſabella, & ideò nunc in nares, aures, & oculos

Vnde noſcatur & quid ſignificet Hiſpanicum verbum Rapar?

De Odoratu.

Negligitur apud homines inferioris Fortuna.

aro-

An adſcititii Capilli inficiãtur odore funereo τῶ Kyrieeleiſon?

aromaticas exhalamus ſpecies, quas funereum & lugubre ſolet *Kyrieeleiſon*.

Qui alienos capillos emit, & ſolvit, ſuos facit.

a) Guzzi Epigramma relego, & dum vocem *Pojeras* accuratius conſidero, Theleſinæ, veraciſſimæ fœminæ, injuriam fieri exclamo; ejuſque honorem Tetraſticho ſubſequente propugno.

Noſtra ſolent dici, pretio quæcumque parantur.
Et Patris *inde coma* Pacis *emenſis erant.*
Quos igitur crines à veſpillone redemit,
Appellat meritò jam Theleſina ſuos.

Pater-Pacis Hebraicè אבי־שלום Abſalon. *Filius David ſuos capillos vendebat 2. Reg. 14.*

Eſt autem *Veſpillo*, Hiſp. *El ſepulturero*, qui cadavera ſepelit: & à veſpere dicitur, quod olim poſt occaſum Solis funera celebrarentur.

SECTIO V.

De Capillorum Rhetoricâ.

An Tropos & Figuras habeat?

Quid ſit, & quid ſignificet Rhetoricoteros?

SVNT Capilli, ut vocabulo à Cicerone [b] ficto utar, Ῥητορικώτεροι, *magis Rhetorici*, quàm Lingua: citiùs enim ſuas ipſi Orationes expediunt. Eorum ſanè eruditio diffunditur per ingenioſa, & varia σχήματα, quæ poſſem copioſè explicare, ſi temporis anguſtiæ permitterent.

b] Cicero 3. *de Orator* uti voluit hoc verſu *Craſſum habeo generum, ne rhetoricoteros tu ſis.*

Licitum eſt, ubi occaſio id requirit voces fingere.
An s in fine dictionis poſſit ſupprimi?

Eſt autem *Rhetoricoterus* comparativum fictum à Cicerone, & ex *Rhetoricus* poſitivo deductũ: in quo, ut verſus præ ſe ferret formam venerabilis Antiquitatis, obliteratur s; Veteres enim frequenter s finale elidebant.

An in barba & capillis committantur Ellipſes?

Prima Figura, quæ occurrit eſt *Ellipſis*, quam aliqui Eclipſim appellant: & contingit, cùm aliquid, quod deberet eſſe deſideratur. Vnde, etſi barba in pueris & juvenibus, aut etiam in eunuchis deficiat, non id præſtat Ellipſis, nam illis ipſa non debetur. At debebatur Flaccojam Viro, & quia ſuperſtitioſè potiùs quàm curioſè illam radebat ipſe, fuit promeritus, ut in ipſum hos Numeros ſcriberet Guzzius.

Guzzius pag. 114.

Cur radi quotidie velint ſenes?

Sæpe genas triſti nudat lanugine Flaccus
Vellit & annoſa pendula ſigna cutis.
Quis tamen expuncta Priamum juveneſcere barba,
Reptantem vel quis Neſtora ferre poteſt?
Turpior imberbi res eſt haud ulla ſenecta;
Tam lævem [*] Alcida Nympha remittat Hylam.

*] *Levis* per diphth. eſt *glaber, terſus, politus*. Græcè. Λεῖος.

Candidus erat nomine, ſed niger moribus ille, ad quem Antonius Guzzius *in Agrophilo pag. 93.* Hendecaſyllaba hæc ſcripſit.

Mentiuntur Coma.

Impexis, rudibus, Linus, capillis,
Dejectis oculis, truciq; vultu,
Cui delabitur uſq; ad ima veſtis,
Et promiſſa cadit, graviſq; barba,
Qui triſtes memorat frequens Catones,
Scauros, Fabriciosque Cocliteſque,
Hoſti, Candide, quis Linus ſit iſte?
Nil perverſius hoc, procaciuſq; eſt.

Hypocrita pulchra Deſcriptio.

Doctrinam autem non ætate, barba, capillis, veſte; ſed ingenio & ſtudio æſtimandam, docet idem Antonius Guzzius *pag. 87. ad Ponticum.*

An doctrinæ judicium ſumi debeat ex barba?

Barbatos quoties offendis, Pontice, vultus,
Cernis & intonſo crine rigere ſenem;
Hunc ſubitò, tanquam Muſarum numen, adoras,
Et juras nullum doctius eſſe caput.
Si longa ingenium metimur, Pontice, barba;
Si caper es tandem, ſic es Ariſtoteles.

SECTIO VI.

De Capillorum mendaciis.

An capilli loquantur?
An mentiantur?

MEntiuntur etiam capillis homines, & illorum ore ſe adoleſcentes dicunt, cum ſint decrepiti & edulentuli. Apud Ioannem Raviſium Textorem in Epith. verb. Capilli hoc apophthegma lego. *Cùm Philippus Macedo vidiſſet Iudicem quemdam barbam & capillos inficientem, è veſtigio amovit hominem dicens, Qui in pilis infidus* (mendax) *eſt, qualem in negotiis removeur futurum.*

De capillorum tinctura.

Multa olim Græci de tinctis capillis luſerunt ingenioſè & acutè. Lucillii hæc circumferuntur Epigrammata.

τὰς τρίχας ὦ Νικύλλα. τινὲς βάπτειν σε λέγουσιν;
ἃς σὺ μελαντάτας ἐξ ἀγορᾶς ἐπρίω.

Thomas Morus ſic tranſtulit.

Tingit capillos fæmina. at qui ſcis rogas?

Ni-

Stibiũ Græce Στίμμι, aut etiam ἀντιμόνιον. Eſt metalli genus, valde radians. Plinius lib 33. cap. 6. *In argenti enim metallis invenitur lapis, ſpumæ cãdida atque nitentis quem alii Stibium, alii alabaſtrum, alii larbaſon appellant. Duo ejus genera: mas & fœmina. Magis probant fœmininum: horridior eſt mas, ſcabriorque, & minùs ponderoſus, minuſque radians, & arenoſior: fœmina contra nitet, friabilis, fiſſuriſque non glebis, dehiſcens. Cujus vis principalis eſt circa oculos, quos dilatat, quorumque fluxiones, exulcerationeſque inhibet. Ideò id Græci* πλατυόφθαλμον *dixere ab oculorũ dilatatione.*

Et 4. Reg. 9. 30. *Veniſque Iehu in Iezrael. Porrò Iezabel introitu ejus audito, depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornavit caput ſuum, & reſpexit per feneſtram.*

Hieremias Propheta. *Cũ pinxeris ſtibio oculos tuos, fruſtra componeris.* Eſt phraſis Hiſpanica; dicimus, *que ſe componen las mugeres*, quando comuntur & ornantur.

Hieronymus ad Furiam. *Nõ habuit criſpantes mitras, nec ſtridentes calceolos, nec orbes ſtibio fuligmatos.*

Æſchili hiſtoria recenſetur.

An ſint calvi infelices?

Nigri fuere quũ referres è foro.

Τȣ̃ αὐτȣ̃.

τὰς πολιὰς βάψατα Θεμιςονόη τιχόρεωνος,

γίγνεται ἐξαπίνης, ȣ̓ νέα, ἀλλὰ ῥέα.

Et Anonymus Interpres ſic reddidit.

Canos tinxiſſet poſtquam ipſa Themiſtonoem mox,

Non iuvenis facta eſt, facta ſed ipſa Rhea eſt.

Τȣ̃ αὐτȣ̃.

τὴν κεφαλὴν βάπτεις, τὸ δὲ γῆρας ȣ̓ ποτε βάψεις,

ȣ̓δὲ παρειάων ῥυτίδας ἐκτανύσεις.

Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ καταπλάττε,

ὡς τε προσωπεῖον, κȣ̓χὶ πρόσωπον ἔχειν.

ȣ̓δὲν γὰρ πλέον ἐςὶ τί μαίνεαι; ȣ̓ ποτε φῦκος

καὶ ςίμυθος τεύξει τὴν ἑκάβην ἑλένην.

Quæ Diſticha, ut Thomas Morus tranſtulit, ſic Latinè decurrunt.

Sæpe caput tingis nunquam tinctura Senectam,

Aut tonſura genis quæ tibi ruga tuis.

Deſine jam faciem ſtibio perfundere totam

Ne perſona tibi hæc ſit modò, non facies.

Cùm nihil adſequeris fuco, ſtibioque, quid amens

Vis tibi? nunquam Hecuben hæc faciens Helenen.

NOTA I.

De Calvitio.

Laudandi-ne, an vituperandi; quos afficit?

QVIA oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcunt, ipſa Diſputationis ratio poſtulare videtur, ut poſtquam de Crinibus & Comis egimus, etiam de Calvitio diſſeramus.

Nota eſt Hiſtoria Æſchyli, quam Promantici exagerant, ut cum qui calvus ſit, fore infelicem, & infauſtum oſtendant. Prædictum enim erat Æſchilo, ponderis è ſublimi lapſi impetu vulnerandum, & moriturum, & ideò ſemper habitabat in campo. Cùm ſemel nudo capite inter herbas ad auram (Hiſp. *al freſco*) poſt meridiem ſederet, nubium hoſpita ſupervolabat Aquila, teſtudinem uncis unguibus deferens. Caputque illud nudum ex alto deſpiciens, lapidem rata, teſtudinem, ut ſic eam frangeret, & edere poſſet, dimiſit, & occîdit Philoſophum: Et huc reſpiciens *pag.* 135. Guzzius olim hoc Tetraſticho invadit.

Dum fati dubius vacuo ſedet Æſchylus agro

Decidit in miſerum mors animata caput.

Si prius, Ole, tui nudam Iovis armiger Ales

Vidiſſet calvam verticis, occideras.

An cæteros infelices reddãt?

Non ſolùm miſeriis obnoxios eſſe calvos, ſed cæteros, apud quos degunt, miſeros reddere, in theatro Oſſorellus (erat Comicus excellentiſſimus) probaturus Salmanticæ, Pharaonem, Acabum, Syllam, Caipham, Anam, Herodem, Poncium Pilatum, alioſq; homines crudeliſſimos in exemplum produxit; & hos calvos fuiſſe ad antiquas picturas, quæ proſtant ibi in Eccleſiis recurrens, Auditoribus imperitis perſuaſit.

Recenſentur aliqui ſceleratiſſimi homines qui fuerunt calvi.

An id probent picturæ?

Sanè extare ibi illas picturas certum eſt. At illæ nec probant illos, quos dixi, calvos fuiſſe; nec, ſi probarent, ex eis poſſent (pauci enim ſunt) conſequentiam generalem inferre. Sanè

——— *Pictoribus atq; Poëtis*

Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Heliſæus & Iulius Cæſar calvi fuerunt.

Et quid in, ſi deſertur picturis, omnes Antiqui Teſtamenti Patriarchæ, & pleriq; Eccleſiæ Primitivæ Patres pinguntur, calvi. Heliſæus re verà calvus fuit, reverà Iulius Cæſar: & cognoſco clementiſſimos Principes, quos Calvitium honorat. Et ideò ad Comicum illum convertens orationem, ſic inquam.

Etiam alii clementiſſimi Heroes.

Calvitium non eſt vitium (Oſſorelle) ſed ingens

Candidi & ingenui pectoris indicium.

NO-

NOTA II.

De Calvaria.

An, & quid loquatur? Quid de regimine Vitæ, & quid de preparatione ad mortem nos doceat?

Morale in rebus omnibus Monitum, Reſpice finem.

EST Vita Humana expeditio quædam Militaris, quæ componitur partialibus expeditionibus. In tota, in ſingulis Prudentia *Finem reſpice* exclamat. Audiunto Pleſſium, has Veritates edisserentem.

Mirar el fin en la Empreſſa,
Es la mas derecha Pauta [*]
Del buen ſuceſſo, y por eſſo
Sin duda aquel de la Thracia
(Gran Cam, Amurates, era)
Siempre, que a comer llegaba,
Tenia pueſta en la meſa
Vna calavera Infauſta;
En cuyo papel de buſſo [a]
Negras letras aſsi hablaban.
Mira el fin antes que empiezes
Qualquiera intẽto, que tratas;
Que, ſi eſte fué ayer lo que eres,
Tu ſeras lo que el mañana.
Firmaba abaxo, El Imperio.
O Gentilidad Chriſtiana,
Digna de haber merecido [b]
Del fiel Bautiſmo la gracia.
Ya haveis entendido el texto,
Y que en periphraſis habla
Eſpecialmente con todos.
La lengua de la Mortaja,

*] Nomen reſpondens voci *Pauta* in lingua Latina nõ reperio. Eſt autem *Pauta* charta delineata, quam infra illam, in qua ſcripturi sũt, ſolent Graphiarii ponere, ut canones parallelas & rectos ſcribant.

a] *Oſſea papyrus.*

b] Loquitur ut Poeta: non enim actus naturales eò venire poſſunt, ut promereantur ſupernaturalẽ gratiam.

Sanè in ipſo principio prudentẽ Virum finem proſpectare debere, & in hodierna die debere craſtinam conſiderare, nos monet Mirademeſcua, tametſi diverſo conceptu. Audi hunc ingenioſum Apologum.

Vna Hormiga en ſu hormiguero
Sacaba con alegria
Lo que en el verano havia
Recogido en ſu granero.
Llegó una Cigarra, y dixo,
De aqueſto me puedes dar,
Pues no lo puedo ganar,
Que es el invierno prolixo.
Mas la Hormiga con gobierno
La reſpondio en canto llano;
Pues cantaſte en el verano,
Danza hermana en el invierno.

Ita in Comœdia, quæ inſcribitur *El Principe de Orange*: quæ habetur part. 34. num. 20.

Decir algo en canto llano, eſt veritatem aliquam claré & ſine ambagibus dicere.

Intra Politicæ terminos hoc Amuratis Monitum ſe continet; & quia ille de vitâ æternâ parùm erat ſolicitus, illam non cogitabat, cùm tamen nos Calvaria admoneat univerſos, ut ita procedamus, dum vivimus, ut anteacta vita nobis in articulo mortis ſolamini. Et ideò in noſtris cœmœteriis ſub Calvariâ legitur hoc Pentaſtichon.

Tu que me miras a mi
Tan triſte mortal y feo,
Mira peccador por ti,
Que qual tu te ves, me vi;
Veerte has, qual yo me veo.

Monitum Spirituale, quod in cœmœteriis Hiſpanis lectitatur.

Vir enim prudens, ſi mortis miſerias, & reddendæ rationis poſt mortem certitudinem, & ſeveritatem meditetur, nullo modo peccabit.

Numeros Profanos Poëtæ aliqui cum laude in Sacros per Parœdiam convertunt; at profanari Sacros *in 2.2.qu.* 13.*art.2.num.9.* incriminatur. Lorca; &, qui mitiùs loquuntur, venialis ſaltem culpæ condemnant. Et tamen præcedentes, tametſi valde ſerios, & à Musâ piâ & devotâ dictatos, in libro, qui *El Caballero de la Tenaza* inſcribitur, ad nugas & jocos Quevedus revocat, & deletâ voce *peccador* vocem *talegon* ejus loco ſubſtituit: jubetq; ut vacuus pecuniarum Saccus, muro appenſus, iiſdem omninò verbis, Saccos pecuniis fartos, qui in thecâ, quæ è regione proſtat, includuntur, adloquatur.

An Sacri Verſus in profanos poſſint per Parœdiam tranſire?

Talegon *quid ſignificet?*

NOTA III.

De Cerebro.

An ab ipſo proveniat morum Animalium diverſitas?

VNA ex præcipuis Capitis partibus (ne dicam Corporis) cerebrum eſt: in eo enim ſenſus Interiores, qui externis nobiliores, reſidere dicuntur: & Cordi, nec ſubeſt, nec cedit. Et hanc ob rem poſtquam de Comis diſputavi, & antequam agam de Capite, nonnihil de Cerebro interloquuturus ſum.

Quem dignitatis locum inter alias corporis partes, ſuerit ſortitum cerebrum?

Illud ſanè, ſecundum ſuam eſſentiam Phyſicam, eſt capax varii temperamenti, & juxtà qualitatum primarum varietatem diverſos ſortitur effectus. *Tertio libro* Lucretius.

Eſt etiam calor ille animo, quem ſumit in ira,
Cùm ferveſcit, & ex oculis micat acriùs ardor.
Eſt & frigida multa comes formidinis aura,

Quà ciet horrorem membris, & concitat artus.
Eſt etiam quoq; pacati ſtatus aeris ille,
Pectore tranquillo, qui fit, vultuq; ſereno.
Sed calidi plus eſt illis, quibus acria corda,
Iracundaq; mens facile effervescit in ira:
Quo genere in primis vis eſt violenta leonum,
Pectora, quò fremitu rumpunt plerumq; gementes.
Nec capere irarum fluctus in pectore poſſunt.
At ventoſa magis Cervorum frigida mens eſt,
Et gelidas citiùs per viſcera concitat auras;
Quæ tremulum faciunt membris exiſtere motum
At natura boum placido magis aëre vivit,
Nec minus irati fax umquam ſubdita percit,
Tumida ſuffundens cæcæ caliginis umbras.
Nec gelidi torpet telis perfixa pavoris:
Inter utroſq; ſita eſt cervos, ſævoſque leones. &c.

Sunt diverſi in brutis mores, quia in iiſdem cerebrum aliter & aliter eſt temperatum.

Græcè nomen habet à loco, nam ἐγκέφαλος, hoc eſt, *in capite poſitum* dicitur: & videtur rerum Mater Natura in ſedem illud dignitati, & præſtantiæ congruentem collocaſſe; ſcribit enim *lib. 1. de Hiſt. Animal.* Ariſtoteles. *Cerebrum Capitis priorem obtinet ſitum, non modo in homine, verùm in cæteris Animantibus, quibus ea pars data eſt.* Vnde *libr. 1. Tuſc.* Cicero. *Hic habet ſenſus arcem, hic culmen altiſſimum, hic mentis regimen.* Et horum Realdus columb. *de re Anatomic. libr. 8. cap. 1.* verba hoc Scholio dilucidat, *Cerebrum,* inquit, *inter Humani corporis partes principem locum obtinere nemini dubium eſſe debet, ut ſitus oſtendit, quod illud in altiſſima corporis parte Deus Opifex collocavit, quaſi in munitiſſima arce ut minùs eſſet injuriis obnoxium.* Et poſuit illa verba, *ut ſitus oſtendit*, ut moneret Lectores, non ſolùm Res, ſed & rerum Loca, & ſitus eſſe virtuali voce prædita, & ad integram colloquutionem cum cæteris circumſtantiis concurrere.

De Græco Cerebri nomine.

Cur in Capitis vertice poſitum ſit?

An Locus, & ſitus ſint Conſignificantes, & Colloquentes Circumſtantiæ?

Pergit Realdus & ait. *Cerebri uſus mirificus eſt; quod ſcilicet, tum ſenſus, tum motus principium exiſtit: abſq; uſu enim Cerebri homo eſſet inſtar ſtatuæ cujuſdam, motus, ſenſuſque expers. Præterea ſedes eſt Animæ ratione præditæ* (& κατ' ἐξοχὴν ſic loquitur; licèt enim Rationalis Anima ſit forma Corporis, & in toto ipſa ſit, & in qualibet parte; in Capite & Cerebro præcipuè reſidere videtur) *A Cerebro Viſus, Auditus, Guſtus, Odoratus* (& cur non etiam Tactus? quia Tactus hujus Viri ſententia, non eſt particularis quidam ſenſus, ut opinatur Vulgus Philoſophorum, ſed eſt omni ſenſui quoddam prædicatum commune; ſinguli enim ſunt ſpecies Tactus) *& Loquutio proficiſcuntur. His enim actionibus quantum Cerebrum utilitatem afferat, vel Idiotæ ipſi norunt.*

De uſu Cerebri.

An Rationalis Anima ſit in toto corpore?

De ſenſuum numero.

An ſinguli ſint ſpecies Tactus?

AR-

ARTICVLVS V.

ΚΕΦΑΛΟΛΟΓΙ'Α.

De Capitis Colloquutione.

Porta Phyſiogn. libr. 2. cap. 1.

NON expedit, ut qui omnes volumus Æquivocationes elidere, eidem occaſionem præbeamus. *Nos cum Ariſtotele*, ait Baptiſta Porta, *totum id* Caput *vocamus*, *quod collo ſuſtentatur*. Et Iovem nutu capitis omnia facere, affirmavit Homerus, nam Iliad. 1. quo fiant modo tonitrua expoſiturus cecinit.

Apud Homerũ Iupiter Capitis nutu omnia facit & regit.

Κρατὸ ἀπ' ἀθανάτοιο μέγαν ἐλέλιξεν Ο'λυμπον.

Immortals capite magnum concuſſit Olympum.

Quantitatem (eſt enim primum ſubſtantiæ accidens) conſideremus. An-ne ex Capitis corporea mole Virtutem metiri potenimus? Porta, ſic ſcribit. *Capitis magnitudo materiei potiùs abundantiam, quòm virtutis excellentiam indicat. Ego ad Aſinos referrem, quorum caput eſt grande: ipſi ineptiſſimis ſunt moribus ſtolidi, generes animo, timidique. Inter Aves ad nocturnas, ut Noctuas, & Bubones: quæ omnes capita enormi magnitudine habent, ex otio prodeunt, è pedibus exeunt, nimio pondere capitis detenta. Ovidius de Aſcalapho in Bubonem mutato.*

An à Capitis mole judicium de Virtute ſeratur?

De Noctuis, Bubonibus, & cæteris nocturnis Avibus.

—— Sparſumq; caput Phlegetonide lympha
In roſtrum, & plumas, & grandia lumina vertit.
Ille ſibi ablatus fulvis amicitur ab alis
Inq; caput creſcit. &c.

Nulli Avium caput majus. Nocturnum eſt animal: nam, ſi de die appares, à cæteris Avibus præ ſua ignavia deplumatur. Falcones qui magnum caput habent, non laudantur, quod ad Avium nocturnarum ſpeciem accedont.

De Falconibus.

Hoc etiam obſervamus in Piſcibus: nam qui magno capite prædi ti, ſtupidi ſunt, & ignavi. Inter cæteros notiſſimus eſt Vranoſcopus. (alii eum vocant Hemerocatem.) Vnde Oppianus.

De Piſcibus.

De Vranoſcopo. Qualis ſit?

Stultitiæ inſignem memorabimus Hemerocatem,
Segnitiaq; omnes ſuperantem quos creat æquor.

Κεφαλος etiam, quem *Capitonem* dicimus, quia caput magnum, ideò & ignaviam magnam habet.

De Capitone.

Ex Brutis ad Hominem Phyſiognomicum Porta argumentum deducit, & Vitellium Cæſarem in exemplum proponit, quem ineptiſſimum, & ſtupidiſſimum fuiſſe Hiſtoriæ illius ævi demonſtrant; & habuiſſe nimium caput, præter ipſummet nomen (dictus enim fuit à capite vitulino Latinè Vitellius, qui potuiſſet Græcè Βυκέφαλον appellari.) perſuadet Statua marmorea, quæ in Hadriani Spatafori Muſæo nuper conſpiciebatur.

An ex brutis ad homines procedat Argumentatio?

De Imperatore Vitellio. Quale caput habuerit?

De Bucephalo Alexandri Equo, Lege Agellium libr. 4. cap. 3.

SECTIO I.

Caput pulchrum delineat: nonnulla vocabula examinat; & diſputat de dentium numero.

TOtum quod ſubcollatur, ſumpto in ſeveritate rigoroſa vocabulo, *Caput* dicitur. Habet diverſas partes (Occiput, Sinciput, Cerebrum, Frontem, Oculos, Naſum, Genas, Os, Dentes, Mentum. &c.) &, ut meliùs poſteà agere poſſimus de ſingulis, omnes ſimul in aliqua pulchra Virgine conſideremus. Multæ occurrunt ab Eruditis Vatibus elaboratæ, Dearum, Nympharum, ac Mulierum Imagines, quibus cum collata pulchritudo Veneris obnubiletur. Nobis ſufficiat unica. Ponemus ergo ob oculos Babyloniæ Reginam, cujus pulchritudinem D. Petrus Calderon coloribus iſtis depingit.

Quid ſignificatur & intelligatur voce Caput?

Capitis partes.

De ſuperciliorũ colore.

Vna punta del cabello
Suplia la falta y era,
Que à las cejas azechava,
Como diziendo, eſtas cejas
Hijas ſon de mi color,
Y quiero baxar por ellas,
Porque el amor no ſe alabe
De que las lleuò por maeſtra.

Nigri in facie illa Oculi erant Æthiopes in nivibus Alpium degentes.

Los ojos negros tenia!
Quien penſara, quien creyera,
Que reynaſſen en los Alpes
Los Ethiopes? pues pienſa,
Que alli ſe vio, pues ſe vieron
De tanta nevada Eſphera
Reyes dos negros boçales,
Y tan boçales, que apenas
Politica conocian,
Su Barbaridad ſe mueſtra

An Oculi barbariſmos committant?

En que mataban, no mas,
Que por matar, ſin que fuera
Por rencor, ſino por uſo
De ſus deſparadas flechas.

De Naſo.

Eſt difficillima Vultus Humani pars: nam propter ipſum in perfectionum & decorum oceano, eximia ſuerunt Pulchritudines naufragium paſſa.

Paraque no ſe abroſſaſſen
Los dos en civiles guerras,
Su juridicion partia
Proportionada, y bien hecha
Vna balla de criſtal,
Sin que çoçobraſſe en ella
La perfeccion, ſiendo aſſi,
Que la nariz mas perfecta,
Es el mar de las facciones,
Eſcollo es donde las velas
Del baxel de la hermoſura
Correu la maior tormenta.

De genis.
— In ipſa Purpureis fuerant lilia miſta roſis.

De ſus mexillas la tez
Era otra union de diverſas
Colores: viſte la roſa,
Mas incendida y ſangrienta
En la purpura de Venus?
La açuçena viſte en ella
La candor del Aurora?
Pues tu alla te conſidera
Eſſa açuçena, eſſa roſa,
Atadas entre ſi miſmas
En ſu maxillas veras
Al inſtante que las veas,
A la roſa deſteñida [d]
E teñida a la çuçena.

d] Eſt pulcherrimus dicendi modus. Ego Latinè dicerẽ, Albeſcunt Flores Lili candore rubeſcunt Lilia puniceæ tincta rubore Roſæ.

De Ore.

La boca corte del alma,
Donde la hermoſura reyna,
Ya ſeveramente grave,
Ya dulcemente riſueña,
Era, no digo una joya
De corales, y de perlas,
Que eſta alabança coman,
Ya es particular ofenſa,
Sino a un archivo de todo
Quanto la naturaleza
Pudo aſſegurar, y anſi
Grande buno de ſer por fuerça.

An laus communis, injuria cenſeatur ſpecialis?

Al cuello, blanca coluna,
Que eſte edificio ſuſtenta,
Era de marfil al torno,

De Collo.

De cuya hermoſa materia
Sobre par hazer las manos,
A emulacion de ſi meſma.

De Manibus.

Eſte pues menſtruo Divino,
Venus mandò, que eſtuviera
Oculto, porque Diana
Le amenaçò con tragedias.
Naciò de una Nympha ſuya,
Y entregandola a las fieras,
La defendieron las aves,
De quien el nombre conſerva.
Pues Semiramis *ſe llama*
Que quiere en la Syria lengua
Dezir La Hija del Ayre.
Eſte es ſu nombre, y ſus ſeñas.

Semiramis *in lingua Aſſyria* Aeris Filiam *ſignificat.*

Cur hoc nomen ſortita ſit Babylonia Regina?

Addamus etiam imaginem, quæ præmiſſam dilucidet. Exhibeamus igitur Babylonicam Thisben cuius hiſtoria (cogitata, aut vera) pleriſque omnibus nota, nova narratione non indiget. Thisben igitur D. Ludovicus de Gongora in illo nunquam ſatis celebrato Poëmate, quod incipit, *La Ciudad de Babylonia*, lineis iſtis depingit,

Pyrami & Thiſbes mortem multi Authores eruditionis penicillo pinxerunt.

En el interim [*] *nos digan*
Los mal formados raſguños
De los pinceles de un Ganſo
Sus dos hermoſos dibuxos.

Dos dibuxos *dicit; quia non ſolùm Thisben, ſed etiam Pyramum ingenioſè delineat.*

Terſo marfil ſu eſplendor,
No ſin modeſtia, interpuſo
Entre las ondas de un Sol
Y la luz de dos carbuncos [a]
Libertad dice llorada
El corvo ſuavè [b] *luto*
De unas Cejas, cuyos arcos
No ſerenaron diluvios.

a] *Carbuncula* dicitur: & per ſyncopen non ſatis uſitatam *carbunclo*.
b] Vocem *ſuave* jubet eſſe triſyllabam.

Lucente chryſtal laſcivo
(La tez, digo de ſu [*] *vulto)*
Vaſo era de claveles,
Y de jazmines confuſo.
Arbitro de tantas flores
Lugar el Olfato obtuvo [c]
En forma, no de Nariz,
Sino de un blanco almendruco.

c] *Tuvo* dixiſſem Ego: licet enim *obtenor* in præſenti dicamus, in præterito *obtuvo* non dicimus.

Vn rabi concede, o niega,
Segun alternar le plugo,
Entre veinte perlas netas [*]
Doze aljofares menudos.

Dentium numerus.

De plata bruñida era
Proporcionado cañuto,
El organo [*] *de la voz*
La cerbatana del guſto.

De collo.

Las pechugas, ſi havo Phenix,
Suyas ſon; ſi no la huvo,
De los jardines de Venus
Pomos [*] *eran no maduros.*

De uberibus.

El & catera [*] *es de marmol,*
Cuyos relieves occultos

De reliquo corpore.

Vt-

Vltraje morbido hizieran [*]
A los Divinos deſnudos.

Duo brevia Scholia, alterum circa voces, alterum circa rem, ſubjiciamus.

Voces nonnullæ peregrinæ explicantur.

VOces, quæ notantur ſtellulâ, non ſunt Hiſpanicæ; nec ſatis ab Hiſpanis receptæ.

Interim vox purè Latina eſt, à præpoſitione *inter* deducta: apud Hiſpanos admittit alteram præpoſitionem, dicimus enim *en el interim*, aut ut alii malunt *en el inserin*, & cùm caſtè, & purè loquimur, *entretanto*.

Interim, *Hiſp.* Entretanto. Vultus, *Hiſp.* Vna coſa de vulto.

Vultus eſt etiam vox Latina: ut ſtatuam à pictura diſtinguamus, dicimus, *eſto eſtaba pintado; aquello era de vulto*: nomen autem *vulto* pro facie non accipitur.

Ὄργανον, *Latinè* Organum, & *Hiſpanicè* el Organo

Licet *organum* Græcè aut Latinè pro quocumque inſtrumento uſurpetur, & poſſemus collum Græcè ὄργανον, & Latinè *inſtrumentum* vocare: ut enim conformetur vox,

Quæ & quot ſint humanæ vocis inſtrumenta?

Inſtrumenta novem, ſunt guttur, lingua, palatum,
Quatuor & denses, & duo labra ſimul

Interim illa tantùm enharmonica machina, quæ ex plurimis tubis componitur, & pulſatur in templis, appellatur *el organo*.

Pomum. *Lat.* *Hiſp.* el pomo de la eſpada.

A voce Latinâ *pomum*, enſis capulum ob ſimilitudinem *el pomo de la eſpada* dicitur: at mala, quæ naſcuntur in arbore non *pomos*, ſed *mançanas* vocamus.

Et cætera. *Hiſp.* lo demas.

Et catera eſt vox purè *Latina*, & ſonat Hiſpanicè *lo demas*; unde Chriſtoval Salazarius his verbis Tetraſtichon illud exponit. *Los demas miembros*, inquit, *que no ſe pueden nombrar, ni ver honeſtamente, eran de marmol; cuyos relieves ecultos hizieran ultraje morbido a los de las tres Deidades (Venus, Palas, y Iuno) la vez que Paris fuè ſu Iuez, y declarò qual era la mas hermoſa*. Hiſpanus præfigit articulum, ſcribit enim *el & catera*, aut voce corrupta *el ecetera*.

Eſt vocabulum donatum Hiſpania. Quo modo ſcribatur Hiſpanicè?

Quo modo character &c. legendus ſit?

Hic character *&c.* paſsìm invenitur in libris; at, ut video, male plerumque legitur: multi enim dicunt *& catera* per omnes caſus: cùm tamen juxta exigentiam præcedentium deberent nomen illud inflectere. Conſidera ſequentes lineas.

An inflecti debeat?

Vaſa aurea, argentea, cuprea, &c. *Ioannes, Aurelius, Livius, &c. Aldi Polymnia.* *Cæſaris filii; Mariam, Tereſiam &c. ſorores excludentes inter ſe diviſerunt: Stibium, Gnitium, &c. ſervos manumiſerũt, & cum manifeſta Sturnii, Theodori, &c. cognatorum injuria ſibi ipſis agros communes appropriarunt.*

Corrigitur error communis.

Ecce character *&c.* pluries recurrit; & tamen ſemper debet aliter & aliter legi: quoniam in primo loco *& catera*; in ſecundo *& cateri*; in tertio *& caseras*; in quarto *& cateros*; & denique in ultimo *& caterorum* debes legere. Eſt Canon certus; & tamen non vidi, qui illum perfectè obſervet.

Nomen neto *quid ſit? Vnde proveniat?*

Nomen *neto* eſt Italicum, & ſonat *purum*. Illud ad linguam noſtram tranſtulit D. Ludovicus, Thiſbeſque dentes *perlas netas*, ſeu *gemmas puras* eſſe voluit. A verbo *Neo, nes, nevi, netum*, vocem linguæ Italicæ Profeſſores deducunt; &, ſi ſtetur origini, ſiquidem *nere* eſt Hiſpanicè *hilar*, & *aurum netum* eſt *oro hilado*, tunc *gemma* netæ erunt *perlas enhiladas*, aut, ut frequentiùs dicimus, *un hilo de perlas*. Sed id non ſtat; quoniam, ut libr. *peri hermenias* nos docet Ariſtoteles, aliud eſt unde ſumitur; & aliud, quod ſignificat nomen. Demonſtratq; hoc ipſum nomen *morbido*, nam à *morbus* deducitur, & Italicè non *rem morbo laborantem* ſignificat, ſed *rem levem, & blandam*.

Oro hilado.

Perlas enhiladas. Vn hilo de perlas.

Vox morbido. *Quid ſit Italicè?*

An ſibi indulgeat Gongora, quod incriminatur in aliis?

Ecce tribus linguis (Latinâ, Italicâ, & Hiſpanicâ) non ſine gratia Gongora in ſuis carminibus utitur, vel abutitur. Non eſt ergo, cur aliis neget facultatem, quam ſibi frequentiſſimè adrogat: ut enim, ſi illum legeris, videris, multas audacter voces ex linguis peregrinis uſurpat, & tamen Orphei Fabulam, quam erudito & ingenioſo calamo D. Ioannes de Xauregui, quod nonnullas in ea voces ex Latio & Thuſciâ in Hiſpaniam translatas minùs amicè legerit, *trilinguem* vocat in Epigrammate quod incipit, *Es el Orpheo del Señer Don Iuan*: ibi enim ait, *Bien; pues ſu Orpheo, que trilingue canta*. &c. Ergo vult eſſe exlex, & aliis leges rigoroſas præſcribere. Et hæc circa voces adnotaſſe ſufficiat.

De dentium numero.

TRanſeo ad numerum dentium: duos enim ſupra triginta Thiſbe adtribuit. An-ne erravit in numero?

An ſint triginta duo?

Caſſiodorus non diſtinguens inter marem, & fœminam triginta duos eos eſſe dicit: nam *libr. de Anima cap.16.* interrogat, *Cur triginta duobus dentibus gingivarum noſtrarum ordo clavatus ſit.*

An viri plures habeant, quàm fœmina?

Diſtinctiùs loquitur Ariſtoteles, *libri* enim *ſecundi de Hiſtor. Animal. cap.3.* (ſi eſt ejuſdem hic liber) ait, *Maribus ineſſe plures dentes, quàm fœminis; ut in genere ovium, ſuum, caprarum.* &c. Illum ſequitur Plinius *natural. hiſtor. libr.11. cap.37.* dicens, *Cæterò; maribus plures quàm fœminis, in homine, pecude, capris-ve.* At neuter numerum definivit. Galenus verò majorem diligentiam adhibuit, in libro enim *de natura & ordine cujuslibet corporis*, cap. *de diſpoſitione plaſmat. fœtus in utero.* ſic ſcribit. *Dentes etiam habent viri triginta duo, mulieres autem triginta. Author Apollonius memorat.* Et hanc iterum reponit reſolutionem libr. *de anatomia viror.* cap. *de dentib.* inquit enim. *Dicunt autem ſecundum curſum naturalem in homine, numerum: triginta duo dentes; ſedecim in ſuperiori mandibula, & totidem in inferiori.* Et quia de miraculis nihil ſcivit Galenus, non hîc ipſe ab ordinaria potentiam abſolutam diſtinguit, & idcò illa verba *ſecundum curſum naturalem*, nihil aliud, quàm *regulariter loquendo* ſignificant; innuuntque aliter poſſe & ſolere evenire per accidens.

An fœmina habeant tantùm viginti & octo?

Quid apud Galenum curſus naturalis ſignificet?

An fuerit hallucinatus Gongora?

Erravit igitur (inſeret ſtatim Lector) D. Ludovicus triginta duos dentes Thisbæ attribuens, cùm pauciores deberet.

Quinam dicantur Critici?

Poſſet Criticus (hoe enim nomine vult ſignari Grammaticus) ſe à Philoſophica controverſia ſubtrahere, & citatis Authoribus conſentiendo dicere, noſtrum voluiſſe Gongoram Thisben eſſe viraginem, & ideò tot illi dentes adtribuiſſe, quot viris.

An ſint certa, quæ de dentibus ab antiquis ſcripta?

At tu, rem ipſam accuratiùs examinans, dic eſſe omnia, quæ de numero dentium à Philoſophis, & Medicis ſtatuuntur, incerta. Huc enim reſpiciens ſcribebat Galenus illa verba, *ſecundū curſum naturalem*, ut ſciamus hunc quidem numerum regulariter eſſe, poſſe autem & ſolere eſſe alium. Ita Avicena *libr.1. doctr. 5. de dentib.* Philo *lib.2. cap.71.* aſſerunt enim multos viros non niſi viginti-octo habere: immò inquit Philo. *Ego verò dico, quod vidi homines, quorum ego ſum unus, qui non habent, niſi triginta; ſedecim in mandibula ſuperiori, & quatuordecim in inferiori.*

Quot dentes habuerit ipſe Philo?

At, quia hæc, ſiquidem minuunt dentium numerum, Gongoræ, qui in eorum numero exceſſiſſe dicebatur, non videntur ſavere, ut ejus ſententiam propugnemus, Authorem, qui dentium numerum augeat, addamus nimirùm Cœlium Rhodiginium, qui *lect. antiquar. libr. 4. cap.1.* ad rem noſtram ſcribit. *Dentium numerus in homine ad duos increſcit & triginta, Authoribus Galeno, & Avicena* (locos & verba jam poſuimus) *nec tacuit primo collig. Averroës. Fœminis rarò plures adnaſcuntur, quàm duo de triginta.* Et conſultò dixit *rarò* & non *nunquam*, ut ſciamus oppoſitum evenîre nonnunquam. Ergo, ſi Thisbe rara in cæteris fuit, quid mirum, ſi quod rarum eſt, in ipſa, ſic jubente Gongorâ, verificetur?

An aliquando fœmina plures quàm viginti octo dentes habeant?

Quid doceat experientia?

Cæterùm, quidquid de Antiquorum ſcriptis, experientia nos docet, dentes enatos in inſantiâ decidere; ſub annum ſeptimum triginta octo è gingivis emergere. Molares ultimi, qui ſub undevigeſimum annum pullulant (quos ab ætate maturâ, in quâ enaſcuntur, *las muelas del juicio* vocamus) rarò in fœminis; in viris autem priùs ſuperiores, & poſteà inferiores emergunt: unde accidere potuit, ut propter corroſivi alicujus humoris defluxum Philo & alii hos inferiores non habuerint.

Ab horum dentium, qui in fœminis nō reperiuntur, nomine ſumūt occaſionem Satyrici, ut prudentia non ſine gratia fœminas carere dicant.

SECTIO II.

Proponuntur & dilucidantur nonnulla Taciti Capitis colloquutiones.

E Civitate egredior: venio in campum, ſegetes lætas, & maturas proſpecto: & exclamo.

Sunt homines ſpica. Scis unde id colligo? namq;
Superbiunt leves, caputq; ſubrigunt;
Illoq; demiſſo aſſident viri graves.

Et quidem *demittere caput* Pœnitentiæ, & Humilitatis eſt ſignum. 3. *Reg.* 21. Domini nomine mortem infelicem Acabo minatus eſt Elias: *& cum audiſſet Acab ſermones illos,*

Caput inclinatum habere, *quid ſignificet?*

ſci-

ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, jejunavitq; & dormivit in ſacco, & ambulabat demiſſo capite. Et tunc ad Eliam Thesbiten Dominus. *Non-ne vidiſti humiliatum Acab coram me?* &c.

Quaſsare Caput, quid ſignificet?

SANE *Caput viciſſim inclinare & attollere*, ſi ſine advertentia fiat, ſignum eſt animale, & ſubrepere ſomnum ſignificat. Quo reſpiciens Ovidius ſomnum his coloribus & pigmentis depingit.

Eſt ingruentis ſomni ſignum.

> —— *Tardaque Deus gravitate jacentes*
> *Vix oculos tollens, iterumq; iterumque relabens,*
> *Summaq; percutiens nutanti pectora mento.*

Et ſimilem Capitis motum in percitis irâ percipimus: quod ſupponens Virg. *Æneid.* 7. Iunonis turbationem ſic exprimit.

Iram etiam ſignificat.

> *Sæva Iovis Conjux, aurasq; invecta tenebat,*
> *Et lætum Æneam, claſſemq; ex æthere longè* [a]
> *Dardaniam, ſiculo proſpexit abuſq; Pachyno.*
> *Moliri jam tecta videt, jam fidere terræ:*
> *Deſeruiſſe rates. Stetit acri fixa dolore* [b]
> *Tum quaſſans caput, hæc effudit pectore verba.*
> *Heu Stirpem inviſam, & fatis contraria noſtris.* &c.

Dea Iuno perturbatur paſſionibus.

Et poſteà *Æneid.* 12. Æneæ, & Turni deſcripturus ſingulare certamen, ſic inquit.

> *Æneas inſtat contra, telumq; coruſcat.* &c.

Lucretium Virgilius imitatur.

Et verſus cæteros dabimus ſub hujus articuli finem; ubi enim, ut Hiſtoria myſterioſa exponatur, deberent neceſſariò reſcribi. Fuit autem Virgilius imitatus Lucretium, apud quem,

> *Iamq; Caput quaſſans, grandis ſuſpirat Arator,*
> *Crebriùs in caſſum magnum cecidiſſe laborem.*

OCcurrit antiqua cæremonia, quæ jam lapides, jam flores, jam herbas trans caput præcipiebat immitti. Illius memoriam apud Virgilium *Eclog.* 8. reperimus.

Quid ſit trans caput jacere?

> *Fer cineres Amarylli foras, rivoq; fluenti*
> *Transq; caput jace, ne reſpexeris: hic ego Daphnin*
> *Aggrediar. Nihil ille Deos, nil carmina curat.*

Hinc volunt Servius, & Aſcenſius Incantationum omnium vanitatem oſtendere. Servius. *Satis eſt, quod putat Artem Magicam nihil valere.* Aſcenſius. *Latenter innuit Poëta Magicis carminibus nullam eſſe virtutem, cùm ne ruſticum quidem movere poſſint*, Et ego ſicut carminum vires Magicas rideo, ſic etiam aſſero ex his carminibus eſſe ridendas non probari. Si enim Daphnis timeret Deos, & tamen contemneret Magicam, argumentum ſtaret: at ab homine reverà ἀθέῳ, non poteſt ſolidum argumentum deduci, poſſet enim quis dicere, Daphnin ſicut negando reverentiam Numinibus, ſic & contemnendo vires carminum exorbitare.

An carmina habeant virtutem Magicam?

An Daphnis fuerit atheus?

Cœremonia, cujus Poëta meminit, jubet, ut Amaryllis ferat cineres, eoſque ſupra caput (meliùs Hiſpanicè, *por encima de la cabeça*) in flumen jaciat, & non reſpiciat retrò. Et quid ipſa ſignificat? Tanta ſe confidentia & ſecuritate ſua negotia Numinis providentiæ concredere, ut de illis ampliùs cogitare non velit, ne quid de illis fiat, aut videre, aut reſcire: unde ſimili phraſi de illo, qui Monita ſalubria deſpicit, ſolemus dicere, *Que los buenos conſejos ſe los hechò al trançado.*

Hechar al trãçado quid ſit?

Dicitur autem *trençado* à voce *trença* & *trença* à triplici funiculo, ex quo formatur, nomen habet. Ergo hinc demonſtratur clariſſimè, priſcos comam aluiſſe Hiſpanos, illamq; collegiſſe in occipite, qui mos hodie apud fœminas in aliquibus provinciis obſervatur.

Quales comas habuerint priſci Hiſpani?

Iudæi, ubi funeream pompam celebrant, præſcriptas orationes dicturi, provolvuntur in genua, herbaſque & pulueres trans caput jaciunt, ut ſic tranſire omnia humana ſignificent, quin ad noſtros unquam oculos ſint reverſura.

An, & cur Iudæi in funeribus herbas trãs caput Iaciant?

Du-

Capitis motus duplex eſt.

DVplicem in capite motũ oculatiſſimè Polyhymnia obſervat: nam vel antorſum retrorſumq; quaſſatur, vel ſiniſtrorſum dextrorſumq; torquetur. Prior motus, ut paulò antè diximus, dormitantibus, ſuccenſentibus, iratis, & maledicentibus competit. Lucretius lib. 2.

Iamq; caput quaſſans &c.

Quaſſant ſuum caput irridentes & illudentes.

Hæc phraſis adriſit Virgilio, illam enim, ut dixi, Æneid. 12. uſurpavit;

Ille caput quaſſans. &c.

Quæ verba Turni, militis arrogantis ſunt: & ſequentia Iunonis, iris percitæ, & in Deos irritatæ.

Tum quaſſans caput, hac effudit pectore dicta. &c.

De impotentia Iunonis.

Aſt ego Magna Iovis Conjux, nil linquere inauſum
Quæ petit infelix, quæ memet in omnia verti,
Vincor ab Ænea! Quod, ſi mea numina [b] *non ſunt*
Magna ſatis, dubitem haud equidem implorare quod uſquam eſt;
Flectere ſi nequeam Superos, Acheronta movebo.

De Iudæorum contra Dominũ noſtrum Ieſum-Chriſtum injuriis & blaſphemiis.

Hinc Evangelio lux, hac enim capitis quaſſatione patientem pro nobis in Cruce Chriſtum Dominum irridebant & exſecrabantur Iudæi. Suæ Evangelicæ Hiſtoriæ capite XXVII. verſ. 39. Matthæus. *οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες. ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν. At prætereuntes blaſphemabant eum, moventes capita ſua, & dicentes: Diſſolvens templum, & in tribus diebus ædificans, ſerva te ipſum.* &c. ſimilia omninò Capitis XI. verſu 29. ſcribit Marcus. *Καὶ οἱ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς, καὶ λέγοντες. οὐὰ ὁ καταλύων τὸν ναὸν καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτὸν, καὶ καταβὰ* [*] *ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. Et prætereuntes blaſphemabant (& irridebant) eũ quaſſantes capita ſua, & clamantes, vah qui deſtruis & in tribus diebus reædificas, ſerva te ipſum, & deſcende de Cruce.* &c.

*] καταβαῖνε.

De Capitis Inclinatione. Quid ſignificet?

HVmilitatem Pietatemq; ſignificat Capitis Inclinatio. S. Benedictus in Reg. cap. 7. *Duodecimus Humilitatis Gradus eſt, ſi non ſolùm corde Monachus, ſed etiam corpore Humilitatem videntibus ſe ſemper indices: id eſt, in opere, in oratorio, in monaſterio, in horto, in via, in agro, vel ubicumq; ſedens, ambulans, vel ſtans, inclinato ſit ſemper capite, defixis in terram* [*] *aſpectibus, reum ſe omni hora de peccatis ſuis exiſtimans, jam ſe tremendo judicio Dei præſentari exiſtimet; dicens ſibi in corde ſemper illud quod Publicanus ille evangelicus fixis in terram oculis dixit.* Domine non ſum dignus ego peccator levare oculos meos in Cælum. *Et iterum cum Propheta*, Incurvatus, & humiliatus ſum uſquequaq; *&c.*

*] Virgilius Æneid. 6. vt Dido eſse mæſtam ſignificaret, dixit, *Illa ſolo fixos oculos averſa tenebat.*

Humilitas in Veram & Falſam dividitur.

Non conſiſtit Humilitas in Capitis inclinatione, ſed inclinatio Capitis eſſe in Corde humilitatem ſignificat; unde, ſi illa non inſit cordi, & tamen inclinatione Capitis ſignificetur, adulterina & fallax eſt. Quamobrem S. Pater, qui cap. 1. de Sarabaitis dixerat, *Mentiri Deo per tonſuram noſcuntur*, impræſentiarùm diceret, *Mentiri Deo per Capitis inclinationem noſcuntur.*

De Hypocritis.

Et profectò eſſe multos, qui ſub externâ Humilitatis ſpecie, intrinſecùs ſuperbiſſimi ſunt, quotidiana experientia nos docet: unde hodie in tota Italia *Fa il collo torto* dicimus, ut aliquem eſſe hypocritam ſignificemus.

Iſaiæ 58.

Quando & qualis martyrio Iſaias fuerit coronatus?

Antiquus morbus eſt Capitis inclinatione fingere ſanctitatem, quoniam apud Iſaiam inquit Dominus, *Nunquid tale eſt Iejunium quod elegi. &c.? Nunquid contorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum, & cinerem ſternere?* Et quidem, ſi Iſaiæ tempore ingruerat in Iudæam iſte morbus antiquiſſimus eſt, ſeptingentis enim annis ante Chriſtum hæc ſcribebat ille, nam ſub annũ *696.* juſſu Manaſſis Regis ſerrâ exciditur.

Caput contorquere quid ſit?

Placet Deo Humilitas, quæ in Corde altas egit radices, & in corpus ſe inſinuat: hæc enim Vera Humilitas eſt. At verò illa Humilitatis umbra, quæ in mera Capitis inclinatione conſiſtit, mendax eſt. Et hanc ob rem, clamantibus, *Quare jejunavimus, & non aſpexiſti? Humiliavimus animas noſtras, & neſciſti?* reſpondet Dominus, *Quia in die jejunii veſtri invenitur voluntas veſtra*. ac ſi diceret, Hoc jejunium, quod offertis, & non accepto, non eſt quale Ego elegi & præſcripſi, ſed quale vos finxiſtis. Corpora humiliaſtis, non animas; nam in jejuniis

De Vero & Falſo Iejunio.

ve-

jejuniis veſtris, veſtra abundat voluntas, & mea contemnitur.

Bruſ. libr. ... cap 30.

An eadē verba vel ſigna, aliter à ſuperbo, & aliter à Prudente exponantur?

Ponam quamdam Legationem Symbolicam, quæ non videtur valde clara. [Scythiam cum numeroſo milite ingreſſus fuerat Darius, potentiſſimus Perſarum Rex: &, quia clima erat frigidum, & regio ſterilis, totus ejus exercitus rerum omnium inopia laborabat. Interim Hyperboreus Princeps, cum muneribus, videlicet mure, rana, ave, & quinque ſagittis ad Darium Oratores legavit.] Fatebor latiſſimè nomen *Legationis* patere: at non ſtatim capiam, quo modo per murem, avem, ranam, nec non ſagittas reſtringatur. Quoniam, ſi rem accuratè perpendam, adhuc hæc reſtrictio relinquit rem dubiam, & æquivocam, & reſtrictione alterâ indigere videtur: hæc enim ipſa ſigna, aliter ab Arrogantiâ, & à Prudentiâ aliter determinantur. Vnde Darius, quoniam ſuperbiâ obcœcabatur, *per murem terras, per ranam aquas, per avem equos, per ſagittas arma ſibi ſubjici*, fuit interpretatus: Gobrias verò, nam erat catus cautuſque, altiùs circumſtantias conſiderans, & præcipuè inſolentiam Scytharum, & Perſarum inopiam perpendens, ait Legatos non verbis, ſed illis ſymbolis ſui ſupremi Principis mentem exponere: quoniam vociferabantur taciti, & dicebant. *O Perſæ: niſi ut mures ſubeatis ſubterranea, aut ut ranæ inſiliatis in paludes, aut tandem avoletis ut volucres, citò eritis his ſagittis confecti*. Et promovebitur Apophthegmatis gratia, ſi ex ſagittarum numero, quinque eſſe Hyperboreas provincias, quæ contra Perſas deſcendebant, dicamus.

Exponitur Symbolica Scytharum ad Darium legatio.

N. B. Olim Symbolis, ſed jā uſu receptis, utebantur legati. Virg. Æneid. 11. *Iamque Oratores aderant ex urbe Latina, Velati ramis oleæ, veniamque precantes.*

Ergo ferre oliæ ramos, erat veniam deprecari. Virgilius *Æneid. 12. prope fin.*

Minas has, quas Hyperboreus ille Princeps ſymbolis ingenioſis evomuit, expreſſis verbis fulminavit Æneas in ultimo illo duello, in quo Turnum immolavit Pallanti. [a] Certamen cecinit Virgilius his verbis.

a] Turnō pepercīſſet Æneas, ſed ubi Pallantis proſpectavit ſpolia, quibus indutus fuerat Turnus, furiis accenſus, & ira exclamat.

Tu ne hinc ſpoliis indute meorum, Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere Pallas Immolat, & pœnam ſcelerato ex ſanguine ſumit.

Æneas inſtat contra, telumq; coruſcat [c]

Ingens Arboreum, & ſævo ſic pectore fatur. [d]

Quæ nunc deinde mora eſt? aut quid jam Turne retractas?

Non curſu, ſœvis certandum eſt eo minùs armis. [d]

Verte omnes te te in facies, & contrahe quidquid,

Sive armis, ſive arte vales, opta ardua pennis

Aſtra ſequi, clauſumq; cavâ te conde re terrâ. [e]

Ille caput quaſſans. Non me tua fervida terrent

Dicta, ferox: Dij me terrent, & Iuppiter hoſtis. &c.

Quaſſare caput *eſt aliquē contemnere, & contumeliis afficere.*

Ergo Hyperboreus Princeps, varia mittendo ad Cyrum Symbola, tacitus exclamabat, *Verte omnes te has in facies*, & illa oſtentando inculcabat. *Contrahe quidquid ſive armis, ſive arte vales*, & volucrem trudendo ob oculos, addebat, *Opta ardua pennis aſtra ſequi*. Et objectando murem, ſubjiciebat; *Opta clauſumq; cavâ te condere terra*: potuiſſetq; per ranam dicere, *Optaq; cavis te mergere in undis; Deficient vires, ſucceſſum Dea dira negabit*. Et Cyrus plura *caput quaſſans* in contemptum Scytharum diceret, quàm ſi verbis multis, eaſq; indigeſtas contumelias ferox & audax eructaret.

a] Ponitur *longè* pro *procul*; Et Calepini Auctores: *Pro eo quod Barbari dicunt* à longè. Ovidius *libr. 5. Triſt. Eleg. 1.*

An adverbiū à longè ſit barbarum?

——— *Longè provectus in oras Sarmaticas.*

Catullus *de com. Beren.*

——— *An quod amantes Non longè à caro corpore abeſſe volunt.*

b] Quoties lego Scriptores Antiquos, non ſatis miror, Deorum in numero recenſuiſſe perſonas, quas tam miseræ & graves paſſiones perturbarent. Græcis, Latiniſque prudentiores ſunt Americani, qui non niſi glorioſa de Diis, quos finxere, mentiuntur.

Non videntur de ſuis Diis ſeriò loqui Gentiles.

c] *Coruſcare* in rigore loquendo *ſplendere* eſt: & dicitur propriè de Cælo, cùm ſine tonitru fulgurat (Hiſp. *relampagea*.) Quia tamen gladii vibrati coruſcant, placuit Virgilio hoc verbum activè ſumere pro *vibrare*. Æneid. 10.

Coruſcare *quid ſit?*

Tela vociferans ſequitur, haſtamque coruſcat.

An ſumatur activè?

Et libr. 12.

— *Odiſque moras, haſtamque coruſcat.*

d] *Sævus* (quod alii per *a* & alii per *æ* ſcribunt) *crudelem* ſonat, & fere ſumitur in malam partem. Sed quia Virgilius *Æneid.* 1. cecinit.

Sœvus *ſonat* crudelem.

— *Sæva memorem Iunonis ob iram.*

Et libr. 4. Triſt. Eleg. 3. Ovidius.

— *Sævi Iovis ignibus ictus.*

videbitur in bonam etiam partem accipi: & poſſe epithetum, quod attribuitur Deo, etiam Viris fortibus & conſpicuis attribui.

An ſoleat ſumi in bonam partem?

AR-

ARTICVLVS VI.

ΟΠΟΛΟΓΙΑ.

De Vultus Colloquutione.

An Facies à faciendo dicatur?

DE vocis *Facies* etymo poſt Agellium *lib.13. cap.* 28. multa ſcribunt Authores. Eam Critici à *faciendo* deducunt, quòd non ſolùm quæ facit, ſed quæ homo cogitat, exponatur in facie. Græcè variè transfertur, aliis πρόσοψις, aliis ὤψ dicitur; & aliorum ſententiâ nullum in Lingua Græca eſt nomen, quod appellationis Latinæ vim exponat. Ad res alias transfertur, Ovidius libr. 1. eleg.1.

Cordis arcana prodit.

Hæc Troja facies, cùm caperetur, erat.

Quid ſignificet hæc vox apud Politicos?

Et libr.4.Triſt.Eleg.6.

Vrbis abeſt facies.

Ad Moralia traduxit vocem Virg. 6.Æneid.

Quid apud Ethnicos?

Qua ſceleram facies ô Virgo affare.

Et Georg.libr.1. —— *Tot bella per orbem,*

Tam multa ſcelerum facies.

Et quid tandè apud Rhetoricos?

Quintilianus verò ad Scholaſtica, inquit enim, *In ipſa facie* (Orationis) *quaſi vultus mutandus*. Differt à Vultu Facies, quia *Vultus* à volendo dicitur, nam prodit actus internos voluntatis. Servius. *Vultus eſt voluntatis indicium, qui pro voluntatis varietate mutatur*. Et huc reſpiciens quidam Iudex eruditus & prudens, dicebat examinando teſti, *De vultu tuo judicium meum prodeat*; & quoniam *u* & *n* ſunt ſimillimæ literæ, addebat, *De vultu tuo indicium prodeat*; impoſſibile eſt enim, quod falſi & perjuri teſtis vultus ſacrilegium non prodat. Scio alio hęc verba ſenſu dicta à Pſalmiſta fuiſſe; ſed ut ſonant & jacent aptiſſima in tribunalibus videntur eſſe. Vnde ſcitè libr.1.Eleg.Ovidius.

Quæ ſit differentia inter vultum, & faciem?

Ad rem præſentem Textus Biblicus attēperatur.

Me ſpecta, gnatoſq; meos, vultumq; loquacem.

quoniam tacente lingua vultus loquitur, & cordis arcana, etiam renuente voluntate revēlat. Et huc reſpiciens libr.3. *de Art.* ait Ovidius.

Ovidius. *Loquitur vultus etiā quandò maximè tacet.*

Pertinet ad faciem rapidos compeſcere mores,
Candida pax homines, trux decet ira feras.
Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine venæ,
Lumina Gorgoneo ſævius angue micant.
Odimus immodicos, experto credite, faſtus,
Sæpe tacens odii ſemina Vultus habet.

Sic ille ſpeculativè & univerſim. Et magis in particulari rem ediſſerens, Poëtarum Romanorum Princeps, ut ſymptomata exprimeret, quæ patiebatur Sibylla, cùm à Deo reciperet, quæ reddituta erat Oracula, dixit,

Virgilius libr. 6. Æneid.

Ventum erat ad limen, cùm Virgo, Poſcere fata
Tempus, ait, Deus ecce Deus: cui talia fanti
Ante fores ſubitò, non vultus, non color unus,
Non comptæ manſere comæ, ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument; majorq; videri
Iam propiore Deo. &c.

Latinos imitantur Hiſpani, apud quos Poëtę de indiciis è vultus mutatione deſūptis multa pulchra ſcripſerunt. Sæpè enim ex vultus pallore, & rubore conceptus ingenioſos deducunt. Cæliæ ſuæ Aurora Duciſſa Parmenſis dicebat.

In vultu, velut in charta Animus affectus & paſſiones ſcribit.

Mi Padrę, que en el papel,
De mi ſemblante leia
Mi triſteza, me ſacaba
A divertir a una Quinta
Algunas tardes, y yo
Guſtoſa con el ſalia,
Porque veia al Duque en ella;
Que era aliento de mi vida,

Ita in Comœdia, *Amor con razon vencido* [part.XXXIV.num.XI.] Et in alia, quæ inſcribitur, *No hay amar, como fingir*. quam cum applauſu Mag.Leo nuper exhibuit, hæc ad rē noſtram lego.

Magiſter Leo.

En-

Entrad, quienquiera que fuereis,
Que luz hay en eſte Quarto,
Que mirais? que recelais?
Ya ſolos los dos eſtamos.
A hablar venis. El ſemblante [*]
Pronuncia mas que los labios.

*] *Semblante* non eſt ipſamet facies vel vultus, ſed ejus accidens, illud videlicet quod mutabatur in facie, quando, afferente Virgilio, manebat non vultus, non color unus.

An verbis vultus contradicere poſſit?

Et Philippus Rivera in ſua Lauru Apollinea,

No es verdad lo que dixo:
No: porque el tono de la voz quebrado
Y el ſemblante turbado,
A quanto prometia
(Como en todo mentia)
Cõ manifieſtas ſeñas cõtradixo.

SECTIO I.

An ſecura ſint Indicia, quæ ex Vultus mutatione(Hiſp.*de el ſemblante*) *ſumuntur?*

Proponitur Prima Sententia.

DIſſentiunt Philoſophi inter ſe. Affirmatrici Opinioni adhæſerunt Polemon & Adamantius, his enim verbis Controverſiam decidunt. *Ex ipſo Vultu potiſſimum apparet Magnificentia & Illiberalitas & Improbitas, Anxietas, Studium, Eruditio, Iucunditas, & Triſtitia, Vigilantia & Somnolentia*, Aſſentitur Meletius, & Reſolutionem exponit; *Facies*, inquit, *ipſa eſt, quæ affectus facilè repræſentat; cum enim ipſa lætitia afficitur, ſerena hilariſq; apparet; ſi verò triſtitiam, mœrorem, & perturbationem præ ſe fert; cum ira excandeſcit, livida & ſanguine perfuſa, furioſaq; redditur.* Aſſerunt etiam alii, qui hanc eſſe exiſtimant Veterum Oratorum & Poëtarum ſententiam: producunt enim Ciceronem ad Piſonem dicentem, *Non deceperunt me Oculi tui, & Vultus, qui tacitus eſt ſermo mentis*, Vbi, obſervant non dixiſſe hunc Eximium Philoſophum, Vultum loqui, ſed Vultum eſſe Mentis ſermonem, ut doceremur, ſicut Voluntas per Linguam loquitur, ſic per Vultum Intellectum loqui, & inferremus, Linguam mentiri poſſe, Vultum non poſſe. Et probant ex Horatio, qui *in Arte* ſupponit occultas Animi paſſiones innoteſcere in vultu, & poſtulat ut iis lingua conſentiat. Canit enim

An Vultus prodat paſſiones Animi?

An ſicut Lingua, ſic etiam Vultus mentiri poſſit?

—— *Triſtia mœſtum*
Vultum verba decent; iratum plena minarum;
Ludentē laſciva, ſeverū ſeria dicta.
Polymnia.

Citatur à Ioanne Raviſio Textore in epiſt. Benevolo Lectori ſcripta.

Additur altera ſententia præcedenti contraria.

Negativam ſententiam amplectitur Baptiſta Porta, qui tametſi in vultu aliquas eſſe alterationes naturales non neget has ipſas ita arbitrio ſubjicit, ut ſi non tollantur omninò, à voluntate humana temperentur. Lib.II. cap.X. ſic ſcribit, *Eſt vultus, index & detector cõſcientiæ noſtræ, qui incertus, inconſtans, & varius eſt; qui totus ex animorum configurationibus confingitur; qui etiam earum Simulator eſt, & Diſſimulator. Quare haud temerè omnibus ex horis ex vultu eſt judicandum, niſi cum ab hujuſmodi animi motibus deferbuiſſe videbitur.*

Reſolutio.

Quo modo in obſcuris eſt judicandum?

Quia autem eſt Naturalis Iuris Regula, *Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veriſimilius* (& veriſimilius judicamus) *quod plerumq; fieri conſuevit*; quam Bonifacius VIII. Apoſtolicam fecit, & in ſexto, Quadrageſimamquintam eſſe voluit, dicit Sacra Scriptura, *In cordis gaudio facies quoque exhilaratur; cùm verò cor mœrore afficitur, demiſſa efficitur: & homo ira occupatus turpis eſt.* Iacobus ex Labanis vultu animi ejus averſionem deprehendit: unde ſuis uxoribus dixit: *Cognovi ex facie patris veſtri, non eſſe amplius in me, qualis heri fuerat.*

SECTIO II.

De Protei Facie.

An in varias illam formas transfigurare & mutare potuerit?

An merè fabuloſa, an verò ſymbolica ſint, quæ leguntur de Proteo?

NON fabuloſa, ſed myſtica ſunt opinione Multorum, quæ ſcribuntur & canuntur de Proteo, quem volunt Hypotheticum, & Symbolicum fuiſſe: & proponi à Theologis, ut Voluntatis Humanæ varietatem, & inconſtantiam cognoſcamus. Hujus Symbolici Hominis (aut Dei, ſi velis) qui in omnes formas figuraſque converti poterat, ſubterraneum Palatium *lib.4. Georg.* his numeris Virgilius metitur.

De ejuſdem Palatio. Quale fuerit?

—— *Eſt ſpecus ingens*
Exeſi latere in montis, quò plurima vento
Cogitur, inq; ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.
Deprehendis olim ſtatio tutiſſima nautis.

Intus ſic vaſti Proteus tegit objice ſaxi. &c.

Et ipſummet depingit iſtis,

Qualis & ipſe fuerit?

Eſt in Carpathio Neptuni gurgite Vates,
Cæruleus Proteus, magnum qui piſcibus æquor,
Et juncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus, patriamque reviſit
Pallenen: hunc & Nymphæ veneramur, & ipſe
Grandævus Nereus, novit namque omnia Vates, [*]
Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur. &c.
Verùm ubi correptum manibus, vincliſq; tenebis,
Tum variæ illudent ſpecies, atq; ora ferarum;
Fiet enim ſubitò ſus horridus, atraque tigris,
Squamoſuſq; Draco, & fulva cervice leæna;
Aut acrem flammæ ſonitum dabit, atque ita vinclis
Excidet; aut in aquas tenues dilapſus abibit,
Sed quanto ille magis formas ſe vertet in omnes
Tanto nate magis contende tenacia vincla;
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris, incepto tegeret cùm lumina ſomno.

*] A præſcientia ſumitur Divinitatis argumentum: unde apud Iob. *Dicite, quæ futura ſunt, & dicemus, quòd Dii eſtis vos.* Virgilius ergo ſcitè, ut Proteum Deum eſſe afferat, ad præſcientiam recurrit.

An reverà fuerit aliquis Proteus: & unde occaſionē ſumpſerit fabula, aut hiſtoria de Proteo?

Putant Interpretes Fabulæ occaſionem dediſſe Regum & Principum Ægypti mores; volunt enim Proteum Memphiten eſſe poſt Pheronem in Ægypto regnaſſe, & belli Trojani tempore floruiſſe. Solebant autem in Regione illâ Reges afferente Diodoro, aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in ipsâ galeâ ferre: quod ad ornatum ſpectabat, & ſtuporem & reverentiam in adſpicientium animos incutiebat. Hunc ab Ægypto in alia regna morem tranſmiſerunt bellicæ expeditiones; quoniam Virgilio Æneid.libr.7. teſte, erat enim inter Primores Latii Turnus,

Cui triplici crinita juba galea alta Chimeram
Suſtinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes.

Suam profectò ſinguli in Ægypto Reges animantem elegerant, quam unicam in capite ferrent, quia autem Proteus, delectabatur varietate, & jam alterum, & alterum in galea habebat, παντόμορφος eſt dictus, credituſque à poſteris in varias formas tranſmutari. Potiori iure ob varias formarum mutationes poſſet celebrari Caligula, qui jam hunc, jam illum Deum habitu referebat, & ejus tota illa die nomine ſalutabatur, cujus μετοθέωσιν plebs ſtupida venerabatur.

De Imperatore Caligula. An ipſe reverà imitatus ſit Proteum?

SECTIO III.

De Vertumno.

An apud Latinos ille fuerit, qualis Proteus apud Græcos & alios?

De ipſo Vertumni nomine.

Romani Veteres, ne in ſuperſtitione Græcis cederent, habere voluerunt ſuum *Proteum*, quem *Vertumnum* (aut *Vertunum*, ut Tiberius Donatus affirmat) nuncuparunt. Varro *lib.4.de Lingua Latin.* Etruriæ fuiſſe numen aſſerit, & à Tuſcis, qui Romam migrabant duce Cælio, Romam adductus, in vicoque Tuſco poſitus & honoratus. Hic (ſcribunt) ut Pomonam Nympham conſequeretur, in omnes ſe formas transformabat. Vide Ovidium *Metam. lib.*14.

Quiſnam ille fuerit?

Rem altiùs intelligit, & eruditiùs dilucidavit Acron, nam illum Horatii verſum

Horatius libr. 2. ſerm.

—— *Vertumnis, quotquot ſunt, natus iniquis.*

Scholio congruo exornans, moribus omnia, quæ de Vertumno ſcribuntur, & dicuntur attemperat, & quæ de Proteo canebantur, Vertumno adfingit. Illum, inquit, eſſe Deum humanarum cogitationum Antiſtitem: inconſtantiamq; quæ ei accenſetur, eſſe extrinſecam, in voluntate humana conſtitutam intrinſecè, hæc enim varia eſt, & inſtabilis. Iniquo autem Vertumno natos eſſe, interpretatur, qui voluptati ſerviunt, & cogitationes ſuas non moderantur.

Vertumno iniquo naſci, quid ſit?

Myſticos Interpretes Virgilii Fabulam interpretantur, affirmantque Proteum apud Græcos, ſicut Vertumnum apud Latinos eſſe Deum, humanarum cogitationum Præſidē, cui omne nimirùm pateat cor, & omnis voluntas loquatur; cui omnia arcana ſint pervia, & nullum ſecretum protſus lateat. Et eodem

An debeamus hæc omnia moraliter interpretari?

etiam

etiam ſenſu *libr.* 12. formas, in quas vertitur Turnus, eſſe aſſerit cogitationes curaſq; inquit enim.

Sic Turno (quacumq; viam virtute petivit)
Succeſſum Dea dira negat; tum pectore ſenſus
Vertuntur varii, Rutulos ſpectat & urbem
Cunctaturq; metu, telumq; inſtare tremiſcit.

An homines univerſi ſint Vertumni vel Protei?

Porrò, quæ κατ' ἐξοχὴν de Proteo & Vertumno dicuntur, κατὰ μετοχὴν hominibus univerſis conveniunt; ſinguli enim Protei ſunt, aut Vertumni. Nati enim de muliere, brevi vivunt tempore, replentur multis miſeriis, effugiunt velut umbræ, & nunquam in eodem ſtatu permanent. Si conſiderem corpus, variis, & inconſtantibus morbis homines præpediuntur: ut iterum labantur in morbum, recurantur; & tandem neceſſariò moriuntur. Si Animum ſpeculer, æſtuat ipſa velut Oceanus opinionum diluvio; & quæ placuerunt heri, hodie diſplicent; & hæ ipſæ fortaſſis cras iterum arridebunt. Si cautos oculos ad fortunas convertam, in iiſdem Fortunæ inconſtantiam percipiam; qui enim heri erat Crœſus, hodie eſt Irus; & qui heri totus erat in aggerendis opibus, hodie illas decoquit, & ſumma imprudentia dilapidat.

Quàm inconſtans ſit illorū corpus?

Quàm variabilis animus?

Vnde orta ſit Prudentia? An omnium neceſſaria?

Ex hoc immedicabili naturæ humanæ morbo, nata eſt Prudentia, nobiliſſima humani generis prærogativa, quæ homines feliciſſimos reddit.

An præſentia?

—— novit namque omnia Prudens,
Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.

Quæ ſint, nam vel proſtant ob oculos, aut debent diſcuti, explorari, & inquiri. Si primum, ignorari non poſſunt, nam quæ videntur, practicè per ſe nota dicuntur. Si ſecundū his verbis nos Bonifacius conducit [a] *Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veriſimilius* (& veriſimilius eſſe dicimus) *quod plerumq; fieri conſuevit.* Rite ſemel ſi præſentia cognoſcimus, ad futura, & præterita eum Prudentia conducit. Præbet enim homini Prudentia perſpicilla, quibus diſtantia loco, quibus diſtantia tempore, aut antequam ſint præcognoſcat, aut poſtquam exiſtere deſierunt, (ſi loqui ſic liceat) poſt videat. Ait Latinus, *Ex ſua natura improbus cæteros fingit*, quod hoc Lemmate Hiſpanus exponit, *De las hechas nacen las ſoſpechas*. Et ideò Prudens, ubi percipit de Aurelio Porcium temerè judicare (non enim judicia legitima volumus, aut poſſumus incriminari) ex ſua, inquit, natura Porcius Aurelium fingit, & ex dictis ad facta efficaciter dialecticatur. Oculos etiam noſtros aperit Bonifacius, ut futura præſagire poſſimus, inquit enim [b] *Semel malus, ſemper præſumitur malus*, hoc eſt Hiſpanicè, *Quien haze un ceſto, hará ciento.*

a] Bonifacius VIII. Regul. 45. in ſexto.

An etiam præterita, & futura?

Vnde ſuſpiciones naſcantur?

b] Regul. 8. ibid.

Hæc doctrina generalis in aliis magis quam in aliis relucet; Turnum cum Proteo videtur compoſuiſſe Virgilius, apud quem libr. 7. lego.

Ipſe inter primos præſtanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice ſupra eſt.

Similia reponit libr. 9. ibi enim ait.

Meſſapus primas acies, poſtrema coërcent
Tyrrhidæ Iuvenes, medio Dux agmine Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice ſupra eſt.

Tranſeo ad libr. 12. ubi duellum decretorium initur, ſicque in ipſo conflictu Æneas exclamat, & vociferatur

Quid nunc danda mora eſt? aut quid jam Turne retractas?
Non curſu, ſævis certandum eſt [c] comminùs armis.
Verte omnes te te in facies, & contrahe quidquid
Sive animo [d] ſive arte vales: opta ardua pennis
Aſtra ſequi, clauſumq; [e] cavâ te condere terrâ.

c] *Comminus* ſcribit Erythræus, alii autem *Cominus*.

d] Legunt alii *animis* in plurali. Hiſpanus *Tiene gran animo*, ait, non *grandes animos*.

e] Ego dixiſſē *clauſum-ve*, nam ubi motus ſunt oppoſiti, Disjunctio aptior eſſe videtur.

Hanc ſe ſe in plures formas prærogativam morbum-ve, ipſi Alecto, crudeliſſimæ Diræ Æneid. 7. accenſet Virgilius his verbis.

Odit & ipſe Pater Pluton, odêre ſorores
Tartareæ monſtrum tot ſe ſe vertit in ora,
Tam ſæva facies, tot pullulat atra colûbris.

& hanc etiam proprietatem adtribuit Iunoni, quæ ait,

Hanc ipſam Vertumni proprietatem Alecto Furia, & Iunoni Dea Poeta adtribuunt.

Aſt ego magna Iovis Conjux, nil linquere in auſum,
Quæ petit infelix, quæ memet in omnia verti.

SECTIO IV.

De Phyſiognomiâ.

Quàm certa ſit, & cur in Facie ſecernat Accidentia à ſubſtantia?

In Vultu, alia ſunt permanẽtia, & alia cũ animi affectibus mutari ſolent.

DVO profectò in Vultu à Philoſophis ſolent conſiderari, id nempè quod eſt permanens, & id, quod alteratur, & mutatur. Ad primum genus pertinet partium ſymmetria & proportio, (& faciei partes, univerſim ſumptas, quæ apud Latinos carent ſpeciali vocabulo, Hiſpani *facciones* appellant) Adde ingenitum & nativum colorem, qui aut nunquam deperit, aut ceſſante Animi perturbatione redit. Ad ſecundum ſpectant palor, rubor, & alii accidentarii modi, motus, quies, & ſimilia, quæ Hiſpani ſub nomine *Semblante* intelligunt. Dicamus itaque aliquid de Primo genere, nam de ſecundo poſtmodum diſſeremus.

De irrationalium animaliũ inter ſe diſtinctione.

Omnia Animalia bruta, quidquid de eſſentia ſit, quoad paſſiones & proprietates diſtinguuntur ſpecie: volant ſiquidem aves, nant piſces, ſerpunt colubri, & quadrupedes ambulant. &c. hinniunt equi, mugiunt boves, rugiunt leones, latrant canes, &c. amant aquas anſeres, anates, odio habent feles, &c. vivit in igne Salamandra, in quo alia pereunt. &c. Sunt ſues ſordidæ, arminii, quos vocamus, mundiſſimi: apes omnes ſunt virgines, & hirci valde libidinoſi. Sunt & crudeles tigrides, leones generoſi, lupi voraces. &c. Ioannes Baptiſta Porta, cujus libri ab ingenio & eloquentia commendantur, obſervavit curioſè, vix eſſe ullam apud homines faciẽ, quæ alicujus bruti capiti non eſſet ſimilis. Et collatis hominum, & animalium moribus, reperit, hominum & brutorum, quorum ſunt vultus ſimiles, eſſe & mores conformes: & ideò Librum doctum ſcripſit, in quo ſicut beſtias ſic & homines per claſſes diſtribuit, leoniformes in una, equiformes in altera, tauriformes in alia, & alios in aliis conſtituens. Et quidem ejuſdem olim opinionis fuit Plautus, inquit enim in Pœnulo. *Sed earum nutrix qua ſit facie, mihi expedi.* ℞. *Statura non magna, corpore Aquilino: atque ipſa eſt, ſpecie venuſta, ore parvo, oculis peregrinis.* ſubſcripſit præter alios Virgilius, qui *libr.* 2. *Georg.* 2. quia in fluminibus undæ interdum mugire videntur, & ſemper obliquo fluxu cornuum inſtar decurrunt, Eridanum ταυρόμορφον concepit, & ſic ſcripſit.

An hominum facies capitibus Brutorum ſint ſimiles?

An alii equiformes, alii tauriformes &c. ſint?

De forma Eridani.

Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.

De Phyſiognomia.

Quænam Ars illa ſit?

An infallibilis & certa ſit?

Sanè Baptiſtam Portam imitati Recentiores nonnulli, eamdemque ingreſſi viam, libros de Φυσιογνωμίᾳ ingenioſè ſcripſerunt. Eſt autem Φυσιογνωμία, Ars, quæ ex corporis & vultus præcipuè lineamentis hominum naturam, ingeniũ, & mores cognoſcit. Et qui hanc Artem profitetur, nominatur Φυσιογνώμων, *Phyſiognomus*. Hanc Artem regulariter loquendo certam eſſe, ſupponit Cicero, qui *in Piſonem* exclamat. *Non enim nos color iſte ſervilis, non piloſa gena, non dentes putridi deceperunt: oculi, ſupercilia, frons, vultus denique totus, qui ſermo quidem tacitus mentis eſt, hic in fraudem homines impulit; hic eos quibus erat ignotus, decepit.* Conſultò illud *regulariter* ſcripſi: nam corporis temperamentum, cujus externæ qualitates ſunt indices, alii virtute ſuperant. Et fuerit vafer & verſutus hic ipſe nuper agebat Cicero: demus alterum,

Cicero lib. de Fato.

Naturam Virtus cujus compeſcere poſſit.

Ipſam profitebatur Zopyrus.

Idem eloquentiæ Romanæ Antiſtes *Quid? Socratẽ non-ne legimus, quemadmodum notarit Zopyrus Phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores, naturaſq; ex corpore, oculis, vultu, fronte praenoſcere.* Sed quid in Socrate ex Phyſiognomiâ notavit Zopyrus? Bardum & ſtupidum eſſe (Cicerone aſſerente) ſed naturam labore & ſtudio ſuperaſſe. Laſciviâ æſtuare, inquit Ælianus: addirque Athenienſes, nam eum ſciebant puriſſimè, & caſtiſſimè vivere, Zopyrum irriſiſſe: & illis dixiſſe tunc Socratem. De naturâ, non autem de motibus pronunciat Zopyrus: & quidem benè: naturam in libidinem valdè proclivem ſum ſortitus, ſed illam ſemper virtute & prudentiâ compeſcui. Stat ergo, ſi

Quale formaverit Iudicium de Socrate?

An diſcurrerit benè?

actum

actum primum à ſecundo (inclinationes à moribus) placeat ſecernere, Φυσιογνωμίαν poſſe recenſeri inter Artes; licèt enim peſſimæ ingenitæ ſint homini inclinationes, unuſquiſque ſibi ipſi eſſe poterit Socrates.

SECTIO V.

De Metopoſcopiâ.

Quam hoc nomine Artem intelligamus?

De Fronte.

QVIA frons eſt præcipua vultus humani pars, pro facie ſolet ſumi: & quia in ſingulis linguis idiotiſmi manutenendi ſunt, Plautinum illud, *Qua fronte id loqueris?* non poteſt eſſe Hiſpanicè, *Con que frente lo hablas?* ſed *Con que cara lo dices*. Et ideo, quia præcipuè frontem contemplantur Phyſiognomi hæc Ars etiam dicitur Μετωποσκοπία, & qui eam exercent Μετωποσκόποι, videlicet ἀπὸ τοῦ μετώπου καὶ σκοπεῖν. quorum prima vox (μετωπος) *frons*, & altera (σκοπεῖν) *contemplari* eſt: adeoq; Metopoſkopia erit Ars, quæ contemplando frontem caſus præteritos & futuros cognoſcit. Suetonius in Tito. *Quo quidem tempore, ajunt, Metopoſcopum, à Narciſſo Claudii liberto, adhibitum, ut Britanni cum adſpiceret, conſtantiſſimè affirmaſſe, illum quidem nullo modo, cæterùm Titum qui tunc propè adſtabat, utique imperaturum*. Et Plinius lib. 35. cap. 10. *Appion Grammaticus ſcriptum reliquit, quemdam ex facie hominum addivinantem* [a] *quos* Metopoſcopos *vocant, dixiſſe aut futura mortis annos, aut præterita.*

Quid ſit Metopoſcopia?

Unde dicatur?

An ex illa futura praecognoſcantur?

a] *Divino* eſt *vaticinor*. Μαντεύομαι. & hinc *addivino*. in aliquibus autem libris malè ſcribitur *adjuvantem* pro *addivinantem*.

SECTIO VI.

De Faciei gratiis & perfectionibus.

Quo Zeuxis modo univerſas in uno Simulacbro collegerit?

Quæ ſint Faciei partes, quas Facciones vocamus?

SIngulæ faciei partes, quas Hiſpanus, ut diximus, *facciones* nominat, ſuam propriam pulchritudinem habent, & Natura, quia parens & non noverca vult videri nulli fœminæ, aut omnes, aut nullam perfectionem accenſuit, ſed hujuſcemodi gratias per Virgines univerſas diſtribuit. Hinc Zeuxis, Heracleotes, celeberrimus Pictor, juſſus Helenam pingere, Virgines congregavit, ut illarum vultus conſiderando, à ſingulis, quod optimum videretur, deſumeret. Hoc fuit ſimulachrum illo ævo celeberrimum: nam & Romam translatum in Philippi porticu collocatum eſt. Vide Plinium libr 35. cap. 10.

De Zeuxi.

D. Romanus Montero de Eſpinoſa Comœdiam eruditam compoſuit, & inſcripſit, *Hay culpa en que no hay delito*. [Et habetur *Variarum part. 26. num. 3.*] & Leonidam Richaredi, Epiri Ducis filiam, tam fuiſſe pulchram aſſerit, ut omnium ſola aliarum Virginum contineret perfectiones & gratias; additque hanc Zeuxin penicillo expreſſiſſe; & quam cogitarat hiſtoriã ſequentibus rhythmis dilucidat.

Quam ipſe penicillo expreſſiſſe dicatur?

A eſta Quinta, que veis (que es el retiro
De Zeuxis Griego: aquel Pintor os nombra
Mi voz, cuyo pincel al Mundo aſſombra)
A eſta Quinta pues hoy ſu Corte inducen
Richaredo y Lidaura; y los conducen
Tres Maximas: qualquiera
Juſta, grande, y preciſa. Es la primera, [*]
Ver un Retrato donde el Arte appura
A la Naturaleza la hermoſura.
En eſta Zeuxis la faccion mas propria
Que hay en cada beldad, en una copia;
Y todo lo mejor que ſe reparte
En todas las mejores une el Arte
En un lienço de modo,
Que en el ſe ve lo que ſe admira en todo.
Quedando de ſus lineas el aſſumpto
Lo ageno proprio, y lo diſtincto junto.

Qualis fuerit Zeuxis?

*] Tres rationes ſe habere inſinuat: ſingulas Poeta uberiori eloquentia dilucidat: ego ſolam exſcripſi primam, nam cæteris non indigebam.

Recognoſcit Tabulam Duci oſtendendam Zeuxis, & illam abſolvit & ait.

Ya pues, que el perfil poſtrero
Dió mi pinzel al ropaje,
Montaraz, juſto es que Zeuxis,
En lo que admira, deſcanſe.

Quæſtioni illi quæ interrogat, *An Arti Natura, An contrà Natura Arte præferatur?* reſpondet Zeuxis nunquam Naturam conformaviſſe Virginem, qualem ipſe delinearat in Tabula.

Co-

Copiu al natural de aquella
Muger peregrina hoy ſales
A luz, con ſuppueſto origen
Para introducir ſu imagen.
Que de muchas partes formo
Tu ſer, he fingido; nadie
Aunque es engaño, lo juzque,
Que en ti ſe ven muchas[*]partes.
Permitta el Cielo que logre
Tu perfeccion el dictamen,
Con que u la Naturaleza
Ampare eſta vez el Arte.
En el corazon del Duque
Tu viſta alumbre a la ſangre,
Y los odios en ulagos
Con mudos aviſos cambie.
A tu originul perſigue
Richaredo, haz tu las pazes;
Dexurá de ſer contrario
En advirtiendo que es padre.
&c.

*] Non aſſerit omnes Picturæ gratias in Leonida inveniri, ſed multas: hoc enim ſufficit, ut illā fuiſſe pulcherrimam intelligamus.

PRO exomatione hujus doctrinæ, adducere proderit Licentiatum Burgillos, qui in Poëtico certamine de S.Hermenegildo Leowigildi Ariani, Regis Hiſpaniæ filio, qui Coronam Martirii Regiæ Laureæ antepoſuit, ſcripturus, mente conceperat hoc Diſtichon,

Depingant alii pulcherrima Martyris ora,
Nunc mea namq; refert pingere Carnificem.

illudque Hiſpanicè ad numeros ſequentes revocavit.

P.Io. Baptiſta Ricciolius in Catalogo Perſonarum Inſigniorum poſt Chriſtū pag. 239.a.[S.Hermenegildus, filius Leovvigildi, Regis Gothorum in Hiſpania, ducta Iugunde, filia Sigeberti Regis Franciæ convertitur per eam ab Arianiſmo ad Fidem Catholicam anno 583. quam propugnat adverſus patreoi: & 13. Aprilis coronatur Martyrio, anno non 584. ſed 586.

Pinten Principe de Eſpaña
Otros famoſos Poetas
Vueſtru hermoſura en la carcel,
Vueſtra Fè, vueſtra Paciencia.
Los Angeles que os anîman,
Y que por los aires ſiembran
Mana de Lirios azules,
Y çandidas Açuzenas.
Yo Poeta adozenado,
Solo tomare licencia,
Para pintar los Verdugos,
De vueſtra Heroica Tragedia. [*]
Va de Sayon en Boſquejo,
A quien el Rey encomienda,
Vueſtra muerte, y vueſtra vida,
Vna breve, y otra eterna.
Eraſe un fiero verdugo,
Con la color verdinegra
De Mulato con quartanu,
La cara a remiendos hecha.
Por unimas de ſus ojos
Eſtavan dos niñas viejas,
Que a penar en el Infierno,
Tuviera el Infierno pena.

*] Eſt Tragœdia Græcè Τραγῳδία nomen unum ex illis, quæ *mirabilen* dici debent; qooniam ſcribi quidem poſſunt, at lingua proferri non poſſunt. Diphthongos jam proferre in Græcia, & Latio dedidicimus, illaſque calamo notamus, non tamen labio exprimimus. Occurrit in Τραγῳδίας nomine diphthongus ῳ, quam impropriam vocant & diſtinguunt ab οι, quā propriam dicunt, Iacobus Gretſerus in ſua Grammatica.

Para veſtidos de agora,
Que de guarnicion los pueblan,
Poco valieran los ojos,
Por que ſin peſtuñas eran.
La moquifera nariz,
Era un Pepino Badea,
Eſmaltuda de verrugas,
Forma y color de Cereças
Mas de blasfemias que barvas,
La boca eſtava compueſtu,
Los labios de dos ſalchichas,
Y de un pimiento la lengua.
Los dientes eran Hidalgos
De Avila, de quien ſe cuenta,
Que eſtun ſobre los aſſientos
Toda la vida en pendencia.
Deſnudo el ſangriento bruço,
Mas que de muger caſera,
El dia que haze menudo,
De Curtidor de Buquetas.
Vnu Cota a lo Romano
A las rodillas no llega,
Por no ver piernas tan malas;
O Sayon de malas piernas!
Pendiente un Alfange Alarbe,
De un taheli pueſto que lleva,
Vn hacha de armas que Dios
Tiene montes, y haze leña.
Cortar quiſo el Arbol Santo,
Mas de golpe diferencia,
Que a otros dan por las rayzes,
Y a eſse dan por la cabeça.
El Mancebo iluſtre entonces,
Por ſeñas de ſu pureza,
Con una Tunica blanca
La Eſtola de ſangre eſpera.
Dexale el golpe la frente
Como una Granada abierta,
Porque fruta Coronada:
Bien es que de Reyes ſea.
Los granos bueltos Granates,
Bordan entre el Oro, y Perlas,
La talar Tunica, y buelven
Purpura la blanca tela.

Habent diphthongi hoc nomen à duplici ſono. Nonnulli eas bivocales *Latini appellant; vel quod duplici conſtent vocali, vel quod ſonum edant geminū, Vnde etiam* biſonæ, *vel* biſonantes *dici poſſent, ad eum modum, quo reliqua litera à conſonando dictæ ſunt* conſonantes, *vel* conſonæ; *& vocales à veteribus* ſonæ: *& mutæ* inſonæ, *teſte Iſidoro* libr.1. Etymol. cap.4. *Nec mirere, ſi hodie diphthongi, tā apud Latinos, quàm apud Græcos ſint monophthongi; quia vera pronunciatio deſit; quam tamen colligere aliquantulum licet ex veſtigiis, quæ apud Latinos ſuperſunt.*

Tranſeo ad ſignificationē. Sanè apud Græcos, Latinoſq; non eſt res ipſa, quæ narratur, ſed eſt graviſſimū Poematis genus, quo Heroum, Regum, Principumque hiſtoriæ recēſentur. Ovidius libr. 2. Triſt. Eleg. 1. *Omne genus ſcripti gravitate Tragedia vincit*. Quia autem *per pace ſicca devenunt morte Tyranni*. Erant in Tragœdiis exitus infelices; & hos ipſos occœpit nomen ſignificare. Vnde Archilao Rege petente, ut de ſe concinnaret Tragœdiam, abnuit Euripides; apprecatus, ne quidpiam illi dignum Tragœdia accideret,

SECTIO VII.

De Paſſionibus Animi.

Quæ, & quomodo Vultu prodantur?

SEcretiſſimæ Humani pectoris meditationes, prout illæ intenſæ fuerint, aut remiſſæ, ſanguinem alterant, mutant vultus colorem, & per oculos ceu feneſtras exſiliunt. Rumpit cor & Animum corrodit Invidia, & proditur ſymptomatibus corporis, nam ut luget Ovidius, ſtatim

Pal-

Hic autem Poeta non pro poemate, ſed pro re ipſa, quæ ſucceſſit, & canitur, nomen *Tragœdiæ* ſumpſit, ut Martyriū Sancti Principis ſignificaret. Illud enim bifariam conſiderari poteſt, videlicet, ut corpus vita ſpoliat, & ut Animam laurea æterna coronat; & priori quidem ſenſu, non verò poſteriori poterit *Tragœdia* nominari.

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto,
Nec fruitur ſomno, vigilantibus excita curis.

Sicut Invidia, ſic & Amor in amantium oculis & facie percipitur. Non poterat latêre amicos Apuleji novercam privigni ſui concupiſcentiā comburi, ei *enim erat pallor deformis, marcentes oculi, laſſa genua, quies turbida, & ſpiritus cruciatus tarditate vehementior*. Et Dido, nam ardebat Æneam.

Invidia, & Odium cognoſcuntur in vultu.

Etiam concupiſcentia & laſcivia.

Qualis ſymptomatis fit paſſa Dido?

Sævit inops animi, totamq; incenſa per urbem
Bacchatur, qualis commotis excita ſacris
Thyas, ubi audito ſtimulant Trieterica Baccho.

An hæc ſit doctrina generalis?

Eſt doctrina certiſſima: tradita ab Authoribus ſacris, & à Profanis recepta: ait enim Salomon, *Spiritus triſtis exſiccat oſſa, Anima hilaris hilarem facit*. Quam ſententiam repoſuit Ariſtoteles dicens, *Commutata corporis forma Anima commutat habitum*. Et ſunt tam efficaces Animæ paſſiones, ut non ſolùm in hominum, ſed in brutorum, etiam corporibus cognoſci poſſint. Virgilius Georg. 3.

An manifeſtiùs percipiatur in brutis?

Sed non ulla magis vires induſtria firmat,
Quàm Venerem, & cæci ſtimulos avertere Amoris,
Sive Boum, ſive eſt cui gratior uſus Equorum.
At ideò Tauros procul & in ſola relegant
Paſcua, poſt montem oppoſitum & trans flumina lata
Aut intùs clauſos ſatura ad præſepia ſervant.
Carpit enim vires paulatìm [a] *uritq; videndo*
Fœmina, nec nemorum patitur meminiſſe nec herbæ.
Dulcibus illa quidem illecebris, & ſæpe ſuperbos
Cornibus inter ſe ſubigit decernere Amantes.
Paſcitur in magna ſylva Formoſa [b] *Iuvenca:*
Illi alternantes multa vi prælia miſcent [c]
Vulneribus crebris, lavit ater corpora ſanguis:
Verſaq; in obnixos urgentur cornua vaſto
Cum gemitu; reboantq; ſylvæ & magnus Olympus.
Nec mos bellantes una ſtabulare, ſed alter
Victus abit [d] *longeq; ignotis exulat oris,*
Multa gemens, ignominiam, plagaſq; ſuperbi [*]
Victoris, tum quos amiſit, inultus amores [e]
Et ſtabula adſpectans regnis exceſſit avitis.

*] Dure fluit verſus iſte, niſi admittatur Penthemimeris, & dictio *ignominiam* quoad pronūciationem dividatur.

Pergit Maro: narratq; alios, dignos ſcitu, expreſſos in Brutorum corporibus latentis Amoris effectus.

a] Clariſſimum hunc argumentum pro Libero Arbitrio contra Novatores adſerendo deſumitur; nam hominum mores cum tempore & loco ad imperium voluntatis mutantur, animalium non item. Hæc enim, quæ de tauris narrat Virgilius, non ſolùm tunc in Italia, ſed nunc in toto orbe terrarum ſunt vera.

An hinc liberū demonſtretur arbitrium?

b] Si quæras, *An inter irrationales maſculi fœminarum pulchritudine delectentur?* Hic Virgilius aſſertivè reſpondere videtur. Et firmat quotidiana experientia, pulchra enim & ſpecioſa canicula ſordidum turpemq; Canem, non admittit.

An beſtias adliciat pulchritudo?

c] Ἀμφιβολολογίαν, quæ eſſet in proſa, ratio carminis aufert; nam ſi quis interroget, An epitheton *multa* voci *prælia*, an verò voci *vi* adjudicandum ſit? Dubium dirimit ſyllabæ ultimæ *multa* quantitas, eſt enim longa, & ideò pertinet ad ablativum.

Reſtringit ſenſum Metrica, & epitheta propriis ſubſtantivis attribuit.

d] Et hoc Taurus victus, ubique terrarum etiam num facit.

De tauro victo.

e] Amaſiam non *Amorem* in ſing. ſed *Amores* in plur. nominat, quod non una, aut altera, ſed plurimæ curæ in ejus obſequio impendantur. Adſonat Hiſpanus & illam appellat *Mis Amores*.

An Amica Amor aut verò vocetur Amores?

SECTIO VIII.

De Vultus proditione & mendaciis.

INquirebat Aurelius, *An Vultus Amantium ſit mendax?* quod eſt quærere, *An qui non amat, ſe amare; aut, qui amat, ſe non amare poſſit fingere?* Aſſerit D. Franciſcus Borgias Princeps de Eſquilache, inquit enim.

Quid amans debeat facere, An-ne pati, & tacere: an verò garrire, & non pati?

Manda Amor en ſu fatiga,
Que ſe ſienta y no ſe diga.
Mas a mi mas me contenta,
Que ſe diga y no ſe ſienta.

Et his verbis oſtendit, eſſe merā fabellam, & in verbis conſiſtere, quæ de Amore dicuntur. Firmat Principis Eruditi ſententiam vocis Etymon, verbum enim Latinum *Amare*, & Hiſpanum *Amar*, ab אמר *Amar*, Hebraica Radice deducitur; quæ, quia *loqui* ſignificat, Amorem, qui hodie regnat in Mundo, verborum prodigum, inſanire & mentiri. Unde, ut à Falſo Amore verum ſinceritas.

Amor *unde dicatur?*

אמר Amar *quid importet Hebraicè?*

Verus Amor eſt practicus: factis debes, nō verbis oſtendi.

ceritas ingenioſa diſtinguat, opera, quæ præſtiterint; & non verba, quę Amantes profundunt, contemplatur, & ait. *Obras ſon Amores, Que no buenas raçones.*

Sunt tria, quæ diſſimulari nō poſſunt.

Propugnat Opinionem contrariã Antiquus Adagiorum Hiſpanorum Inventor, apud quem, *Amor, Dolor, y Dinero, No ſe pueden encubrir.* Negat D. Ioanna Flores in cogitata illa Hiſtoria, quæ plurima docere poteſt. Et ſanè vigeſima ſexta variarum Comœdiarum parte, nu. 2. pag. 20.b. proſtat: & eſt illa, cui titulus, *Lorenço me llamo*, & à D. Ioanne Matos Fragoſo concinnatur. D. Ioanna in ipſa, vultum & actiones Laurentii conſiderans, latentem Amorem rimatur, & curioſitate ducta; ut rem totam exploret, inter alia ſic infit.

Ha un año, que me perſigue
Sin dexarme en ningun tiempo
Vn deſeo de ſaber,
Lo que os dire: eſtadme attento.
Y ſi fuere liviandad
Con preſumir [*] *que es deſeo*
De muger, tendrè diſculpa.
Que quando alguno tenemos,
Por natural condicion
Tanto nos abraſa el pecho,
Que no hay Prudencia en el Alma,
Ni en la lengua ſuffrimiento.
He viſto, que me mirais
Algunas vezes ſuſpenſo
De manera, que aunque os hablo,
O no reſpondeis tan preſto,
O no es reſpueſta conforme [a]
A tan buen entendimiento,
Como teneis, aunque ſoys
Vn labrador [b] *carbonero.*
Si me dais algo, temblais;
Y a vezes el roſtro os veo
Palido o rojo; colores
De la verguenza, o el miedo.
Si quando a caſa venis,
Eſtoy en la Igleſia, vuelvo
El roſtro, y os veo mirarme
Con tal attencion que pienſo,
Que forma Altar de mis ojos
La devocion de los vueſtros.
Si voy al campo, en el campo
Os hallo, tanto que llego
A imaginar, que es Amor:
Y eſtad ſeguro, que tengo,
Con ſer muger principal,
Tan poco de lo ſoberbio,
Que con ſer vos lo que ſoys,
Si es Amor, os lo aggradeſco.

*] Eſt potentiſſima in fœminis paſſio res ſecretas indagandi libido: & ideò nihil non facit mulier, ut reſciat, quæ ſuggeſſit Curioſitas.

a] Ex quibus poſſit Amor latens in Animo circumſtantiis cognoſci.

b] Multa in aratro & ruſticis operibus perierunt ſubtiliſſima ingenia: & multa ſatis craſſa ſerpunt in florentiſſimis Vniverſitatibus.

Amantes mutua præſentia delectantur.

Que bien puede Amor entrar
En un villano groſſero,
Como eſpiritu, ſin ſer [c]
En aggravio del ſugeto.
Vos teneis muy buen juyzio,
Y puede Amor haber hecho
Eſte milagro con vos:
Dezidme lo que hay en eſto;
Que por vida de mi Hermano,
De no enojarme, pues veo,
Que lo que os ſobra de Amor
Os falta de attrebimiento.
Que a tenerle, ſiendo vos
Lo que ſoys, tened por cierto,
Que eran pocas, muchas vidas
Para el menor penſamiento
No os pareſca liviandad
Querer entender ſi es cierto
Pues no perdeis en decirlo,
Y yo guſto de ſaberlo.

c] Hic confirmantur Termini illi Tranſcendentales, qui ut dicebã ſuperiùs, in omni privata Interrogatione ſubintelligi debent. Ergo qui fœminam ſincerè amat, non niſi, *quod poteſt, quod licet, & quod expedit*, ab illa extorquere præſumet.

Qualē debeat Sponſum prudens Virgo deligere; ut illū poſtea diligat, & ab eo diligatur?

Eò res Poëta reduxit, ut tandem ruſtico illi Laurentio D. Ioanna nupſerit, ut moneamur, non inter opes præſentes, aut triumphos avorum, & ſtemmata celebrari connubia: & eſſe fœliciſſimas inferioris fortunæ Virgines, quæ ex multis poſſunt deligere Sponſum, qui placeat: cùm tamen infelices ſunt ſublimium Regum filiæ, quæ debent ab aliorum abſolutâ voluntate pendêre, & vel invitæ interdum, ad unum, vel alterum determinari.

Carlinus homunculo cogitatur, quales fuere à Dei Deus, ut nullos diſcipulos in Aula habent.

Effectus etiam ab Amoris vehementia profluentes D. Antonius de Solis in illa ſua ingenioſa Comœdia, quæ inſcribitur *El Dotor Carlino*, vario conceptuum apparatu deſcribit. Et fuit quidem ad inſtructionem tuam data Madriti hæc erudita Fabula; nam introductus ille Doctor, erat profectò

Embeleco compueſto de mentiras,
Mentira aleve, que vomita engaños;
Para que apprendas claros deſengaños,
Y creas poco, quando mucho admiras.

In hac autem Comœdia, ſuſpenſa, perturbata, attonita; hoc eſt *Amans*, vel *amens*; Domina N. ſuſpiria inter rugitus & ſingultus emittens.

Amantis perturbata deſcriptio.

Fueſſe a caſa de una Amiga,
Donde averigado ha,
Que tu te appeaſte a noche
En mi caſa; y ſin parar
Se vino a ella. Si la vieras
Por aquella puerta entrar;
Todo el aliento perdido,
Todo el color deſigual,

Las

Las acciones ſin medida,
Los ſuſpiros ſin compas,
La voz ſin orden, los ojos
Sin atar ni deſatar. [*]
El coraçon con modorra,
Y el alma de Garibay. [a]
Preguntó por ti; neguete.
Porfió, neguete mas.
Y a la tercera negada [b]
El Gallo empeçó a cantar.
El gallo de ſu paſſion,
Que viendo a Leonor acá,
Garganteo imaginando,
Que eſtaba en ſu muladar.

*] Dicitur de deliro, *que habla ſin atar, ni deſatar*. hoc eſt, quod nec ligat, quæ dicit, nec quæ ab aliis ſunt ligata, diſſolvit. Et hac phraſi uti voluit Poeta, ut oculorũ phreneſin ſignificaret.

De Garibayi Anima.

Qualis fuerit?

a] Adludit ad notam Hiſpanorum Fabellã quæ jam in Parœmiam tranſivit; nam fingunt Anus, tam ſceleratam fuiſse Animam Garibayi, ut Cælo excluſa, non fuerit in inferno recepta: unde ut aliquem exſecrabilem eſse aſseverent, inculcant, *Que es como la anima de Garibay, que no la quiſo Dios, ni el Diablo.*

Matth. 26.

An profana ſacris ſint miſcenda?

b] Dum hæc ſcriberet, recogitabat D. Soliſius illa Chriſti Domini verba. *Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis.* Et inquiris, *An liceat Sacra immiſcere profanis?* Scio Reverendiſs. D. Petrum Lorca, in Vniverſitate Complurenſi Theologiæ Profeſsorem Primarium, nimis ſeverè hanc Quæſtionem decidere. Ejus impræſentiarùm Reſolutiones, nec condemno, nec approbo: ſed tantùm moneo, *Profanum* ſumi pro ſcelerato. Statios in princ. Theb.

Quænam nominantur profana?

Fraternas acies alternaq; bella profanis
Decertata odiis.

Et libr. 3. Triſt. Eleg. 5. Ovidius.

Lapſa-ve [*] *ſunt nimio verba profana mero.*

*] De eo, qui indeliberatè eſt loquutus dicimus etiam Hiſpanicè, *Que ſe le derramaron eaer tales palabras.*

An, & quæ Comœdiæ ſint profanæ?

At Comœdiæ, quæ ad honeſtã populi recreationem, & ordinem Iuniorum inſtitutionem ſcribuntur, aguntúrq; non ſunt profanæ, ſi vox accipiatur hoc ſenſu. Non ergo dicendus eſt ſacra profanis immiſcere, qui in bonis & honeſtis Comœdiis ad ſacras hiſtorias adludit.

SECTIO IX.

An Vultuum diverſitas ad ſigna Naturalia pertineat? An à voluntate dependeat, & ſoleat aliquando mentiri?

IN fronte, facie, vultu latentis Animi paſſiones, & perturbationes conſpiciuntur, ut hucuſq; perſuaſimus, ſupereſt, ut examinemus, *Vtrum hæc ſigna ſint naturalia, & ab hominum exempta arbitrio: An verò ſignificent ad placitum, & ab uniuſcujuſq; voluntate dependeant? An ſint ſemper ſincera, an aliquando aut fallacia, aut æquivoca: aut etiam, ſi dolus interveniat, mendacia?*

Proponitur Quæſtio.

Vultus (Hiſp. el ſemblante) *eſt ſignum naturale.*

Reſpondeo primò eſſe naturalia iſta ſigna; non enim rubor in vultu erubeſcentis Virginis verecundiam ſignificat, ſed naturaliter.

An ſigna naturalia, quæ ambigua, poſſint vocari æquivoca?

Reſpondeo ſecundò, eadem interdum eſſe ſigna ambigua & æquivoca, quæ ex fronte, & ex vultu ſumuntur. [Nec mireris, ſi naturalia

Polymnia.

ſigna *æquivoca* appellare voluerim, ſcio enim hoc propriè epithetum convenire vocabulis, ſed quia jam illud alii ad alia ſigna tranſtulerũt, & benè, cum ipſis mihi loqui placuit & licuit.] In Comœdia, quæ inſcribitur, *Hay culpa, en que no hay delito.* & D. Romani Montero de Eſpinoſa ingenio, & eruditioni debetur [habetur *part. 26. variar. num. 3. pag. 58. col. 1.*] ſic ait Leonida.

Aſsi voy a donde abſorta
Y inquieta, ſino penetre
En que eſtriva el facil Mobil
Deſte error., deſte aſan, deſte
Poder, que mi affecto arraſtra,
Ya, que me equivocan ſiempre
Sangre, obligacion, y eſtrella,
El Duque, el Principe, y Zeuxis.]

Sæpe hoc ſenſu viri docti loquuntur.

Et ut exemplo aliquo Æquivocationem oſtendam, Vultum demiſſum, aut. ſubmiſſum proponam: quoniam Æneid. primo ait Virgilius.

Oſtenditur Vultus demiſſionem eſſe ſignum æquivocum.

Tum breviter Dido, vultum demiſſa, profatur
Solvite corde metum Teucri, ſecludite curas.

Iam enim amicitiam, benevolentiamq;

Et poſtea libro duodecimo.

Sic Dea ſubmiſſo contra Saturnia vultu.

Et quidem Regina Dido corde amico & benigno verſu illa vultu demiſſo loquebatur, unde Achates

Nate Dea; quæ nunc animo ſententia ſurgit?
Omnia tuta vides, claſſem ſocioſque receptos.

Et tamen vultu demiſſo Iuno rabiem latentem in pectore ſignificabat: nam

Olli ſubridens hominum rerumque Repertor
Es Germana Iovis, Saturniq; altera Proles
Irarum tantos volvis ſub pectore fluctus?
Verum age, & inceptum fruſtra, ſubmitte furorem.

& jam odium, & furorem ſignificat.

Reſpondeo tertiò regulariter loquẽdo, eos, quos Deus, ut præeſſent, condidit, pulcherrimos eſſe voluiſſe. Vnde apud Phyſiognomicos Axioma, *Corporis diſpoſitio Animi elegantiam demonſtrat*: ut, ſi in corporis pulchritudine motum elegantia deficiat, *In aurea vagina plumbeum enſem* exclament. Fuit Demetrius forma & pulchritudine oris adeò egregiâ, adeò præſtanti, ut Pictorum aut Sculptorum nemo ſimilem unquam potuerit effingere. Alcibia-

An, & cur plerumq; Principes ſint pulchri?

Quid importet, plumbeus enſis in aurea vagina?

dem aſſerit Plutarchus omnibus Athenienſibus oris decôre præſtitiſſe: non in pueritia aut adoleſcentia tantùm, ſed in omni ætatis gradu, ita ut in ſenectute ipſa venerãdam & amandam pulchritudinem præ ſe ferret. Alexander, Priami filius ab ſpecie laudatur. Iſmaël Sophîus, Perſarum Rex, tam ſpecioſus erat, ut ſi videbatur, amabatur. Ludovicus Velez de Guevara vultum deſcribit, ut Cardinalis Ciſneri virtutem militarem commendet. Inquit enim.

Part. 35. Comœd. 2.

A Cardinale Ciſneros Oranum, Africæ potentiſſima Civitas expugnatur.

A. *Viene el Alfaquí de España?*
℞. *Si con veinte mill Infantes,*
Mas ſi le vieras la cara
A eſte Cardenal dixeras,
Que era viva ſemejança
Del Valor, que por famoſa
En España le retratan
Quantos pinceles valientes
A Grecia affrentan y a Italia.
A. *Valgame el Cielo! que eſcucho?*
Eſte es Alí, quien me hablaba
Entre ſueños: eſte es pues
Que armado al Africa eſpanta,
El Eſpañol Alfaquí,
Que mas cerca me amenaça;
Cerca eſtá. Veneno arroja
Por los ojos. Toca al arma.

אל, *Al* eſt articulus, & Radix פקה *Phaqi* eſt *intellexit*: ut diſcant Principes illis tantum credendũ eſſe exercitũ, qui Artem Militarem intelligant.

Reſpondeo quartò abuti interdũ homines naturalibus ſignis, immò etiam eorumdem ſignificatione naturali. Et ſicut in linteo Apelles abſentem Alexandrum delineat, ſic in fronte & vultu Politici Animi affectus exprimunt, qui nuſquam ſunt: & tunc verè mentiuntur. Multa occurrunt hujus doctrinæ teſtimonia, pauca hæc ſubjicio. Virgilius *Æneid.* 4. de Dido agens, ſic inquit.

An poſſint ſigna Naturalia mentiri?

De Regina Dido.

Ergo ubi concepit furias, evicta dolore,
Decrevitq; mori, tempus ſecum ipſa, modumq;
Exigit, & mæſtam dictis aggreſſa ſororem,
Conſilium vultu tegit, ac ſpem fronte ſerenat.
Inveni Germana viam (gratare ſorori)
Quæ mihi reddat eum, vel eo me ſolvat amantem. &c.

Mæſtum animum vultu læto diſſimular.

Ecce Regina infelix, non ſolùm lingua, ſed & vultu mentitur. Serenâ fronte innuit ſuum pectus, quod irrequietis agebatur procellis, fruiſci tandem malatiâ; & crudele de *αὐτοχειρίᾳ* celebranda conſilium vultum hilarem exhibendo diſſimulat.

In Ecloga VI. quæ *Silenus* inſcribitur etiam lego.

Addit ſe ſociam timidiſq; ſupervenit Ægle,
Ægle, Naiadum pulcherrima; jamq; videnti
Sanguineis frontem moris & tempora pingit.
Ille dolum ridens, Quo vincula nectitis? inquit.
Solvite me Pueri; ſatis eſt potuiſſe videri.

Hæc autem Ægle, de quâ hic loquitur Maro, ſolis ex Neæra filia fuit; nam & eſt alia, quæ erat Heſperi filia, quæ cum ſororibus, quæ dictæ *Heſperides* amœniſſimos hortos habebat juxta fluvium Lixum [a] In iis aſſervabantur aurea poma, quæ Dracone interempto Hercules abſtulit.

a] Hic olim munitiſſimam arcem erexerunt Romani, ut frænũ Africanis imponerent; ad quam Imperatoris Claudii juſſu fuit deducta Colonia. Romani Imperii fatiſcente potentia expugnata ab indigenis, patebat inimicis Hiſpaniæ: quouſq; tandem anno 1610. victo Muleio Xequio ab Hiſpanis fuit capta.

In Operis Divini primo idem Author

Talia voce refert, curiſq; ingentibus æger,
Spem vultu ſimulat, premit altum [*] corde dolorem.

Et apud Valerium Flaccum

Iuno renidenti cohibet ſuſpiria vultu.

*] Aliàs *alto*. *An vultu Oceanus læte incautos navarchos decipiat?*

Et ſanè, qui placido & hilari vultu incautos decipiunt, poſſent cum Oceano componi, de quo expertiſſimus Navarchus apud Virgilium *lib.* 5. Palinurus exclamat.

Me-ne ſalis placidi vultum fluctuſque quietos
Ignorare jubes? me-ne huic confidere monſtro,
Æneam credam? Quid enim fallacibus auſtris
Et Cæli toties deceptus fraude ſereni?

Et talis erat, qui apud Baptiſtam Pium

—— *Vultu fallit mea vota ſereno.*

Ecce mentiuntur fronte homines; ſe lætos fingunt, ubi mœrore oppreſſi; & triſtitiam ſimulant, ubi omnia ad votum & dictamen ſuccedunt. Hi, ut inquit Seneca *cap.* 15. *de tranquill.* ſciunt *frontem ſuam fingere*: & ut *cap.* 1. *de Conſol. ad Mort.* addit, *fronte hilari tegere gemitus*. Et, ut *libr.* 19. *cap.* 1. ſubjungit, *fronte falſa circumſtantes terrere*. Horum cenſui *lib.* 4. *ad Attic.* adſcribebat Pompejum, ipſe enim *fremit, quæritur Scauro ſtudet* (alii *ſtridet*) *ſed utrum fronte, an mente dubitatur*. An omnis cum Pompejo periit Diſſimulatio? minimè: multos enim (& quidem nimis multos) & in hac ipſa civitate linguoſos,

Seneca.

De Pompejo.

aut

An ejus exemplum Vultus fit Ecceliwus, Paduæ dominus, qualis?

aut polyglottos homines, & verſipelles &; aſtutos cognoſcimus, qui dum lingua aſſerunt, oculis negant, & vultu audientes inter ſpem & metum ſuſtinent. Sed quia Alphonſus Loſchius in Compendiis Hiſtoricis pag. 336. agens de Venetis, ævi illius Proteum, Ecceelinum, quartum Paтaviæ dominum, coloribus vivis depingit; ejus verba ſubſcribo.

Eccelino IV. detto da Romano, per eſſer nato in Romano, [a] *Caſtello eſiſtente ſotto la Montagna di Baſſano, crebbe nell' avanzarſi de gl' anni in ardire, vivacità, e virtù di eſperienza militare; morto il Padre celò con artificio mirabile l'odio, e lo ſdegno, che altamente cõpreſſo teneva nel cuore cõtro Padovani, onde eccellentemente addottrinato nell' arte di ſimulare, divenne ſopra tutti accorto, fraudolente, e mentitore, à ſegno, che à ſuo piacere mutando gl' affetti dell' animo, e motò del corpo ſapeva con libero arbitrio, e diſpoſitione de movimenti, e raggiri de gl' occhi, e della lingua con diverſi, e varii ſembianti del volto in un momento di tempo, ſecondo richiedeva il caſo, e ſuoi intereſſi, dimoſtrare timore, ardire, ſperanza, ira, piacevolezza, pietà, & ogn' altro affetto, che ad eſſo tornaſſe bene.* Tali arte & fraude ſe gubernabat Eccellinus; ut oculorum motus, & colorum mutationes in vultu, quæ naturalia, ut paulò ante expoſuimus, ſigna ſunt, in ipſo ab arbitrio penderent. Et, quia, ut ſcitè ait Hiſpanus, *De las hechas nacen las ſoſpechas.* quoties cum aliis loquebatur, non ſolùm audiebat, ſed auſcultabat verba, vultumq; oculos, & vocis modum quos alii vident, cernebat, & conſiderabat. Magnum enim inter *audire* & *auſcultare*, nec non inter *videre* & *cernere* diſcrimen eſt: vel, ut Hiſpanis utar verbis, inter *oir* & *eſcuchar*, nec non inter *ver* & *mirar* ſumma differentia invenitur. D. Ioannes Zarate.

[a] Qui Romanam audiret, ſi notitia penitiori careret, dici à Roma putaret: ſic multi, qui in hiſtoriis *Italicenſes* nominantur non ſunt Itali, ſed nati Italicæ, quæ olim fuit in Bætica Hiſpania civitas celebris.

Eccelinus geſtu, oculis, & vocis tenore mentitur. Vnde graviores ſuſpiciones naſcantur?

Inter Latina verba audire, & auſcultare, *nec non inter* videre, & cernere: *aut etiam inter Hiſpanica* oir & eſcuchar, *nec non inter* ver & mirar *differentia.*

Oile quanto me dixo;
Mas como no le eſcuchaba,
De todas ſus vanaglorias
No ſabre dezir palabra.

Calderon in Comœdia, cui titulus, *El Laurel de Apolo* fol. 200. column. 3.4.

Daphne. *Que cauſa di?* Apolo. *Tu hermoſura.*
Daph. *No la havias viſto otras vezes?*
Apol. *Si, pero lo que ſe ve,*
Polymnia.
No es Daphne lo que ſe atiende.
Ahora ſabes, que el influxo
Reſervado punto tiene,
Y que no ſiempre es hermoſo [a]
Aun lo que es hermoſo ſiempre?

Et in *La Purpura de la Roſa*. fol. 211. col. 1.

Adonis. *Como al verte ſabrè*
Forzar y reprimir
Aquel amenazado
Influxo en que naci?
Venus. *Pues no me viſte entonces?*
Adon. *Confieſo, que te vi,*
Pero no te mirè. [b]
Venus. *Y ay como diſtinguir.*
El ver del mirar? Adon. *Pues*
Ay quien lo ignore? Ven. *Di*
Adon. *Que el ver es ſolo ver,*
Y el mirar, advertir.
Ven. *Y bien, que es lo que adviertes?*
Adon. *Que te llevas tras ti*
En tus rizos del ſol
Todo el dorado Ophir, &c. [c]

a] Licèt *ſemper & non ſemper* opponantur contradictoriè, verum eſt illud Martialis, *Non bene ſemper olet, qui benè ſemper olet.*

b] Differt autẽ *cerno* à *video, adſpicio, ſpecto, intueor*, quod cernimus animo, videmus natura, adſpicimus ex improviſo, ſpectamus voluntate, intuemur cura, quemadmodum elegãtiſſimè tradit Corn. Fronto *in differ. vocabulor.*

c] Progreditur ulterius Adonis ſpecioſamque Veneris pulchritudinẽ ingenioſè depingit.

Et quia hæc verborum differentia erat Eccelino notiſſima: non tam audiebat, quàm auſcultabat; non tam videbat, quàm cernebat ſingulos vocis & oculorum modulos, & geſtuum nutus; & hinc, quæ in alto latebant pectore, rimabatur arcana. Vnde ſubjungit idem Author. *E come quello, che era maraviglioſo Scrutatore, & indovino de più ſecreti ſentimenti de gl' huomini aſtuti, ſapeva penetrar i loro fini; e molte volte con ſtupenda verità vaticinava gli eventi, che perciò correva in concetto, & eſtimatione non pari.*

Ex loquentium vultu, oculis, &c. plus quàm ex verbis, quæ animo claudũt, Eccelinus intelligit.

Habuit non paucos Eccelinos antiquitas, inter quos à Græcis Πρωτεὺς, & ab Italis celebratur Vertumnus. Fuit autem Proteus Ægypti Rex, & in Deum verſus, apud Virgilium 4. *Georg.* Sed de hoc jam diximus.

Quis fuerit Proteus?

Quæ de Protei mutabilitate Poëtæ commenti ſunt, aliqui, ut paulò antè notavi, ad Hiſtoriam reducunt, & ab Ægyptiorum Regum conſuetudine emanaſſe aſſeverant. Illi enim, ut Diodorus teſtatur, tauri, leonis, draconis, aquilæ, &c. priorem partem ſuperponebant galeæ, & hoc inſigni ab aliis Regibus ſecernebantur. Hoc ornamentum, reverentiam, ſtuporem, aut ſuperſtitionem quamdam adſpicientibus videbatur injicere: & hinc orta fuit ἀποθέωσις & ſuarum fabula μεταμορφώσεων. Proteum fuit imitatus Vertumnus

Cur dictus fuerit in tot formas mutari?

Quis fuerit Vertumnus?

Etruriæ Princeps, poſteà & Deus; ſic dictus, quod in omnes formas & figuras ſe verteret. Varro *de lingua latina lib.* 4. Ovidius *lib.* 4. *Metamorph.* & *lib.* 6. *Faſtor.* Propertius, *Eleg. de Vertumno* Horatius *lib.* 2. *ſerm.* Illos æmulatus Caligula os, habitumq; ſingulorum Deorum exprimebat, & illâ die, nomine Dei, quem repræſentabat, volebat ſalutari. Accidit autem, ut quidam fortè Gallus Caligulam pro excelſo tribunali ſub ſpecie Iovis jus dicentem videret, & effusè rideret; rogatus, *Cur riſiſſet?* reſpondit, *Tantam ſibi videri illam Imperatoris ſtultitiam, ut riſum cohibere non potuerit.*

Caligula Deorum ſingulorũ perſonam agit: & ridetur.

Sed neq; ipſimet Aulici non ridere poterant Imperatorem; tam quãdo decorem ſpecioſum affectans, volebat repræſentare Venerem; quàm, ubi nudus, & Leonis exubiis humerum ſiniſtrum exornans, & clavam gerens dexterâ, glorioſo Herculis nomine nuncupabatur. Et hic erat abſolutus (aut diſſolutus) Mundi Dominus; qui potiùs, quàm

—— *Minantia verba* (leges)
Ære ligare

debebat ut amens & delirus ligari.

An fuerit diſſolutus, & amẽs?

Hiſtorias has ad mores reducunt Politici; & ideò apud Græcos Proteum, & apud Italos Vertumnum in omnes figuras verti dictos, quod ſciverint diſſimulare & ſimulare pro prudentiâ & tempore in agnos, in leones, in columbas, ſerpenteſque converterentur: quo etiam reſpexit Caligula, nam illius Dei adſumebat figuram, cujus ſcelera volebat imitari: nam, ut ſibi liceret ſuas vitiare ſorores, Iovem egit, qui Iunonem ſororem ſuam uxoris juſtæ loco habuit: & ut licitè innocentes occideret, Martem agebat: Mercuriumque, ut poſſet mentiri & furari. Quo reſpexiſſe videtur Iuvenalis *Satyr.* 4. dicens.

Cur Deorum figuras adſumeret?

Deus inceſtuoſus Iupiter: crudelis Mars: Mercurius latro, &c.

—— *Nihil eſt quod credere de ſe*
Non poſſit, ſi conlubeat Diis æqua poteſtas.

Et huc ſpectant aliqua ingenioſa Antiquorum adagia, è quibus nonnulla ſubſcribo.

Πρὸς τὸν μυςρυῆς τάφον δακρύειν, *Flere ad novercæ tumulum*; nam hujuſmodi lachrymæ per causã reſtrictæ, non dolorem, ſed lætitiam ſignificant, & ideò Μεγαρέων δάκρυα, *Magarenſium lachrymæ* poteſunt dici. Fuerunt autem Megarenſes, mendaces homines, qui fœminarum inſtar, *ad lachrymas oculos erudiere ſuos.* Nec hinc multum abſunt Κροκοδείλου δάκρυα, *Crocodili lachrymæ*, quales Iulii Cæſaris fuerunt ob mortem Pompeii, &c.

An lachrymis, & loqui, & mentiri poſſimus?

Huc pertinet illud Plauti.

Altera manu fert lapidem, altera
panem oſtentat.

Et illi convenit, qui ſimul loquitur & indicit contraria: puta, ſi opera verbis contradicant. Ambroſius *in ſerm. de Domin. de Abraham.* Appoſitiſſimè. *Cavete fratres mendacium: quia omnes, qui amant mendacium, filii ſunt diaboli. Non ſolùm in falſis verbis, ſed & in ſimulatis operibus mendacium eſt. Mendacium namque eſt, ſe Chriſtianum dicere, & opera Chriſti non facere; mendacium eſt, Epiſcopum, Sacerdotem, vel Clericum ſe profiteri, & contraria huic Ordini operari.* Habeturq; hæc authoritas 22. *qu.* 5.

An & mentiri operibus?

Sæpè ars obiuditur arte: & ab aſtutis cognoſcitur diſſimulatio: & ideò in eum, qui multo colorum non obſtante apparatu, tandem cognitus fuit, pulchra Adagia cantantur. Hæc pauca ſeligo.

Diſſimulatio, ſi innoteſcat, non prodeſt.

Αἰσώπειος κολοιός *Æſopicus graculus*, qui alienis plumis tectus diu latuit, donec explumatus comparuit. Horatius graculam fuiſſe vult, ut inſinuet, virilem prærogativam eſſe ſinceritatem, & ſimulationem vitium eſſe fœmineum: & ſic cecinit.

Fœminæ meliùs fingunt, quàm viri.

Moveat cornicula riſum
Furtivis nudata coloribus.

Πίθηκος ψιμμυθίου. *Simia fucata.* Πίθηκος ἐν πορφύρᾳ, *ſimia in purpura.* Et apud Hiſpanos multò meliùs, *Aunque la mona ſe viſta de ſeda, mona ſe queda.* Qui enim ira diſſimulat, ut eum diſſimulare cognoſcamus, non diſſimulat: ſed *queda hecho una mona*: manet valde confuſus. Talis erat Nymphæ illius ſimulatio, de qua Damœtas apud Virgilium *Eclog.* 3. conquæritur, exclamatq;

Ita ſimulare oportet, ut nemo ſuſpicari queat, intervenire uliquam ſimulationem.

Malo me Galathea petit, laſciva puella,
Et fugit ad ſalices, & ſe cupit antè videri.

Talis & illius Hypocritæ, de quo quidam Iunior,

Dogma tuum, ſi te (Iuſtine) latere lateret,
Laudarem; ſed te jam latuiſſe patet

Quo;

Scholaſticum, & Politicum Monitum.

Quoniam, ubi exclamabat Scholaſticus,

Scire tuum nihil eſt, niſi ſcire tuum ſciat alter.

Muſſat hodie Politicus.

Si ſciat hoc alter, ſcire tuum nihil eſt.

SECTIO X.

Adhuc de Vultu.

An Voci poſſit, & ſoleat contradicere?

EST Veritatis Cuſtos Vultus (Hiſp. *El ſemblante*) ubi enim Lingua à Vero deficit, ejus fallacias prodit Vultus, Dixit Lupus de Vega.

Mirad por Dios, que quando la voz miente,
El ſemblante turbado la deſmiente. [*]

[*] Non habet vox Latinus, quæ æquivaleat Hiſpanicè *Deſmentir*.

Et repoſuit Hiſpanicè, quod jam olim *Satyr.* 13. Iuvenalis cecinerat.

Tam facile & pronum eſt ſuperos contemnere teſtes,
Si Mortalis idem tandem ſciat. Adſpice quamvis.
Voce neget, qua ſit ficti conſtantia vultus. &c.

De vultus, & vocis diſſenſu. Non ſolùm verbis, ſed & vultu læditur amicitia.

nam linguam homo fraudi, ſi vult, accommodat: vultus autem perturbata ſerenitas vocem incriminatur.

Et hinc Benevolentia & morum ſuavitas non in verbis tantùm, ſed etiam in oculis & vultu conſiſtit. In Oratione pro Roſcio ſanctè Cicero. *Proverbium admonet Pietatem erga Parentes adeò religioſè colendam, ut non ſolùm, non offendamus eos verbis, aut factis impiis, ſed ne vultu quidem atrociore aut contumaciore.* Quoniam ut *libr.* 3. *Art.* ait Ovidius.

Serena facies decet homines, trux verò ad beſtias pertinet.

Pertinet ad faciem rapidos componere mores:
Candida pax homines, trux decet ira feras.
Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine venæ,
Lumina Gorgoneo ſæviùs angue micant.
Odimus immodicos, experto credite, faſtus:
Sæpè tacens odii ſemina vultus habet.

An mentiantur Poetæ, qui ſunt pallidi?

Color profectò in vultu Poëtarum mentitur: quia cum non poſſit eſſe niveus, eſt pallidus, ſcribit enim Guzzius in Agrophili pag. 152.

Nemo te Vatem dixit, tu Zöile palles:
Quidquid id eſt vitium carminis iſte color.

Et ſic conſultò loquitur: candidus enim color paucis convenit: nigri enim ſunt, qui ſcribunt. Satyras & viros excellentes denigrant: & qui laſciva ſcribunt, deberent proculdubio pudore & rubore ſuffundi.

De Politicis.

Interim, tametſi debeat Vultus collaudari ſinceritas, & in illo & Veritates pectoris, & linguæ mendacia clarè & liquidò apparere videamus, negare nullo modo poterimus, aliquos Politicos ita in ſimulatione profeciſſe, ut vultum exhibeant, qualem volunt. Et hæc præcipuè proprietas inſidet crudelibus & ſœvis Principibus, qui vultu læto, & verbis benignis univerſos decipiunt, cùm tamen cogitent aliorum ſemper miſeriis & jacturis ditari. Quoniam, ut inquit Græcus Comicus,

An ſciant fingere vultum qualem volunt?

Τυραννίδος δὲ τῆς πάλαι θρυπτομένης.
Τὸ μὲν πρόσωπον, τὰν δόμασι δὲ λυπηρά.
Vultu Tyrannus eſt quidem lætiſſimo,
Intus dolores, ſed fovet graviſſimos.

An & Tyranni è numero Politicorum ſint?

SECTIO XI.

De Detractoribus.

Quo modo compeſcantur?

De Detractoribus & Calumniatoribus. Quo modo habendi?

SVNT iniqui; & magnâ prudentiâ tractandi. Si verbis reprehendantur, furiunt, & effutiunt pejora; & ideò ab Auditoribus reprehendi debent Vultus ſeveritate. De illis P. Mendus in ſententiarum certò probabilium Epitome verb. Honor. num. 19. ſic ſcribit. [Audire Detractorem non cooperando, eſto non reſiſtendo, nec reprehendendo, vel ex timore juſto, vel ex negligentiâ, aut levitate, ſolùm eſt peccatum veniale; nam ea auditio materialis, dum nec laudat, nec approbat, nec eſt concauſa, niſi ex officio audiens teneatur corrigere, aut ex ejus taciturnitate ingens alteri damnum ſequatur, vel judicetur cum approbare detractionem.] ait enim Bonifacius VIII. *Qui tacet, conſentire videtur.* Regula XLIII.

An, & cur eos audire, peccatum ſit?

Interim ſilentium ſi ſeveritas vultus, & oculorum auſteritas ei linguam

ad-

Digitized by Google

An, qui tacet, detractori aſſentiri cenſendus ſit?

addant, reprehenſio eſt. Audi Iacobum Catzium, qui pag. 17. ſic inquit.

Satyricus. — *Sunt deniq; nulli Nam detractores, ubi nemo præbuit aurem.*

[Dicendi modus non penès loquentem, ſed penès audientem eſt, inquit Stobæus. Rem tetigit; Detractio enim, ut percuntando excitatur; ſic auſcultando nutritur; nec unquam, loquax illa Dea è latibulis ſuis prodit, niſi evocata: ut verò aliquis interrogando, ſic aures faciles præbendo linguacibus iſtis garriendi anſam dedit, protinùs in varios moleſtæ garrulitatis modulos latè diffunduntur, adeo ut, ſi uſpiam, certè in iſtis locum habeat illud Poëtæ, *Excitat Auditor ſtudium*. Si contra prudentior animoſiorve aliquis ſive ſeria increpatione, ſive vultu ad gravitatem compoſito ſe ſe fabulæ inſerat, ſtatim ſermonem abruptum ejuſque autorem piſce mutiorem conſpicias, non ſecùs, ac ſi hoſtilis facies occurrat, & omnia turbet. Maledicis ergo ſi frænum injicere vis, animi averſionem vultu exprime, & rem perfeceris: nunquam autem calumniatores deerunt, dum, cui perſuadeatur, exiſtit, ait Ioſeph.

Quo modo faciemus, ut detractores taceant?

SECTIO XII.

De Lætitia, & Mœrore.

Nequeant latere in Animo, quin ex Vultu innoteſcant.

Paſſiones principales Animæ.

PRæcipuè Animi paſſiones ſunt, Gaudium, & Mœror. Ab his cæteræ profluunt, & ad ipſas recurrunt. Interim hæ ſtatim percipiuntur in Vultu.

De Lætitia.

Nullum eſt dubium de Lætitia. Virgilius Æneid. libr. 1.

Olli ſubridens hominum Sator atq; Deorum
Vultu, quo Cœlum tempeſtateſq; ſerenat,
Oſcula libavit natæ. [*]

*] Hinc Iupiter *Serenator* ab Ethnicis vocatus eſt.

Et libr. 7. ſic Latinus ſtatuit.

An ſint hoſpites ſocii?

Ipſe modo Æneas (noſtri ſi tanta cupido eſt:
Si jungi hoſpitio properat, ſociuſque vocari)
Adveniat; vultus ne-ve exhorreſcat amicos.

De Triſtitia.

Addamus etiam præclara aliquot Triſtitiæ, & mœroris exempla Æneid. 6. Virg.

Æneas mœſto defixus lumina vultu
Ingreditur, linquens antram, cæcoſq; volutat
Eventus animo ſecum.

Et libr. 1.

Sic ait, atq; animum pictura paſcit inani [*]
Multa gemens, longoque humectat flumine vultum.

*] Erant hæ Picturæ in Templo, Didus juſſu ab optimis penicillis delineata, & miſeros Troum caſus, & Trojæ excidium repræſentabant.

Et lib. 9. ſic memorans humeros dextraſq; tenebat.

Amborum, & vultum lachrymis, atq; ora rigabat.

Et huc pertinere videntur quæ libr. 3. dixerat.

Dejecit vultum, & demiſſa voce loquuta eſt.

Et agens de Dido.

Per loca ſenta ſitu (tenebras) noctemq; profundam

poſt αὐτοχειρίαν decurrente, libr. 6. ſic ſcribit.

Illa ſolo fixos oculos averſa tenebat;
Nec magis incepto vultum ſermone movetur,
Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

Habuiſſe Cacum dixerat lib. 8.

Terribiles oculos, vultum, villoſaq; ſetis
Pectora. Et libr. 10.
At verò vultum vidit morientis & ora,
Ora modis Anchiſiades pallentia miris. &c.

Sicut modis miris palleſcunt ora, ſic modis miris motantur: & tunc Geſtuoſa dicuntur. Conradus.

Mox geſtuoſa labra vultu exaſperat.

SECTIO XIII.

De Fronte in ſpecie.

An etiam loquatur, interioreſq; Animi paſſiones indicet?

Eſt Frons Faciei nobiliſſima pars.

EGimus de toto hucuſq; vultu, qui partibus nonnullis componit. Sed, quia inter ipſas ſublimior, & nobilior eſt Frons, jam tandem de illa in particulari diſſeramus.

Vultum ſimul cum fronte compoſuit Virgilius, qui ſub Æneidos ſexti finem de Ænea poſteros ſuos prævidente ſic cecinit.

Atque hic Æneas (una namq; ire videbat
Egregium forma juvenem & fulgentibus armis:
Sed frons læta parùm, & dejecto lumine vultus).

Quis

Quis Pater ille Virum, qui ſic comitatur euntem.
Filius? an-ne aliquis magna de ſtirpe nepotum?

Præcognovit, & prędixit Anchiſes futura omnia, quæ erant præterita Virgilio: & hic finem imponit, quia cętera ignorabat.

Et poſt pauca Anchiſes interrogantis ſatisfacit curioſitati, aitq;

Heu miſerande Puer, ſi qua fata aſpera rumpas!
Tu Marcellus eris. Manibus date lilia plenis.
Purpureos ſpargam flores. &c. [*]

Imitatur Apulejus Virgilium; nam Metamorphoſeon tertio ſic inquit. *Longè diſſimilis advenit: non læta facie, ſed vultuoſa fronte rugis inſurgentibus aſſeverabat.*

Occultas animi cogitationes, turbationes, affectus, exire per oculos, exprimi in fronte, & vultu, notarunt Antiqui, & Novitii Scriptores, & experientia quotidiana confirmat.

An, & cur frons, à ferendo, dicatur?

Plinius libr. 11. *Quid contraxiſtis frontem; frons enim homini, triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeveritatis, &c. index eſt.* Paſſeratius, [A dexterâ & ſiniſtrâ temporibus, à ſuperiori capillorum radice, ab inferiori parte ſuperciliis terminata, corrugatur in triſtitiam, & in lætitiam dilatatur.] Et hinc ſortita eſt nomen: nam, ut Criticis placet, fuit à ferendo dicta, quòd mentis cogitationes, & Animi paſſiones præ ſe ferat.

De frontis lætæ, & triſtis diſcrimine.

Multæ in fronte differentiæ notantur, at ad duas commodè reducuntur: vel enim eſt læta & benigna, vel crudelis & mœſta. Aliqua de lætitia dicamus.

Exporrigere frontem, *quid ſit?*

Terentius in Adelph. *Exporrige frontem* (hoc eſt vive hilariter: qui enim ſunt læti, frontem, ut dicebamus, exporrigunt; qui triſtes contrahunt) Horatius lib. 13. Carm.

Sollicitam explicuere frontem.

Et explicare frontem *quid ſit?*

Plautus in Caſ. *Porrectiore fronte mecum loquaris, oportet.* Et in Aulul. ſcen. 1. act. 4. *Herile imperium ediſcat, quid frons velit, oculi ferant.*

Quid ſit magna conſcientia?

Quintilianus *Frons imbecilla ſuſtinetur magna conſcientia.* [Et neſcio, cur hîc *magna conſcientiæ* nomine nimiam verecundiam Paſſeratius intelligat.] Martialis libr. 1.

Illa (*læta* ſcilicet) *fronte precor carmina noſtra legas.*

Frons matutina, *quæ?*

Et alibi

Nec matutina ſi mihi fronte venis.

Pontanus. —— *Decuſq;*
Egregiũ formæ, & tot honeſta frontis honores. &c.
Lucida frons, caput auricomum, roſeiq; capilli.

Vocari ſolet Honeſta, Lucida, Venuſta.

Mantuanus —— *Frontemq; venuſtam Movit.*

Pulcher, & eximiæ divino frontis honore. &c.

Sydeream circa pulchro curvamine frontem.

Syderea.

Sicut lætos & bonos Animi affectus in fronte proſpectamus & legimus, ſic etiam infauſtos, & improbos. Plautus in Milit. ſcen. 2. act. 2. *Vide, ut adſtitit, ſevera fronte, curas cogitans.* Et in Aſin. ſcen. 3. act. 2. *Truculentis oculis, triſti fronte.* Virgilius. Æneid. 3.

Crudeles mentis Reſolutiones cognoſcuntur ex fronte.

Et ideò frons vocatur

Fundimur, & telo lumen terebramus acuto.
Ingens, quod torva ſolum ſub fronte latebat.

Severa. Triſtis. Torva.

Et Æneid. 11. ſic ſcribit.

—— *Sedet in mediis & maximus ævo.*
Et primus ſceptris haud læta fronte Latinus.

Et Operis ejuſdem ſeptimo.

Alecto torvam faciem & furialia membra
Exſuit, in vultus ſeſe transformat aniles
Et frontem obſcœnam rugis arat, induit albos.
Cum vitta crines. &c.

Obſcœna.

Hieronymus Angerianus.

Inſignes crines, fronte nitente ferox.

Ferox.

N O T A

Adduntur nonnulla Vultus loquentis teſtimonia, quæ præcedentes Concluſiones adfirmant.

Sicut frons, ſic paſſiones & cogitationes vultus prodit. Id hucuſque multis teſtimoniis perſuaſi: & hæc, ne perdantur, ſubſcribo. Cicero libr. 3. de Orat. *Imago Animi vultus eſt, indices oculi.* & ideò nomen habet, ſicut enim à *colo* hodie *cultum* dedocimus, ſic à *volo* Veteres traxerunt *vultum*; quod ſtatim in vultu voluntas humana innoteſcat immò etiam intellectus. Ovidius Faſt. 5.

An, & cur Vultus *à volendo, dicatur?*

Vox erat in curſu, vultum dubitantis habebam.

An, non ſolum Voluntas, ſed & Intellectus cognoſcatur in vultu?

aliter enim eum componit, qui aſſerit, aliter qui negat; & alio modo qui rem ſcit, alio qui dubitat & reſcire deſiderat. Ovidius ibid.

Addidit & vultum verbis, iterumq; rogavit.

Addere vultũ verbis *quid ſit*

Et

Et *addere vultum verbis*, eſt, quod Hiſpanus ait, *moſtrarle buena, o mala cara a aquel, a quien hablamos.* Et idem libr.4.Triſt.eleg.3.

Inq; meam nitidos Dominam convertite vultus.

Et quid vultus e vultu ſit?

Seneca cap. 15. de conſol. ad Helv. *Quo viſo* (filio) *triſtem vultum relaxavi.* Plautus in Amph. *Vultus è vultu comparet.* Quæ verba, ut intelligantur poſtulant, ut recorderis *vultus* eſſe vocem æquivocam: nam ſonat *faciem* Hiſp. *la cara & alterationem faciei*, Hiſp. *el ſemblante.* ac ſi dixiſſet, *Conoceſe ſu mala intencion* (in vultus vultu) *en el ſemblante de la cara.* Idem Plautus in Aul. ſcen. 6.act.4. *Te eſſe bonum è vultu cognoſco.* Cicero libr.1. de legib. *Et is, qui appellatus* vultus, *qui nullo in animante eſſe præter hominem poteſt, indicat mores.*

An mores in vultu noſcantur?

Virgilius Soli vultum attribuit, & quod de vafris & verſipellibus hominibus dici poteſt, de eodem affirmat: ſcribit enim.

An mutantur colores, qui in vultu errant?

——— *Nam ſæpè videmus*

Ipſius in vultu varios errare colores.

Interim, ne in malam quis partem hanc ipſam colorum varietatem accipiat, & inde fallacem & mendacem Solem eſſe aſſeveret, ſubjungit.

An ſol poſſit mentiri?

Sol tibi ſigna dabit. Solem quis dicere falſum

Audeat? [*]

Sanè indicia, quæ ex vultu, ſicut, quæ ex fronte in læta & fauſta, & in triſtia & infauſta ſecernentes. In his hilaria, aut etiam benigna invenimus. Claudianus

Veſtibuli Cuſtos vultu longæva decoro.

Mant. ——— *Et placidi radiant in caſſide vultus.*

Pont. ——— *Et niveos tingit nova purpura vultus.*

Et iterum. *O dulces matris vultus.* Thomas Rad. *Vultu placidulo nudo.* Pamphilus Saxus. *Vultu me lege, te precor, benigno, læto, ſydereo.* Conradus. *Dum lacteo vultu ſolutis candida progreditur capillis.* Et Crinitus.

Diva ridenti creat alma vultu.

Baptiſta Pius.

Candida Pax, hilaris vultus, moreſq; benigni.

Et libr.1. Tibullus

Semper ut indicat blandos offert mihi vultus.

Mant. ——— *In vultu reverentia tanta venuſta.* &c.

Læta verecundos decorabat gratia vultus.

Addere placet adhuc unicum verſum, quem Plutarchus ſubindè velut Proverbialem uſurpat.

Ἄγχι σχῶν κεφαλὴν, ἵνα μὴ πυθοίαθ' οἱ ἄλλοι

Admoto capite, reliqui ne audire valerent.

Admovere caput, *quid ſignificet?*

Ergo quando admovemus caput (nempe, vel os alterius auri, vel autem ori) hoc motu capitis velle in ſecreto aliquid audire, aut dicere ſignificamus.

*] Non ſolum à Solis vultu, ſed etiã à vultu Lunæ argumenta ſumuntur: dicũt enim Promantici *Pallida Luna pluit: rubicunda flat: alba ſerenat.*

ARTICVLVS VII.

Ο'ΦΘΑΛΜΟΛΟΓΙΑ.

De Simplici Oculorum Colloquutione.

Habeat Oculi, ſuam ſpecialẽ Ortographiã, Grammaticã, Rhetoricam, Phyſicam, Matheſim, &c.

DE Simplici, inquam, ſequenti enim Articulo de Ornatâ, & Phaleratâ Oculorum Colloquutione diſputabo. Loquuntur enim, & eloquuntur Oculi: & illud prius Grammaticam. Et hoc poſterius Rhetoricam Ocularem concernit: ſunt enim loquaces, & garruli Oculi, & nobis etiam invitis, Animi ſecreta & arcana propallant: Marſilius Ficinus, Platonis, & Plotini Commentator egregius, *libr. 9. de regn. cap. 20.* appoſitiſſimè ſcripſit. *Oculi ſunt Animi indices, per quos homines clementiam, miſericordiam, amorem, odium, iram, lætitiam, triſtitiam, & hujuſmodi affectus oſtendunt; & magis eos augent.*

An-

An Virgilius cognoverit Ocularem Grammaticam?

An-ne hanc Artem intellexit Virgilius? Videretur quod non: ſi enim eam ſciviſſet, accenſuiſſet Polymniæ & in Epigrammate de Muſarum inventis ceciniſſet,

> *Signat cuncta oculis, loquiturq; Polymnia viſu.*

An ſub nomine Geſtus *Oculorum nictationes intelligantur?*

Aſſero tamen hanc illum Artem cognoviſſe, eamque voce *geſtu*, quæ patet latiſſimè, ſignificaſſe; quoniam ante illum multi, & aliis ipſe in locis, ſicut etiam poſt ipſum alii, homines per oculos loqui fatentur. Hos attentè conſidera.

Plautus in Capr. ſcen. 4. act. *Herile Imperium* (oculorum idioma) *ediſcat: ut quod frons velit, oculi ferant.* Et iterum in Milit. ſcen. 3. act. 2. *Oculis mihi ſignum dedit, ne ſe adſpicerem.* Et Ludovicus Velezius de Guevara Comœdiam ſecundam trigeſimæ Partis compoſuit, & introducit Virginem in montibus Aſturiæ natam, quæ loquatur hoc modo.

An Amor cognoſcatur in Oculis? Horuum verſuum dialectus Aſturica eſt, non Caſtellana.

> Olalia. *Que tantas triſtezas*
> *Sin menguarte nada,*
> *Si non es cariño,*
> *Do-me a Dios, Pelaya.*
> *Que en foras, que quiera*
> *Enzelallo l'Alma,*
> *Ma Dios, que los ollos*
> *A vozes lo fablan.*

An Animus in Oculis habitet?

Sicut amorem, ſic iram, odium, & alios affectus produnt Oculi. Agellius libr. 3. cap. 5. *Iracundia obſtitit oculis.* Et cap. 8. *neſcio quem oculis requirit.* Et ex utroque Paſſeratius. [*Sunt autem Oculi pars corporis pretioſiſſima, in quibus, ut Albertus Magnus inquit, maxima indicia amoris & odii exiſtunt; ſunt enim veri cordis nuntii, in quibus Animus inhabitat. Terentius in Adelph.* — Dii me pater Omnes oderint, ni magis te quàm oculos nunc amo meos: *Cicero 2. de natur. Deor.* Nam & Oculi tanquam Speculatores, altiſſimum locum obtinent, ex quo plurima conſpicientes fungantur ſuo munere.]

Cur ſint in tam ſublimi loco poſiti?

SECTIO I.

De Oculorum Phyſica.

De Oculorum natura. Qualis ſit?

PLacet præmittere breves aliquas circa Oculorum ingenium, proprietateſque conſiderationes. [a] *Illorum natura diaphana eſt: id eſt tranſlucida: ſit potiſſimum è natura* Polymnia. *Solarè; & idcircò lumen naturaliter appetit, facileq; impletur lumine Solis.* Marſilius Ficinus *in Plotin. En. 3. lib. 9. cap. 3.*

Quomodo Viſio fiat? An recipiatur, an potiùs emittantur ſpecies?

Spirituali modo ſpecies ſuſcipiunt: nam, cum lumen Solis ſpirituale & incorporeum ſit, quidquid ſuſcipit, natura ſua ſuo ſuſcipit modo: ideò colores & figuras corporũ modo ſuſcipit ſpirituali, & eodem pacto ipſum ab oculis ſuſceptum inſpicitur. Idem *in Platonis conjur. or.* 5. 44. Et hîc obiter notabis duo, alterum circa nomina, alterum verò circa res. Et quidem circa res, duas eſſe de Viſionis modo Philoſophorum Opiniones: alii enim per ſuſceptionem, & alii per emiſſionem ſpecierum, fieri Viſionem aſſerunt: Illis videtur adhærere Ficinus, quia *ſpecies ſuſcipiunt* ſcripſit: at Faſcinatio, de qua ſtatim loquemur, horum, ut exiſtimo, opinionem perſuadet. Circa nomina obſerva voces *Spirituale*, & *Incorporeum* aliter à Grammaticis, & aliter uſurpari à Theologis: illi enim materiam ſubtilem, & quæ non poteſt tangi, *ſpiritualem* & *incorpoream* nominant: hi verò ſyſtema ſpeciale conſtituunt, in quo ſit corporis, & materiæ negatio; & ad id ſpirituales, & incorporeas entitates reducunt. Rerum ſanè ſpiritualium (Theologicè accepto uocabulo) nullam notitiam habent Ethnici, & ideò *Spiritus* nomine Ventum intellexit Virgilius

Quid ſit Spiritualitas, aut Incorporeitas?

An Venti ſint ſpiritus?

Virg. Æneid. 12.

> *Ac veluti Edoni Borea, cùm ſpiritus alto*
> *Inſonat Ægeo.*

An reſpiratio? An odor?

Quintilianus declamandi vehementiam. *Majore ſpiritu loquendum de rebus Divinis.* Item. *Niſi ea majore Oratoris ſpiritu impleantur.* Conſonaq; Ovidius

Ovidius libr. 4 Triſt. Eleg. 1.

> *Sic ubi mota calent ſacro mea pectora thyrſo* [*]
> *Altior humano ſpiritus ille malo eſt.*

*] *Thyrſus* hic metaphoricè *furorem* ſignificat.

Et odorem Lucretius *lib. 3.*

> ——*Bacchi cum flos evanuit, aut cùm*
> *Spiritus unguenti ſuaves diffugit in auras.*

De Potentiis Realibus, & Intentionalibus.

Porrò Potentiæ, aliæ Reales, & aliæ Intentionales ſunt; Intentionalium enim eſt percipere, & Realium facere. Et ideò inquiris, *An oculi tantummodò ſuum Objectum percipiant; hoc eſt, videant: an verò in rem perceptam viſamq; aliquid rea-*

An Oculi operentur realiter?

liter operentur, & faciant? Et ego, quidquid Veteres dixerint, ineſſe Oculis utramq; virtutem decido: magna enim, ſed in malum, eſt Phyſica eorumdem potentia: nam morbos, & aliquando mortem in res, quas perſpiciunt, inſtillant. Et, qui adſpiciendo nocent, *res adſpectas faſcinare* dicuntur. Sebaſtianus Covarruvias *in Lingua Caſtellana Theſauro. verb. aojar.* ſic ſcribit.

Quid ſit Faſcino?

En Africa huvo gente, que deſtruìa las coſas con ſolo mirarlas, ſecando los arboles, y matando los animales. Entre los Treballos, y Illyricos, que llamamos Eſclavones, huvo gente, que tenia eſta mala propriedad. Y hoy dia ſe ſoſpecha [a] *que en* [b] *España hay en algunos lugares linajes deſtas Gentes, que eſtan infamados de hazer mal poniendo los ojos en alguna coſa, y alabandola: y los niños corren mas peligro, que los hombres, por ſer ternecitos, y tener la ſangre tan delgada.* hoc eſt. *Habuit Africa homines,* (*homines* indefinitè dico, ut *aliquos* tantummodò intelligam; fuiſſe enim, aut gentem, aut populum, hoc morbo infectum, crediturus non ſum; matres enim ſuos filios proſpectando interimerent, finemque imponerent poſteritati.) *qui res tantummodo aſpiciendò, deſtruerent; nam exſiccabant arbores & occidebant animalia. Inter Treballios & Illyricos, quos Sclavones dicimus, reperti ſunt, qui hac proprietate peſſima inficerentur. Et, ut nonnulli ſuſpicantur* [a] *etiam num in* [b] *Hiſpania exſtant familiæ, quas infamat Oculorum crudelitas: nocent enim rebus, quas proſpiciunt, & laudant. Et infantibus potiùs quàm viris, nam ſunt tenelli, & habent delicatulum ſanguinem.* Et quidem eſſe tales familias nunquam vidi, aut audivi: at eſſe decrepitas & putridas vetulas, quæ per oculos venena ſpirent, & infantibus noceant, experientia perſuadet; quoniam infantes ſæpè hoc laborare morbo, aut etiam periclitari, aut perire, videmus.

Qui reſpiciendo inficerent, olim fuerunt in Africa.

Non homines & animalia tantùm, ſed etiam arbores reſpiciendo exſiccabant.

An in Illyrico: an etiam in ipſa Hiſpania reperiuntur?

Annoſa fœmina, & non viri oculos malis humoribus infectos habent.

Faſcinantes Oculos etiam reperiri in Italia manifeſtè ex Menalca Virgiliano colligitur: quoniam Damœtæ, qui dixerat,

Eheu quàm pingui macer eſt mihi taurus in arvo!
Idem Amor exitium eſt pecori, pecoriſq; Magiſtro.

ſuccinens reſpondebat,

An faſcinatio in Italia contingat?

His certè, neque Amor cauſa eſt,
vix oſſibus hærens,
Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Faſcinationem, non à naturalibus cauſis, ſed ab incantatione procedere exiſtimarunt Veteres: nam crearunt Deum Faſcinum, cujus nomine contra faſcinantem Genium ſe poſſe prævalere putabant. Plinius *lib. 28. cap. 4.* id teſtatur his verbis. *Religione mutatur & Faſcinus; Imperatorum quoque* [c] *non ſolùm infantiũ Cuſtos; qui Deus inter Sacra Romana à Veſtalibus colitur.* Et idem *cap. 2.* dixerat, *Cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus?* & paulò ante *libr. 19. cap. 4.* præmiſerat, *Hortoſq; & fores contra invidentium faſcinationes* [d] *dicari videmus.* Et utebantur inſtrumentis contra hunc morbum ſacratis, nam *libr. 13. cap. 4.* ſcripſerat, *Dente contra faſcinantes religione politum.* Inter crepundia ergo gerebant infantes dentem cæremoniis à ſuperſtitione præſcriptis elaboratum. Et Nos infantes realiter, & moraliter contra faſcinationem munimus realiter opponendo illis lapides & pelles, quas talem habere virtutem experientia perſuaſit: moraliter verò, addendò orationes & Sanctorum reliquias, quorum precibus, & patrocinio nos à periculis ſubducimus & liberamus.

De Deo Faſcino.

Ethnici creabant ſuos Deos.

An à naturalibus cauſis faſcinatio procedat?

Quomodo Infantibus, olim volebant Gentiles proſpicere: & quomodo proſpiciũt Chriſtiani?

*] Quæris, *Cur Ocularem Phyſicam, Orthographiæ, Grammaticæ, Rhetoricæ, &c. hic dimerim præmittere, ſiquidem univerſi Doctores illam ſemper poſt has ſuis Diſcipulis tradunt?*

Naturæ ordinem à Doctrinæ Ordine diſtinguendo reſpondeo: prior enim poſtulat, ut ab antiquioribus; & poſterior, ut à magis neceſſariis incipiamus. Et nobis, quia varietas delectat, licet in aliis locis Doctrinæ Ordinem ſectati ſumus, libuit impræſentiarùm nonnulla de natura Oculorum præmittere, ut expeditius de eorumdem poſtea Colloquutione diſſeramus.

De Ordine.

Eſt duplex: Natura & Doctrina: utrùm ſequuti ſimus?

a] Ante examen de infamia poteſt eſſe ſoſpicio, at hæc exeidit poſt examen: multa enim in Infamia requiruntur, quæ certitudinem poſtulant.

An ſuſpicio de infamia ſit poſſibilis?

b] Si tales familiæ in Hiſpania invenirentur, dicerem illas ab Africanis, qui habent infectos oculos, oriundas eſſe: exonerarunt enim in Hiſpaniam Maurorum copioſiſſimi exercitus, illamq; oppreſſam habuerunt multis annis.

Unde provenerint, ſigna familia habent oculos infectos in Hiſpania.

c] Sed cur Imperatores ſuos Antiqui Deo Faſcino, ſub cujus tutela Infantes erant, crediderunt? Quia ſicut Infantes ſic Principes & Reges, etiam in ætate provecta, faſcinantur: oculis nimirùm, & lingua; nam Oculis *lib. 9. cap. 4.* Agellius faſcinationem tribuit: eamdemque Linguæ Catullus *ad Leſb.* accenſet: &, ſi rem bene examinem, utroque modo morbum hunc, qui gubernant, incurrunt. Non ipſi alienis, ſed propriis faſcinantur oculis, dum promovent ad Publica Munera, qui placent, non qui Populo poſſunt prodeſſe. Faſcinat etiam Imperatores co-

An Principes & Imperatores faſcinentur?

Digitized by Google

eorum, quos incauto & cœco amore proſequuntur, linguæ, nam ab ipſis falluntur, & graviſſimè peccant decepti. Prudenter ergo Antiqui ſub tutelam Dei Faſcini, Infantes & Imperatores compoſuerunt.

De verbo Faſcino. Vnde ducatur?

Βασκαίνω.

d] Illa Plinii verba, *Hortoſq; & fores contra invidentium faſtinationes dicare videmus*. confirmarent Criticorum opinionem, quæ verbum Latinum *Faſcino* à Græco *Βασκαίνω*, *invideo*, & *indignor*, deducit, niſi experientia perſuaderet contrarium: quæ enim inficiunt pueros, non illis oculis invidia & ira tinctis nocent, ſed amore turbatis, & commotis affectu.

SECTIO II.

De Oculorum Ortographia.

Occurrit Petri Berengarii (nõ Sacramentarii, & jam olim diris dãmnati Hæretici; ſed alterius, quem contra Viros Magnos Scripta celebrem reddiderunt) eruditum & ingenioſum Apophthegma: inquit enim. *Sicut viles cibi, aut etiam negligentiùs conditi, apponi nobis poſſunt in vaſis argenteis vel aureis: ſic ſimiliter in charta bibula vacillante & imperita ſolet pulcherrimum Epigramma deſcribi: & in membrana candidiſſima purpuriſſo, quo colore in ſubſcriptionibus ſuis olim Imperatores utebantur, frigida & omni conceptu vacua poſſunt Carmina delineari.*

SVNT multi, qui eloquenter loquuntur, nec tamen pulchros characteres delineant; alii, qui contra. Et quia de ſignis ocularibus agimus, meritò inquirit Erudita Curioſitas, *An ipſi loquantur, an ſcribant? An in eis Animus conceptus ſecretiores ſcribat; an verò per illos loquatur?* Reſpondet Archon Athenienſium his verbis.

Tu eres Alexandro Amigo,
Quien puede al mal en que peno
Dar alivio: tu ſer puedes.
De mi afflicion el conſuelo.
Mas para que tu conoſcas,
Que no de todo te empeño
Tan ſin razon, de eſte Amor,
Que te he tenido encubierto,
Tiene noticia mi Eſpoſa,
Que ſon agudos los Zelos,
Y me ha leido en los Ojos,
Lo que eſcribió el Alma dentro.
Ella ſabe a quien adoro,
O lo preſume a lo menos,
Que en la falta del cariño
Ha ſido aviſo el deſpego,
Para, que ella lo averigue.
No ſe, quando conſidero
Su diſcrecion, ſu hermoſura,
Su agaſſajo, ſus affectos,
Como pudo otra belleza
Triumphar de mis penſamientos
&c.

Ita *part.3.comœd.1.* (El defenſor de ſu aggravio) *act.1.* Authore D. Auguſtino Moreto.

Ecce in Oculis Amor characteribus manifeſtis ſcribit, quæ Zelotypia ſtatim legat & intelligat.

SECTIO III.

De Oculorum Grammatica.

An in Scientiarum Flaviſſis aliqua reperiatur, quæ ſit Oculorum Grãmatica?

SVpponere videtur Titulus, quod quia nullibi legeris, aut audiveris, ἄπιστον judicas, & ut dilucidetur, aliquem Palæpharum [a] requiris. Hæres igitur in ipſo Diſſertationis limine, & interrogas, *An, & quid ſit Oculorum Grammatica, quam ob oculos pono?* Et, quia duas in una Controverſias obvolvis, illas ſecerno, ſingulatimq; meditor & decido.

Reſolutio.

P. Gabriel Tellez, Poeta celeber, libros, qui non erant Theologici ſub ficto Tirſi nomine in lucem prodire permiſit.

Primæ reſpondet hæc Aſſertio. *Præter ingenuas Artes, quas* LIBERALES *Vulgus nominat, & ſeptenario numero comprehendi exiſtimat, ſunt multæ plebi ignotæ, & inter ipſas glorioſum locum obtinet Oculorũ Grammatica.* Hanc Caſſandra apud Mag. Tirſum de Molina *Cigarr. libr. 1. pag.136.a.b.* accuratè didicerat, nam Hiacynthum illam ſuum nondum didiciſſe conquæritur, ut conſtat ex ſequenti Epiſtolio, quod ad ipſum ſcribit: inquit enim.

Si Vos, Señor Don Iacintho, huvierades apprendido en las Eſcuelas de Amor la Grammatica de los ojos, entendertades por los mios, a menos coſta de mi atrevimiento, lo que tantas vezes (nempe, *con ellos*) *os he dicho, y Vos haſta agora ignorais.*

Erat Hiacyntho ſimilis D. Franciſcus de Quevedo, & neſciebat Oculorum Idiomata, quæ tamen ſuo malo poſtea didicit, ut *Idyllio III. pag.226.* fatetur. Sic enim inter lachrymas concinit.

Habent Oculi ſpeciale, & iis, qui non amant, ſecretum & ignotum Idioma.

Fabula ſoy del Vulgo, y de la Gente,
Que de Amor con mi exemplo
ſe reſcata,
Quando con igual fuerza me
maltrata
El bien paſſado y el dolor pre-
ſente.
Antes que te rindiera mis deſpojos,
Y antes que te mirara (*Gloria*
mia)
Yo confiſſo de mi, que no enten-
dia
El ſecreto lenguaje de los ojos.
Paſaba el tiempo en exercicios ru-
dos,
El oro deſpreciando y los zaphi-
ros:
Nunca les halle lengua a los
ſuſpiros,

Porque penſe haſta agora que eran mudos.

Plautus in Capt. Scen. 4. act. 3.

Hanc Oculurum Grammaticam, quam in Amotis Athenis tradit Amor, decet in Aulis Regiis Timor, unde inquit Plautus, *Herile Imperium* (Grammaticam Ocularem) *addiſcat; ut quod frons velit, oculi ſciant.* Et iterum, *Oculis mihi ſignum dedit, ne ſe adſpicerem.* Et hu c *Æneid.* 8. reſpiciens Maro, Evandro præcipit, ut potiùs oculis, quàm auri fidat: nam audiverat Æneam loquentem labiis, & eumdem adhuc oculis loquentem auſcultat; ſcribit enim,

& in Mil. ſcen. 3. act. 2.

An legantur aut auſcultentur Oculi?

Dixeras Æneas; ille os, oculoſq; loquentis
Iam dudum, & totum luſtrabat lumine corpus:
Tunc ſic pauca refert. Vt te fortiſſime Teucrum
Accipio, agnoſcoq; libens; ut verba Parentis,
Et vocem Anchiſæ Magni, vultumque recordor. &c.

Inſtitutiones igitur hujus Ocularis Grammaticæ Ego impræſentiarùm traditurus, novum præparo calamum, exordiumq; à vocis notione deſumo.

Hebraica vox עין AIN *ſignificat* fontem *&* oculum.

Sanè *Oculus* dicitur in Lingua Sancta, (quæ eſt omnium mater) עין AIN, à verbo עין AIAM, quod eſt *intueri, adſpicere.* Et quia eadem vox עין, *Ain*, & *Oculum*, & *Fontem* ſignificant, Adamum (Is Nomenclator Hebræus fuit) collaudabo; *oculi enim*, aſſentente Marſilio, *omnium Scientiarum fontes ſunt; ipſæ enim ab experimentis, quæ oculis diſcutiuntur, dependent.* Et quidem quoniam literæ ע eſt prolatio difficilis, nec æquivalentem habet apud Latinos Græcos-ve; per *ng* paſſim innuïtur, & aliquibus ut *g*, & ab aliis, ut *n* pronunciatur.

Marſilius Ficinus lib. 5. Dionyſii Areopagitæ de Divinis nominibus.

Voces Græca & Latina ab Hebræa provenientes.

Ab illo priori ſono prodierunt voces Γάνος τὸ, *ſplendor*: Γανύω, *ſplendeo*: γάνυμαι, *latè & ſplendidè vivo*. Γυνὴ, *mulier*: Ganeum, *lupanar*; & Ganeo, *qui ſordibus ejus præficicitur*. A poſteriori ſono habemus Νεύω, *nuo, adnuo*; Νεῦμα, *nutus*, nec non *Niveo conniveo*, & alia ſimilia vocabula.

Cur Oculus *Præſentia nominetur?*

Græci Oculum Ὀφθαλμὸν dicunt; & hæc apud Xenophontem vox ſumitur pro *præſentia*; abſentia enim & præterita audimus, qui tamen tantùm præſentia cernimus. Et quia Exploratores & Conſiliarii ſunt quidam Morales Regum oculi, illi Regum ὀφθαλμοὶ ab eodem Xenophonte *Pæd.* 8. & Plutatcho *in Artox.* vocantur. Et eodem ſenſu accipio illud Plauti, Pſeud. ſcen. 2. act. 3. *Hujus oculos in oculis habeas tuis.* Et interdum Metaphoricè ſumitur, Sol enim αἰθέρος ὀφθαλμὸς *ætheris oculus* appellatur à Suida: & Moloſſum filium ὀφθαλμὸν βίου, *oculum vitæ* Euripides in Andron. vocat. Quo reſpiciens in Pſeud. ſcen. 2. act. 2. Plautus, *Vbi ſunt, quibus oculi eſtis.* Et à ruſticis etiam ὀφθαλμοὶ dicti, qui Latinè in vitibus, & arboribus *oculi*.

Regum Oculi, qui?

Oculi in Oculis

Sol, Cœli Oculus.

Filii parentum Oculi.

Arborum Oculi

Quia denique rerum Natura oculos, nobiliſſimam corporis partem in loco ſublimi velut in ſpecula poſuit, & ciliis occuluit, ab occulendo Latinus Nomenclator vocavit. Rationem præbuit *libr. de Opif.* Lactantius. *Vt igitur Oculi munitiores eſſent ab injuria, ciliorum tegumintbus occuluit: unde* Oculos *dictos Varroni placet.*

Vnde dicatur Oculus?

Ophthalmologia, quæ Scientia ſit?

A voce ὀφθαλμὸς, *oculus*, & λόγος *ſermo*, fit Ὀφθαλμολογία. Quid autem eſt Ophthalmologia? Ars loquendi per oculos. An-ne Oculi loquuntur? Illos loqui, jam dixi: & illos eloqui, dicam ſtatim. Quid, & quomodò loquantur, nunc ediſſero. Ergo attende.

Quæ, & quomodo Oculi loquantur?

NAtura Oculos condecoravit ſcintillantibus radiis, & ideò à Poëtis paſſim *Lumina* nuncupantur. Lucretius libr. 2.

Cur Oculi vocentur Lumina?

Fulgida præſertim cùm cernere ſæpè nequimus
Lumina luminibus.

Et libr. 6.

——— *Ferturque coruſcis.*
Omnia luminibus luſtrans.

Valerius Flaccus libr. 6.

Quaq; iterum tacito ſparſit vaga lumina vultu. [a]

a] Vultus, tacet, & loquitur.

Claudianus.

Illi glauca nitent hirſuto lumina vultu.

Strozius Pater

Spectat inexpletis hunc Dea luminibus; [b]

b] Oculi concupiſcunt, & tam inſatiabiles ſunt, ut expleri non velint.

Catullus.

Hunc ſimul ac cupido conſpexit lumine Virgo. [b]

Propertius libr. 3.

Quod noſtro gemitu turgentia lumina torques. &c.
Reſpiciens udis perdita luminibus. &c.

Non

Non Tyria veſtes errantia lumina fallunt. &c.

Et, quia inter Μικρόκοσμον (Hominem) & Μακρόκοσμον (Mundum) nota eſt analogia, dum alii Oculos *Soles*, alii *Stellas* appellant, exclamat Amaryllidos proſpectans dulciſſimos oculos Gongora,

Macrocoſmi & Microcoſmi analogia.

Muchos ſois para ſer Soles,
Pocos para ſer Eſtrellas.

An Oculi ſint Soles? An ſint Stellæ.

COmmunem hunc Oculorum decorem, reddit formidabilem, & atrocem furor, benignum amor, ut exempla ſubſequentia perſuadent.

In Oculis furor & clementia relucent.

Exaſperatos iris oculos conſiderabat Plautus, cùm in Mil. ſcen. 1. act. 2. dixit. *Viden'* [e] *illi oculos virêre, & urier. En oculi ſcintillant.* Et in Aſin. ſcen. 1. act. 1. *Truculentis oculis*. Et ſcen. 3. act. 2. *Tu cum nocturnis oculis*. Et Virgilius in Cul.

e] Verbum *vireſco* à *vireo* naſcitur: & primam corripit, aut producit. Si illam corripiat, ad viridem colorem ſpectat; ſi protrahit, vires concernit.

Adſpectuq; micant radiantia lumina torvo.

Statius libr. 2.

Ignea ſanguinea radiabant lumina flamma.

Valerius Flaccus libr. 6.

Perſequitur luſtrans, oculiſq; ardentibus hæret.

Mantuanus.

Torva tuens, ſpiranſq; oculis flammantibus iram.

Et Ovidius Eleg. 2. libr. 4.

Ille ferox, & adhuc oculis hoſtilibus ardens.

EAmdem Oculorum lucem reddit ſuavem, & amicam Benignitas. Marullus

Ignitos quoties tuos ocellos
In me (Vita) moves.

Apullejus.

Sic tuis iſtis micantibus oculis.

Statius libr. 2. Sylv.

—— *Nec petulans acies, blandiq; ſevero*
Igne oculi.

Propertius libr. 1.

Compoſitos levibus radiis patefecit ocellos.

Marcianus Capella. *Quos ſtellantibus oculis interſtinctos crebri vibratus ignium luminabant.* Pontanus. *Quid dicam, cum plena oculis rutilantibus.* Et iterum.

Mille micent oculis paſſim radiantibus ignes.

Thomas Radinus. *Qui cum totius corporis ornatum, flammeos oculos in occipitio gereret.* [a] Et in epigrammate quodam Politianus.

a] Quis unquam vidit Oculos in occipite? Politicus. Cùm enim progredimur, retro relinquimus præterita, & coram habemus futura. Hæc autem, etſi ob oculos inſtare videantur, ignota in ſe ipſis ſunt, & tantùm poſſunt in tranſactis videri; unde, quid debeamus ſperare aut expectare à ſingulis, non ratio fallax, ſed longa experientia nos docet.

Aſpice ſydereis ut blandum adridet ocellis.

Baptiſta Pius.

Quam mihi Celeſtes illi videantur ocelli.

Conradus.

Fronte lucentes oculi coruſcunt.

Architenius.

Proclives oculos levat Architenius inſtar
Syderis ardeſcens.

Et hujuſmodi lucibus, & ſplendoribus, ceu verbis manifeſtis, & liquidis, loquebatur, & eloquebatur Mançanares (Fluvius eſt Madritenſis) de quo *in ſua Lauru Apollinea Sylva V. pag. 42. b.* Lupus de Vega hæc habet.

Dixo el anciano Mançanares, dando.
Con la viſta agradable dulces ſeñas,
Que ſe movieſſe el viento, que callando
Se fuè deſde los olmos a las peñas.

TAmetſi Oculorum ſplendor, ſi remiſſus & debilis, communis ſit univerſis hominibus, fuit eximius in aliquibus, quorum Oculi ob inſolentiam luminis collaudantur. Marſilius Ficinus *in Platon. conjur. or. 7. cap. 4.* Tiberio Imperatori viſum tam vehementem adtribuit, ut in altis tenebris ad breve tempus diſtinctè omnia perciperet. De illo tom. 6. epiſt. ad Neureum pag. 173. a. Petrus Gaſſendus. *In Tiberio Imperatore perpetua pene fuit diſpoſitio. Is nempe dum noctu expergiſceretur, aperiretq; oculos, eam ex ipſis lucem fundebat, ut res poſitas in obſcuro, in quas obtutum dirigeret, ad certum tempus conſpicaretur.* Et tu, ſis, Maximum Cæſarem cum Tiberio compone, de eo enim ſic ſcribit Crinitus. *Statura fuit ingenti, oculis promicantibus.* &c. *Oculi præfulgentes clariſſimum Solis lumen.* &c. Præterea D. Auguſtinum idem Ficinus aſſerit, habuiſſe oculos tanto fulgore præditos, ut qui illos acriùs intuerentur, quaſi perculſi Solis radiis, vultum cogerentur dimittere. Vnde, quia aſſerente Demoſthene, *Oculi ſunt Indices morum*, Viro, cujus probati mores, univerſos dirigerent, oculi, qui univerſos componerent, ſumma providentia divinitùs conceſſi ſunt. Sed & anno 1643. Illuſtriſſimi Principes Ludovicus Valeſius, & Herois ejus

De ſplendore Oculorum.

Quales habuerit Oculos Imperator Tiberius?

Quales Maximus?

Quales Sanctus Auguſtinus?

An hominis mores innoteſcant in Oculis?

Quales Oculos Princeps Valeſius:

Qualis ſortiens ſit Petrus Gaſſendus?

ejus conjux, in mediis tenebris viderunt lucem, de qua Gaſſendus *in epiſt.* diſſerit, quæ ſi ab oculis eorundem miſſa, ad Articulum præſentem pertinet. Et quidem idem *ibid.* Author, poſtquam egerat de Tiberio ſcribit, *quod novi etiam Nobili cuidam fæminæ contigiſſe*. Et de ſe ipſo ſubjungit. *Interdum, cum expergeſio, interdum etiam cum ante ſomnum fortè aperio oculos, ipſos ea luce perfuſos habeo, ut ex improviſo immiſſum in lectum lucem ſuſpicer, & videre ipſum lectũ clarè videar, tametſi re ipſa extra me nihil videam; quippe, neque brachium exporrectum detegens, neq; rem ullam manu contractam, ubi aut qualis eſt, diſcernens.*

Cur aliquando humani Oculi extra ſe ſplendorem emittãt?

Et, ſi fortaſſis Philoſophica Curioſitate ductus reſcire velis cauſam, quæ in altis tenebris oculos expedit, ut objecta percipiant, verbis ejuſdem Gaſſendi reſpondebo, & ſic dicam. [Et poſſe quidem ex oculis lucem aliquam promanare, quâ res objecta illuſtretur, quæque reflexa in oculos ſpeciem ipſius referat, nemo penè jerit inficias; cùm & ferè ſit in confeſſo nocturna animalia luce uti propria, ut prædam conſpiciant, & animaleis ſpiritus, qui coacervari intra oculum, ac deinceps effundi poſſint, naturæ eſſe igneæ: atque idcireò lucidæ (non his certè minùs, qui ex pilis affrictis vulgò promicant) varia argumenta perſuadeant. Poſſe aliundè oculum tepôre ſomni, concluſioneq; palpebrarum excaleſactum lucem quamdam concipere, quæ facultatem interiorem, imaginationem videlicet moveat; nihil abſurdum invehit. Etenim ſi in variis lignis, in ſquammis, & fluore piſcium, aliiſque hujuſmodi rebus excitatus putrefactione calor lucem in ipſis ſenſibilem creat; quid-ni creare in oculo poſſit excitatus calor à concluſis, mobilibuſque ſpiritibus; cum & in ipſo talis fieri temperies adventitia valeat, qualis in ipſis cicindelis, noctilucis-ve nativa eſt.]

De animalibus

De lignis putridis.

Recenſentur nonnulli, quibus nota fuit Oculorum Grãmatica.

NOTA fuerat Boëtio Oculorũ Grammatica. inquit enim. *Et hoc* (ſignificavit) *vagis oculis, effrana lingua, petulanti animo, vultu incompoſito*. Agellius libr. 3. cap. 5. *Nam cũ vocem ejus infractum, capillumq; arte compoſitum, & oculos ludibundos, atq; illecebris aptos*. &c. Statius libr. 3.

Perlegere animis oculiſq; ſequacibus auras.

Ovidius libr. 3. Eleg.

Riſit & argutis quiddam promiſit ocellis.

Et de Amor. remed. 1.

Mollibus aſt oculis, quid fleat, illa refert. [a]

Valerius Flaccus libr. 6.

—— Huc ſimulantes
Huc oculos, ſenſuſq; refert.

Marcianus Capella.

Nictantes oculos reprimit ſtupefacta vapore.

Et alibi. *Oculos delectat decoret. Recondit mentis in imo.* Et iterum. *Etenim protinus argumento fuere livida cutis, oculi protuberantes.*

Augurellus.

Qua mihi me nutu ſolo ridentis ocelli.

Quibus omnibus placet adhuc ſubſcribere pulchros Virgilii numeros, qui quarto Operis Heroici leguntur.

Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis:
Monſtrum horrendum ingens; cui quot ſunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi ſubſunt (mirabile dictu!) [a]
Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures.

a] Ecce clariſſimè afferit, Oculos, luctus ſui cauſas enarrare, & referre.

a] Nec opus eſt, innumeras linguas diſtinctas ab oculis ponere, nam loquebatur oculis, & ideò oculis utebatur pro linguis.

Quis, qualis, & quàtus fuerit D. Angelus Manrique?

QVÆ verba, quia olim Illuſtriſsimo & Reverendiſſimo D.D. Angelo Manrique noſtri Ciſtertienſis Ordinis Generali, Sacræ Theologiæ Primario Profeſſori Salmanticæ, & tandem digniſſimo Epiſcopo Pacis Iuliæ, vulgò *de Badaxós*, adpropriavi, ex Panegyrico, ad ejus gloriam ſcripto, hæc Scholia ſubſcribo.

De excellentiſſima Manriquæorum familia.

[*Progenuit* Heroem tantum Familia Manriquæa, inter Hiſpanas nobiliſſima, quæ ducit ab Imperatoribus, Regibuſque Auguſtam & Cæſaream originem: ut videlicet conſequeretur Famam *pedibus celerem, & pernicibus alis*, quæ non ſolùm Europam univerſam percurreret, ſed Atlanticis ſuperatis Oceani in Americam ipſam tranſvolaret, & Peruvianis, & Mexicanis Vniverſitatibus, quæ in altero Hemiſphærio hodie florent, cum laude, & imperio jus diceret. Erat, ſi corpus ſpectes, *Monſtrum horrendum*; ſi animum, *ingens*, quoniam Natura rerum patens, dum ſe totam ornando & decorando ingenti animo impendit,

Sunt hodie florentiſſima Vniverſitates in America.

Digitized by Google

dit, corpus videtur neglexiſſe; undè ſic olim cecini.

Præſtantia ingenij non pendet à faciei pulchritudine.

Angelus ipſe fuit, non vultu, mente ſed acri,
Eloquio, calamo, moribus, & genio.

Scientiæ illi ſingulæ (nam excelluit in omnibus) ſuas dederunt pennas, ut ſcriberet; ſuas plumas, ut volando ad arces ſublimium Facultatum adſcenderet. Et tam circumſpectè in univerſis Vir oculatiſſimus docendo, dictando; ſcribendo volavit, ut *quot ſunt corpore plumæ, Tot Vigiles oculi fuerint*: &, quia quandoque bonus dormitat Homerus, & ille in tanta rerum copia, & varietate ſemper fuit vigil, *mirabile dictu eſt*, quanto applauſu, & conſenſu ipſius manuſcripta Syntagmata, & impreſſa Volumina Orbis Literarius ſuſceperit. In ejus ſingulis oculis tot circumſpectus reſident, in ſingulis circũſpectibus *Tot linguæ, tot ora ſonant*: quoniam linguoſis oculis, & oculatis linguis præditus, dixit ſcripſitque in lingua Latina & Hiſpanica, quæ Virorum Eximiorũ induſtria tranſlata in alias, jam hodie Gallicè, Italicè, Belgicè, Germanicè, &c. cum utilitate leguntur. Et quia ſic comparatæ ſunt ſcientię, ut invidia nunquam Viros Magnos deficiat, *tot ſubrigit aures*, oculoſas & providas, quot æmulorum retundendæ præſumptioni ſufficiat. *Subrigit*, inquam, nam ex ſui Ingenii firmamento ſublimi in eos qui ſerpunt, & tamen audent in Olympum expuere, rationum inſolubilium nimbos fulminant.]

Quanta circumſpectione loquendum, & ſcribendum ſit?

Linguæ oculatæ eſſe debent.

An etiam aures?

NOTA ſunt, quæ in ipſo libri XII. initio apud eumdem met Virgilium leguntur, videlicet,

An oculis deſignari poſſimus? Lugere, & pectus tundere pœnitentiæ ſunt ſigna.

Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos,
Defeciſſe videt, ſua nunc promiſſa repoſci,
Se ſignari oculis; ultrò implacabilis ardet, &c.

Ergo ſicut manibus & digitis alii, Turnus oculis indicabatur: Vim igitur loquendi habent oculi: & quæ univerſim dicta, ſuo ipſi interdum motu ad unum particularem contrahunt, ſunt digni aliquo ſcholio etiam hi verſus.

An ſæpe oculis priùs quã manibus adquiratur victoria?

Vix ea cùm lachrymas oculis Iuturna profudit,
Terque, quaterq; manu pectus percuſſit honeſtum.

In quibus lugendo & percutiendo pectus videbatur inclamare Iuturna,

Percutere pectus, doloris ſignum eſt.

Non pugnam adſpicere hanc oculis, non fœdera poſſum.

Et vellem etiam diſcere quid ſit *Fortunam ſortiri oculis*, & quid etiã *oculis haurire* ſit: non enim ſine conceptu gravi, aut myſterio recondito ſub ejuſdem libri finem hæc habentur.

Sortiri (haurire) Fortunam oculis, quid ſit?

Cunctanti telum Æneas fatale coruſcat
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
Eminùs intorquet, &c.
Ille oculis poſtquam ſævi monimenta doloris
Exuviaſque hauſit, furiis accenſus & ira, &c.

De potentia Viſiva.

An-ne *oculis fortunam ſortitus* Æneas dicitur, quod torvis adſpectando, hoſtem turbaverit, & perterruerit, & quia turbatum perterritumque viciſſe non eſt gloria, oculorum potentiæ victoria accenſeri debuerit? An-ne *oculi haurire* dicuntur, ut decidatur Quæſtio, quæ interrogat, *utrum emiſſione radiorum, an potiùs ſpecierum ſuſceptione viſio fiat?* Illud prius aſſeruit Plato, quem Academici univerſi ſequuntur. Eis ſubſcribit Hippocrates, huic Galenus, cui Medici juniores adhærent. Ariſtoteles, & Peripatetici oppoſitam amplectuntur ſententiam, jubentq; oculi ſpecies ab objectis haurire: & hic, ut video, illis aſſentitur Virgilius. Putabant Veteres tertiæ ſententiæ nullum locum relinqui: at P. Lalemandetus *in Phyſic. diſp. 14. partit. 9. columm. 521. n. 39* ſic inquit. *Neq; per receptionẽ, neq; per emiſſionẽ, ſed per ſympathiam potentiæ cum objecto, in legitima poſito diſtantia, fit viſio.* At ille (res enim, quærimus, & non verba, ſenſu deſtituta, curamus) deberet neceſſariò expendere, quid nomine *ſympathia* intelligat? An ſit nihil, an aliquid? Et, ſi nihil, quomodò operetur? Et, ſi aliquid: quid illud ſit? & cur tantam diſtantiam poſtulet, & in majori operari non poſſit? Et cur denique menſuram præſcribere velit diſtantiæ, cùm hinc ad fixa Cæli Lumina tantùm non infinita intercapedo ſit, & tamen illa ſuſpiciantur clariſſimè.

An emiſſione, an verò intromiſſione radiorum viſio fiat?

Galenus *lib. 7. de Placitis Hippocr.*

An-ne Lalemandeti Opinio ſit probabilis?

Quanta ſit Stellarum à Tellure diſtantia?

CIrcumſtantiæ, quas *lib. 1.* Virgilius retulit ſunt myſteriorum plenæ. Illum auſculta.

In-

Intereà ad templum non æque Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant
Suppliciter [a] *triſtes, & tunſa pectora palmis.*
Diva ſolo fixos oculos averſa tenebat.

a] Adverbia univerſis ſunt nota: ſed Adnomina, quale eſt illud *ſuppliciter*, crebrò apud Hiſpanos, apud Latinos rarò occurrunt.

Etiam illæ, quæ libr. 2. recenſentur.

At Pater Anchiſes oculos ad ſydera latus
Extulit, & Cælo palmas cum voce tetendit.

Qua ipſum corporis compoſitione præparat, ut ritè Deum oret, & dicat,

Iuppiter Omnipotens, precibus ſi flecteris ullis,
Aſpice nos hoc tantùm, & ſi pietate meremur,
Da deinde auxilium Pater, atque hæc omnia firma.

Et ſe adnuere, oculis Iuppiter *lib. 4.* teſtatur.

Talibus orantem dictis, araſq; tenentem
Audiit Omnipotens, oculoſq; ad mœnia torſit
Regia, & oblitos famæ melioris amantes.

Quid ſit oculos ad aliquam perſonam, aut locum convertere?

ergo *torquere, aut convertere oculos ad aliquam perſonam locum-ve*, eſt ignoſcere, miſereri, & adnuere; & hinc lucem habere poteſt illud Lucæ 22. 61. *Converſus Dominus, reſpexit Petrum.* Et quod quotidie ad Deiparæ pedes provoluti concinimus. *Illos tuos miſericordes oculos ad nos converte.*

IN eodem poſteà Virgilii libro Regina Dido Æneam

Talia dicentem jam dudum averſa tuetur
Luminibus tacitis, & ſic accenſa profatur, &c.
Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?
Num lachrymas victus dedit? aut miſeratus amantem?
Quæ quibus ante feram? jam jam nec Maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis Pater adſpicit æquis, &c.

Quid ſit tacere oculis?
Quid illos flectere?

Quid oculis æquis reſpicere?

Tres occurrunt phraſes, quæ brevi commentario indigere videntur. (1) *oculos tacitos* dicitur habuiſſe Dido, nam tametſi illi in fœmina, & amante, ſint garruli, tantò erat mœrore oppreſſa Dido, ut oculis non loqueretur. (2) Sicut *oculos flectere*, eſt commiſerationis indicium: ſic *illos nolle flectere* animi duri, & contumacis ſignum eſt. (3) Dicuntur *æqui oculi*, qui rem ipſam nullius præjudicii inſpicillo præventi, aut præoccupati adſpectant.

DIDO in rabidam deſperationem acta ſibi mortem conſciſcit: & Virgilius.

An ſuperſtites poſſint animas defunctorum abibere?

—— Vulnera lymphis
Abluam, & extremus ſiquis ſuper halitus errat,
Ore legam. Sic fata gradus evaſerat altos,
Semianimemq; ſinu germanam amplexa fovebat
Cum gemitu, atq; atros ſiccabat veſte cruores,
Illa graves oculos conata attollere, rurſus
Deficit: infixumq; ſtridet ſub pectore vulnus,
Ter ſeſe attollens, cubitoq; innixa levavit,
Ter revoluta toro eſt, oculiſq; errantibus alto
Quæſivit cælo lucem, ingemuitque repertam.

Oculi graves.

Oculi errantes.

Erat communis Romæ illo ævo, quo Virgilius ſcripſit, Pythagoræorum opinatio, quæ humanam animam ex corpore in corpus tranſmittit, & ſororem admonet, ut animam Didus ore legat.

De animorum μετεμψύχωσι ſomniata & dictata à Pythagora.

Vt quo Regina modo corporis, & mentis viribus deſtituebatur exprimeret, oculis gravitatem & errorem accenſuit: illam, ut Didoa carere viribus, quibus illos ſubrigeret: illum, & eamdem carere arbitrio, quo illos gubernaret, oſtenderet.

Διδώ, & ſimilia nomina ſic declinantur, τον, Διδόος, Διδοῦς, τῇ Διδοῖ, Διδοῖ, τὴν, Διδόα, Διδώ. Vide Gretſerii in Grām. Græc. pag. 75.

Si liceat vel ſibilum, vel literulam addere, pulchri ſunt verſus, quos ex *libr. 6.* ſubſcribo.

Eſt Dorycli conjux: Divini ſigna decôris
Ardenteſq; notate oculos, qui ſpiritus illis,
Qui vultus, vociſq; ſonus, vel greſſus euntis, &c.

Ecce, ſi Diis placet, habebat Virago illa, *ardentes oculos*, videlicet, emittentes radios: & Hiſpanicè ſignificantiùs, *tenia ojos, que fulminaban rayos.* Et in ſingulis ſpecialem ſpiritum. Habebant varios vultus hi oculi; & Proteo ſimiles mutabantur circumſtantiis mutatis. Et quoniam vocis ſono erant præditi, gradiendo, & diſcurrendo huc illuc

An ſint Oculi Protei?

con-

conceptus animi manifeſtabant.

Oculi animi commotionẽ & indignationem oſtendunt.

Et ibidem Æneas Didoa per campos lugentes oberrantem alloquebatur dicens,

Siſte gradum; teq; adſpectu ne ſubſtrahe noſtro,&c.
Talibus Æneas ardentem & torva tuentem
Leniebat dictis animum lachrymaſq;ciebat.
Illa ſolo fixos oculos a verſa tenebat, &c.

Et Æneam Dido reſpicit indignabunda: quoniam torvè tuetur; hæret averſa, & terræ oculos figit.

Tranſeamus ad librum ſequentem. Ibi:

In oculis, an quis ſit diſtractus, an verò ſit attentus percipitur?

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutu tenet ora, ſoloq; immobilis hæret
Intentos volvens oculos, &c.

Libr. 8. hæc leguntur.

Oculi loquentes.

Dixerat Æneas. Ille os,oculoſq; loquentis
Iam dudum & totum luſtrabat lumine corpus.
Tunc ſic pauca refert, &c.

Et quidem ubi *oculoſque loquentis*, Poëta dixit, ſi Hiſpanus eſſet, *oculoſq;loquentes* dixiſſet.

Poſteà *lib.* 12. cædem Turni deſcribens, ait.

Oculos & dexterâ protendere, *quid ſit?*

Ille humilis,ſupplexque oculos dextramq;precantem
Protendens. Equidem merui, nec deprecor, inquit,
Vtere ſorte tua: miſeri te ſiqua parentis
Tangere cura poteſt,&c. *Dauni miſerere ſenectæ,*&c.

CLariùs; &, ut puto, feliciùs de oculorum Grammatica luſêre Hiſpani. Hieronymus de Villaizan, in Comœdia, quæ inſcribitur, *Offender con las fineZas*, act. 1. ſic inquit.

Quàm multa & varia præſtent oculi?

Cond. *No es poſſible divertirme*
Porque de tus ojos ſalen
Ay Blanca! Blanc. *Peſſe a mis ojos!*
Quando mi honor perſuade [*]
Vivamente mi peligro,
Ellos con violencia facil
Le divierten, o le informan
Menos ſeguras verdades.
Vueſa Alteza no los crea,
Gran Señor, mientras yo hable:
Haga eſto por mi, o ſino
Vive Dios, que me los ſaque
Cond. *Bueno eſta Blanca.* Blanc. Señor,
Polymnia.

*] Perſuade quadriſyllabũ, non enim *u* liqueſcit.

An informent Oculi?

An oculis credendum ſit?

Ni os enoje, ni os eſpante,
Quando mis ojos me offenden,
Que mirada los amenaze.
Porque, ſi la tyrannia
De unos ojos puede y haZe,
Occaſionando un deſeo,
Que ſe deshonre un linaje,
Aunque ciegue mi hermoſura,
Mucho mas vendrà à importarme,
Vn rigor, que me aſſegure,
Que unos ojos, que me infamen.

An oculi offendant?

An poſſint integram familiam dehonorare?

An, & quando præſtet illos eruere?

Et in ejuſdem Comœdiæ act. 3. eidem conceptui inſiſtens ait Blancæ Comes.

RaZon tienes,
Blanca,en las culpas,que ami Amor previenes
Pero eſtando contigo,
Aunque a callar me obligo,
Publican mis enojos
Las lenguas de los ojos:
Sino puedes contigo no enojarte,
Yo no puedo conmigo no mirarte.

An linguas, quibus loquantur, habeant?

Non minori gratiâ & eloquentiâ Petrus Calderon de la Barca in Comœdia, cui titulus *Los hijos de la Fortuna*. Act. 2. in quâ ſic loquitur Theagenes agens de Clariclea.

A Delphos, dondo (ay de mi!)
Vi la Divina belleza
De aquella Sacerdotiſſa, [a]
Que me dio la veZ primera
La antorcha, y deſpues la palma,
Que en la Olympica paleſtra
Gané a quantos Gladiatores[b]
La agilidad y la fuerça
Quiſieron probar conmigo.&c.
Dió occaſion a que pudiera
Entrando y ſaliendo al templo
A todas horas tenêrla,
Para poder explicar
Mi bien hallada dolencia,
Interpretando los ojos
Los idiomas de la lengua.
Entendiôme agradecida;
No por dezirmelo ella,
Sino porque una hermoſura,
Tan altamente ſuprema,
Favorece, Livio, todo
Aquello, que no deſprecia. [c]

Linguæ idiomata interpretari oculos aſſerit: nam verba generalia, & quæ intra urbanitatis & modeſtiæ terminos ſe continebant, oculi reſtringebant & determinabant, & tandem reddebant laſciva: & quæ univerſim dicta, nullam tangerent,

a] Vt fingerentur ſacerdotio pulcherrimæ Virgines deligebantur.

Chriſtianus Matthæus in theatro Hiſtorico pag. 350. a. *Caſtus fuit* (Antigonus) *nam cùm Dianæ Antiſtitem vidiſſet excellenter formoſã, ſtatim Epheſo cum ſuis diſceſſit, ne invitus inceſtum perpetraret.* Plutarchus *in Apopht.* pag. 338. Sed cur invitus? &, cur inceſtum?

b] Ego dixiſſem *Gladiadores*, nam *Senadores, Emperadores*, &c. per *d*, & non per *t*, pronunciamus.

c] *An, & quãdo ſit favor poſitivus, non cõtemnas?*

An oculi verba reſtringant?

ad Claricl æ reciprocum amorem oculi dirigebant. Grammaticas Inſtitutiones didicerant D. Manriquus de Lara & Armiſinda; nam *in Cigarr. 4. libr. 1. fol. 155. col. 4.* hæc lego.

N. B. *Cigarrales* apud Toletum ſunt palatia ruſtica, ad quæ cives gratia recreationis concurrunt: & ideò M. Tirſus (ſic voluit vocari) librum, quem honeſtæ recreationis cauſa legeremus; *Cigarrales* inſcripſit. *Oculorum pupillæ ſunt loquaces.*

Roſcella. *A inſtancia de D. Gaſton*
Viene. Armeſ. *Y no de la afficion,*
Con que quando me miraba,
Por los ojos me enſeñaba
El alma y el coraçon?
No lo creas. Roſcell. *Si el criado*
No miente aqueſto es verdad.
&c.

Et poſt pauca eadem Roſcella & Armiſinda.

Roſcell. *Pues has le hablado de veras?*
Armeſ: *Contado me han los enojos*
De ſus ardientes chimeras,
Las dos niñas de ſus ojos,
Que en ſer niñas ſon parleras.

Et *in Cigarr. 5. fol. 195. a.* monemur, hac eadem Grammatica Albertum, & Leonoram uſos fuiſſe, ut intimos cordis conceptus ſibi communicarent: ſic enim ibi Bohemiæ Regem, patrem ſuum, ille adloquebatur.

An oculi colloquuntur?

Yo, Padre charo, que a Leonora adoro,
Y en ſus ojos reciprocos collijo
Correſpondiente guſto, en lazos de oro
De ſus cabellos mi priſſion elijo:
Sigiſmundo no la ama: ſi el decoro
De mi vida te mueve el ſer tu hijo,
Y no me quieres preſto llorar muerto,
Agrada à Sigiſmundo, obliga a Alberto.

Et jam priùs Magdalena in Comœdia, quæ inſcribitur, *El Vergonçoſo en Palacio*, & legitur in eodem libro, ſic diſcurrit. [Vide *fol. 48. 4.* & 49. 1.]

Amor eſt ſimillimus igni. Sæpe fumus nos in latëtis ignis cognitionem perducit.

Callarè, *pues que preſumo*
Cubrir mi deſaſſoſiego,
Si puede cubrirſe el fuego,
Sin manifeſtalle el humo.
Mas bien podrè, ſi conſumo
El tiempo en palabras vanas:
Pero las llamas tiranas
Del Amor, es coſa cierta,
Que en cerrandolas la puerta,
Se ſalen por las ventanas.
Quando les cierren la boca,
Por los ojos ſe ſaldran,
Mas no las conoceran,
Callando la lengua loca.
Que, ſi ella a Amor no provoca,
Nunca amoroſos deſpojos
Dan atrevimiento a enojos,
Sino es en coſas pequeñas,
Porque al fin hablan por ſeñas,
Quando hablan ſolos los ojos.
&c.

Anima porta, per quam ſe inſinuat, eſt os; feneſtra oculi. Quia amore æſtuat, ſi non poteſt per os, egredietur per oculos.

SED omittamus Poëtas, qui verbis frequenter obludunt; graviumq; Authorum, qui ſolidæ ſtuducrunt doctrinæ, nonnulla teſtimonia adducamus.

Eruditæ devotionis gratiâ Melliflui mei Bernardi opera libenter lego; & quia hodie *in epiſt. 314. qua ad Eskilum*, incidi, & nonnullas ſubduxi lineas, quæ de hoc argumento agere viſæ, illas exſcribo. *Vtinam mihi datum eſſet deſuper.* ait Sanctus Pater, *hac dicere, non dictare, ut me potiùs loquens, quam ſcribens, aperire valerem. Pro certo* (Hiſp. *Porcierto*) *acceptior eſſet ſermo vivus, quam ſcriptus, efficacior lingua quàm litera. Oculi quippe loquentis fidem, facerent dictis, & meliùs affectum vultus exprimeret, quàm digitus. Sed quia illud abſens, per me non poſſum; per literas, quæ ſecundum in hujuſmodi locum obtinent, ſatisfacio quantum poſſum.* Ecce aſſerente Bernardo, tam veraces & potentes ſunt oculi, ut de veritate teſtimonium perhiberent: nec enim contingere ſolet, ut coram Iudice mentiatur teſtis oculo imperturbato. Putabant Priſci ad reſpiciendum homini oculos conceſſos eſſe, ſed ad loquendum induſtios dixit Cicero, ſic Quinto fratri ſcribens. *Oculos Natura nobis, ut equo & leoni ſetas, & caudam, & aures, ad motus animorum declarandos dedit.* Adde & canes, qui caudæ motu abblandiuntur ſuo Domino; & lætitiam, quam concipiunt oſtendunt. Eſt piſci homo ſimilis ſicut enim non judicatur bonus & recens piſcis, qui habet oculos putridos, ſic nec homo cenſetur verum dicere, quem (Hiſp. *deſmienten*) oculi, eum incriminantur mendacii. Ecce omnes linguæ Aſſertiones motibus oculorum reſtrictæ, fiunt Modales: nam hæc, *Ego vidi à Petro homicidium commiſſi*, ſereno vultu, ſedato animo, & oculis tranquillis dicta; æquivalet huic. *Verum dico, cùm aſſero me*

An oculi verbis fidem faciant?

Quid ſit pro certo?

An oculi prodant mendacē?

Cur homo piſci ſimilis?

An verba per oculos modificentur?

vi-

Vidiſſe hominem à Petro occidi: & eadem decolorato vultu, inquieto animo,& perturbatis oculis pronunciata, æquivalebit huic. *Mentior prorſus, cùm aſſero, me vidiſſe hominem à Petro occidi*. Et hanc ob rem Iuriſperiti in Tractatu de Teſtibus, monent Iudices, ut vultum oculoſq; deponentium conſiderent, ut reſcire, & indagare poſſint, an mentiantur. Hac doctrina præventus incepi in memoriam reducere aliqua teſtimonia, quæ huc conducerent.

Quomodo teſtis falſus teſtis cognoſcit?

Hominis nequā charačter.

SVccurrunt primò numeri à quodam decantati Philoſopho, qui plurimos poſſunt inſtruere. Sunt illi

Indicia à Iudicibus conſideranda.

> *Audi. Sermo anceps, oculus vagus, inſtabilis pes;*
> *Hac ſunt ſigna hominis, de quo mihi nulla boni ſpes.*

Quando aliquis tibi, ſeu promittat, ſeu aſſerat, loquitur æquivocè, & ſemper ſibi reſervat alicujus ambiguæ vocis expoſitionem, qui vocibus bicoloribus utitur, quæ ſignificationē alterutram habere poſſint, per homonymiam ipſam, *Ego ſum homo vafer*, pronunciat: non enim niſi Tyrannus ſub æquivoco præcipit, & non niſi fallax, ſub æquivoco aliquid aſſeverat. Cognovi Principem, qui tali arte, aut veriùs fraude, exhibebat præcepta (Hiſpanus vocat *ordenes*) ut crepuſculinis verbis concepta, in lucem alterutram prodire poſſent: ut, ſi res benè ſuccederet, commendaretur præcipientis prudentia: ſi male, ſe ſubtraheret, & omnia ſuper ſubditi humeros exoneraret, quod tam fuerit ſtupidus, ut non intellexerit, quæ ſibi juſſa. Fortè præter hunc fuerunt olim alii Principes, qui præceptis ambiguis ſubditos irretiebant; nam, ut, vel eos compeſceret, vel ſubditorum innocentiæ proſpiceret, tulit Eccleſia hunc Canonem. *Contra eum* (Principem) *qui legem dicere* (præceptum imponere) *potuit, apertius eſt interpretatio facienda.*) Oculi inconſtantes & vagi, cordis irrequieti ſunt indices, & per illos loquitur homo, & ait, *Mutabilis ſum & inconſtans*: &, ſi inconſtantia comes ſit ſtultitiæ, juxta illud, *ſtultus ſicut Luna mutatur*, oculos oſcillando, *Sum ſtultus*, inclamat. Similia dici poterunt de Pede inſtabili, nam etiam pedum inconſtantia, etſi vi-

An vir ſincerus vocibus utatur ambiguis?

An tyrannicū ſit imponere præcepta æquivoca?

Obviam it Eccleſia huic tyrannidi.

Regul. 57.

Quid ſignificent oculi vagi?

Polymnia.

deatur tacita, vociferatur.

HAbent oculi profectò ſuos ſenſus, ſuas potentias, ſuas linguas, ſua idiomata: vident, audiunt, intelligunt, orant, dicunt, declamant. Et quidem Oculorum idioma exactè videtur cognoviſſe Auguſtinus: quoniam in Regula, quam pro Monachis & Monialibus ſcripſit, ait, *Impudicus oculus, impudici cordis eſt nuncius*. Ergo immunditias & ſordes, quas mens concipit, prodit immundus & ſordidus oculus. Quoniam, ut ait Eccleſiaſt.26. 2. *Fornicatio mulieris in extollentia oculorum & in palpebris ejus agnoſcenda*, illi enim & hæ, qualis mulier ſit, vociferantur. Hinc patet, quid intenderit Moyſes, *Num*.15.39. cùm vittas hyacinthinas in palliorum fimbriis poni præcipit; fuit enim cæremonialis illius legis forma & finis, *ut cùm eas viderint* (Hebræi) *recordentur mandatorum Domini, nec ſequantur cogitationes ſuas & oculos per res varias fornicantes*. Ecce (1) fimbriæ chlamydum indicunt, *Dei præcepta ſervate*. Ecce (2) vocem hanc oculis audiunt Hebræi, & per oculos in mentem tranſmittunt. Ecce (3) oculi, qui vocem fimbriarum audire renuunt fornicantur: nam, *qui viderit fœminam ad concupiſcendum illam, jam eſt mœchatus in corde ſuo*.

An potentias, ſenſus, & linguas diverſas habeant oculi?

An oculi ſint cordis nuncii?

Quid ſignificent vitta hyacinthina?

An chlamydū fimbria loquātur?

An oculis audiri poſſint?

Superbi, cæteros eſſe viles pronunciant oculis; oculis minantur crudeles, miteſque oculis abblandiuntur. Hoc ſenſu *ſuperbus oculus* Pſalm.100.5. *oculi ſublimes*. Proverb. 6.17 & iterum 30.13. *generatio, cujus excelſi ſunt oculi*, & in aliis locis auditur. In oculis etiam innoteſcit Humilitas: unde Iob.22.29. *Qui inclinaverit oculos, ipſe ſalvabitur; qui fuerit humiliatus, erit in gloria*. Et, quia internos animi affectus produnt oculi, illa dicuntur fieri bono oculo, quæ bono animo. Eccleſ.35. 12. *Da Altiſſimo ſecundum datum ejus, & in bono oculo adinventionem facito manuum tuarum*.

Oculi deſpiciunt, minantur, abblandiuntur, &c.

In oculis relucet humilitas.

Ibid.verſ.17. *Oculus, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum* (dolores, quos pariendo ſuſtinuit) *matris ſuæ*. Verbum *ſubſannare* eſt irridere; & ſicut verbis ſic etiam oculorum motibus irridere ſolemus.

Quid ſubſannare ſit?

INter alias Hebraicæ Linguæ phraſes, hæc ſæpè ſuccurrit in Bibliis: *Illi non parcet oculus tuus*,

De illo præcepto, Non parcet oculus tuus. *Quid importet*

hoc eſt, *Occides illum*. Oculi igitur linguam habent, quæ Satellitibus imperet, arma quibus utantur, gladios, quibus inimicos confodiant.

An idololatra ſint ultima ſententia condemnandi?

Deuter. 7. 16. *Devorabis omnes populos, quos Dominus Deus daturus eſt tibi: non parces eis oculus tuus.* Et ejuſd. lib. 13. 6. *Si tibi voluerit perſuadere frater tuus, Eamus, & ſerviamus Diis alienis, &c. non adquieſcas ei, nec audias: neque parcat ei oculus tuus, ſed ſtatim interficies.* [Verbum illud ultimum *interficies*, malo in Hiphil legere, ut ſit *facies pro curabis, ut interficiatur*, ne dicatur privatim fieri, quod non niſi publicè poſſet.] Sicut inflexibilem Iuſtitiam ſignificat *Oculus, qui non parcit*: ſic contrà, *Oculus, qui parcit*, clementiam & miſericordiam. Patet *ex* 1. *Reg.* 14. 11. Latitabat enim David in ſpelunca Engaddi; & ingredientem Saulem occidere potuit, & noluit; & poſtea exclamat, *Cogitavi, ut interficerē te, ſed pepercit tibi oculus meus.*

Oculorum clementia.

Adoramus & oramus Deum oculis, unde *elevare oculos* ſæpè ſumitur pro *orare*. Dabo aliqua è multis, quæ ſuccurrunt, exempla. Iudæ Rex Ioſaphat, impar ut Moabitis, & Ammonitis in ſe moventibus arma, reſiſteret, ſe totum Deo concredidit, & exclamavit, *In nobis quidem non eſt tanta fortitudo, ut poſſimus, huic multitudini reſiſtere, quæ ſuper nos irruit: ſed cū ignoremus, quid agere debeamus, hoc ſolùm reſidui habemus, ut oculos noſtros dirigamus ad te.* Et multò breviùs ſeptuaginta. *Non eſt nobis tanta fortitudo, ſed in te oculi noſtri* (ſpes & ſecuritas noſtra) *&c.* Sara Raguelis filia, quæ nupſit juniori Tobiæ, per triduum in hac oratione permanſit, *Benedictum eſt nomen tuum, Deus Patrum noſtrorum, qui cum iratus fueris, miſericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his, qui invocant te: Ad te Domine, faciem meam converto; ad te oculos meos dirigo.* Ergo Saræ judicio *invocare Deum*, & *oculos dirigere ad Deum*, erat idem. Habet Græcus, *Oculos meos & faciem meam ad te dedi.* Quæ verba ponderare poſſet Eccleſiaſtes, ut probet pias adoleſcentes faciem, & oculos daturas (conſecraturas) eſſe Deo. Orabat Deum oculis David Pſalm. 24. 15. & canebat. *Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos.* Pſalm. 120. 1. *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Domino,* &c. Et Pſalm. 122. 1. *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cælis.* Et mox. *Oculi mei ſemper ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.* Et iterum Pſal. 140. 8. *Ad te, Domine, Domine, oculi mei, in te ſperavi, non auferas animā meam.* Danielis 4. 31. Nabuchodonoſor expleto pœnitentiæ tempore, quo inter beſtias vixerat, & fœnum comederat, ait. *Ego oculos meos ad cælum levavi, & ſenſus meus redditus eſt mihi, & Altiſſimo benedixi.* Sic etiam Suſanna à falſis accuſata presbyteris, Daniel. 13. 35. *Flens, ſuſpexit in cælum: erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino.* Cujus opem nemo imploravit fruſtra. Orandi hunc morem etiam invenies apud Ethnicos: inquit enim Suetonius in Caligula, cap. 35. *Oculos intendere in cælum. &c.*

1. Paralip. 20. *An oremus oculis?*

Dirigere oculos, *quid ſit? & quid* habere in Deo oculos?

Tob. 3. 11.

Quid ſit faciē Deo dare? An facies fœmina, datura & conſecratura ſint Deo?

Quid ſit oculos elevare?

Sibi reſtituitur Nabuchodonoſor.

Suſanna à falſa accuſatione liberatur.

Sicut fiducia oculos ſubrigit, ſic humilitas illos dimittit; unde Luc. 18. Publicanus cœlum non audebat reſpicere. Et cur? Theophylactus, *Verebatur oculos levare in cælum, cenſens indignos viſione ſuperna, qui terrena ſpectare maluerunt.*

Cur publicanus non audebat oculos in cælū elevare?

Orabat oculis S. Hieronymus in ætate provecta, & quam fuerit utilis ejus oratio exponit Epiſt. 22. his verbis. *In frigido corpore, & ante hominem ſua jam carne præmortuum, ſola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni auxilio deſtitutus ad* IESV *jacebam pedes, rigabam lachrymis crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia ſubjugabam. Memini me clamantem, diem crebrò junxiſſe cum nocte; nec prius à pectoris ceſſaſſe verberibus, quam rediret Domino increpante tranquillitas, & (ut ipſe teſtis eſt Dominus) poſt multas lachrymas, poſt cælo inhærentes oculos, nonnunquam videbar mihi intereſſe agminibus Angelorum.* Et quis quæsò hæc legat, & audeat credere Sacerdotes, qui in Principum aulis ſaginantur, tentationibus gravibus, & periculoſis carere? Profectò, quando ſcribebat illa verba, *rediret Domino increpante tranquillitas.* S. Hieronymus, habebat ob Mentis oculos Hiſtoriā illam, quam Evangeliſtæ recenſent. Matth. 8. 26. *Imperavit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna.* Et Luc. 8.

Quantas tentationes paſſus fuerit in ſua ſenectute Hieronymus?

Quid ſentiendum ſit de Eccleſiaſticis, qui potitant & comeſſantur?

24. *Increpavit ventum & tempeſtatem, & ceſſavit.* Et Marc.4.39. *Comminatus eſt vento, & dixit Mari, Obmuteſce*. Nec mirum, ſi Mare loquatur, & jubeatur tacere, quoniam & *Cæli enarrant gloriam, & opera manuum ejus adnunciat Firmamentũ, Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.* Pſal. 18.

SECTIO IV.

An ſciant Oculi Nomina declinare per Caſus?

Cyclopes, qui ſint, & unde dicti? De Polyphemo. Quantus fuerit?

PER Caſus, & Numeros inflectuntur à Grammaticis Nomina, & Oculi ſuos Numeros & Caſus habent. Vnicum eumque circularem habebant Cyclopes (qui κύκλωπες à voce κύκλος, quæ *circulum*, & voce ὤψ, quæ *lucem*, aut *oculum* ſonat, ſunt dicti.) Hi ſub Ætnæis caminis formare Iovi fulmina credebantur. Virgilius. Æneid.8.

> *Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro*
> *Bronteſq; Steropeſq;*[*] *nudus membra Pyracmon.*

*] Duarum conſonantium poſitio ſyllabam brevem, quæ in fine dictionis præcedentis producit.

Inter celebratiſſimos recenſetur Polyphemus, de quo multa canit Homerus *Odyſſ. libr.*1. Virgilius *Æneid. libr.*1. & alii. Ἀνθρωποφάγος erat: nam & aliquos è sociis Vlyſſis devoravit. De ejuſdem magnitudine ἄπιςα (*incredibilia*) in libris Antiquorum leguntur. Ab ejus pede ad caput Lucilius ducentos pedes numerat: pauciores alii: at univerſi nimis multis. Lege Crinitum *libr.* 17. *cap.* 3. Habuit familiares, miniſtroſq; Pirithoum, Dryantem, Theſeum, Cæneum, & Badium. Quo autem modo fuerit ab Vlyſſe excæcatus, ediſſerit Virgilius *Æneid.* 3. his verbis.

> *Nam ſimul expletus dapibus, vinoq; ſepultus,*
> *Cervicem inflexam poſuit, jacuitq; per antrum*
> *Immenſum, ſaniem eructans, & fruſta cruento*
> *Per ſomnum commiſta mero: nos magna precati*
> *Numina; ſortitiq; vices, una undique circum*
> *Fundimur, & telo lumen terebramus* [†] *acuto.*
> *Ingens quod torva ſolum ſub fronte latebat,*

†] Alii legunt *tenebramus*.

> *Argolici clypei, & Phœbeæ lampadis inſtar:*
> *Et tandem læti ſociorum ulciſcimur umbras.* [a]

a] Hic & interdum alibi Virgilius vita defunctos homines *umbras* appellat.

Binos oculos habemus omnes: nam Dualis placuit Numerus Summo Authori Ocularis Grammaticæ.

Quot oculos Argus habuerit? Cur πανόπτης dicatur? A quo fuerit occiſus? Cui-nam ejus oculi dati?

Plurimos Argus, unde πανόπτης, quaſi Totus oculus, vocatus eſt. Hunc Iovis juſſu interemit Mercurius teſte Ovidio *libr. Metamorph.* 1. quem ideò *Argicidam* Latini; & ἀργειφόντην Græci cognominarunt. Argi oculis ſuæ Avis caudam Iuno exornaſſe legitur: unde illius, ut Pontanus ececinit

> —— *Iam rutilo ſcintillat lumine cauda.*

De Numeris, & Caſibus in Oculorum Eloquentia repertis multi ſcripſerunt. In ſchedis antiquis, puerili ſcripta calamo, hæc Diſticha Amaryllidos, Virginis nuſquam natæ, oculos celebrantia leguntur.

> *Grammaticam me Amarylli docent Tua lumina* [a] *in illis* — Grammatica.
> *Caſus, & Numeros Mens reperire ſolet.*
> *Si Numerum ſpectem, eſt Numerus* (*me judice*) *eorum,* — Numerus.
> *Vt ſoles, magnus; parvus, ut aſtra, vocem* [b]
> *Ad Caſus venio. A Recto ſecernit obliquos* [bb] — Caſus. Rectus. Obliquus.
> *Perq; gradus illos dividit arte Criſis.*
> *Et tu, ſi rectis oculis, ſi cernis obliquis,* — Rectus eſt Nominativus.
> *Dant tua recta ederas* [c] *lumina obliqua roſas* [d]
> *Roma Iovem celebrat Genitivum.* [e] *Te tamen horti,* — Genitivus.
> *Nam flores oculis gignis odoriferos.*
> *Gaudia luminibus ſylvis, das gaudia campo,* [f] — Dativus.
> *Das lucem tenebris, lætitiamque ſolo.*
> *Accuſans Charites, qui Te non diligit; eſt ſons,* — Accuſativus.
> *Qui Te non ſemper debito honore colit.* [g]
> *Te vocet ad ſummum Fortuna culmen, Olympi* — Vocativus.
> *Nomine qui proprio ſydera cuncta vocat.* [h]
> *Si claudas, lugebit ager; ſi lumina pandis,* — Ablativus.
> *Aufert mærorem* (*Lux mea*) *luminibus.* [i]

Relego hos Verſus; & ut ſenſu à me

me intento ab omnibus intelligantur, lineas ſubſequentes ſcribo.

NOTA.

Oculos Virgilius & alii omnes Poeta vocant Lumina, *& Ignis proprietatibus, Solisq; & Stellarum epithetis exornant.*

a] Oculos Virgilius frequenter vocat *Lumina*, illoſq; etſi *Lumina* dixerit, exornat epithetis ab ignis ſplendore, & virtute deſumptis. Virgilius in Cul.

Candidaq; aurato quatiebat lumina curru.

Lucretius libr. 2.

Fulgida præſertim cùm cernere ſæpe nequimus
Lumina luminibus.

Poëtæ cæteri imitantur Virgilium: Statius lib. 2.

Ignea ſanguineo radiabant lumina flamma.

Mirandula.

Et quæ librato radiabant lucida motu
Lumina.

Sed & proprietatibus luminis verba, & adjectiva deducunt, quibus *Oculos* ornent. Apullejus. *Sic tuis micantibus oculis, & rubentibus buccul is.* Thomas Radinus. *Quæ cùm totius corporis ornatum, flammeos oculos in occipitio gereret.* Martius Capella. *Quos ſtellantibus oculis interſtinctos crebri vibratus ignium luminabant.* Pontanus. *Quid dicam, cũ plena oculis rutilantibus.* Marullus.

Ignitos quatiens tuos ocellos
In me Vita moves.

Pontanus.

Et cùm lucidulos in me convertis ocellos.

Iuvenalis Satyr. 6.

Turbavit nitidos extinctus paſſer ocellos.

Silius libr. 17.

Cerno flagrantes oculos, vultumque tremendum.

Statius libr. 2. Sylv.

——Nec petulans acies, blandiq; ſevero [*]
Igne oculi.

[*] Majeſtas poſtulat, ut ſeveritas temperetur clementia.

Propertius libr. 1.

Compoſitos levibus radiis patefecit ocellos.

Mantuanus.

Torva tuens, ſpiranſq; oculis flammantibus iram.

Baptiſta Pius.

Lumina Acidaliis canimus contendere ocellis.

Conradus.

Fronte lucentes oculi coruſcant.

Mantuanus.

—— Flammiferis oculis ſylvas, & retia rumpens.

Politianus. *——Ocelli*
Acres flammeoli, mala mens, ſuaviſſima verba.

Tametſi verba ſuaviſſima, ubi improba eſt mens fallacia ſint, fraudem detegunt oculi, per quos furibundi pectoris ignis exhalat.

b] Nullus eſt Poëta, qui neglexerit, Oculos cum Cælis, Sole, & Stellis componere. Orbicularem (qualem Cæleſtia corpora) Natura rerum parens, illos habere voluit. Textor

Cum Cælis, cum Sole, & cũ Syderibus nobiliſſimi Poeta oculos comparant.

Cum mutum Dominæ facit orbicularis ocellus.

Statius lib. 2. Sylv.

Sydereiq; orbes radiatque lumina cælo.

Et Pamphilus.

—— Rutilantia Phœbi
Luminibus vinco lumina ſydereis.

Pontanus.

Mille micent oculis paſſim radiantibus ignes.

Politianus in Epigramm.

Aſpice, ſydereis ut blandum arridet ocellis.

Baptiſta Pius.

Quam mihi Caleſtes illi videantur ocelli.

Et quia Olympi faciem tempeſtas turbat, & malacia ſerenat; has inconſtantiæ varietates Poëtæ tranſtulerunt ad Oculos: & quidam modulabatur ſic.

In meis triſtes oculis procella
Sæviunt Flora fugiente; clarus
Sed dies fulget, redeunte Flora,
Luce ſerena.

Flora Oculi aperti prabent lucem Dies, & clauſi inferunt noctem.

Et huc Baptiſta Pius reſpiciens.

Blanda ſerenatis incedit gratia ocellis.

bb] Iudices debere rectis, & æquis oculis cauſas omnes proſpicere, & obliquis & iniquis aliquando ſolere, certum eſt. Vnde Veteres, quoniam Deos eſſe univerſorum Iudices, & Dominos aſſerebant, illos *æquos* vocabant. Quintianus

Iudices integri & aqui debent eſſe.

Iuppiter eſt homini mitis, pater omnibus æquus.

Cur Deus æquus dicatur?

Et Bartholinus ſimiliter

Dii cauſa certare jubent, & Iuppiter æquus.

Et quidem rectos oculos (ſeu realiter, ſeu civiliter rem accipere velis) argutè à Mirandula expreſſos, & depictos videbis: inquit enim.

Debent ante ſententia pronunciationem Iudices cauſarum momenta librare.

Et quæ librato radiabant lucida motu
Lumina.

Quæ ſanè verba, ſive de ſyderibus Cæli, ſive de modeſtæ Viraginis oculis, ſive de integerrimi Iudicis conſiderationibus intelligantur, vera ſunt.

De Oculis obliquis nonnulla.

De obliquis oculis (quoniam illis tortos, verſos, flexos, demiſſos, torvos, lubricos, accenſere debemus) multa in Poëtarum libris ingenioſis reperio. Propertius lib. 3.

Quod noſtro gemitu turgentia lumina torques.

Pontanus.

Et cùm lucidulos in me convertit ocellos. &c.

Torpeſcunt placidos flectis cum lenis ocellos. &c.

—— *Vt madidis vultum demiſit ocellis.*

*] *Intueor* eſt compoſitum à *tueor*, & *in*. Eſt in uſu: at ſimplex antiquatum eſt.

Mantuanus [*]

Torva tuens, ſpiranſq; oculis flammantibus iram.

Thomas Radinus. *Surſum verſis rubellis oculis, ore amplo.* &c.

Baptiſta Pius.

Nam modò me Dominæ male lubricus angit ocellus.

Virgilius de ortu Solis.

Aſpectuq; micant flammantia lumina torvo.

Hedera Dii & etiam Doctores coronati.

c] Hedera coronabantur Dii: & etiam Doctores, ut, vel ſic tanquam Divinorum ſecretorum participes celebrarentur. Hinc Crinitus. *Hedera ſacros crines præviridi diligat.* Et ſimili ideâ præventus quidam Iunior veneratur Lamonium,

Quem doctarum hederæ præmia frontium
Diis miſcent Superis.

De Roſarum & Oculorum connexione.

d] Roſæ, Lumina, & Oculi certiſſimam connexionem habent. De ortu Solis Virgilius.

Titani Conjux roſeo ſub lumine terras.

Statius libr. 1. ſylv.

—— *Roſeum Titana vocari.*

Pontanus

Igneus aut roſeo ſe tingeret æquore Titan

Et Martius Capella.

Aurora exoriens roſeis ſpectabat ocellis.

De Genitivo. Cur ſic nominetur hic Caſus?

e] Caſus ille, qui cæteros generat, Græcè γενικὸς, Latinè *Genitivus* vocatur. Agelius *libr. ult. cap.* 3. Mei *oblitus eſt*. Mei *caſus interrogandi eſt, quem* Genitivum *Grammatici vocant, & ab eo declinatur, quod eſt* Ego *&c.*] Et ſimilia repetit *libr.* 13. *cap.* 24. Rem *ingenitam* (hoc eſt, *in ipſo congenitam*) ſignificare hoc nomen ſolet, ut *in Auguſto* Suetonius. *Corpore traditur maculoſo, diſperſis per pectus, atque alvum genitivis notis, in modum & ordinem, & numerum ſtellarum Cæleſtis Vrſæ.*

Ingenitum quid ſit?

Genitivus an activè ſumatur?

Sumitur & *Genitivus* activè, ut ſit γενίτωρ, quo epitheto, qui cum Ariſtotele dicebant. *Sol & homo generant hominem*, Apollinem honorabant. *libr. de educand. liber.* Cato. *Nutrix hæc omnia faciebat in verbenis, ac rubis, ſive hoſtiis, ut Deli ad Apollinis Genitivi aram.*

An Sol ad generationes rerū ſublunarium concurrat?

De Dativo. Oculi inſatiabiles,

f] Vtilitas invenit Caſum, quem *Dativum* appellant, & negant, promittunt, & optata concedunt hominibus Oculi. Stroza Pater

Spectat inexpletis hunc Dea luminibus.

Catullus

Hunc ſemel ac cupido conſpexit lumine Virgo.

Cupidi,

Manilius

Verticibus mediis oculos emittit avaros.

Avari,

Architronius

Cernendoq; favum cupidum delibat ocellis.

Stroza Filius.

Hinc avidos explere oculos.

Sicut recipiunt, ſic & pollicentur & donant Gratias Oculi. Salmonius

—— *Et arridet glaucis tibi mater ocellis.*

Arridentes,

Et libr. 3. Elegiar. Ovidius.

Riſit, & arguti quiddam promiſit ocellis.

Promittentes.

Et tandem quidam Iunior.

Gratias campi, Charites amœnas
Terra ſi profert, Zephiri ſecundi
Si favent vaſto pelago, hæc dederunt
Lumina Floræ.

De Accuſativo

g] Activi ſunt Oculi. Agellius *lib. 3. cap. 5.* videtur id teſtari, inquit enim, *Nam, cum vocem ejus infractam, capillumq; arte compoſitum, & oculos ludibundos atq; illecebris aptos.*

Accuſantur Oculi.

Et quidem Oculi malignitatis accuſantur, nam emittunt venenum, & ſæpè quos proſpectant, inficiunt. Vnde apud Virgilium Eclog. 3. Menalcas.

Neſcio, quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

De Vocativo.

h] Oculi ſunt Vocativi; nam adnuendo, ſi quibus favent, vocant. Rondelinus.

Me quando fallax triſtem tua lingua repellis,

Tunc

Tunc tua me ſubitò lamina læta vocant.

De Ablativo.

i] Ablativi, ſunt Oculi; quoniam modo mirabili, quæ volunt, auferuot, morſicando eoim animum, corpus denudant. Apulejus. *Tum illa cervicem interſit, & ad me converſa limis & morſicantibus oculis.*

De Oculis morſicantibus.

Architrenius.

Progrediente notat, & conniventis ocelli
Invidia mordet.

Et nequis hos Scriptores vocabulis abuti exiſtimet, & aſſerat, *mordêre* & *morſicare* Oculis convenire non poſſe, dabo Textoris verba, quæ leguntur in margine. [*Oculi enim venuſtè mordent & illiciunt, ac potentiſſimum Amoris incitamentum pariunt, ita ut eorum fulgor, & amabilis intuitus, quaſi quodum morſu vitalia populetur.*] Et ut firmentur dicta, hoc Epigramma in Floræ oculos olim à nobis exaratum addamus.

Raviſius Textor in Epithetis verb. Oculi

Nomen plurale Oculi per omnes caſus declinatur.

Omnes per Caſus Flora variantur Ocelli,
Cernere nam juvenes non ſine fraude ſolet.
Dignas fecit opes Oculorum *gratia laude;*
Aſt adquiſita crimine, laude carent.
Obludum ſi Oculis *objecta frequētia, Flora*
Ludis in objectis mollis & inſtabilis.
Vertitur inq; Oculos *millenos pervigil Argus,*
Nec ſcelera ejuſdem cernere cuncta poteſs.
O oculi *Flora! quàm multos fallitis! ô quot*
Inſidiis veſtris illaqueantur aves!
Ergo, ut ſecuri ſimus, Populonia noſtris [*]
(*Flora*) *tuos oculos auferas ex* Oculis.

*] Quia ex virorum & fœminarum copula propagatur populus, Iuno, cujus intereſt Populi Romani propagatio *Populonia* vocatur.

SECTIO V.

An Verba Oculi per Modos, & Tempora conjugare didicerint?

De Oculorum Modis, Temporibus, & Conjugationibus.

PErgo ulteriùs; & omoia, quæ in Verbis comminiſcuntur Critici, in Oculis Ego reperio. Admittuot in linguâ (*a*) Latinâ Grammatici quatuor Conjugationes, *Amare* (b) *Docere* (c) *Legere* (d) & *Audire* (e) Voces duas; videlicet Activā (*f*) & Paſſivam (*g*) Modos quinque; Indicativum (*h*) Imperativum (*i*) Optativum (*k*) Subjunctivum (*l*) Infinitivum (*m*) & Tempora perfecta tria (*n*) Præſens, Præteritum, Futurum (*o*) Propoſitioneſq; in Negantes & Aſſerentes dividunr. &c. Et hæc omnia reperiuotur in Oculis.

a) *Conjugationes* in lingua Latina ſunt quatuor, in Hiſpanica tres, in Iralica etiam tres, in Græca uoica; nam, quæ dicuntur Contractorum, ſi Synereſeos regulæ obſerventur, Generalem ſequuntur; & tandem in Hebraica eſt ſimiliter uoica; nam illæ octo, quæ vulgò traduntur, non ſunt Conjugationes diverſæ, ſed ejuſdem Conjugationis voces, ſi ſumantur vocabula in ſignificatione communi.

De numero Conjugationū in Lingua Latina, Græca, Hebraica. &c. Hiſpanica, Italica. &c.

b) *Oculi amant.*] Amor (activus & paſſivus) io oculis reſidere videtur. Terentius in Adelph. *Dii me pater, omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos.*

De Conjugatione Amo. Verùm reperiatur in Oculis?

c) *Oculi docent*] Noo omnes Inſtitutiones Grammaticæ habent in ſecundo Verborum Paradigmate *Doceo*, nam aliæ exhibent *Moneo*; & meliùs, ut exiſtimo, nam hoc regulare, & irregulare Verbum, illud eſt. Oculi autem & docent & monent; ut multis poſſem teſtimoniis oſtendere. Plautus in Milit. ſcen. 3. act. 2. *Oculis mihi ſignum dedit* (me monuit) *ne ſe aſpicerem.*

De Conjugatione Doceo, vel Moneo.

d) *Oculi legunt.*] Apud Virgilium *Æneid.* 6. Dædalus

De Conjugatione Lego.

Bis conatus eram caſus effingere in auro,
Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia
Perlegerent oculis.

e) *Oculi audiunt.*] Plautus. *Ego pol: habeo aures oculatas, credunt quod vident,*

De Conjugatione Audio.

f &c.) *Oculorum Voces.*] Abſolutiſſimum eſt Oculorum Imperium. Agunt, patiuntur; omne enim Agens in agendo repatitur.

De Vocibus Activa & Paſſiva

h &c.) *Oculorum modi.*] Omois Operationum Modus reperitur in Oculis. Ipſi enim cordis arcana indicant, Imperant, Optant, Subjungunt, ut conſtat ex diverſis Poëtarum numeris, quibus totum hoc Syntagma comitur & exornatur.

De Oculorum Modis.

m) *Oculi infinitivi.*] Vir prudens, etſi duos tantùm habeat, habere Oculos infinitos videtur: nam omnia

De Oculis Infinitivis.

nia

nia circumſpicere debet, & ſuis rebus undequaq; proſpicere.

De Temporibus Prudentia univerſa pervadit.

n) *Oculorum tempora.*] Eſt ſingulariſſima Mentis prærogativa ex tempore præſenti, in quo exiſtit, præterita & futura rimari: & quia Mens eſt Animæ Intellectualis Oculus, Oculi ſunt Intellectui ſimillimi: ex rebus enim viſis futuras Providentia præſagit, & percipit Prudentia præteritas. Quidam Iunior.

Ludit Æquivoco: nam Vox tempora duplicem ſignificationē habet.

Temporibus capitis, Mundi Natura creatrix
Vicinos oculos provida conſtituit.
Tempora ut ex oculis ſicut præſentia rimer,
Sic tranſacta ſciam, poſſe futura queam.

An Oculi affirment & negēt?

o) *Oculi affirmant, negantq;*] Capite Proverb. 10. legitur, *Qui adnuit oculo, dabit dolorem.* Sæpè enim contingit, ut oculis Politicus rem eſſe veram afferat, quam verbis negat: & ſæpè contra. Qui autem ſic procedit, dat dolorem & accipit; dolent enim, qui illum agnoſcunt, ſe cum Vertumno tali agere; & dolet ipſe, quia percipit, ſibi ab omnibus, ſeu lingua, ſeu oculis loquatur, decredi.

SECTIO VI.

De Oculorum Solœciſmis, & Barbariſmis.

Quomodo Barbariſmus & Solœciſmus differant inter ſe?

ET meritò eos conjungo; nam vocum materiem, hic formam concernit in vocali Grammaticâ. Quoniam barbarè loquitur, qui contra puritatem ſermonis vocem alienam authoritate privata Latio donat, ut ſi quis *eſpadam*, & *vainam* diceret, cùm *gladium*, & *vaginam* deberet: committit autem ſolœciſmum, qui leges Grammaticæ violat: puta in dictione ſimplici, ſi *homonem* cum Ennio hodie diceret, quem *hominem* univerſi vocamus: & in compoſita, ut ſi diſcordes voces jungeret, dicendo, *Equus pulchra, Ego currebas, conſideravi rebus.* &c.

De Oculorum Barbariſmis.

DE Barbariſmi nomine nulla difficultas occurrit, nam vel cultiſſimæ gentis vocabula, in lingua aliena poſita, ſonant barbarè.

Interim dubitare quis poſſet, *An Oculi Barbariſmos committant?* Aſſerit D. Petrus Calderon in curioſâ illâ Comœdiâ, quæ inſcribitur *La Polymnia.* *hija del Ayre.* Et proſtat 3. *part. fol.* 129.3. ibi enim Semiramidos Babyloniæ Reginæ Oculos his pigmentis depingit.

An Semiramidis Oculi fuerint barbari?

Los Ojos negros tenia!
Quien penſára, quien creyéra;
Que reynaſſen en los Alpes,
Los Ethiopes? pues pienſa,
Que allí ſe vió, pues ſe vieron
De tanta nevada eſphera
Reyes, dos negros boçales,
Y tan boçales, que apenas
Politica conocian.
Su Barbaridad ſe mueſtra,
En que mataban, no mas,
Que por matar, ſin que fuera
Por rencor, ſino per uſo
De ſus deſpuradas flechas.

An, & cur homicida?

Lupo de Vega aſſentiri videtur, quoniam *in Apollinea Lauri Sylva X. pag.* 94.2. ut refrigeret vultum, Narciſſum ad Fontem deducit. Tunc tamen

Suam ipſius pulchritudinē Narciſſus peramat.

La Nympha de la fuente [b]
Preſaga del ſucceſſo, enturbiar quiſo
La ſuperficie clara; [c]
Mas Iupiter en tanto la detuvo,
Que el miſero Narciſſo
Enamorado eſtuvo
De ſu belleza própria,
Aſsi Pintora el agua el roſtro cópia,
Que le coſtó la vida,
Haziendo Amor equivoca la herida, [d]
Y volviendo tyranno
La flecha al pecho de la propria mano,
Pues a tanto llegó ſu Philautia [e]
Que fuera de ſi miſmo, y en ſi miſmo
Buſcaba la Hermoſura, que tenia.

Vulnus æquivocum.

An Narciſſi Oculi Barbariſmum commiſerint?

O ciego Barbariſmo [a]
De tantos heredado! mayormente
De los que beben de Helicon la Fuente,
Donde la identidad de los ſujetos
Barló ignorantes, retiró diſcretos.

Vocem Identidad non cognoſcunt Hiſpani.

Barbariſmus Moralis.

a] Committit Barbariſmum Lingua, cùm aliorum Idiomatum verba temerè uſurpat: Ergo, & Αὐτόφιλος, cùm ſe ipſum naſciens, in ſe proſpectat dotes & prærogativas, quibus caret; aut reſpicere non vult vitia, & imperfectiones, quibus ſcatet. Hos ſæpè Barbariſmos Poetæ Novitii perpetrant: dum cæco amore ita ſuos verſus diligunt, ut in eis

exiſtiment reſidere omnes Gratias, & nullum Satyri veſtigium reperiri.

De Angelorum Cuſtodia.

b] Omnes Homines habent Cuſtodem Angelum: habent & omnia loca, non ſolùm Regna & Provinciæ, ſed etiam Domus. Hanc doctrinam non benè intelligentes Romani, & Græci finxerunt ſpecialia Fontium, Fluminum, & Marium Numina, quæ illorum ſoſpitati proſpicerent, & reciprocos defluxus gubernarent.

Multa utiliter ignorantur.

c] Diſcant Amici. Prodeſt interdum Veritatis faciem obnubilari. Multa enim ignorantur utiliter, occ, ſi me amas, debes mihi notitias moleſtas nocivaſq; communicare.

An, & quæ ſint vulnera, quæ vocantur Æquivoca?

d] *Vulnus æquivocum* dici illud poteſt, quod à duabus, aut pluribus cauſis potuit infligi. Et hanc ob rem vulnere æquivoco ſaucius Narciſſus dicitur; nam ſuæ pulchritudinis amore aduritur, cum decorem amat, & concupiſcit, quem putabat alterius.

De Philautia.

e] Φιλαυτία, penult. acutâ, *Amor ſui* dicitur: & qui ſe cœcè diligit appellatur Φίλαυτος. Et, ut contra Creſconium Grammaticum aſſerit Auguſtinus, Dogma eſt Φιλαύτων, *Quod volamus, id ſunctum eſt*. More Græco in *Philaucia* penultimam produxit Lupus, at eam Latinus corripit. Alciatus Embl. 69.

Quanam in ejus nomine ſyllaba debeat acui?

Quod nimium tua forma tibi Narciſſe placebat,
In florem & noti verſa ſtuporis olus.
Ingenii eſt marcor cludeſq; Philaucia [f] *doctos*
Qua paſſum pluros datque, dedítque viros [g]
Qui veterum abjecta Methodo, nova Dogmata quærunt,
Nilque ſuas præter tradere phantaſias. [h]

f] Io Ioſephi Langii Florilegio, exhibentur hæc Diſticha; & in ipſis Φιλαυτία, charactere & accentu Græco repræſentatur: at accentum acutum in penultima brevi proſodia Latina non tolerat.

Græca in carminibus Latinis voces accentu ſunt Latino pronunciandæ.

g] Voces *paſſumdat* & *paſſumdedit* non ſine gratia Alciatus dividit.

h] Et quidem, ut opinor, ſi Alciatus legiſſet Lupi Rhythmos, clauſiſſet Epigramma hoc verſu. *Nilq; ſuum præter tradere barbariem.*

De Solœciſmis Oculorum.

HÆC de Corporeorum & Intellectualium Oculorum Barbariſmis adnotaſſe ſufficiat; aliquid de ſolœciſmis ſubjungamus.

Quinam primi dicti ſint σολοικίζειν, *ſolœciſmos cō-mittere?*

Vt Etymon nominis Σολοικισμος dilucidem, debebo breviter hanc hiſtoriam proponere. [Ex Athenienſibus Colonis nonnullos in ſolos Ciliciæ urbem, Solon Salaminius tranſmiſit, qui interjecto tempore nitorem & elegantiam patrii ſermonis corrumpentes in leges concordantiæ peccabant; & ideò, qui eorum inſtar errarent, σολοικίζειν dicebantur, hoc eſt, *Solæciſmum committere*. Martialis occœperunt tempore contra Veterum morem nobiliores, & potentiores Viri dicere, *Nos jubemus*, *Nos facimus*. &c. & illos carpit & irridet hoc Diſticho.

An, cùm unus, vel ad unum loquitur, uti poſſit plurali numero?

Vnus cùm ſitis, duo, Calliodore, ſedetis
Surge: ſolæciſmum Calliodore, facis.

Per translationem latiùs ſumitur, ita ut quicumque error *ſolæciſmus* dicatur. Iuvenalis Satyr. 6. *ſolæciſmi* nomine adulterium intelligit, dicens,

An adulterium ſolœciſmus vocetur?

—u Solæciſmum liceat feciſſe marito.

Et his præmiſſis quæritur, *An Oculi poſſint Solæciſmum committere?*

An, & quando oculis committatur?

Reſpondeo, nationes ſylveſtres, & barbaras à benignis & cultis oculorum motu, & compoſitione diſtingui; ſunt enim truces earum oculi, & iſtarum benigni. Vt, ſævi, & crudeles appareant, & terrorem incutiant, illi Martes umbratiles, qui Achiles ſimulant, & ſunt Therſitæ, imitantur Didoa, quoniam apud Poëtam, ut terreret & puniret Æneam,

Illa ſolo fixos oculos averſa tenebat.

D. Franciſcus de Quevedo in vita Paululi libr. 1. cap. 8. pag. 31.

Deſcribitur Miles adulterinus.

Quemdam ex his coloribus repræſentat Quevedus. *Saliò un mulatazo, moſtrando las preſſas, con un ſombrero ingerto en guardaſol, y un coleto de ante, baxo de una ropilla ſueltа, y llena de cintas; zambo de piernas a lo de Aguila Imperial: la cara con un Per ſignum Crucis de inimicis ſuis: la barba de ganchos, con unos bigotes de guardamano: y una daga con mas rexos, que un locutorio de Monjas: y* [N.B.] *mirando al ſuelo, dixo. Yo ſoy examinado; y troygo la carta: y por el Sol, que calienta los panes, que haga pedaços a quien tratare mal a tanto buen Hijo, como profeſſa la Deſtreza.* Et poſtea alios ejuſdem profeſſionis verbis hiſce depingit.

Ibid. libr. 2. cap. 10.

Entraron quatro dellos con quatro çapatos de gotoſos por caras, andando a lo colampio, no cubiertos con capas, ſino faxados por los lomos; los ſombreros empinados ſobre las frentes; altas las faldillas de delante, que parecian diademas; un par de herrerios enteras por guarniciones de dagas, y eſpadas: las conteras en guarnicion con los careañares derechos: los [N.B.] *ojos derrivados; la viſta fuerte: vigotes buidos a lo cuerno, y barbas Turcas, como caballos* &c. Igitur inter homines cultos & Politicos natus, oculos Tartarorum, aut Scytharum modo truces, & crudeles oſtentet, dicetur Barbariſmum committere; ille autem aut amicos ſeverè, aut hoſtes benignis contra leges & rationem reſpiciat, erit reus Solœciſmi commiſſi.

Inter *ojos baxos*, & *ojos derrivados*, hanc ego differentiam invenio; quod illi à modeſtia ſpōtanea procedant, & hi fraudem & fictionem ſupponant.

SE-

SECTIO VII.

De Oculorum Lexico.

De forma & materia Signorum.

DVÆ ſunt, ut obſervarunt Critici, notiſſimæ partes Grammaticæ, Materialis, Formalis: Prior præbet Vocabula; & ex ipſis poſterior Nomina, Verba, & Adverbia deducit: & his (Adverbiis) extra leges variationes relictis, per Caſus Nomina, Verba autem per tempora, & Perſonas inflectit. Vt ergo ordine opportuno tradamus Ocularem Grammaticam, Lexici præmittamus ſpecimen.

De Oculorum Signis. Artificialia-ne ſint, an naturalia?

Ad placitum ſigna Linguæ ſignificant, at Oculorum motus præ ſe ferunt ſignificationem naturalem. Si loquendum ſit lingua, aliter Latinus, & aliter loquitur Græcus, aliter Italus; ſi verò loquendum ſit oculis, nulla idiomatum reperitur varietas: omnes enim eodem modo loquuntur: & hanc ob rem Damaſius in Iſidori vita, Oculorum motus, *ἀγάλματα ψυχῆς ἀκριβῆ accuratas quaſdam animæ expreſſiones* appellat.

De Oculorum idiomate. An pauper ſit

An-ne Idioma Oculorū eſt inops? an-ne avarus in ejus Inſtitutione Nomenclator? Ne crede: nam *Proverb.* 16. 2. exclamat Salomon, *Omnes viæ* (cogitationes) *hominis patent oculis ejus*, vel ut habet Hebræus, *patent in oculis ſuis*. Ergo nulla eſt in mente Humanæ cogitatio, cui ſpecialis in Oculis nictatio non reſpondeat. Ergo copioſiſſimum poſſemus ſcribere Ocularis Idiomatis Vocabularium; quia autem brevitati ſtudemus, illud contrahemus in *συνόψιν*. Sed quem ordinem in ejus conſtructione ſervabimus?

De ordine in Ocularium Signorum digeſtione ſervando.

P. Iacobus Gretſerus, & quotquot Nomenclatores ſcripſerunt, in Claſſes diſtribuerunt Vocabula; & nos eorum exemplo loquaces Oculorum motus, qui ad Religionem, ad Mores (Virtutes & Vitia) & denique, qui ad ſcientiam & Artes pertinent, dilucidabimus.

Quomodo oretur, & adoretur Deus?

A Iove principium, inquit ille: quæ enim ad Religionem pertinent debent univerſis præponi. Deus Oculus immortalis & infinitus eſt, & ideò illum oculis homines alloquimur, oramus, adoramus.

Deum ſanè ſupplicantes, oculos ad Cælum elevant. Vnde Pſalmiſta *Polymnia*. Rex, *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in Cælis. Ecce ſicut oculi ſervorum in manibus dominorum ſuorum, & ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.* Et alibi. *Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos.* Pſalm. 122. 1. Pſalm. 24. 15.

In oratione ad Cælum & Deū oculos elevamus.

Et huc reſpiciens Virgilius libr. 2. Æneid. cecinit.

Ad Cælum tendens ardentia lumina fruſtra.

Dixerat Æneid. 2.

At Pater Anchiſes oculos ad ſydera lætus
Extulit & Cælo palmas cum voce tetendit.

De Divinis erga homines Oculis.

Qua ipſum Poëta corporis compoſitione præparat, ut rite Deum oret, & dicat.

Iuppiter Omnipotens, precibus ſi flecteris ullis,
Adſpice nos, hoc tantùm: &, ſi pietate meremur,
Da deinde auxilium, Pater, atque hæc omnia firma.

Oculi enim Divini ſunt ſalutares, & munifici; atque ideò in Deo *adſpicere*, & *favere* idem eſt. Similia in lib. 4. occurrunt.

An in Deo aſpicere & favere coincidāt

Talibus orantem dictis, araſq; tenentem
Audiit Omnipotens, oculoſq; ad mœnia torſit
Regia, & oblitos famæ melioris amantes.

Ergo *torquere*, aut *convertere oculos ad aliquam perſonam, vel locum*, eſt ignoſcere, miſereri adnuere. Et hinc lucem habere poteſt illud Lucæ 22. 61. *Et converſus Dominus, reſpexit Petrum* &c. *Et egreſſus foras Petrus flevit amarè.* Luc. 22. 61. Tanta eſt oculorum Divinorum potentia: & quia, ut in Luna lux Solis, hæc (potentia) in Regina Cæleſtium Spirituum relucet, ad ejus pedes provoluti inclamamus, *Illos tuos miſericordes oculos ad nos converte.*

Etiam in Diva.

De Oculorum Moralibus operationibus.

Exercētq; Mortales Oculis omnia, quæ docentur in Ethica: eliciunt Heroicos actus virtutum Oculis, & Oculis vitia, ſi quibus inquinantur, ſignificant.

Humilitatem, Virtutum omnium Parentem & Imperatricem, ſignificat oculorum cum benignitate demiſſio, dixit enim Plautus in Pſeud. ſcen. 2. act. 1. *Servum opertet domitos habere oculos, & manus.*

Digitized by Google

Virgiliuſq; Æneid. 11.

——Iuxtaq; comes Lavinia Virgo,
Cauſa mali tanti, atq; oculos dejecta decóros.

Et libr. 12.

Ille humilis ſupplexq; oculos, dextramq; precantem
Protendens.

Si autem demiſſionem comitetur averſio, faſtidium, contemptumque manifeſtabit, unde de Vmbra Didus etiam apud Inferos in Æneam exaſperata *Æneid. 6.* Maro cecinit,

Illa ſolo fixos oculos averſa tenebat. [a]

a] Hic idem verſus prima tantum voce mutata in Æn. 1. reperitur.

Superbia opponitur Humilitati, illamque innuit arrogans Oculorum elatio. De utraq; copioſè & eruditè Patres, & *in Odis* hæc Gregorius Nazianzenus ſcribit.

Κάτω βλέπων ταπεινόν.

Plautus in Aſinaria.

De nictatione Oculorum.

Sceleratorum motum argumentum præbet oculorum nictatio. Vnde Plautus. *Nec illa ulli homini nictet, nutet, adnuat.* Sed, cur καταμύσεις ξοάνων, *Simulachrorum nictationes* infauſtas appellat *in Camillo* Plutarchus? Nam illa immota reddebant felicia Deorum amicorum Oracula, nictando autem, & oſcillando infauſta.

De humentibus & ſiccis Oculis.

Virtutes & Vitia præmia, & pœna concernunt, gaudiumq; illa, & has mœror concomintantur: & affectus uterque in Oculis manifeſtè conſpicitur. Et, quia lugendo cordis angor levatur, ideò humentes Oculi ſolaminis capacem miſeriam: incapacem Sicci; & in infortuniis vehementiſſimum dolorem ſignificant. Poeta Æneid. 1.

Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes.

Non omnes miſeri ſunt miſerabiles.

miſeriæ enim ſupremus gradus eſt, qui vel hominem privat lachrymarum levamine, vel amicis, quibus cum dolorem & afflictionem dividat. Et huc inimicum ſuum propelli exoptabat, qui dixit.

Sisq; miſer ſemper, nec ſis miſerabilis ulli.

Quid Oculi clauſi ſignificent?

Clauſi oculi prava molientem, & meditantem, aperti circumſpectum decent. Proverb. 16. 30. *Qui attonitis oculis cogitat prava*, habet autem Hebræus, *Claudens oculos ſuos ad cogitandum perverſitates.* Hiſpanicè, *Cierra los ojos para mas libremeate engolfarſe en ſus vicios.*

Quid aperti?

De apertis autem Cicero pro Mil. *Aliquando ad eum punicadum oculos aperuiſti.*

Quid fixi?

Fixi tandem ſummam attentionē ſignificant, ut conſtat ex illo Virgilii Æneid. 1.

Hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur,
Dum ſtupet, obtutuq; hæret defixus in uno
Regina ad templum. &c.

S. Auguſtinus in Regula.

Vnde S. Auguſtinus in Regula, jaci in fœminas oculos non autem figi aliquando permittit. *Oculi veſtri,* ait, *etſi jaciantur in aliquam fæminam, in nulla figantur.* &c.

De Oculis turbatis.
Quid innuant?

Turbati oculi timentis ſunt. Virgilius libr. 8. Æneid.

Tum primum noſtri Cacum videre timentem,
Turbatumq; oculis. &c.

Et Georg. libr. 3. *At ima*
Solvuntur (turbantur) *latere, atq; oculos ſtupor urget inertes.*

Signa morbi lethalis.

Signa lethalis morbi *tertio Georg.* ponit & exponit Virgilius, quæ tametſi de equis dicantur, etiam hominibus convenire videntur.

Sin in progreſſu cœpit crudeſcere morbus,
Tum verò ardentes oculi, atque attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu gravis, imaq; longo
Ilia ſingultu tendunt: it naribus ater
Sanguis & obſeſſas fauces premit aſpera lingua.

De Regina Didone.

Et Æneid. 4. ſub fin. Dido jam jam moritura,

Illa graves oculos conata attollere rurſus
Deficit, infixum ſtridet ſub pectore vulnus.

Quid ſit Oculis capere?

Capere oculis. Eſt rem aliquam determinare. Virgilius Georg. 3. *Ante locum capies oculis.* In conflictu miles, diſtantiam oculis conſentaneam capit (hoc eſt, eligit, & metitur) ut poſſit expeditiùs concurrere.

De circumſpectione Oculorū.

Attentionem denotat Circumſpectio.

Æneid. 2.

Admirationis & ſummæ attentionis ſignū eſt.

Vndiq; viſendi ſtudio Trojana juventus
Circumfuſa ruit, certantq; illudere capto. &c.
Namque ut conſpectu in medio turbatus, inermis.
Conſtitit, atq; oculis Phrygia agmina circumſpexit. [*]

*] Speciali cura hoc Spōdaicum fuit à Virgilio poſitum, ut rei magnitudo melius exprimeretur.

Et ibid.

Tyndarida aſpicio. Dant clara incendia lucem

Er-

Erranti, paſſimq; oculos per cuncta
ferenti.
Et Æneid. 8.
Miratur, facileſq; oculos fert omnia circum
Æneas, capiturq; locis, & ſingula latus
Exquiritq; auditq; virûm monimenta priorum.
Et libr. 8.
Ille Deæ donis, & tanto lætus honore
Explere nequit, atq; oculos per ſingula volvit.
Et libr. 11.
Dixerat Æneas, Olli obſtupuere ſilentes
Converſiq; oculos inter ſe atq; ora tenebant. &c.
Tollitur in Cœlum clamor, cunctiq; Latini
Convertere oculos.
Ergo ut miſſa manu ſonitum dedit haſta per auras
Convertere animos acies, oculoſque tulere
Cuncti ad Reginam Volſci.
Et libr. 12.
Iam verò & Rutuli certatim, & Troes & omnes
Convertere oculos Itali
Æneas volvens oculos, dextramque repreſſit.

Quid ſignificet ſe videndum præbere: Hiſp. el dexarſe veer?

Summæ Clementiæ ſignum eſt ſe videndum præbere. Æneid. libr. 2.
Talia jactabam, & furiata mente ferebar,
Cùm mihi ſe, non ante oculis tam clara, videndam
Obtulit & pura per noctem in luce refulſit
Alma Parens, confeſſa Deam, qualiſq; videri
Cœlicolis, & quanta ſolet, dextraq; prehenſum
Continuit, roſeoq; hæc inſuper addidit ore.

Quid innuant Oculi, qui non claudi aut ſolvi in ſomnum poſſunt?

Obrui curis, non poſſe dormire ſignificat. Hiſp. *no poder cerrar los ojos.* Dido apud Virgilium Æneid. 4.
At non infelix animi Phœniſſa, nec unquam
Solvitur in ſomnos, oculiſ-ve, aut pectore noctem
Accipit ingeminant curæ, rurſuſque reſurgens
Sævit Amor. &c.

Et quid contrà, in aurem utramque dormire?

Et contra carere curis ſomno indulgere, & oculos claudere ſignificat. Æneid. 9.
Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum,
Lumina rara micant, ſomno vinoque ſepulti
Procubuere. &c.

Sequi aliquem oculis.

Diſcedentes, aut incedentes oculis ſequimur, ſi illos amamus. Virgilius Aeneid. 8.
Stant pavidæ in muris Matres, oculiſq; ſequuntur
Pulveream nubem, & fulgentes ære catervas.

De oberrantibus Oculis.

Oculi errantes & nulla lege directi, hominis moribundi ſunt. Æneid. 4. ſub fin.
Ter revoluta toro eſt, oculiſq; errantibus alto
Quæſivit Cœlo lucem, ingemuitque repertam.

Monitum Militare. Oportet ſemper Oculos inimici reſpicere: ipſe enim locum, in quem arma dirigit, provida attentione intuetur.

In pugna oculi debent vigilare, & ſemper oculos inimici conſpicere; priùs enim locus feriendus ſignatur oculis, quam gladio tangatur. Æneid. 5.
Stat gravis Entellus, niſuq; immotus eodem
Corpore tela modo, atq; oculis vigilantibus exit.
Et Æneid. 10.
Obvius ire parat — imperterritus ille
Hoſtem magnanimum opperiens, & mole ſua ſtat,
Atq; oculis ſpatium emenſus quantum ſatis haſtæ. &c.
Et iterum Æneid. 12.
Cunctanti telum Æneas fatale coruſcat,
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
Eminùs intorquet.
Dixerat Æneid. 5.
Poſt acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu,
Alta petens, pariterq; oculos, telumque tetendit.
Et poſteà libr. 10.
Sic ait, atq; oculos Rutulorum rejicit arvis
Et etiam libr. 12.
Voce vocat quoties oculos conjecit in hoſtem.

Oculi maligni. Quid ſignificent?

Mentem dubiam, & indeterminatam produnt oculi. Aeneid. 5.
At matres primò ancipites oculiſq; malignis
Ambiguæ, ſpectare rates, miſerum inter amorem
Præſentis terræ, fatiſque vocantia regna.
Quia autem hîc potiùs hæſitatio-

nem

nem animi indicatam per oculos, quam oculorum qualitatem, & motum illam exprimentes hic Virgilius ſignificat, alium locum proponam, in quo rem hanc Poëta luculenter expoſuit. De Latino enim cogitante, dubitante, & deliberante, an Aeneas ille, ſit, quem eligere debeat in generum, ait.

Quales oculos habeat, qui dubitat?

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutu tenet ora, ſoloq; immobilis hæret,
Intentos volvens oculos: nec purpura Regem
Picta movet, nec ſceptra movent Priameia tantum
Quantum in connubio nata, talamoq; moratur.

Quales, qui deliberat?

Veſtigare oculis eſt quærere. Aeneid.6.

Veſtigare quid ſit?

Ergo altè veſtiga oculis, & ritè repertum
Carpe manu.

ARTICULUS VIII.

Iterum de Oculis. *Proponitur & ediſſeritur Oculorum Rhetorica.*

DE Viſu, nobiliſſima potentia corporis, iterum diſputaturus ſum: occurrũt enim novæ Meditationes, quæ principale argumentum poterunt promovere. Et quidem hunc nunc Articulum præcedenti debeo neceſſariò ſubnectere; nam in illo egi de ſimplici Oculorum Grammatica, & jam in iſto doctior agam de Oculorum Rhetorica.

An inter ſublimes & excellentes Scientias Ocularis Rhetorica ſit numeranda?

Et quam, quæsò, Spartham animoſus ingredior? Quis id audivit? Datur-ne Oculorum Rhetorica? Aſſerit D. Franciſcus Salcedus in ſua, *A lo que obliga un deſden.* Claudium enim introducit dicentem.

Ella amoroſa y rendida
Me declaraba en affectos
De vergonçoſas acciones,
Lo que callaba el accento
Con equivocas palabras,
Con intricados conceptos,
Carmin daba a las mexillas,
Claveles a lo ſevero.
Y una noche (oye Fadrique)
Con rhetorico ſilencio
En la plana de ſus ojos [*]
Me deſcribiò ſus eſtremos.

[*] Eſt pulchra phraſis, qua Eloquentia Oculorum ingenioſè deſcribitur.

Rhetoricæ finis perſuadere eſt. Et deò leges imponunt Oculi, jubent, imperantq; & ubi ſilet lingua, ipſi eloquentiſſimè rhetoricantur. Idem Claudius ibid.

Si mirares, que es mirar? [*]
Si intentares, que es intento?
Si penſares, que es penſar?
En los ojos liſongeros
De la prenda que idolatro,
Los mios ſeran attentos,
Ponçoñoſos baſiliſcos,
Que quando falte el veneno
El Pundonor lo dara
Para audaces eſcarmientos.

Qui amat, amatam rem ab aliis noſciri deſiderat.

Eccl. 9. *Virginem ne conſpicias.* &c. Et cap. 5. *Ne reſpicias in mulieris ſpeciẽ.* &c.

SECTIO I.

De Fine Ocularis Rhetoricæ.

Τlὼ περὶ τέλȣς ὑπόληψιν ῥίζαν, apud Nicolaum Cauſſinum Finem meritò appellavit Galenus: quoniam ut nos monet Chryſoſtomus: *In primis cuique intelligenti conſiderandus Finis eſt; à quo ſi rerum omnium Oeconomia cœperis, longè melior & fortunatior erit; non modò in majoribus negotiis, ſed in iis etiam, quæ levioris videntur momenti.* Ὁ σωειὲς πρὸς τὶ ὁρῶντα, κὶ τὶ βȣλόμενον πάντα τὰ ἄλλα χρὴ πράτ7ειν, κὶ οἰκονόμειν ἅπαντα ἂν ἤδη καλῶς διαπράτ7οιτο.

Cauſſinus de Eloquent. libr. 4. cap. 47. pag. 237.

De Fine.

Qualis futurus ſit?

Nunquam punctum, in quem collimat, Sagittarius pertingit: quoniam jaculi gravitas illud deprimit, & ad locum ſcopo tantiſper inferiorem deducit. Obſervavit id Perſius, & Satyr. 3. verſ. 60. expreſſit: inquit enim,

Eſt

*] Legunt nonnulli *aliquid*, ſed eodem ſenſu.

Eſt aliud [*] *quo tendis, & in quod*
dirigis Arcum:
An paſſim ſequeris corvos teſtaq; lutoq;
Securus quò pes ferat, atq; ex tempore vivis.

An, & cur Sagittarius ſupra ſcopum collineet?

Ergo Auceps, ſi in corvum collineet, nunquam illum trajiciet, debet ergo altiùs reſpicere (Hiſp. *tomar un poco mas alta la mira*) ut ſagitta ad ſcopum perveniat.

Cur nec ſemper Medicus curet, nec Orator perſuadeat?

Hæc doctrina univerſis eſt Artibus, & Scientiis communis: & quia interdum neſcitur, aut negligitur, non ſemper Medicus recurat, nec Orator perſuadet: & ideò nec ſemper eſt efficax Oculorum Rhetorica. Et hanc ob rem Oratores doctiſſimi, tametſi ſemper perſuadere conentur, non ſemper ſententiam ipſi ſuam cæteris perſuaſuros ſperant: & tamen ſemper appoſitè ad perſuadendum declamant. Nam ſicut, non Medici ignorantia, ſed ægri indiſpoſitio, eſſe ſolet in cauſa, ne valetudo perdita recuperetur: ſic ſimiliter ſine Oratoris culpa, non adſequetur ſuum intentum Rhetorica, ubi repererit audientium Animos alienis apprehenſionibus præoccupatos & tepidos. Auſcultanto Autoram, nam ibidem ſic loquitur.

Rhetoricæ Finis eſt perſuadere. Media ſunt rationes quæ ad perſuadendũ ſufficiant, etſi intentum per accidens non conſequantur.

To que atenta a ſus acciones,
T a mis paſſiones attenta,
Le dezia por los ojos
Las eſcondidas moleſtias,
Que a vezes de lenguas ſirven
Interpretes de la pena.
Pero el ſordo a tantos ſuſtos
Negaba correſpondencia,
T al paſſo que le adoraba,
Me picaba ſu tibieza,
Que es zebo del appetito,
Quando oppoſicion ſe mueſtra.

Ergo ſicut Medicus cognita morbi pertinacia pharmaca vehementiora præſcribit, ſic & Aurora debuit tempore ſui Paranymphi cognito, efficaciora adhibere remedia.

De efficacia Oculorum Rhetorica.

Interim aliquorum Oculorũ Suada eſt efficaciſſima. Et tales erant Titii Oculi, de quibus Cloris ait,

Ay Leonor, ſi librarte de el deſeas,
Huyete de ſus ojos: no le veas.

Ita in Comœdia, *en Madrid, y en una caſa*. à D. Franciſco de Roxas concinnata.

SECTIO II.

Quid nomen Oculus *ſignificet, & unde dicatur?*

Lingua Hebræa, quam *Sanctam* vocant, eſt cæterarum omnium parens.

QVEM Latini *Oculum*, Iudæi appellant עין, AIN. Cum igitur jam Hebraicam vocem Articulo præcedenti expoſuerim, ſupereſt ut Romanam impræſentiarum è fontibus veris deducam.

Tria ſunt profectò in Lingua Sancta Θέματα ex quibus vox *Oculus* deduci poterit: & ſunt גלה, GALAH, *volvere*; חזה, CHAZA, *adſpicere*, & עקל AQAL, *volutare*. Vide Georgium Crucigetum in Radic. 268. 518. & 1378.

Cur Oculus nominetur ſpeculum?

A Radice גלה, GALAH, habemus גליון. GILAION. *Speculum*. Eſaiæ 3. 23 *Volumen* Eſai. 8: 1. ἀγλίη., *albam in oculo cicatricem* Hippocrati. Item κανθὸς & *cilium*. etiam ἀίγλη, *ſplendorem*. Et tandem *Oculum*. Et quidem meritò Oculi nominantur *Speculum*, nam in ipſis mores & vitia hominis conſpiciuntur: ſunt *volumina*; volutatione enim ſua gravi aut vaga, plus ſignificant, quàm poſſent numeroſa Scriptorum volumina: quorum in criminali cauſa Iudex, plus reſcit conſiderando teſtium oculos, & plus diſcit proſpectando rei vultũ, quàm proceſſum copioſum, & prolixum audiendo. Et quidem ſcitè voluit Nomenclator Latinus *Oculos* cùm ἀγλιῇ:, *cicatrice* componi, ut ſciamus cæteras poſſe corporis partes gubernari ab Hypocriſi, at oculos eſſe immunes, & animi ſtatim dolos prodere. Splendet enim in iis virtus, ardent vitia: & tam ſincerè ſerviunt Veracitati, ut mendacia, quando committuntur à lingua, vulnerent oculos, plaga tam manifeſta, ut, etſi omnem curam & medicinam adhibeat ſimulatio, relinquat ſemper cicatricum veſtigia.

Cur Iudex Oculos Teſtium conſiderat?

Racò mentiuntur Oculi.

Lingua mendacia Oculi approbare non volunt.

Radix חזה CHAZAH, ſonat *adſpicere*, & מחזה. MECHEZAH eſt *feneſtra*: & ὄσσος. Germanicè Oge, Saxonicè *auge*, Latinè *Oculus*, & ὄσσομαι *video*. Benè igitur ex hac Radice *oculi* deducuntur, ſunt enim, quædam feneſtræ pectoris, per quas

Exit ſpectatum pectus, ſpectetur ut ipſum.

Et

Et denique עגל, AQAL, *volvere, volutare*; unde κύκλω *gyro in gyrum verto*, & κύκλος *circulus*: & apud Germanos Glük, *Fortuna*. Nam ab oculis Circumſpectionis gloria, & Fortuna aliquando dependet: qui enim in ſago, aut toga, coram Principe ſervit, præmia adquirit; quæ ab abſente Principe, ſi ὑπερβολικῶς ſciant, ſervitia, quæ nunquam præſtiterunt, proponere, ignavi & deſides indipiſcuntur.

Strenui Militis fortuna à Principis oculis dependet.

SECTIO III.

De Humanis Affectibus, quos prodit, & exponit Ocularis Rhetorica.

De excellentia & præſtantia Rhetorica.

MVltæ ſunt, ut opinor, gratiæ, & prærogativæ, multæ etiam virtutes, ob quas eſt inter alias Facultates Oratoria mirabilis, at propter eximium, quod exercet in affectus imperium, præ cæteris haberi debet. Nihil enim eſt admirabilius Oratore, *qui ſuper Ventorum pennas deambulans*, non ſolùm Affectibus habenas immittere & reſtringere novit; verùm ſupra humanæ conditionis potentiam, gloriam Cæleſtem imbuit, & ubi declamare deberet, tonat, fulgurat, & ſi occaſio ſuccurrat, etiam fulmina explodit. Huc reſpiciens Lucianus Atticam Eloquentiam ſpecie Reginæ potentiſſimæ expreſſit, eidemque Βροντὰς & ἀςραπὰς inter Satellites ſervire juſſit. Et meritò; Eloquentiæ enim, quoniam affectibus dominatur, ſummum eſt in Orbe Terrarum Imperium; nam ſub initium illa

Ex Cicerone l. de Orat. 105. Cauſinus libr. 8. de Eloquent. cap. 1. pag. 459. 2.

An ſimilis ſit Cœlo Oratoria?

Et genus indocile, & diſperſum montibus altis
Continuit, legeſq; dedit:

An homines barbaros ad vitam communē redegerit?

Et etiamnum, mentes adlicit, & quò velit, propellit, & unde vult, deducit. Opem fert ſupplicibus, afflictos excitat, periclitantes liberat, reiſq; impertitur ſalutem. Et tanta diſponit de hominum Intellectu tyrannide, ut & ipſummet Iovem Ethnici ejuſdem arbitrio ſubjecerint.

Καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυνὸν
    σβεννύεις
Ἀενάου πυρός, εὐ-
Δει δ᾽ ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰετός ὠ-
κεῖαν πτέρυγ᾽ ἀμφοτέρω-
θεν χαλάξαις.

Pindarus Pyth. εἰδ́ά.

Et Iovis cupiditatem in fulmine extinguit: & pertinacis vigiliæ Aquilam inducit in ſoporem: ipſum deniq; Iovem intimis ſenſibus delinitum titillat, & potentiùs inflectit.

An ipſimet Iovi præſtaret?

Sanè, ſi Διός, *Iovis* nomine *Regem* intellexerit Pindarus, ſcitè, & arguté loquitur, quoniam פלגי מים Pelage Maijm, *Diviſiones aquarum*, Regis pectus appellat Sapiens: eſt enim procelloſus Oceanus, qui ventis contrariis (Conſiliarios intellige: qui quoniam affectibus, & crebrò inter diſſonis reguntur) perturbatur.

Cur Regis pectus diviſiones aquarum nominetur? Proverb. 21.

Sunt autem affectus, Stoicorum ſententia, νοσήματα, & ἀῤῥωςήματα Animæ, quæ *permotiones* Cicero, alii *motus*, & *paſſiones* appellant: & eſſe *Sentientis Animæ, ex boni, vel mali opinione natas commotiones* D. Nemeſius *lib. de natur. homin. cap. 15.* eruditè definit. Et conſultò Affectus ipſe ſentienti Animæ accenſet, nam plantæ ſunt illorum impotes, illis reguntur animantes, & in hominibus rationem, & diſcurſum præveniunt.

Quid ſint humani affectus?

An ad ſentientem Animam, an ad rationalem pertineant?

Illos per claſſes ſex *Satyr. 1.* Iuvenalis diſtribuit; cecinit enim,

Quidquid agunt homines, Votum, Timor, Ira, Voluptas,
Gaudia, Diſcurſus. &c.

In quas ipſi ſpecies aut claſſes diſtribuantur?

Quas ad duas reſtringit D. Thomas 1. 2. *qu.* 23. aſſerens omnes Animæ affectus ab Animæ Concupiſcibili, & Iraſcibili Facultate prodire: quæ meliùs Græcè ἐπιθυμηθική, & θυμώδη nominantur.

Hi affectus biſariam poſſunt conſiderari, ut indicari, & ut cauſari: illos enim, ſi in animo ſint, linguæ motu Rhetorica vocalis exprimit; & per aures in animos Auditorū inſtillat. At diviniore eoſdē modo Oculorum Rhetorica, exprimit, & immittit. Vtrumq; Plinii verbis dilucido, nam *libr. 11. cap. 37.* ſic infit. *Oculi, ceu vaſa quædam viſibilem Animi partem accipiunt, atque tranſmittunt.* Accipiunt, quia exprimunt: tranſmittunt, quia immittunt.

An ab Iraſcibili & Concupiſcibili univerſi proveniant?

Et profectò ex Plotino *libr. 9. de regn. cap. 20.* Expreſſionem demonſtro, inquit enim. *Oculi ſunt Animi indices, per quos Homines Clementiā, Miſericordiā, Amorem, Odium, Iram, Lætitiam, Triſtitiam, & hujuſmodi Affectu oſtendunt.* Conſonat Cicero, qui *libr. 2. de Orat.* ſic ſcribit, *Imago Animi eſt Vultus, indices Oculi: nam hi ſunt una corporis pars, quæ, quot Animi motus ſunt, tot ſignificationes poſſunt efficere.* Si

An, & quos Animæ affectus Oculi exprimant?

An in alios efficienter immittant?

Si immiſſionem affectuum, & impreſſionem voluiſſent nobis ſignificare, dixiſſet Prior, *Oculi inſtrumenta ſunt Animi, per quæ Homines Clementiam, Miſericordiam, Amorem, Odium, Iram, Lætitiam, Triſtitiam, & alios hujuſmodi Affectus in eorum Animos, à quibus proſpectantur, immittunt*. Et Poſterior, *Animi Miniſter eſt Vultus, Inſtrumenta Oculi: nam hi ſunt una corporis pars, quæ quot Animi motus ſunt, tot operationes habere poteſt, tot affectus in Animis Adſpicientium imprimere*.

Vide, quę præcedentis Articuli Sectione I. dicta fuerũt de Faſcino.

Nec mirum videri alicui debet Oculos in proſpectis hominibus qualitates imprimere, nota enim ſunt, quæ de Faſcino, & Philoſophi ſcribunt, & experientia quotidiana perſuadet.

SECTIO IV.

De Figuris Ocularis Rhetoricæ.

Quænam inter Tropum, & Figuram (τρόπον, καὶ σχῆμα) intercedat diſcrimen?

ETSI voces *Tropus & Figura* confundantur interdum, inter iſtas Eruditiores Rhetores hoc diſcrimen ſtatuunt, ut Tropi virtus in unica tantum ſit dictione, Figuræ in in pluribus. Et hæ interdum ſententiam, & non verba materialia concernunt, & ideò in quamcumq; linguam tranſire poterunt: interdum ita illigantur ſyllabarum ſenſibili pronunciationi, ut obſcuretur Gratia, ſi in aliam linguam transferatur Oratio. Conſtat ex Cicerone, qui *libr. de Claris Oratorib.* ſic ſcribit. *Ornari Orationem Græci putant, ſi verborum immutationibus utantur, quos appellant* τρόπους, *& ſententiarum orationiſque formis, quæ vocant* σχήματα. Cùm igitur de his, quà Vocalem Orationem concernunt, ſatis fusè jam ſuperius egerimus, quæ ibi ediſſerta ſunt, ſupponamus; & uberioris doctrinæ gratia Figuras aliquas, quibus exornatur Oratio, Oculis attemperemus.

Acyrologia.

Quid ſit; & an diſtinguatur à Metaphora?

IN Ore eſt impropria loquutio, in Oculis impropria proſpectio. Et quidem hæc Figura non debet confundi cum Metaphora: nam in Metaphora ſimilitudinem ſupponere debet Translatio: & diſſimilitudinẽ, aut oppoſitionem reperit Acyrologia. Unde, ſi ſincerè loquamur, *Polymnia* non inter ſermonis Acyrologia Gratias, ſed inter vitia & nœvos recenſeri deberet: crebrò enim Orationem dedecorat, & rarò aut nunquam exornare videtur. Sanè loqueretur impropriè, qui *ſe bona timere*; aut *mala ſperare* affirmaret: unde non benè excuſatur Virgilius, apud quem Troës repulſi à littoribus Africæ, inclamant.

An decor, an nævus Orationis dicenda ſit?

Quod genus hoc hominum? quæ ve
hunc tam barbara morem
Permittit Patria? hoſpitio prohibemur arena!
Bella cient, primaq; vetant conſiſtere terra.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At ſperate Deos memores fandi, atq; nefandi.

Et ideò, quia ſublimia ſuſpicimus, deſpicimuſq; inferiora, irriſa fuit in theatro Comica, quod Iunonis Regiam perſonam agens, illius verſus [*]

Flectere ſi nequeo Superos, Acheronta movebo.

Virgil. Æn. 7.

oculis in terram demiſſis priorem partem, in Cælum erectis poſteriorem protulerit.

*] Fortè Polemon Sophiſta, ſi interfuiſſet, clamaſſet, *Hæc oculis Comica ſolœciſmum commiſit*. At Auditores Acyrologiam admiſſam fuiſſe judicarunt.

Filiæ familias, (nobileſque, & illuſtres præcipuè) coguntur non rarò à Parentibus acyrologias oculares committere.

Multę hodie in Orbe oculis puellæ Acyrologiam committunt: jubentur enim ſuperiora deſpicere, inferiora ſuſpicere, amare inviſa: & quę in oculis ferunt, contemnere. Hanc hypocriſim in ſuas domos inducunt Proceres circumſpecti, in quorum filiabus affectus, non ad amoris muſicam, ſed ad ſtrepitum commodi & utilitatis tripudiant. Et id ſub parentis ambitioſi tyrãnide accidebat D. Seraphinæ, de quâ Gundizalvus apud D. Franciſcum de Roxas in ſuâ, *En Madrid y en una caſa*, ſic loquitur.

Pero ya ſe ha declarado,
Porque en llegando ſaber,
Que ſu padre y mi enemigo
La caſa con D. Gabriel,
Hypocritas obediencias
Me intima. Que mucho ſi es,
Lo eſtrangero appetecible
Yo infeliz, ella muger.

Ecce illa utrumque procum reſpiciebat impropriè: torvis enim oculis dilectum, & benignis odio habitum cogebatur reſpicere.

ÆNIGMA.

Quid Ænigma ſit, & unde dicatur?

AN-ne in Oculis reperiuntur Ænigmata? Ænigma eſt obſcura Allegoria, quæ niſi aperiatur, à vulgo non poteſt intelligi. Et quidem αἴνιγμα dicitur ab αἰνίττω quod eſt *obſcurè loquor*: & ſic à nobis definitur. Ænigma eſt ſubjecti alicujus deſcriptio, proprietates recenſens, quarum ſingulæ conveniant aliis, & omnes ſimul illi ſoli conveniant.

His præmiſſis αἰνίγματα aſſero; quoniam Humani Oculi ænigmatica cernunt, & ænigmaticè aliquando cernuntur. Apud D.Franciſcum de Roxas in ſua *En Madrid, y en una Caſa*. Emanuela Gabrieli ſuo ſic inquit.

Mirad, ſi os ſentis
Diſpueſto a pagar
Con Amor finezas,
Y ſi libre eſtais
De empeños forçoſo,
Que la mocedads
En oños travieſos
Los ſuele adendar.
Saldré yo Fiadora
De una Voluntad
Agora en Enigma
Deſpues en disfraz,
Que os hara ſu Eſpoſo,
Dando que embidiar
A mas de un deſeo.
Yo tu Piedra Iman [*]
Cuydaré en contaros
Los paſſos, que andais,
Inquirir viſitas,
Galantêos vedar,
Si ſalis de noche,
Sabré donde vais;
Porque no hay finezas
Sin authoridad.

*] Videtur Virgilius neſciviſſe Magnetem, nam multas & pulchras ex illo potuiſſet conformare Metaphoras. Et tamen illius nuſquam mentionem facit. Plinius libr.36.cap.16 *Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit, & patitur mores: trahitur, namque à Magnete lapide: domitrix illa rerum omnium materia ad inane neſcio quid currit: atque ut propiùs venit, adſiſtit, tenetur que, & complexu hæret.* Hiſpanicè vocatur *Piedra-Iman*, Gallicè *Aimant*. Ergo quid mirum, ſi Amans & amens, hoc Emanuela, ſibi hoc nomen adpropriare voluerit? *Magnes Amoris Amor*. Et Amor ferreos Animos domat; cogitq; ut ad inane neſcio quid currant, & teneãtur & hæreãt.

Primum verbum *mirad* eſt, ut quæ dicuntur, non ad aures, ſed ad oculos ſpectare cenſeantur. Signa igitur, quibus mentem illa ſuam inſinuare volebat, viſibilia potiùs erant, quàm audibilia, ſiquidem videri debebant, auſcultari non poterant.

Tandem idem D. Franciſcus urget difficultatem, & ſic ſcribit.

Yo he de ſalir de eſte empeño,
Averiguando quien ſon
De tanto embeleco authoras.
Pues, mis Enigmas Señoras,
Qual puede ſer la occaſion,
Que honrando eſta habitacion
Con circamſtancias tan raras,
Privandonos de las caras,
Seais para meſclar rigores,
Prodigas en los favores,
Y en las bellezas avaras.

Erant fœminæ, quæ per fulguris modum ſe videri permiſerant inſtantaneo proſpectu; & tamen centenis dolis, & fraudibus eum præpediebant.

Illud *Mis Enigmas Señoras* ponitur in caſu vocandi; quas enim *Dominas* etiam vocat *Ænigmata*, ut pote ſibi prorſus ignotas.

ÆTIOLOGIA.

Quenam Figura deſignetur hoc nomine?

HOC Schema, ſicut & pleraq; omnia, aliter, & aliter ab Authoribus exponi ſolet. Cauſinus libr.7. cap.17. pag.377. a. *Efficitur ratione brevi, & ſententioſa, ita at quod dubium eſt viſum ad certam fidem adduci videatur*. Quintilianus lib.1.cap.5. *Sententiæ quoque & Chriæ & Ætiologiæ ſubjectis dictorum rationibus apud Grammaticos ſcribantur, quia initium ex lectione ducant*. &c. Et, quia *videre*, & *legere* ad oculos pertinent. [Plautus. *Hiſce oculis egomet vidi*. Virgilius lib.6.

—— *Quin protinus omnia*
Perlegerent oculis. &c.]

meritò hæc Figura hoc in Articulo dilucidabitur.

Illud exponitur.

Si conſideres nomen compoſitum eſſe percipies, & de parte poſteriori non ambiges, nam à λόγος, *ratio*, *ſermo*, deducitur: dubitabis tamen de priori, eſſe enim poterit αἴτιον, aut ἀετίτης.

Αἴτια nomen Libri, quem compoſuit Callimachus.

Porrò αἴτιον ſignificat *cauſam*. unde Callimachus librum, in quo Græcorum Sacra expoſuit, illorumq; cauſas dilucidavit, Αἴτια inſcripſit: & occaſionem Ovidio præbuit, ut libros Faſtorum concinnaret, & Sacra Romanorum exponeret. Ergo Αἰτολογία, ſi huic origini ſtetur, erit *Cauſæ expoſitio*.

De lapidibus gravidis.

Ἀετίτης, ut tradit Plinius *libr.36.cap.23.* lapis eſt, quem, ſi concutias, ſonum audias; nam, quaſi prægnans, alterum in utero gerit. Si hæc Figura hinc ſortita ſit nomen, deberet Αἰτιτολογία nuncupari.

De Oculis.

Et undecumq; ejus nomen proveniat, in Idiomate Oculorum admittitur; ſæpè enim ſunt ſignificationum gravidi, & in ipſis percipitur affectuum cauſa. Habent ſua συμπτώματα oculi, & ſuas indi-

cant

cant cauſas. Lycon. *Nimiâ vini, & cibi ſatietate vix meridiano tempore plenus crapula eſt experrectus primum oculis mero madidis, humore obcæcatis, viſu gravidis, lucem conſtanter intueri non poteſt.* &c. Nota illud *gravidis*, & illud *madidis*. & cauſam in vocabulo poſteriori reperies (vinum, videlicet) & in priori percipies, ſicut gravida verba (Hiſp. *palabras preñadas*) quæ plus ſignificant, quàm ſonant, magno conſilio proferuntur interdum; ſic nictatio gravida (Hiſp. *un guinear de ojo*) plus inſinuare homini ſolet, quàm multa verba poſſent ſignificare.

Quid in eis importet viſus madidus?

Quid gravida nictatio ſignificet?

AGANACTESIS.

INdignabundo convenit, & oculis exprimitur, & pronunciatione juvatur. Cicero pro Sylla. *Ferro ego te Torquate jam dudum fero.*

Oſtenditur hæc veriùs Figuram in geſtu, quàm in verbis conſiſtere.

Apud Virgilium *Ecleg.* III. aſſeruerat Damœtas, ſe cum Damône decertaſſe; caprumq; (qui pro pignore decertationis fuerat poſitus) lucratum fuiſſe. Ad quæ Menalcas verba, contraxit frontem, demiſit caput, inclinavitque tantiſper humeros, & ſolo affigens, quos dejecerat in terram, oculos, ſe ſe auſcultans, inſultabundus dixit;

Cantando tu illum? aut unquam tibi fiſtula cerâ
Iuncta fuit? non [*] tu in triviis indocte ſolebas
Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.

*] *Non* videtur eſſe *non*: ſignificat enim *nonne*?

AMPHIDIORTHOSIS.

ACcidit, ὅταν πρὶν εἰπεῖν, καὶ εἰπόντες ασφαλιζόμεθα τὸν λόγον. cùm dicti alicuius acerbitatem amico & benigno proſpectu remittimus & moderamus. In ſua Daphne Gimenius.

Etiam hæc ad Oculos pertinere videtur.

Ingratam Nympham deſpexerat almus Apollo.
Spem verò renovavit Amor; Divamq; fugacem
Tunc placidis oculis revocat, ſi fortè venire
Malit in amplexus, quàm glauco cortice cingi.

Quibus Numeris in noſtrâ ejuſdem Daphnes translatione correſpondent verſus.

De Apolline & Daphne.

Con la viſta indignada,
Deſtemplada, turbada, y arrojada, Polymnia.
Menospreciaba a Daphne el Dios Apolo.
Pero, viendoſe ſolo,
Con la eſperanza, que le prometia,
La ſoledad, y no la compañia,
Templando ſus enojos,
La moſtró buena cara, y ſuaves ojos.

Contemnere ſolent homines, qua non poſſunt habere.

Quando autem ſcribebam lineam antepenultimam, recogitabam illa D. Franciſci de Bracamonte carmina, quæ in ſua Comœdia, quam *La deſdichada Hermoſura*, inſcribi voluit, Act. 3. leguntur.

A ſolas, Divina Cloris,
Te quiſiera un rato hablar,
Porque el Amor, que te tengo,
Con ſer tan gran Capitan,
Mas, que con la Compañia [*].
Hará con la ſoledad.

*] Compañia cohortem ſignificat & ſocietatem.

ANADIPLOSIS.

QVAM *Repetitionem*, aut *Reduplicationem* Latinè dicimus, multis à Græcis nominibus indigitatur: parum enim ab Anadiploſi differt Palilogia, Epanalepſis, Analepſis & aliæ. Et tametſi gratiam habeat in lingua, habet efficaciam in oculis: nam accuratioris examinis indicium eſt, rem viſam, iterum, iterumque proſpectare. Virgilius Æneid. 6.

De Repetitione viſoria.

Quid ſignificet hæc Repetitio?

Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt, juvat uſq; morari,
Et conferre gradum, & veniendi diſcere cauſas.

Et hinc patet cur à Noſtratibus homo prudens & circumſpectus *Remirado* dicatur; qui enim errare nolunt, non ſemel, ſed pluries, quæ facere poſſint, aut non poſſint, recogitant.

Remirado *quis ſit?*

ANTONOMASIA.

EST nota & paſſim ab omnibus uſurpata Figura: & admittitur aſſerente Diomede, cum vocabulum commune, quod ſine nomine eſt, loco ejus fungitur, ut *Arma virumq; cano*, apud Virgilium: ibi enim *Vir*, nomen commune, κατ' ἐξοχὴν Æneam ſignificat. Ex diverſis capitibus in hac Figura vocis communis Rhetores Reſtrictiones deſumunt, nempe, pingui Minerva à digito, ſubtili ab oculis. Dixerit Martialis.

Nomen commune poteſt uſurpari pro proprio.

Et nunc vel digitis,

Rumpitur invidia, quod turba ſemper in omni
Monſtramur digito, rumpitur invidia.

Virgiliuſq; lib. 12.

vel oculis reſtringitur ad ſignificationem ſingularem.

Turnus, ut infractos adverſo Marte Latinos
Defeciſſe videt, ſua nunc promiſſa repoſci,
Se ſignari oculis, ultrò implacabilis ardet.

A quo debeat ſpes, ſi res mala eveniant, requiri?

Ecce, quando in theatro laudabatur Poëta, hoc pluribus commune nomen, ut ſignaret Martialem, applaudentium digitis determinabatur. Sic olim in conflictu Latini, *infracti (qui fuerant priùs invicti*, ſic enim vocem cum Servio, & aliis viris eruditis interpretor) cùm victoriam promiſſam repoſcunt ab eo, qui dixerat,

Ibo animis contra, vel magnum præſtet, Achillem,

cum exſecrantur eum, qui cladis cauſa, neminem nominant, & tamen Turnum oculis ſignant, & Turnus ideò, putabat de ſe unumquemque tacitè vociferari, & dicere. [Vehementer admiror, ſi præter hunc quémpiam exiſtimatis eſſe, cui ob has cauſas jure ſuccenſere debeatis. Hic eſt enim, qui nobis imploratam ſpem victoriæ eſt pollicitus. Hunc vos non ſolùm in conſilio dando, cæteris propoſuiſtis, ſed etiam in conficiendo negotio principem præfeciſtis. Huic omnium veſtrum fortunas univerſi commiſiſtis. Ab hoc igitur uno priſtinæ pollicitationis, rerumq; geſtarum rationem repoſcere debetis. &c. [a] Et ideo Turnus obſervans ab omnibus

Se ſignari oculis ultrò implacabilis ardet.

[a] Verba ſunt Cleocharis ad Lacedæmonios Vide P. Rut. p. 3. P. Cauſinum de Eloquent. libr. 7. cap. 17. pag. 406. b.

Apoplanesis.

Dicit Hiſpanus, Quien mala cauſa tiene, a vozes la mete. *Et id ſemper fecit in Cluentina aut aliis ſimilibus Cicero.*

ILlam exercuit in Cluentina Cicero: quia cum deſperata eſſet hominis cauſa, ſi ad Iuſtitiæ apices exigeretur, obvolvendo rationes, & obnubilando teſtium depoſitiones præſtitit, ut qui abſolvi non poterat, ſaltem per multos annos in judicio, quin condemnaretur, hæreret. Iul. Ruf. *p.* 26. Cauſ. *pag.* 381. *b.* [Pro Cluentio fecit Cicero: in qua Oratione tenebras ſe offudiſſe jactavit Iudicibus Cluentianis. &c. Ego, me Iudice ad eam cauſam accedere, quę jam per annos octo continuos. &c.]

At, qui verbis ſolent, oculis poſſunt, dubia incutere, & inducere Iudices in oppoſitas opiniones. *Comes* illos nominat Baptiſta Pius.

An reſpiciendo Dubia excitare & movere poſſimus?

Comibus heu fateor Domina pellectus ocellis.

Et *Comis* & *Comes* poterunt, ſine erroris ſuſpicione conjungi, nam qui urbanus & comis, tuorum erit ſenſuum & opinionum comes; affirmabit, ſi aſſeras; & negabit, ſi neges.

An, & cur ſint voces cognatæ Comes, *&* Comis?

Aporia.

AB aliis *Diaporeſis*, ab aliis *Amphibolologia* Græcè, Latinè, dici ſolet *Addubitatio*. Et, ſi rem benè mediter, aſſeram in mente, in verbis, de oculis, & in oculis addubitationem reperiri. Mentalem ob oculos ponit *Æneid.* 8. Maro; agens enim de luco, & de loco ubi nunc exſtat Capitolium, ſic infit.

Dubitare poſſumus intellectu:

Hoc nemus, hunc (inquit) frondoſo vertice collem
(Quis Deus incertum eſt) habitat Deus. Arcades ipſum
Credunt ſe vidiſſe Iovem, cùm ſæpè nigrantem
Ægida concuteret dextra, nimboſq; cieret.

Poſſumus lingua:

Dubium hic propoſitum Intellectum concernit: verba autem iſtud, quod Hexametrum ſequens proponit.

Eſt certum Græcos Romanos vincere poſſe.

Poſſumus Viſu.

Dubium autem de Viſu obſervo apud Virgilium, qui *libr. 6.* Æneam ipſi Dido in Inferno accurriſſe teſtatur, & ait

Vt primùm juxta ſtetit agnovitque per umbram
Obſcuram, qualem primo qui ſurgere menſe,
Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila Lunam,
Demiſit lachrymas, dulciq; affatus amore eſt.
Infelix Dido. &c.

Viſus eſt capax Certitudinis.

Et præter dubium, quod illis verbis, *aut videt, aut vidiſſe putat*, innuitur, etiam haberi certitudinem de Viſu poſſe, oſtendit *Georg.* 4. dicens.

Namq; ſub Oebaliæ memini me turribus altis. &c.
Corycium vidiſſe ſenem. &c.

Viſus multa ſolet confuſè & indiſtinctè videre.

Interim Dubium in oculis conſiſtere poſſe formaliter, ſupponunt Nominales, cùm Vniverſale expreſſivum (aliud enim non admittunt) dilucidant: nam, ſi eminus moveri be-

beſtiam video, Equi, Aſini, aut Bovis in oculis confunduntur ſpecies, & licèt ratio percipiatur generica, differentialis non percipitur.

De Univerſali Expreſſive.

Et denique, cùm intendo oculos, & in medio frontis rugas colligo, me dubitare, An talis, aut talis ſit, quem proſpecto, oculis ipſiſſimis exprimo.

Aposiopesis.

Exponitur, quid hac Figura ſit.

ET eſt *reticentia*, quæ inceptum ſermonem interrumpit: &, ut Demoſthenes loquitur, *Plus dicit ſilendo, quàm ſi enarraret*. Vſurpatur, cùm intra nos ſupprimimus, quæ eſſe dicturi cenſebamur, quod invidioſa, aut certè nobis gravia, ſupprimimus. Exemplum habemus in Procemio Demoſthenis. *Non pari ego & Adverſarius periculo ad Iudicium venimus: ſed mihi quidem. Nolo autem quidquam initio dicendi ominoſius proloqui*. &c. Non videtur Veteribus admodum placuiſſe hoc ſchema, ſiquidem tam rara in eorum libris reperiuntur exempla, ut plerique omnes, qui Inſtitutiones ſcripſerunt Rhetoricas: ſemper illud Virgilianum producant,

Apud Græcos & Veteres Romanos rarò legitur.

Quos ego. Sed motos præſtat componere fluctus.

Eſt tamen hodie in Hiſpanorum Poetarum Libris & Comœdiis communis.

& proculdubio alios locos adducerent, ſi in eo inveniſſent. Verum enim verò, tam eſt illud apud Hiſpanos frequens ut folia implere poſſem, ſi exſcriberem, quæ in adverſariis adnotavi.

Eſt & frequentiſſimum in Elocutione Oculorum, cui verba Rhetoris Alexandri attemperans, ſic inquam. Eſt Apoſiopeſis Ocularis ὄψις ἐπιτείνων τὸ παρασιωπώμενον, ἢ παραλείπων τὸ γινωσκόμενον, ἢ σιωπῶν τὸ αἰσχρὸν, *Viſio innuens quod reticetur*. Et exercetur cum quis minaces, & indignabundos oculos in alterum jacit, & ſtatim illos alio convertit; tunc enim Oculis videtur dicere,

Adtemperatur Oculari Rhetorica.

Hunc ego. Sed præſtat lucem [*] *exſpectare ſecundam,*
Ne cacè expoſitam aggrediar rem fortè periclis.

*] Nomen *Lux* hic ſignificat diem.

Apostrophe.

Quid ſit, & quotuplex?

TOTA pertinet ad Ὀφθαλμολογίαν; nam tacentibus oculis frigida & inefficax erit linguæ oratio. Et duplex eſt iſtud Schema Grammaticum, Politicumque. Illud eſt ſimplex; ad eumque, quicum loquitur, etiam vultum convertit. Majori autem hoc ſubcollatur ingenio; quoniam in eo conſiſtit ejus gratia, quæ volumus ab uno intelligi, dicamus alteri; unde Adagium Hiſpanicum, *A ti te lo digo mi ſuegra, entiendelo tu mi nieta*. Varia & pulchra occurrunt hujus Figuræ apud Oratores exempla. In ſuis Philippicis Demoſthenes Græcos, Arcades, aut etiam Miſſenios alloquitur, & tamen vult audire, & moneri Athenienſes, quem imitatus fuit Cicero, & præcipuè Oratione pro Roſcio, quam ad Chryſogonum ingenioſè convertit.

Quo modo ſimpliciter, & quo modo Politicè fiat?

Interdum uni dicimus, quæ ab alio debent ſubaudiri & intelligi.

Hoc ergo impræſentiarùm Schema præcipit, ut quæ à Semphronio capi volumus non reſpicientes illũ, ſed converſis ad Titium oculis ſignificemus.

Sic interdum apud Latinos Cicero, & apud Græcos declamavit Demoſthenes.

Ara, aut Catara.

EXſecratio debet Latinè dici. Cicero. *O ſcelus! ô portentum in ultimas terras exportandum!* Et Virgilius.

Iul. Ruf. p. 27

De Exſecratione.

At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis
Dii, ſi qua eſt Cælo Pietas, quæ talia curet,
Perſolvant grates dignas. &c.

Erat exilii & proſcriptionis genus *deportatio*: & quo remotior locus, qui adſignabatur, eò pœna cenſebatur gravior.

Quid ſit Pietas: &, an à Miſericordia diſtinguatur?

Pietas filiorum eſt erga parentes reverentia, unde Æneas *Pius* paſſim à Virgilio vocatur. Inde Deorum cultus *Pius* dicitur. Cicero pro domo ſua. *Nec eſt ulla erga Deos Pietas, niſi honeſta de Numine eorum, ac mente opinio, cùm experti nihil ab iis, quod ſit injuſtum, atq; inhoneſtum arbitrere*. Nonnunquam tamen pro Miſericordia & parentum in filios affectu ſumitur. 13. Metam. Ovidius.

Me pia detinuit conjux, pia mater Achillem

Et ipſi hanc ob cauſam Dii *pii* vocantur: & hoc vocem *Pietas* ſenſu Virgilius hoc in loco uſurpavit, & etiam Eccleſia cùm dixit, *Quibus fiduciam ſperandæ Pietatis indulges, conſuetæ Miſericordiæ tribue benignus effectum*. Ita feria IV. poſt Paſ. Dominic.

Gra-

An Grates ſignificet pœnas? Legit Sciolus verba illa [*Grates* poſuit pro *pœnas*] & ait debuiſſe me *pœnis* ſcribere, nam præpoſitio *pro* Ablativum requirit. At moneo *pœnas* eſſe poſitum in Ablativo, quoniam materialiter ſumitur, & voces materialiter ſumptæ sűt indeclinabiles per omnes caſus.

Grates poſuit pro *pœnas* hæc enim vox, ab adjunctis reſtricta, jam præmium, jam ſupplicium ſignificat quo Eccleſia ſenſu in Oratione, quæ in hebdomade majori legitur, vocem *ſtipendium* accepit, de Iuda & Latrone agens: ait enim, *Diverſa utrique intulit ſtipendia meritorum*: ita ut eadem vox *ſtipendia* qua latronem pœnitentem concernit, *præmia*; & quà impœnitentem Iudam *promerita ſupplicia* importet.

De voce Inviſus.
Quid ſignificet?

Sanè Exſecratio ad Oculos præcipuè ſpectat, *inviſa* enim dicimus, quæ adſpernamur, & exſecramur. Talis eſt vermibus & anguibus Ciconia. Virgilius Georg. lib. 2.

Optima vineis ſatio eſt cùm vere rubenti
Candida venit avis, longis inviſa colúbris.

Et ejuſdem Operis lib. 3. ad fabulam Aragnes adludens,

Aut durum tinea genus, aut inviſa Minerva
In foribus laxos ſuſpendit Aranea caſſes.

Et Æneidos libr. 2.

Non tibi Tyndaridis facies inviſa Lacæna.

Quis apud Hiſpanos mal viſto & quis bien viſto ſit?

Et hoc profectò ſenſu Hiſpanus phraſes, quibus odium, amorem-ve ſignificet, ab Oculis ipſis deſumit. Quoniam *que es mal viſto*, illum dicit, qui habetur odio. Iuno apud Virgilium libr. 5.

Iuppiter Omnipotens, ſi nondum exoſus ad unum
Trojanos, ſi quid Pietas. &c.

Et poſtea libr. 12.

Et nunc cedo equidem pugnaſq; exoſa relinquo.

Exoſus ſumitur activè & paſſivè. In hemiſtichio *Pugnaſq; exoſa relinquo.* ſi *exoſa* activum participium ſit, accuſativus ille *pugnas* ab *exoſa*, & à *relinquo* repetetur.

Quæ verba intelliges, ſi monearis nomen *exoſus* non ſemper activè uſurpari; nam paſſivè legitur apud Agellium *lib. 2. cap.* 18. Vnde, ſi Hiſpanicè deberem reddere Virgilii numeros, in primo vocem *exoſus* loco activè ſumerem, diceremq; *Omnipotente Iuppiter, ſi no han llegado las coſas a tal termino, que no aya ſiquiera un Troiano, que no ſea mal viſto en el Conſiſtorio Divino; ſi ha quedado alguna eſperanza de Piedad.* &c. In ſecundo autem uſurparem paſſivè, & ſcriberem. *Rindome pues, y dexo eſtas contiendas, ſuppueſto que eſtoy tan mal viſta.* Sanè *al sèr mal viſto* opponitur *el sèr bien viſto*. & dicimus, *que en eſta Ciudad es bien viſto*, eum, qui ab omnibus diligitur & honoratur.

Quid importet illo modus dicendi, Bruto a Ceſar no le podia ver de ſus ojos?

Et ille etiam ejuſdem Poëtæ verſus (Æneid. 6.)

Hic, quibus inviſi fratres, dum vita manebat.

ſic poterit in linguam Hiſpanã tranſire, *Eſtaban tambien alli los que mientras vivieron, a ſus hermanos, y parientes no los podian ver de ſus ojos.*

Et hæc ſubnotata, ut ſciamus, modos loquendi & phraſes, quibus ſignificant odium & amorem Hiſpani, ab objecti ad Oculos Relatione deſumere.

Asteismus.

Quid ſit? & cur præcipuè Superioribus ſervire poteris?

HOC Schema inventum eſt ab Eruditis, ut Principes (Eccleſiaſtici, & Sæculares) diſcant, quanta debeant ſuavitate, & urbanitate Subditorum negligentias reprehendere. Eſt enim Aſteiſmus, *Inferioris cum urbanitate, & decentia correptio*: & ad Ocularem pertinere Rhetoricam exemplum perſuadere videtur, quo illud Scriptores dilucidant. Deſumptum eſt ex Cicerone dicente. *Reſpicite, reſpicite, Iudices, hominum fortunas: reſpicite Fabricii ſenectutem.* Et ubi pluries hoc *reſpicite* orationis ornandæ gratia repetiiſſet, reſpexit ipſe, & jam Fabritius (non enim volebat reſpici) demiſſo capite è ſubſelliis diſceſſerat.

An ad Ophthalmologiam ſpectet?

Attentio Oculis ſignificatur.

Et quidem, cùm cognoſcere, & reſcire aliquid volumus, attentionẽ, & curam animi, oculis ſignificamus, ut conſtat ex Virgilio lib. 12. Æneid. dicente,

Iam verò & Rutuli certatim, & Troes, & omnes
Convertêre oculos Itali, quiq; alta tenebant
Mœnia, &c.

De Vocali Oratione.
Quando hæc in ipſa Figura locum habeat?

Cæterùm, hanc Figuram habere locum in vocali Oratione pronunciant Rhetores, cùm carpitur, aut condemnatur aliquis verbis ad Vrbanitatis canones commenſuratis in quibus nulla interſit inhumanitatis, aut ruſticitatis ſuſpicio. Hiſp. *Quando ſe reprehende, o vitupera alguno ſin faltar a las leyes de la decencia, y cortezia.* Raviſius Textor ex diverſis Authoribus millena poſſet, & tamen neſcio cur Proſod. lib. 4. ex Ecl. 3. hoc exemplum produxerit.

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mævi,
Atq; idem jungat vulpes, & mulgeat hircos.

Etant

De Mævio, & Bavio. Qui nam fuerint?

Erant Bavius & Mævius duo infelices Poëtæ, qui Auguſti ævo invitis Muſis & Apolline modulabantur: invidebant Virgilio; & ideò ipſe eis, qui alterutri applaudant, præcipit, ut vulpes jungant & hircos mulgeant, hoc eſt Hiſpanicè, *que ſe vayan a eſpulgar a un galgo.* quibus in verbis ego multum ruſticitatis, & nil prorſus urbanitatis palatinæ percipio.

An Menalcas comiter & civiliter loquutus ſit?

Quidquid autem de exemplo ſit, rem tene, & affere hanc corruſcate Figuram in Rhetorica Ophthalmica; ubi enim reprehendit inferiorem Antiſtes, ſicut ſuaviſſimis verbis uti, ſic Reum intueri debet clementiſſimis oculis.

ASYNTHETON, *vel* DIALYTON.

Non exercent hoc Orationis Schema, qui ſcopas diſſolutas loquuntur; ſed qui res ita natura ſua cõnexas ediſſerunt, ut vocali poſſint conjũctione carere, ut exempla, quæ adducuntur, oſtendunt.

ORationem diſſolvit, conjunctionibus omnibus excuſſe juſſis. Et κῶλα ſequentia talia ſunt.

Deniq; quid veſper ſerus vehat, unde ſerenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auſter,
Sol tibi ſigna dabit.

Et etiam hæc.

—— *Nube cava ſpeculantur amicti.*
Quæ Fortuna Viris, claſſem quo in littore linquant,
Quid veniant. &c.

Et huc pertinet ille Licentii de Proteo ad D. Auguſtinum Hexameter.

Spumat Aper, fluit Vnda, fremit Leo, ſibilat Anguis,

quem Critici Eruditi commendant. Audi etiam S. Ambroſium, qui *in Hexam libr. 3. cap.* 15. hanc enim exprimit Figuram his verbis. *Inter arenas flava, inter cautes ſpumea, inter nemora viridantior, inter florulenta diſcolor, inter lilia fulgentior, inter roſeta rutilantior, in gramine liquidior, in palude turbidior, in fonte perſpicua, in mari obſcura.* In quibus omnibus colis non ponitur, ſed ſubintelligi debet conjunctio.

An hæc Gratia habeat locum in Oculis?

Cæterùm, quæ in Oratione Vocali rarò admittitur, eſt in Oculari Diſſolutio perpetua, nulla enim viſus verba conjunctione vinciuntur.

CATACHRESIS.

An, & cur, qui fratrem occidit, debeat vocari parricida?

EST abuſio vocabuli, ut eum Romulus, qui fratrem occidit, vocatur *Parricida*, quia enim non eſt in uſu *Fratricida*, loco ejus ſubſtituitur vocabulum, quod cenſetur proximius. Raviſius Textor *Proſod. libr.* 4. [Hæc Figura, ut Quintilianus ait, non habentibus nomen ſuum accommoda & neceſſaria eſt; multa enim ſunt Græcè & Latinè non denominata.] Huc pertinent, *Equitare in mulo, in aſino, in bove.* &c. *Equitare in arundine longa.* quod etiam in idiomata vulgata irrepſit. Et hæc Figura per analogiam ex Vocali ad Ocularem Rhetoricam transferri debet.

Dicimus Titium equitare in aſino, *non* aſinare.

De Catachreſi Viſuali.

Sunt res multæ profectò, quibus opportunus à Natura adſignatur Adſpectus: nam vulgò homines demiſſis & ſemiclauſis oculis ſuperiorem ſuſpiciunt; Elatis apertiſque inferioribus imperant: & medium tenent modum, cùm proſpectant æqualem. Sed quibus cernere debent ignotum, & peregrinum oculis, ſi quali honore afficiendus ſit, neſciant? Sument ex proximo; & in dubio proderit oculos ſubmittere, & exceſſu comitatis peccare.

Sunt res, quæ tali poſtulent aſpici modo; ſunt, quæ alio.

CHARACTERISMVS.

Quid illud ſit, quod ab Hiſpanis dicitur remedar?

EST perſonæ alicujus expreſſio; & licet fieri verbis ſoleat, geſtu, & accentu ſit imago vivacior. Id facere, quod *imitari* Latinè dicerem, & *remedar* Hiſpanicè multò ſignificantiùs, appellant Græci μιμέομαι. Hinc μίμησις, quæ alio nomine dicitur ἠθοποιΐα, *morum alterius, in factis, dictis, geſtu, & modo loquendi imitatio*: unde μίμος, qui alterum imitatur, meliusq; Hiſpanicè, *el que remeda o repreſenta las acciones de otro.*

Quid Mimeſis, aut Ethopæia ſit?

Et quales fuerint olim?

Et, quia olim hujuſmodi imitationes, & repræſentationes erant ridiculæ, & laſcivæ occœperunt hæ voces in malam partem ſumi, & cum dedecore ſignificare.

Mimus ſenat laſcivum. Planipediæ; & Mimi, *carminũ erant nomina.*

De Mimis, & eorum obſcœna eloquutione Ovidius *libr.* 2. *Triſt. Eleg.* 1. Sed & carmina, omni pudore deſtituta, quæ ab his hiſtrionibus, concinebantur, Latinè *Planipediæ*, & Græcè *Mimoi*, vocata ſunt. *Loc. cit.* Ovidius.

Scri-

Scribere ſi fas eſt imitantia turpia Mimos.

Et Suetonius in Cæſar, *Decius Laberius, Eques Romanus, Mimum ſuum egit.*

Mimus *ſonat* ridiculum.

Mimus pro ridiculo uſurpatur interdum. Suetonius in Othonis vita cap. 1. *Quare deducto matrimonio ſo poſitus eſt per cauſam legationis in Luſitaniam; & ſatis viſum, ne pœna acrior mimum omnem* (ridiculam comœdiam) *divulgaret.* Qui tamen in lucem miſſo hoc Diſticho univerſis innotuit.

Cur Otho fuerit in Luſitaniã relegatus?

Cur Otho mentito ſit, quæritis exul honore?
Vxoris mœchus cœperat eſſe ſuæ.

Adulter. *Quis ſit, & unde dicatur?*

Nil profectò Poëta acutè vel ingenioſè dixerat, ſi eum *uxoris ſuæ lenonem* (Hiſp. *alcahuete*) vocaret; tunc enim rem clarè ſignificaſſet: verùm enim verò, quia adulter eſt, qui ad alterius uxorem accedit, Otho, ſiquidem ſuam vendiderat, ſi Poëtæ credimus, ne fortè illam cognoſcendo adulterium committeret, ſub honoris ſpecie, ut ſolam, liberamque relinqueret, ad Luſitanos legabatur. [a]

An, qui uxorem ſuam vendidit, ſi poſtea ad eam accedat, adulterium committat?

Artem etiam mimicam profitebãtur fœminæ. Cicero Philipp. 2. *Vehebatur in eſſedo Tribunus plebis, lictores laureati antecedebant: inter quos aperta lectica Mima portabatur, quam ex oppidis municipales, homines honeſti, obviam neceſſariò prodeuntes, non verò illo & mimico nomine, ſed* Volumniam *ſalutabant.* nimirùm, ut ex ipſo ſcorti nomine intelligerent, rationem, ob quam contra honeſtatis leges agere cogerentur, eſſe improbam Tribuni voluntatem.

Abbas, Perſarum Rex, in itinere conducebat Mimam (Hiſp. *una bufona*) ut Petrus della Valle teſtatur.

Supereſt ut has voces *Archimimus*, *Pantomimus*, & *Mimographus* dilucidemus. Sanè olim *Archimimus* inter hiſtriones erat, illorum Caput, qui in Comœdiis [*] *El Author* ab Hiſpanis vocatur. *Pantomimus*, qui omnes imitabatur: & in Comœdiis, *El que haze todos los papeles*, & *Mimographus*, qui mimos, ſeu mimica ſcribebat carmina.

*] *El Author* in Hiſpania, nõ qui Comœdias ſcribit, ſed qui Comicorum Societati præſidet, nominatur.

Placet levandi animi gratia Apophthegma hoc ſubſcribere. Erat Titius condiſcipulus meus, ingenii tenuis in re ſeria, & tamen in jocis præclarus. Hi ſingulos geſtu, & vocis tono exprimebat ad vivum, & Hiſpanicè loquendo *remedaba.* Placuit ſemel Coquum, cui Ancus ſit nomen, imitari; & illi Ancus impatiens, *Pues ſabe remedar un baraxa platos felizmente, porque no apprende a remedar un buen Predicador.*

Lixa, qui coqui famulus, non ſine gratia un baraxa platos, *ſumpta à chartis luſoriis metaphora, ab Hiſpanis vocatur.*

Sanè inter alios geſtus, notabilis eſt regendi oculos modus, & in ſingulis hominibus varius. Vnde ſcitè Virgilius

Geſtus & regimen oculorum præcipuè, in ſingulis hominibus varias.

Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora tenebat.

Qui verſus, aut ſcriptus, aut ſine ſpeciali oculorum, manuum, aut oris motu dictus, mortuus eſt.

NOTA.

a] Et hic obiter Quæſtio Theologica moveri poſſet, *An revera qui ſuam propriam uxorem alteri vendidit, eam poſtea cognoſcendo ſit mœchus, & adulterium committat?* Et reſpondeo hanc dependere ab alia, quæ interrogat, *An, qui ſciente & permittente marito cognoſcit fœminam, ſit verè adulter?*

Duplex Quæſtio proponitur.

Hanc poſteriorem Theodomirus negativè dirimeret; & argumentaretur hoc modo. Canones ſunt à Summis Pontificibus inſtituti, ut Chriſtiani ſecundum Deum, & bonos mores gubernentur. At Bonifacius VIII. (ut habetur *Regul.* XXVII. *in ſexto*) legem hanc conſcientiis gubernandis præſcripſit, *Scienti & conſentienti non fit injuria, neque dolus.* Quam Reginaldus *libr.* 30. *tract.* 3. *num.* 200. *caſ.* 5. & alii Scriptores dilucidant. Tuta igitur conſcientia ad illam poterunt Chriſtiani actus ſuos elimare. Tunc ſic. Ideò adulterium eſt malum & peccatum, quia infertur marito injuria. At ſcienti & conſentienti, ut conſtat ex Regula, nulla prorſus infertur. Adulterium igitur tunc erit peccatum, quando inviro conjuge [*] non quando ejus conſcientia, & conſenſu committitur.

Cur ſcripti ſint Canones?

Cur adulteriũ malum ſit?

*] Virgilius libr. 3. Æneid. *Heu, quis te caſu dejectam conjuge tanto Excipit?*

Et hinc ad priorem Quæſtionem veniens illam conſequenter Theodomirus reſolveret: nempe, dicendo: vxorem, vel vendidiſſe, vel donaſſe, vel mutuaſſe: Quidquid enim maritus fecerit, dominium in alterum transtulit. Ad alterius ergo fœminam acceſſerit, ſi illam tetigerit. Adulter igitur, & mœchus eſt. Scitè igitur Poëta Othonem ſuæ uxoris nominavit adulterum. Confirmatur clariſſimè: quoniam ſi

pro-

Digitized by Google

proprium equum vendidiſſet, aut donaſſet, & ſuffuratus fuiſſet poſtea Otho, equum alienum ſubripuiſſet: erat enim donatarii, aut emptoris. Ergo idem dicendum eſt de uxore. Immò etiam in mutuo, nam & in mutui contractu transferri cenſetur dominium; unde nomini occaſio, *Mutuum* enim dicitur, quod ex meo fiat tuum, ut conſtat *ex leg. mutuum. D. de rebus creditis. S. appellata*.

De Mutui nomine.

An in Mutuo transferatur dominium?

Ego autem ante Reſolutionem recognoſco illam Regulam, & aſſero, expoſitione & modificatione indigere; & ideò illam verbis iſtis repono, *Scienti, conſentienti, & conſentire potenti non infertur injuria*. Potuiſſem omittere illud *ſcienti*; quoniam non fertur in ignotum voluntas; & ideò, ubi non eſt ſcientia, nullus eſſe poteſt conſenſus: illud tamen reliqui, ut procederem clariùs.

Iuris Regula exponitur.

Voluntas non fertur in incognitum.

Veniendo autem ad Matrimonium, aſſero, eſſe in illo leges & circumſtantias, in quibus Maritus poteſt diſpenſare; eſſe, in quibus non poteſt. Prima eſt Decalogus, qui in ſexto Præcepto Adulteria interdicit. Et hæc eſt Lex, Naturalis Divina, & humanitùs indiſpenſabilis. Secunda eſt etiam Naturalis, & concedit marito, ut neget debitum uxori adulteræ. Et in hac poteſt maritus diſpenſare. Tertia eſt Civilis, quæ permittit, ut uxorem in adulterio comprehenſam impunè maritus occidat. *Impunè* dico; nam in caſu, qui occideret, peccaret mortaliter, ut alibi evidenter perſuadeo. Quarta eſt etiam Civilis, quæ actionem in adulteram marito innocenti concedit. Et olim in Teſtamento Veteri merè permiſſivam, & non præceptivam hanc fuiſſe, conſtat ex Evangelio, ſcribit enim Hiſtoriographus Sacer, *Cùm eſſet deſponſata Mater* Iesv, Maria, Ioseph [*] *antequam convenirent, inventa eſt in utero habens de Spiritu Sancto. Ioſeph autem Vir ejus, cum eſſet juſtus, & nollet eam traducere* (accuſare in judicio) *voluit occultè dimittere eam*. Ergo non dabatur accuſandi præceptum: nam ſi daretur, Ioſeph, erat enim vir juſtus, virginem debuiſſet accuſare. Sed neque præceptum hodie apud Chriſtianos exſtat, vi cujus reum conjugem innocens accuſare teneatur.

An in Matrimonii Iuribus poſſit maritus diſpenſare?

Poteſt debitum negare adulteræ.

An adultera poſſit occidi? An accuſari? An dimitti?

Matth. 1.

[*] Hinc oritur illa apud Hiſpanus communis Invocatio, *Ieſus, Maria, Ioſeph*.

An detur adulteram accuſandi præceptum?

His præmiſſis ſequentes Concluſiones proponamus. Sit

Prima. *Non poteſt uxorem ſuam maritus, vendere, donare, aut mutuare*. Vnde, ſi fortè fecerit, non transmittit dominium, ſed celebrat contractum invalidum. Et id in Mutuo evidentiùs conſpicitur, venduntur enim, aut donantur, non autem mutuantur animantes. Baſſæus *in ſupplem. verb. Mutuum. nu. 1.* [Non eſt propriè Mutuum, ſi quis alteri det ovem, vel equum, recepturus aliam ovem, vel equum. Quia hæc non conſiſtunt in pondere, numero, & menſura. Vnde non ſolemus dicere, *Mutua mihi unam ovem*. Sed potiùs eſt contractus innominatus, *Do, ut des*.]

An maritus poſſit uxorem alienare?

An mutuo dentur animantes?

Secunda. *Mœchus etiam ſcienti, & cōſentienti marito injuriam infert*. Quia non conſentit virtualiter, cujus conſenſus eſt invalidus. Et huc pertinet Regula XXXVI. *Pro poſſeſſore habetur, qui dolo* (invalidè) *deſiit poſſidere*. Ergo ſi maritus adhuc eſt uxoris poſſeſſor. Qui illam uſurpat, infert injuriam marito, ſivè poſſeſſori.

Conſenſus mariti eſt invalidus.

Tertia. *Maritus, qui adulterio aſſentitur, cedit juribus, quibus poteſt cedere*. Ergo (1) non poteſt occidere uxorem in adulterio comprehenſam. Quid, ſi occidat? Non occidet impunè: impunitatem enim leges ſolummodò marito innocenti, non autem lenoni concedunt. Ergo (2) non poterit illam accuſare. Si autem accuſet, debet litem non admittere, & conteſtari mulier. Baſſeus enim, quem ſtatim citabo, ſic inquit: [Vt maritus, qui conſenſit in uxoris adulterio, ſi velit illam accuſare, repellatur, eaq; adultera à tali accuſatione abſolvatur, oceſſe eſt, ut uxor id illi opponat ante litem conteſtatam. Atque tunc, ſi illi id probet, punitur maritus de lenocinio uxoris; & tam adultera, quàm adulter ab accuſatione mariti abſolvuntur.] Ergo (3) non poterit agere de divortio: quoniam hoc jure cedere cenſendus eſt, qui licentiam concedit. Ergo (4) non poteſt uxori ſuæ negare debitum propter eamdem rationem: injuriæ enim, quantum potuit, antequam committeretur, ignovit.

De Iuribus, quibus maritus in noſtro caſu cedit.

An poſſit occidere impunè?

An accuſare?

An divortium petere?

An negare debitum?

Vide *cap. diſcretionem. de eo, qui cognov. conſang. uxor.* Thomam Sanchez *de Matrim. libr. 10. diſp. 5. num. 3. 4. 5.* Eligium Baſſæum *in ſupplem. verb.*

verb. Adulterium. num.9.

Semper maritus retinet connubiale dominiũ.

Quatra. *Maritus, qui conſenſum præbuit ad adulterium, etſi uxorem ipſe ſuam vendidiſſe, donaſſe, aut mutuaſſe dicatur, retinet in ejus corpore connubiale dominium.* Ergo quando uxorem ſuam cognoſcit, non committit adulterium. Perſuadetur Concluſio: illi enim contractus (Venditio, Donatio, Mutuatio) eſſent invalidi: quia, ut Regula LXIV. pronunciat, *Quæ contra Ius* (adnullans, & dirimens) *fiunt, debent utiq; pro infectis haberi.* Vnde illi iidem contractus, cùm ſint invalidi, non poſſunt maritum ſpoliare ſuo jure: habemus enim in Regula LII. *Non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum.*

Legum alia præcipiunt, & alia dirimunt.

Non entis nulla ſunt proprietates.

Quid denique de Othone reſolvendum ſit?

Quinta. *Otho* (propter quem hæc omnia fuerunt dicta) *cognoſcendo uxorem, quam vendiderat, non fuit mœchus.* Conſtat ex præcedenti. Ergo adlucinatus fuit Poëta Ethnicus, qui illud Diſtichum in Othonem ſcripſit: exiſtimabat enim venditionem uxoris fuiſſe validam.

Ex hinc manent ſoluta argumenta, quæ proponebat Theodomirus.

CLETICON.

Converſio Oculorum ad Deũ.

RElligioſum Schema eſt; & huc ſpectans, nam ſicut verbis, ſic & oculis auxilia Divina imploramus. *Deeſis* interdum dicitur, & jure jurando roboratur. Hoc uſus eſt Rex Propheta cum cecinit, *Ad Te levavi oculos meos, qui habitas in Cælis.* & hac etiam quotquot ad Deum & Divos orationem profundunt. Et quia Divinas literas Humanæ illuſtrant, ex Poetis & Oratoribus unum, aut alterum exemplum ſubſcribamus. Profectò apud Virgilium Dido, oculis enim ad Deorũ Statuas, quæ erant in Cœnaculo, eo ordine, quo verba requirebant, converſis, has preces ſolenni convivio præmiſit.

Pſalm. 122. 1.

Virgil. Æn. 1.

Regina Dido loquitur; & ad Statuas oculos, ut verba requirunt, convertit.

Iuppiter (hoſpitibus nam ee dare jura loquuntur)
Hunc lætum Tyriiſq; diem, Trojaq; profectis
Eſſe velis, noſtroſq; hujus meminiſſe minores.
Adſis Lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.
Et vos ô cœtum Tyrii celebrate faventes.

Erat tam commune & ſolenne apud Veteres Ethnicos, convertere ad Statuas oculos, & implorare earum auxilia, ut Scriptores, qui Cæſaream tradiderunt Hiſtoriam, Imperatoris Iulii cædem, his, aut ſimilibus verbis depingant. *Entró Ceſar en el Senado, y luego le cercaron todos, finziendo que querian conſultarle algunos negocios. Allí ſe dize, que Caſſio volviendo la cara a la eſtatua de Pompeio, la pidió favor. Y Trebonio con malicia divirtio a Antonio.* &c. Sunt D. Franciſci de Quevedo verba, adeoque Authorum veterum; nam M. Bruti vitam ille ex Antiquorum libris accuratè collegit.

Ad Statuam Pompeji converſus Caſſius oculis adſiſtentiam implorat.

DIABOLE.

MAli futuri *Comminationem* Latini Rhethores hanc Figuram appellant. Eamque hinc exeſſe non volet, qui audierit Terentium dicentem, *Videre videor jam illum diem, quo hinc egenus profugies aliquo militatum.* Et quidem minæ oculis ſeveriùs, quàm lingua fulminantur. Vnde Poeta quidam ingenioſus & doctus

Quid hæc Figura ſit?

An poſſit oculis exercere?

Se adſpectu rigidas incutiente minas.

Et, *Horrebant rabidis lumina ſæva minis.*

Interim propriè loquendo διαβάλλω eſt *calumnior.* διαβολὴ *calumnia,* & διάβολος, *calumniator.* Sed & fuit quidam apud Plautum *in Aſin. ſcen. 1. act. 4.* qui vocaretur *Diabolus.* Et in Sacrâ Scriptura *1. Mach. 1. 38. Luc. 8. 12. & Ioann. 6. 70.* &c. Dæmon hoc nomine ſignificatur.

διαβάλλω
διαβολὴ.
διάβολος.
Diabolus.

Et quàm multi hodiè Principes, ne præmia promerita dent ſubditis; & quàm multi ſubditi, ut non ſine cauſa à debitâ obedientiâ defeciſſe dicantur; & quàm multi contubernales, ut Reipublicæ manu privatas ulciſcantur injurias; hac utuntur Figura, & illius coloribus orationem exornant? Placet Apologus, cujus prodeſſe lectio poſſit univerſis Politicis.

An ſit hodie frequens in Mundo hæc Figura?

Volebat Agnellum devorare lupus; & ne in Animalium Comitiis crudelitatis argueretur, crimina innocenti imponebat. Et quam multi in Orbe terrarum ſunt Lupi!

Hac igitur fabulâ S. Gregorius Nyſſenus *lib. de Trinit. ad Euſtatium* ſic

Digitized by Google

Timannus Geſſel us anno 14. Chriſti.

[Auguſtus Nolæ, urbe Campaniæ, moritur. &c. Succedit Tiberius Cæſar, Auguſti ex Livia privignus. Imperator crudelis & vafer: qui imperat ann. 22. &c.]

Sanè, quæ in Lupo eſt fabula, in Tiberio fuit Veritas; ſuos enim inimicos, aut quia peccaverant, aut quia eos peccaviſſe dicebat, trucidavit.

Similis, aut pejor Tiberio, fuit Caligula; & utroque multo exſecrabilior Nero. Ad ann. 70. Geſſelius.

[Hoc anno moritur Nero, omnium hominũ peſſimus & *humani generis beſtis*, ut loquitur Plinius, *qui Romæ per ſævitiam ſanguinẽ Chriſtianorum ſeminavit*, ut inquit Tertullianus.

ſic enim ſcribit. [Qui nos odio proſequuntur, ſine aliquo prætextu facere mihi videntur veluti lupus in fabula Æſopi. Nam quemadmodum lupus objiciebat agno quædam crimina, nè videretur eum injuſtè occidere, à quo nunquam fuiſſet læſus; & licèt agnus omnes Lupi accuſationes refutaſſet, non tamen deſiſtebat illum vi opprimere, cui impar erat jure. Ita illi, qui adverſus nos ira, & odio ſunt accenſi, & fortè pudibundi, quod nos ſine juſta cauſſâ oderint, accuſationes contrà nos comminiſcuntur, & proinde nunc hanc nunc illam odii adverſus nos producunt cauſſam, nec quãvis omnes abundè ſatis confutatæ ſunt, nos odiſſe deſinunt.] Sed ſi placet dabo eamdem Æſopi fabulam verſibus eleganter expreſſam ex Grotii annotatis in Evangelia.

Ad rivum eumdem lupus, & agnus venerant
Siti compulſi: ſuperior ſtabat lupus,
Longeq; inferior agnus: tunc facie improba
Latra incitatus, iurgii cauſſam intulit:
Cur, inquit, turbulentam feciſti uquam
Iſtam bibenti? Laniger contra timens
Qui poſſim quaſo facere, quod quareris Lupe?
A te decurrit ad meos hauſtus liquor.
Repulſus ille veritatis viribus:
Ante hos ſex menſes, malè ait, dixiſti mihi
Reſpondet agnus. Equidem natus non eram.
At pater herclè tuus, inquit maledixit mihi:
Atque ita correptum lacerat iniqua nece.
Hac propter illos ſcripta eſt homines fabula
Qui fictis cauſſis innocentes opprimunt.

Et quidem plurimos huic Lupo ſimiles Principes habuit Antiquitas, det Deus ut antiquati jam fuerint univerſi.

Diaeresis, *vel* Epanaphora.

Quid hac Figura ſit?

EST Orationis gratia cum rerum diſtributione. Et ita à Geſtu pendet, ut Vocalis Oratio, niſi eam *Polymnia.* exornent, & comitentur motus appoſiti Oculorum & Manuum, emortua & frigida cenſenda ſit. Exempli gratia ſubſcribatur hoc Diſtichum.

Hic Dolopum manus, hic ſævus tendebat Achilles,
Claſſibus hic locus, hic acies certare ſolebant.

An poſſit ſine Geſtu exerceri?

Huc etiam pertinent ſequentes numeri.

Hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori.
Hic nemus, hic ipſo tecum conſumerer ævo.

Et quis, quæſo, illud *hic*, quod reponitur pluties intelligere poterit, ſi ejus ſignificatio, quæ latiſſimè pateret, Geſtu non reſtringatur? *Hac Figura*, inquit Cauſinus, *vel frequentiſſimè & Demoſthenes, & M. Tullius, & omnes vehementes Oratores utuntur, quando præcipuè & ipſi commoti videri volunt, vel Iudicem commovere.*

Nicolaus Cauſſinus libr. 7. pag. 390. a.

Diasyrmus.

Proponuntur aliqua Authorum Teſtimonia, quæ Inclementiam & Deſpectum concernunt.

EST Irriſio: cui Adriſio opponitur, & utraque perficitur oculis, ſed in vilipendium illa, hæc ad laudem dirigitur. Præmittamus aliquas prioris generis authoritates. Marullus

Ignisos quoties tuos ocel los
In me Vita moves. [*]

Boetius. *Et hoc vagis oculis, & effrena lingua, petulanti animo, vultu incompoſito.* Ovidius in Epiſt. Helen.

Tu modò me ſpectas oculis laſcivè protervis.

Syllius libr. 17.

Cerno flagrantes oculos, vultumque timendum.

Valerius Flaccus libr. 6.

—— Ac ſimul acres
Huc oculos, ſenſuſque refert. &c.
Perſequitur luſtrans, oculiſque ardentibus hæret.

Et quidem ſemper mordet Irriſio, & Poetæ, quos *irridentes* poſſent *mordaces* dicunt. Architrenius.

Progrediente notat, & conniventis ocelli
Invidia mordet. [::]

Et Apulejus. *Tum illa cervicem intorſit; & ad me converſa, limis & morſicantibus oculis.* Qui enim alios irrident, morſicare potiùs, quàm videre cenſentur.

*] Etiamnum Hiſpani Amaſias appellant *ſuas Vitas*.

::] Sicut dantur verba irriſoria & mordacia, ſic & deſpectus irriſorii & mordaces.

Teſtimonia de Benignitate & Adriſu.

Sequentia autem teſtimonia ad Adriſum, & Clementiam ſpectant. Ovidius de Remed. libr. 1.

Mollibus & oculis, quid fleat, illa refert. [*]

*] Ecce Ovidius teſtatur oculis puellas loquuteas enim flere, & oculis ſuarum lachrymarum cauſas enarrare, & referre, teſtatur.

Catullus. *Mellitos oculos tuos Iuvenci.*

Propertius libr. 1.

Compoſitos levibus radiis patefecit ocellos.

Pontanus.

Torpeſcunt placidos flectis cum lenis ocellos.

Idem. *Sponte faciles benigna ocellos.* &c. *In me dulciculis tuens ocellis.*

Marullus.

Amorem ocellis inſidentem fulgidis.

Baptiſta Pius

Cujus amabilibus Phlegeton, Cocytus ocellis

Manat. &c. [a]

Quàm mihi cæleſtes illi videantur ocelli. &c.

Comibus heu fateor, dominu pellectus ocellis.

Augurianus

Qua mihi me nutu ſolo ridentis ocelli

Mantuanus

—— *Amænis* [b]

Subridens oculis, & mente arcana volutans.

a] Laſcivum Amorem Baptiſta Pius cum Inferno compoſuit, fluvii enim, qui regionem ſubterraneam damnatis Manibus deſtinatam innundant, ſunt

Amor laſcivus etiam in hac vita eſt infernus.

Styx, Acheron, Phlegeton, Lethe, Cocytus, Avernus.

Sed & quidam Iunior, ſuæ Amaſiæ crudelitatem, & ſœvitiam exaggerans.

En el Inſierno los dos [*]
Gloria havemos de tener.
Vos en verme padecer,
T yo en que lo veais vos.

*] Nullam veram gloriam, aut vera gaudia damnati habent, ſed improbi deſiderii adimpletio in Inferno *Gaudium accidentarium* nominatur.

b] Illa Mantuani verba, quæ adriſu exuberant ad irriſum poſſent obtorqueri: puta, ſi aliquis diceret.

—— *Avaris*
Irridens oculis, & mente arcana volutans.

DIORTHOSIS.

Exponitur quid ipſa ſit?

EST verbi alicujus correctio, & habet gratiam ſi plus invidiæ correctio ingenerat, quam ejuſdem omiſſio. In Rhetor. ad Her. *Nam poſtquam iſtis vicerunt, atque adeò victi ſunt. Eam enim quomodo victoriam appellem, & victoribus plus calamitatis, quàm boni dederit.* Majori cum Clodii confuſione, quæ inconſultò dixiſſe videretur correxit Cicero, ubi dixit. *Quod facerem vehementiùs niſi mihi intercederent inimicitia cum iſtius mulieris viro, fratre volui dicere; ſemper hic erro.*

Cicero pro Cælio.

An ad Ocularē Rhetoricam hæc Figura pertineat?

Et in oculis locum habet Correctio; ſæpe enim, qui vagabantur ex inadvertentia diſſoluti, ſuperveniens ligat, componitq; conſideratio. Et ideò *compoſitos* Latinus vocat, quos Hiſpanus, & ſignificantiùs, *meſſurados*. Propertius lib. 1.

Componere oculos quid ſit?

Compoſitos levibus radiis patefecit ocellos.

Meſſurarſe, quid ſit?

Dicimus autem, *que ſe meſſura una perſona*, quæ priùs Iovialis viſa, Saturnum induit, vultumq; & oculos ad gravitatem, aut etiam ſeveritatem, componit. Et quidem inſtantaneam hanc vultus mutationem (Hiſp. *eſta mudanza de ſemblantes*) in ſua Luna experiebatur Ludovicus, qui apud D. Antonium de Azevedo profundebat has lachrymas.

En un golfo de apprehenſiones,
A mis deſdichas iguales,
Perdidas las eſperanzas,
Iba ya a pique mi Nave,
Quando ſaliendo la Luna
Con roſtro riſueño, y grave,
Puſo fin a la borraſca,
T termino a los peſſares.
Pero luego arrepentida,
Tornò otra vez a eclipſarſe,
T aſsi volviò la tormenta,
T borraſca a atormentarme.

Hiſpanicum nomen *meſſura* ſumitur à Latino *menſura*. Ille enim *que ſe meſſura*, vultus modum ad regulas Prudentiæ menſurat.

EPIPLEXIS.

Ad Viſum pertinet.

CVM ob crimina nota, aut etiam à nobis viſa, aliquem objurgamus, utimur hac Figura. Et nobis præbet exemplum clariſſimum Cicero, nam de notis agebat, cum Catilinæ in faciem dixit. *Patere tua conſilia non ſentis? cui noſtrum ignota arbitraris?* De viſis Terentius. *Non ego te vidi, manum.* &c. & Virg. Ecl. 3.

Non ego te vidi Damonis peſſime caprum
Excipere inſidiis multùm latrante lyciſcâ?

De Interrogatione Negante. An in illa idem ſit non ac nonne?

Quam loquendi formam amplexus eſt, ille cognatus Malci, qui dixit Petro, οὐκ ἐγώ σε εἶδον ἐν τῷ κήπῳ μετ' αὐτοῦ; *Non ego te vidi in horto cum illo?* [Vulgatus ſcripſit *Nonne*. At illud *ne* Græcus Textus non habet, & Poëtæ Latini in Interrogatione Negativa non exprimunt: immò nec aliæ Linguæ; nam ille, ſi Hiſpanicè egiſſet, dixiſſet, *No te vi yo en el huerto con el?*

EPI-

Epiploce.

Hoc Orationis Schema habet locum, cùm tales in Criminc circumſtantiæ acciderunt ut ſingulæ novam addant ſpeciem: illas enim quæ Caſus ſpeciem non mutant, in Reipublicæ tribunalibus non explicantur.

Concatenatio poſſet dici: nam ſicut catenam plures annuli conjuncti vinciunt, ſic hæc Figura plures ſententias, cohærentes, & connexas continet. Lyſias. *Conſtat igitur Iudices, Simonem domo ſua ab ſuis Diis penatibus, vi, cum ſumma injuria eſſe exturbatum.* Hæc erat rei ſumma: pergit, & circumſtantias accuratè recenſet. *Nam Charemenes cum hominibus armatis ad eum venit; cùm veniſſet, ſine ulla religione domum eius expugnavit; expugnata vi domo familiam abſtraxit; abſtractam tormentis omnibus excruciavit; cruciatam vinxit; vinctam in publicum proiecit; opinor, ne ſuum maleficium tacitum lateret: ſed, ut, cùm prætereuntes proſtratam familiã viderent, & à vicinis rem geſtam audirent, ſimul & oculis & auribus ſcelus ipſius uſurparent.*

Nota illud *Oculis*; omnes enim hæ periodi partes, ſicut concatenatos manuum motus, ſic convenientes Oculorum poſitiones requirunt.

Erotema.

Exemplo appoſito dilucidatur.

Aſſertio cum interrogatione ad augendam Auditorum invidiam, ut ſi dicerem, *Non-ne tu ille es, cui Gneius vitam dedit: quem nutrivit, erudivit, promovit? non-ne etiam tu, quem veſte ornavit ſplendida, & armis ſecuris munivit? Quo ergo modo illa vita, illis armis, quæ à Gneio habuiſti, uteris in ejuſdem pernitiem.* Pungit aures & mentem, & ſerperet, ſi interrogatio tolleretur. Sunt, qui meram Interrogationem in hac Figura collocent, & huc Melibœi verba referant, quæ apud Maronem *Eclog.* 1. leguntur, videlicet,

An differat ab Interrogatione?

Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi.

in quibus nihil prorſus aſſeritur: & his favet ipſum Græcum vocabulũ; quoniam ἐρώτημα, non *Aſſertionem*, ſed *Interrogationem* ſignificat: In libris ipſa hoc charactere [?] inſignitur; & oculorum directione, capitis promotione; & manus protractione, & vocis tono à ſimplici Aſſertione diſtinguitur.

Quid ἐρώτημα ſignificet?

Epitrope.

A Verbo ἐπιτρέπω *rem, alterius iudicio & arbitrio permitto*, oritur ἐπιτροπὴ, *conceſſio*. quæ, niſi eam τὸ Θάρσος *confidentia* ſuccollet, τὸ Θράσος *temeritas* eſt. [a] Et inſignitur ἐπιτροπῆς vocabulo, pulcherrimum generoſæ Orationis Schema, cùm, ut Rutilius docet, vel Iuri, vel Iudici vehementer confidentes, ut faciat hoc, vel illud (quod tamen minimè ſentimus, aut optamus) permittimus.

ἐπιτρέπω ἐπιτροπὴ θάρσος θράσος

Quid ſit Epitrope?

Pulchra ſunt, & appoſitiſſima Didus verba ad Æneam, quæ paſſim in libris citantur.

Pulcherrima Didus ad Aeneam verba.

Interpres Divûm fert horrida juſſa per auras?
Scilicet is Superis labor eſt, ea cura quietos
Sollicitat, neq; te teneo, nec dicta refello.
I: ſequere Italiam ventis, pete, regna per undas.
Spero equidem mediis (ſiquid pia Numina poſſunt)
Supplicia hauſurum ſcopulis, & nomine Dido
Sæpè vocaturum. Sequar atris ignibus abſens;
Et cùm frigida Mors anima ſubduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero: dabis improbe pœnas.
Audiam; & hæc Manes veniet mihi fama ſub imos.

Virgilius in accuſativo dixit Dido.

Sæpè Verſus Hiſpanicos in Linguam Latinam converto, placet nunc hos Latinos in Hiſpanicam transfigurare. Dido enim, ſi meum Ingenium, aut Genium ſequeretur, Hiſpanicè loqueretur, & diceret.

Cur Latina Poeta verba tranſtulerim in linguam Hiſpanicam?

De manera, Señor, que eſtas reſoluciones, horribles para mi, ſon influxos Celeſtes, y decretos Divinos? Hablais, como ſi los Dioſes no tuvieran otra coſa que hazer, o en que entender. Arbitro ſoys de vueſtro guſto. Yo no le empido. No os tengo, ni detengo. En nada me oppongo, o contradigo. Id-os pues. Y que tendreis, ſi os vais? Paſſar a Italia? Es coſa de viento, Señor: es hablar de la mar [g] *Mal fundada eſta vueſtra Eſperanza: depende de puntos, que nunca podran ſuceder. La mia es cierta, pues la aſſegura la Piedad de los Dioſes. Confio en ella, que haveis de dar apique en el primer peñaſco. Y ſe con evidencia, que os accordareis muchas* ve-

Ecce Dido Aeneæ concedit diſcedendi licentiam, immò ut diſcedat præcipit; non quia vult, ſed quia illum non fore diſceſſurum ſupponit.

vezes de mi. Yo navegare tambien. Servirale de farol a mis rumbos el fuego del negro Amor, que os he tenido. Y pues me muero por vos, y vos me matais con deſpegos, como la ſombra ſigue al cuerpo os ſeguire perpetuamente: y deſpues de mi muerte vos haveis de ſer el Alma en pena, porque yo en la otra vida recibire gran guſto en oir, que hay caſtigo para aleves y ingratos en la tierra.

Cur non multis verbis, ſed unica ſyllaba (ἴθι) Dido Æneæ conceſſerit, abeundi licentiam?

Ecce concedit, permititq; Regina afflicta Æneæ, quæ abſolutè timet, & non fieri deſiderat. Concedit fieri, quod minimè faciendum ſupponit. Concedit breviter; & tam feſtina epitrope, ut non jam multa verba, ſed unicam proferat ſyllabam. *I*, ait. & nihil aliud. Sed cur? Verba eorum quæ mente concipiuntur, ſunt notæ. Ergo breviter dicit, quæ moroſè cogitare non vult. Quoniam diſceſſus ille, etiam cogitatus cor tranſverberat, & ideò præſtat amplius de illo non loqui, de illo non cogitare.

Didói videtur ſimilis Iunior, qui Libro ſuo præfigebat hunc Prologum.

Vt probus malo mea Scripta Lector
Carpat, expungat, reprehendat, afflet;
Quàm quòd indocti referant ad alti
Sydera Olympi.

Præſtat-ne vituperari à doctis, quàm ab indoctis collaudari?

permittebat à Viris doctis fieri, quæ minimè facturos ſperabat. Hinc lucem indipiſci poterunt pulchra Hyperidis verba. *Sed ego jam, Iudices, ſummum & legitimum, quod expoſui, mea cauſa jus omitto; quod æquiſſimũ videatur, ut conſtituatis, permitto. Non enim vereor, quin etiam, ſi novum vobis inſtituendum, libenter id, quod poſtulo, propter utilitatem communis conſuetudinis ſequamini.* Et ſic ipſe loquitur, quia cauſæ ſuæ juri, & Iudicum æquitati & integritati confidit.

Multa, ubi eſt confidentia, dicuntur, quæ ſi intereſſet diffidentia, minimè dicerentur.

Aliquid ſimile apud Virgilium lego. Corrydon enim ab Alexi deſpectus, dicebat.

Virgilius Ecl. 2.

Non ſum adeò informis [c] *nuper me in littore vidi,*
Cùm placidum ventis ſtaret mare. Nam ego Daphnim
Iudice te metuam, ſi nunquam fallit imago.

Confidit ergo vultus ſui pulchritudini, & Iudicis (quicumque ille fuerit; non enim ibi exponitur) ſinceritati.

De Triſagio.

Ad Sacras Hiſtorias tranſeamus. Sciri debet, quid fuerit Orientalium Chriſtianorum Τρισάγιον? quid ſignificarit? & quas turbas propter illud excitaverint Ariani in Eccleſia?

Quid illud fuerit? Quando à nobis cantetur?

Illud erat Ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρὸς ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς Canitur à Latinis feria ſexta in Paraſceve, & exponitur, *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus immortalis, miſerere nobis.*

Quid ſignificet?

Et quid, quæſo, importabat? Primum ἅγιος ad Patrem, ſecundum ad Filium, tertium ad Sanctum Spiritum referebatur.

Catholicorum & Hæreticorum diſſenſio.

Catholici ita illud intelligebant, ut omnes tres Perſonæ eſſent Sanctæ, Divinæ, Omnipotentes, & Æternæ: Ariani autẽ quia hæc omnia ſoli Patri concedebant ſemel dicebãt ἅγιος, ut innuerent, ſe nõ conſentire Catholicis, & in nominum Trinitate, ſicut unicum Deum, ſic in Divinitate unicam tantùm Perſonam cognoſcere, confiteri, adorare.

Iubet Anaſtaſius Imperator, ut cantetur Triſagium, & populus obedire recuſat.

Canebatur Τρισάγιον in ſolennioribus Populi feſtivitatibus. Vide Gloſsarium Greco barbarum Meurſii voce ἅγιος. Accidit, ut jubenti Anaſtaſio Imperatori, ut Τρισάγιον ſolenniter concineretur, populus, nam erat Arii & Neſtorii opinatione tinctus, obedire noluerit: & ut renovanti legem populus armata temeritate obſtiterit, & contra Triados ineffabile Myſterium temerè vociferarit. [d] & ad eos Anaſtaſius *Chriſtianus, & Chriſtianorum Imperator ſum. Hæc mihi, hæc vobis ſumma gloria, Chriſto, Homini-Deo, ſervire; ſub Chriſti, Hominis-Dei, labaro militare. Si Chriſtiani eſſe, veri &, boni, velitis: ecce, ſum veſter Pater. Ceterùm, ſi in Chriſtum, ſi in Spiritum Sanctum, inſanire, & delirare placeat, accipite Diadema, create & promovete, quem volueritis, Ego enim Achriſtianis imperare non ambio.* Dixit, & diadema depoſuit. Applaudit Pietati Imperatoris populus; & illius generoſa reſolutione victi, immò & convicti, numeroſo concentu Τρισάγιον univerſi cantarunt. Audiunto Evagrium *libr. 3. cap. 39.* dicentem. *In ſeditione populi propter Triſagium Anaſtaſius ſe paratiſſimum abdicare Imperio proclamat. Quod cum populus vidiſſet, ſubitò,*

Anaſtaſius mavult Laurum deponere, quàm Heterodoxis imperare.

bitò, velut nutu quodam Divino captus, mutavit ſententiam: rogat Anaſtaſium, ut coronam ſibi imponat, polliceturque ſe ea lege adquieturum. Anaſtaſius autem poſthac ad breviſſimum temporis ſpacium vitam protrahit. &c. *Et nota* (1) illud *vidiſſes*, ne contra me ſubmurmures, quod de hac Orationis Gratia voluerim in Rhetorica Oculari tractare. *Et nota* (2) Anaſtaſium rem Politicam gubernaſſe juſtiſſimè: aliàs enim elapſo jam vigeſimo-ſeptimo à ſua coronatione anno, non potuiſſet non eſse in odio populi; & qui tumultuabant, etiam Majeſtatis Cæſareæ renunciationem acceptaſsent. At maluit populus omnia, etiam ſibi ingrata, præſtare, quàm carere Anaſtaſio, Ergo illum diligebat tenertimè. Ergo hoc erat ipſe amore, & favore digniſſimus, Vulgus enim nunquam amat Tyrannum. Et hæc dixerim propter nonnullos qui in hunc Imperatorem ſœviunt, ut ſtatim vidimus. *Et nota* (3) nunquam veniſse in mentem ipſi dimittere Laurum Cæſaream. Lego in libr. 2. Genebrardi circa annum 675. Vrbis conditæ, *Sylla Dictaturam abdicavit ordinata Republica: de quo Cæſar apud Suetonium. Scyllam neſciviſſe literas, qui Dictaturam depoſuiſſet.* At literatus erat Anaſtaſius. Non ergo ſeriò dimittebat Imperium. Volebat tamen videri illud à ſe abdicare; longa enim experientia didicerat, ſe amari à populo, nec ab illo unquam impetraturum ut diadema deponeret, Anaſtaſius igitur, nam erat eruditus, loquebatur rhetoricè, & in verbis ſuis illam exercebat Figuram, quam impræſentiarùm exponimus, & cum Græcis ἐπιτροπὴν vocamus.

An fuerit bonus Imperator?

An populus Tyrãnos amet?

An Anaſtaſius rhetoricè ad populum loquutus ſit?

Et huc pertinere videntur illa (& certè valdè mirabilia). Moyſeos ad Dominum contra Idololatras iratum verba. *Obſecro*, inquit, *peccavit populus iſte peccatum maximum, feceruntque ſibi Deos aureos! Aut dimitte eis hanc noxam; aut, ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.* Et ei reſpondit Dominus. *Qui peccaverit mihi* (in me) *delebo eum de libro meo. Tu autem vade, & duc populum iſtum, quo loquutus ſum tibi. Angelus meus precedet te.* &c. Et quidem Liber, de quo agitur, eſt *Liber Vitæ*.

Exodi 32.32.

Verba ipſa Prophetæ Moyſeos proponuntur.

Variæ ſunt hujus loci Interpretum Expoſitiones. Facillima, & expeditiſſima eorum eſt, qui *Libri Vitæ* nomine illum intelligit, in quo anni dies, & horæ humanæ Vitæ determinantur, ait enim Iob. *Breves dies hominis ſunt, & numerus menſium ejus apud te eſt. Conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt.* Et in hoc libro ſingulis ætatem præſcribi conſtat ex Anaſtaſij Conſtantinopolitani Imperatoris morte, quam narrant Zonaras & illo Petavius, & ex utroque ad ann. 518. Geſſelius. *Fama eſt paulò ante* (Anaſtaſii) *mortem Virum ei apparuiſſe, terribili ſpecie, qui Librum manibus tenens annos ex eo vitæ illius quatuordecim ſe ob ipſius impietatem delere teſtatus eſt.* [*] Ergo, de hujus Hiſtoriæ veritate, aut ſimilitudine non diſputemus (licèt eam reddat falſitatis ſuſpectam; cum nimis provecta Imperatoris ætas, quæ ad quatuordecim alios adhuc annos prorogari non poterat: tum etiam populi adverſus illum amor, & aliorum Scriptorum [e] qui in ejus laudes diffunduntur conſenſus.) Eam itaque eſse veram ponamus & pergamus. Profectò, Lector Optime, ſi huic Interpretationi conſtemus, dicebat Moyſes, *Aut dimitte hanc culpam populo, ut me mori precipias; non enim habebo oculos, quibus dilectos fratres meos trucidari proſpectem.*

Iob. 14.

An in eo tempus vitæ, quod ſingulis conceſſum eſt, ſcribatur?

*] Agebat tunc Imperator octogeſimũ octavum ætatis annum. Ergo ſi piè vixiſſet, centeſimũ ſecundum numeraſſet.

Communis autem (ſed difficilis) ſententia nomine *Libri Vitæ* Catalogum Prædeſtinatorum intelligit. Sed ſtatim interrogas, *An in hoc poſſit libro alicujus hominis nomen obliterari?* Reſpondeo Eccleſiæ preces proponendo, quoniam in Quadrageſima jubet, ut oremus his verbis: *Deus, cui ſoli cognitus eſt numerus Electorum in ſuperna Fœlicitate locandus: tribue, quæſumus, ut .... omnium Fidelium nomina Beatæ Prædeſtinationis Liber adſcripta retineat.* Concluſionem propoſui, quæ tamen quoad intelligentiæ modum non poteſt paucis dilucidari.

An ex Prædeſtinatorum Catalogo alicujus nomen deleri poſſit?

Hoc ſenſu hoc nomen intelligebat David, qui Pſalm. 68.33. modulatur. *Deleantur de Libro Viventium, & cum Iuſtis non ſcribantur.* Agit autem de Prædeſtinatorum Catalogo, quia ſi de vitâ mortali ageret, dixiſset, *& cum vivis* non ſcribantur. Iſidorus Clarius, Monachus Caſſinas *in cap. 32. exod.* [Dele me de Libro tuo. *Sic & Paulus anathema eſſe optaſſet à Chriſto pro fratribus ſuis.*]

An Paulus cum Moyſe componendus ſit?

Quid Liber Vitæ ſit?

Et

Quæ figuratè dicta, falſa erūt & ridicula, ſi accipiantur in vigore Grammatico.

Et hæc (ſeu Prophetæ, ſeu Apoſtoli) verba figurata ſunt, non ſimplicia; & quæ debent rhetoricè, exorbitabunt, ſi accipiantur grammaticè. Quoniam univerſæ Ironiæ, Hyperbolæ, Metaphoræ, &c. erunt Falſitates inſulſæ, ſi in rigore literario exponantur. Et Epitrope, quâ uſus fuit Moyſes ab impoſſibili Argumentum deſumit: & Argumenta ab impoſſibili negatricem vim habent, & nil affirmant. Pono exemplum. Rem injuſtam à Titio poſtulabat Sempronius: & ait ille. *Quando mons detur ſine valle, id præſtitero.* An ipſe his ſe obligat verbis, ut ſi quis exhibeat montem ſine valle, [*f*] ſcelus ipſe poſtulatum perpetraturus ſit? Minimè. Quid ergo? Reſpondeo, Titii verba ſequentibus æquipollere. *Sicut ergo judico impoſſibile, montem poſſe valle carere; ſic volo, ut iudices, eſſe impoſſibile, quod ſcelus ego à te poſtulatum, committam.* Hinc ad rem noſtram. Verba illa, *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo.* æquivalebunt his. [Tu es, Domine, qui cum iraſceris miſericordiæ recordaris. Tu, qui non vis mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat. Omnis tuus furor eſt conditionatus, nam ſicut peccatis iraſceris, ita humiliatione flecteris, & pœnitentia placaris. Ergo ſicut impoſſibile eſt, ut me, ſervum tuum, deleas ex libro tuo, ſic & impoſſibile reor, ut non ignoſcas populo pœnitenti, & mea ſupplicatione ſuffulto. Vbi Iuſtitiæ tuæ ſanctiſſimos rigores audio, mihi confidentiam dat Tua Miſericordia, inquit enim, *Ecce Oculi Domini ſuper metuentes eum; & in eis, qui ſperant ſuper Miſericordia ejus, ut eruas à morte animas eorum, & alat eos in fame.* [*] Et poſtea ſubjungit *Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum.* Et ego Gratiæ tuæ Divino Splendore ſuffuſus, ſubſumo. *Atqui totus hic populus timet Tua rigores Iuſtitiæ, & recurrit ad Tuam Miſericordiam, ut ſingulorum animas à mortis merito ſupplicio ſubducas. Et ego, qui illorum peccatis non involvor, Intereeſſor accedo.* Supernaturalis igitur Logica poſtulat, ut hanc ex his Præmiſſis Conſequētiam deducam. *Ergo propitiis oculis populum pœnitentem reſpicies. Ergo Tua Miſericordia eorum animas à condemnatione mortis eruet. Ergo Aures Tua meas preces exaudient, meaſq; lachrymas ex præcordiis ſuffuſas non contemnent.* Scio enim, quod gratiſſimum eſt *ſacrificium Deo, ſpiritus contribulatus*, & quod *cor contritum & humiliatum non deſpiciet.* &c.]

De argumento ab impoſſibili. Non aſſerit, quod adſumit.

Verba Dei de futuro aut pœnam aut præmium promittant, ſunt ſemper conditionata, & actus humanos reſpiciunt.

Pſalm. 32. 10. *De Oculis Divinis. Quales ſint?*

Pſalm. 33. 15.

*] In Proſopopœia, licet introducta perſona non poſſit citare Scriptores futuros, poterit nihilominus ſententias adſumere, nam veritas ſemper eſt eadem.

Pſalm. 50. 18.

Et, quia totum hoc Θάρσος, hæc tota Confidentia collocatur, ut videris in Divinorum Oculorum Clementia, nemo negare poterit Figuram hanc ſublimem, & generoſam ad Ocularem Orationem reduci.

An Epitrope ad Rhetoricam Ocularem pertineat?

NOTA.

a] Tametſi inter Θάρσος, & Θράσος parvum ſit in pronunciatione diſcrimen, eſt in ſignificatione latiſſimum: prima enim vox in bonam accipitur partem, & *confidentiam* ſonat; in malam altera, & ſignificat *temeritatem*. Apud Ioannem Scapulam Gregorius in Iul. dicit, *Licèt ſint* Θάρσος, & Θράσος *appellatione vicina, multùm ſignificatione differre.*

An differant θάρσος, & θράσος?

b] In verſu illo Virgilii

—— Et nomine Dido

Sæpè vocaturum.

vocem *Dido* in accuſativo conſtitui certum eſt. Et, quia mirum videtur, interrogas, Quo modo ſit declinandum nomen *Dido*?

De nomine Dido.

Quomodo à Latinis & Græcis declinetur?

Reſpondeo more Latino, aut Græco illud variari poſſe. Si Latino, erit *Dido*, *Didonis*, ut *Sermo*, *Sermonis*. quem declinandi modum multi Authores ſequuntur. At, quia Virgilio inflexio Græca placuit, illam ſubjicio.

ἡ Διδώ. τῆς Διδόος. Διδοῦς, Τῇ Διδοΐ, Διδοῖ. Τὴν Διδόα. Διδώ, Διδῶ. ὦ Διδοῖ.

Ecce in Accuſativo ſunt tres formæ, *Didóa*, *Didó*, & *Didô*. de quibus Iacobus Gretſerus ſic ſcribit: *Aliqui accuſativum circumflectunt, ſed alii meliùs acuunt.*

Quas habebat formas, & quo ſingulas accentu notes in accuſativo?

c] *In* in compoſitione, quando negativè ſumitur, non ſemper omnem formam excludit, aliquando enim Negationem, & aliquando Privationem, aut Defectum importat. Eſt autem *Negatio*, carentia formæ in ſubjecto incapaci: & talis eſt cœcitas in lapide, qui eſt incapax potentiæ viſivæ. *Privatio* eſt carentia formæ in ſubjecto capaci. Et talis eſt carentia caloris in lapide. Et *Defectus* eſt carentia formæ ſubjecto debi-

De Negatione, Privatione, & Defectu.

Quo modo inter ſe diſtinguantur?

debitæ. Et talis eſt in homine cœcitas: ipſi enim ſecundum ſuæ naturæ leges, quinque ſenſus debentur, Ergo *Informe* eſt, quod caret forma. Et hæc carentia, ſi ſubſtantialis formæ ſit, reperitur in Angelo; eſt enim ſubſtantia quædam ſimplex, quæ eſt incapax ſubſtantialium formarum. Sed hoc ſenſu *Informe* tantùm apud Scholaſticos legitur. Superſunt alii duo, de quibus Scaliger. [*Forma* æquivoca vox eſt: nam & pro *Specie* accipitur, & pro *certa partium proportione*, quibus figura conſtituitur perfectior. Hanc igitur negat in hac voce (*Informis*) præpoſitio *in*, non illam.] Ergo in loco citato Corydon vocem *informis* accepit pro *deformis*.

Quid ſit informe?

Qualis ſubſtantia Angelus ſit?

De nomine forma. An æquivocum ſit?

d] Quia *vociferor, aris* in communi uſu eſt, & *vocifero, as.* auditur rariùs, ubi Scriptores volunt vociferationem inſolentem exprimere, forma poſteriori uti ſolent. Cicero act. 4. in Verr. *Me dies, vox, latera deficient, ſi hoc nunc vociferare velim.* Et, ſi quis vellet dicere, *vociferari* eſſe hominum, & *vociferare* beſtiarum, & ideò vulgus *vociferare* dici, quod nulla ratione regatur; citare pro ſe Varronem poſſet, libr. 3. de re ruſtic. cap. 9. ſcribentem. *Qui* (galli gallinacei) *elati ſunt, ac vociferant ſæpe in certamen pugnaces.*

De verbo vocifero, as. *Quid propriè ſignificet? & de quibus dicatur?*

e] Anaſtaſius ante tribunal Dei, aut cadit, aut ſtat; ibi enim ſuorum actuum rationem bene, aut malè reddiderit. Interim, tametſi in illum ſæviat Zonaræ, & aliorum, qui ex illo exſcribunt, calami, legi etiam Evagrius poterit, qui eſt Author gravis, & cenſetur ſincerus; & nihilominus *lib. 3. cap. 39.* ſic inquit. *Eſt res ſupra modum illuſtris & planè divina, ab eodem Imperatore in tributo, quod Chryſargyrum* [*] *dicitur, tollendo geſta. Impoſitum fuit hoc ſceleratum tributum, cùm aliis compluribus, meretricibus, quæ corporis ſui pulchritudinem habebant venalem.* [Ego autem nec tributum hoc *ſceleratum* dicerem, nec illius ſublationem *Divinam*. Sanè meretricari malum eſt. Interim, ut majori obvietur malo, communes fœminæ licitè permittuntur. Qui adhiberet media, ut plures nomen darent harum fœminarum catalogo, facinus ſceleratum committeret: at tributum meretricio à Caligula [*] & aliis Imperatoribus impoſitum, arcuiſſe potiùs fœminas, quâm allexiſſe, judicatur.] Proſequitur Evagrius, & cap. 34. ſubſcribit. *Tantum in Anaſtaſii animo inſederat Clementia ut per literas Aſiatico* (Cōſuli) *ſignificaris, ſe velle nullum facinus aggredi, quantumvis magnum & memorabile, ſi vel gutta ſanguinis pro eo fundenda eſſet.* Et mox. *Hic Eccleſiarum totius Orbis ſtatus fuit, dum regnaret Anaſtaſius; quem nonnulli tanquam Concilii Chalcedonenſis adverſarium exiſtimantes ex Sacris Tabulis exemerant.* Et cap. 44. ea recenſuit, quæ de Triſagio notabamus. Et libr. 4. cap. 1. *Anaſtaſius è corporis ergaſtulo ad præclarius domicilium demigravit.* Non ergo eſt certum Anaſtaſium fuiſſe improbum Imperatorem.

De Imperatore Anaſtaſio. An impius fuerit?

*] χρυσός eſt *aurum*, & ἄργυρος *argentum*: ergo χρυσάργυρον poſſet *aurargentum* à Latinis vocari.

De tributo meretricibus impoſito.

*] Tranquillus in Calig.

An fuerit licitum?

De Clementia Anaſtaſii.

De Chalcedonenſi Concilio

f] Inter communiſſima exempla, quæ à Logicis, ubi de Impoſſibilibus, aut entibus rationis differunt, proponuntur, ſæpe Hircocervum, & Montem ſine valle reperio: at utrūque in Philoſophia & Matheſi olim noſtris poſſibilem eſſe perſuaſi.

An Hircocervus, & Mons ſine valle, ſint poſſibiles?

g] Ille Virgilii verſus.

I: ſequere Italiam ventis, pete regna per undas.

mihi in memoriam duo Adagia revocabat, quibus utimur, cùm, vel agimus de re impoſſibili, aut vel de re ſaltem, quam nolumus abſolutè præſtare. Illa ſunt. *Es coſa del ayre. Es hablar de la mar.* Et utrumque in ingenioſo Tetraſticho, quod ſibi D. Hieronymus Cancer adrogat, & Sebaſtianus de el Yerro teſtatur ſe ſcripſiſſe, reperio. Hiſtoriam & verſus ſubjicio.

Exponitur verſus Virgilii, & duo Hiſpanica Adagia illuſtrantur.

An duo poſſint Authores in eumdem cōceptum coincidere?

Perdicem, & piſcem illum nobilem, qui *Halecum Rex* ab Anglis, & *Veſugo* ab Hiſpanis vocatur, Monialis à Sempronio petierat: & ille utrumq; negans hoc Epiſtolium reſcripſit.

Halecum Rex Veſugo.

No te he querido embiar
Lo que pidió tu donayre,
Que lo uno es coſa del ayre.
Y lo otro hablar de la mar.

Metonymia.

In Vocali Rhetorica eſt nominis pro nomine poſitio, cùm videlicet Lingua unum nomen profert pro altero: Ergo in Ophthalmica erit cùm Oculi rem unam reſpiciunt rem pro altera, & poſſet appellari Μέτοψις. Accidunt raro hæ transmuta-

De viſibilium ſpecierū tranſmutatione.

Μέτοψις.

Symmachi caput ſe in diſco videre Theodoricus Rex Arianus exiſtimat.

mutationes ſpecierum viſibilium, & ferè ſemper miraculosè. Grandiora exempla poſſem ponere, ſed juvat conſiderare oculos Theodorici, Oſtrogothorum in Italia Regis, qui figurata viſione, & orationis meronymicæ ſimili, Symmachi caput proſpectavit in diſco, in quo non niſi piſcis caput perſpicere ſimplex viſio deberet. Et ita fuit Arianus, & ſceleratus Princeps hæc ſpecierum viſibilium transmutatione perturbatus, tanto horrore perterritus, ut ſuffocato pectore, & reſpiratione interclusa in ipſamet [d] menſa periērit. Multi de ejus vita, & perverſis in ſenectute moribus, multi de ejus miſerabili morte, at nobis placet audire Philomathum, qui *Iuvenilium Muſarum num.* 38. *pag.* 67. ſic ſcribit

In menſa moritur.

Carmina, quæ ſub Philomati nomine circūferuntur, compoſita ſunt à Fabio Chiſio, qui ad Summū Pontificatum poſteà adſumptus, Alexander VII. vocatus eſt.

Quem Geticus furor, & vecors magis implet Arius; [a]
Cerne, epulas inter quàm male parcus hebet! [b]
Sanguine Chriſtiadum madidus, ſicco ore Lyæum
Nauſeat, & ſitiens vina liquata fugit.
Torquetur ſecum mens ipſa; ſibi una, ſatelles, [c]
Et reus, & pœna, & carcer, & uncus adeſt.
Dum damnu inſontum ſua crimina pectore verſat,
Et dapibus curas pellere quærit iners;
Dentibus extrtis, ocaliſq; minacibus, auro
Illuſus lauta piſcis ab arte natat.
Convivia riſum capiunt; Rex inde pavorem: [c]
Symmachus, exclamat, ſtat mihi lance minax.
Terruit extincti ſpecies; umbratilis hoſtis
Hunc jugulat, terris qui modo terror erat.
Vſq; adeò & grandes Animas, Regeſq; ſuperbos,
Cùm Deus eſt vindex, mortis imago necat.

Et ut meliùs verſus iſtos intelligas, Scholia ſequentia ſubſcribo.

NOTA.

ἄριος. ἀρια. ἀῤῥιος.

a] Inter Parthos, & Indos decurrit fluvius ἄριος à quo & regio ipſa *Aria*, & populi, qui illam incolunt *Arii* denominantur. Et hoc nomen ſcribitur per ſimplex ρ, ſi ſcribatur per duplex ῤῥ, eſt nomen Philoſophi Alexandrini, ad cujus laudem ſufficiat verba Auguſti Imperatoris recenſere. *Tria ſunt*, dicebat ille, *propter quæ, Alexandria, qua debuiſſet in cineres converti, peperci. Nam & Magni Alexandri, qui illam condidit, cohibuit indignationem meam, Majeſtas: prohibuit ſententia exequutionem ædificiorum pulchritudo: & pacavit meum animum Arrii, Philoſophi Alexandrini, authoritas.* Plutarchus *in Anton.* Et hanc ob rem differunt Scriptores in Hæreſiarchæ nomine: alii enim ἄρειον dicunt, & ἄῤῥειον alii, & omnes primam ſyllabam acuunt, & ſecundam corripiunt. At, quia Lucanus *libr.* 3. Ἄρειον ſicut Δαρεῖον dici voluit, hoc verſu.

Cur Auguſtus non deleverit Alexandriam?

Arrius Philoſophus.

Arrius Hæreſiarcha.

ἄρειος.

Subſtringens Arimaſpe comas, & fortis Arius.

Comas nodo ſubſtringunt Arimaſpi.

quem ſequutus eſt Cyrus Theodorus, qui clauſit Hexametrum verſum his verbis ἀλυδρος Ἀρεὶϛ ſecundā etiam in *Arii* nomine Philomathus produxit.

Hæc Arii ſecta ab Alexandria & Ægypto per Aſiam ad Scythas, & populos Hyperboreos adſcendit; & cum ipſis totam Europam infeſtavit. Occaſionem præbuere Romani Imperatores, qui Sedem Cæſaream in Conſtantinopolim transferentes è Septentrione deſcendentibus barbaris aperuerunt Italiam. Illam inermem reperit, & occupavit Odoacer, Infelix Herulorum Rex, & ab anno 476. ad 493. dominatur. Majori in eum potentia Theodoricus cum Oſtrogothis ſupervenit [Odoacer Ravenæ obſeſſus cum Theodorico paciſcitur, ut ambo pari jure regnent in Italia: ſed evocatus ad convivium occiditur à Theodorico.]Ita ex Procopio & Iordane ſcribit *in Chronico Magno* Ricciolius. Et ex Caſſiodoro, & Petavio Timannus Geſſelius ad annum Chriſti 494. pag. 647. ſic ſcribit. [In Occidente victo Odoacre, ut diximus, Italiam Oſthrogotorum Rex Theodoricus obtinuit, qui vicinorum principum affinitatibus regnum ſuum firmare ſtuduit. Etenim Clodovei Francorum Regis ſororem Audeffendam duxit, ut rectè Aimonus narrat, non filiam quod Iornandes ex eoque Freculſus memorant; filiarum, quas ex concubina

Cur barbari occuparint Italiam?

Odoacer Herulorum Rex.

Vincitur, & perfidè occiditur à Theodorico.

Audeffenda Theodorici Regis Italiæ uxor, ſoror fuit, & non filia Clodovei Regis Galliæ.

Miſerrima mors Theodorici.

cubina ſuſceperat, alteram Alarico, wiſegothorum, Sigiſmundo alteram Burgundiorum Regi collocavit. At principio quidem ita Rempublicam geſſit, ut cum optimis quibuſque Romanorum Cæſarum comparandus fuerit, & quamvis populari ex inſtituto Gothorum, Arrianam ſectam teneret, Romanæ jus, ac libertatem Eccleſiæ ſumma fide tutatus eſt. Inclinante jam ætate ad crudelitatem, & barbariem deflexit: Symmachum enim ejuſq; generum Boëtium falſo ad ſe delatos crimine capitali affecit ſupplicio. &c.] Audiunto adhuc iterum Ricciolium, qui *loc. cit. ad ann.* 526. ſic ſcribit. [Theodoricus Boëtio, ejuſque ſocero Symmacho falſo delatis, & capitali ſupplicio affectis, viſus eſt ſibi inter coenandum intueri Symmachi caput in capite piſcis miræ magnitudinis; quo perterritus oſtento, paulò poſt efflavit animam; quam à Ioanne Papa & Symmacho detrudi in igneam voraginem Inſulæ Liparitanæ vidit Eremita quidam.] Et Procopium *libr. 1. de bell. Goth.* & S. Gregorium *lib. 4. Dialog.* adlegat.

De ſtatu ejus animæ revelatione.

b] Rarò occurrit hoc verbum. Interim hæc Annibalis verba, *Num ferrum hebet? an torpent dexteræ?* apud Livium *lib.* 23. leguntur. Et apud Virgilium 5. *Æneid.*

—— Sed enim gelidus tardante ſenecta
Sanguis hebet, frigentq; in corpore vires.

Hinc habemus *Hebeſco*, *Hebeto*, & alia verba.

An, & quomodo unum & idē objectum diverſas poſſit ſpecies in oculos diverſorum immittere?

c] Res mira, & prorſus miraculoſa. Caput piſcis in Regiam menſam ponitur, & convivæ & miniſtri, & univerſi, qui aderant, caput piſcis proſpectant; & ſolus Rex caput Symmachi videt. Ergo idem objectum, quod immittebat in aliorum oculos naturales ſpecies, elevatur divinitus, ut in Regis oculos præternaturales immittat.

Quomodo Apoſtoli variis ſint linguis concionati?

Et hinc incipio addiſcere, quo modo variis linguis olim prædicabant Apoſtoli magnalia Dei. Quoniam linguarum donum in duplici conſiſtebat miraculo, nam & Apoſtoli intelligebant varias linguas, & ſingulis pro opportunitate temporis utebantur: & ita communis ſententia donum illud exponit. At, quia S. Vincentius Ferrerius, ſciebat linguam Valentianam tantummodò, &

Quomodo concionatus fuerit S. Vincentius Ferrerius.

tamen quando concionabatur, verba Caſtellana, Toletanus audiebat, Gallica Pariſienſis, Anglica Londinenſis, Germanica Viennenſis, Bohemica Pragenſis, & Turcica Conſtantinopolitanus, dicere concionante Petro Hieroſolymis, omnes eum Auditores, etſi diverſi linguis, illum intellexiſſe, quoniam Romanis Latinè, Iudæis Hebraicè, Chaldaicè Aſſyriis, Parthis Perſicè, & Athenienſibus Græcè concionabatur. Etſi enim ille ſyriacè loqueretur (hæc enim erat Hebræorum lingua poſt Babylonicam captivitatem) hæc ipſa Syriacè Linguæ verba, immittebant ſpecies ſecundum Auditorum nationem, & capacitatem.

Chriſti tempore Hebræi non loquebantur Hebraicè, ſed Syriacè.

d] Terror Theodoricum occidit. An ad hanc ejus mortem requirimus novum miraculum? Non puto: ſufficit enim metus, ſi gravis, ut interficiat hominem. Hulſti enim in Flandria, dum ibi Valentinus de Lanoy gubernarat, Titius, qui erat munimento cuidam exteriori præpoſitus, ut vidit inſilire inimicos, fugit, & tanto fuit terrore perculſus, ut poſtridie perierit. Scio quod loquor: interfui enim, cum illi viaticum miniſtraretur.

An terror poſſit hominem interimere?

NOTA *ad literam* e.

De Infernalium pœnarum (ſenſus, & damni) acerbitate.

EPicuro, qui non à vulgo tantum, ſed & à viris doctis indoctè, & injuſtè traducitur [cujus innocentem vitam, & ſobrios mores Petrus Gaſſendus accuratè deſcripſit] duas debet Theologica Moralis ſententias, quæ alias omnes ſuccollant. Interroganti enim, in quo Beatitudo conſiſtit? reſpondit, ſummam profectò Beatitudinem eſſe,

Epicurus, vir ſobrius, quoniā male intelligitur, à pluribus incriminatur.

Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

Summa Beatitudo in quo conſiſtat?

& quærenti, in quo ſit ſumma miſeria & infelicitas? dixit,

Eſt atrox animi tortor conſcientia culpæ.

& hoc ſecundum Protheorema Philomathus, ut vidiſti, dilucidabat hoc ſcholio.

In quo ſumma infelicitas?

Torquetur ſecum mens ipſa; ſibi una ſatelles,
Et reus, & pœna, & carcer, & uncus adeſt.

Quod uberiori calamo ſcripſit Hiſ-

paniee D. Franciſcus de Quevedo, cujus verba ſubijcio.

D. Franciſcus de Quevedo in Syntagmate, quod inſcribitur, Las Zahurdas de Pluton, mihi pag. 123.

VI un hombre aſſentado en una ſilla a ſolas, ſin fuego, ni yelo, ni demonio, ni pena alguna, dando las mas deſeſperadas vozes, que oí en el infierno; llorando el proprio coraçon, haziendoſe pedaços a golpes, y a bueleos. Valgame Dios, dixe en mi alma, de que ſe quexa eſte, no atormentandole nadie? Y el cada punto doblava ſus alaridos, y vozes: Dime, dixe yo, que eres, y de que te quexas, ſi ninguno te moleſta? Si el fuego no te arde, ni el yelo te cerca? Ay! dixo dando vozes, que la mayor pena del infierno es la mia: verdugos te pareçe, que me faltan? Triſte de mi, que los mas crueles eſtan entregados a mi alma. No los ves? dixo, y empeço a morder la ſilla, y dar bueltas al rededor, y gemir. Ve lo que ſin piedad van midiendo a deſcompaſſadas culpas, eternas penas.

Pœna damni, quam in inferno patiuntur condemnati, deſcribitur.

Carnifices ſunt Memoria, Intellectus, & Voluntas.

Ay, que terrible Demonio eres; Memoria del bien, que pudè hazer, y de los conſejos que deſpreciè, y de los males que hize, que repreſentacion tan continua; Dexaſme tu, y ſale entendimiento con imaginationes, de que ay gloria, que pude gozar, y que otros gozan a menos coſta, que yo mis penas. O que hermoſo que pintas el Cielo, entendimiento, para acavarme! Dexame un poco, ſi quiera. Es poſſible que mi voluntad no ha de tener paz conmigo un punto? Ay hueſped, y que tres llamas inviſibles! Que ſayones incorporeos me atormentan en las tres potentias del alma? Y quando eſtos ſe canſan, entra el guſano de la conciencia, cuya hambre, en comer del alma, nunca ſe acaba: Veſme a qui miſerable, y perpetuo alimento de ſus dientes. Y diziendo eſto ſalió la voz; Ay en todo eſte deſeſperado Palacio quien trueque ſus almas y ſus verdugos a mis penas? Aſſi, mortal, pagan los, que ſupieron en el mundo tuvieron letras, y diſcurſos, y fueron diſcretos: ellos ſe ſon infierno, y martirio de ſi miſmos. Tornò amortecido a ſu exercicio con mas mueſtras de dolor. Aparteme de el medroſo, diziendo, de lo que ſirve caudal de razon, y doctrina, y buen entendimiento mal aprovechado. Quien ſe lo vió llorar ſolo, y tenia dentro de ſu alma apoſentado el Infierno.

His adjungitur Conſcientia vermis.

Monitum Morale.

Ponderatio digniſſima.

Sunt fortiſſima, & digniſſima verba, & quæ à Pio debeant Chriſtiano ſæpè relegi, & ſemper conſiderari, & ponderari. Interim quia Quevedus videtur legiſſe Ægidium Conink, [qui *diſp. 11. de purgat. dub. 3. num. 25. pag. 524. a. concl. 4.* ſic inquit. [Videtur certum ſaltem aliquas animas ibi (in Purgatorio) torqueri vero, & propriè dicto igne, &c. Eſt communis ſententia Patrum, atque Doctorum. Vnde in Concilio Florentino *ſeſſ. ult.* hoc ſenſerunt omnes Latini ibi congregati: Græci tamen, & ſi conſenſerint eas animas pati aliquas pœnas, negarunt tamen torqueri igne, nec tamen ideò fuerunt condemnati. Quarè hæc Concluſio non eſt tam certa, quàm priores, quæ ſine errore negari nequeunt.] & ſuo ſilentio Græcorum opinioni favere. Et ne fortè aliquis ita pœnam damni in Orco admittat, ut pœnam ſenſus neget, ut tuæ devotioni ſatisfaciam, & meam ſecuriùs vitam dirigam, reſumam eamdem Meditationem, & ut proſim etiam exteris latinè ſcribam.

De pœna ſenſus.

An in Purgatorio (& idem poteſt quæri de Inferno) animæ igne materiali & corporeo torqueantur?

Affirmat communis & ab omnibus defendenda ſententia.

PRoſpectavi unum hominem, cujus ſpectrum, & horrorem, & curioſitatem excitabat. Sedebat derelictus ab omnibus; nec enim aderat, aut ignis, qui eum combureret, aut glacies, quæ illum frigefaceret, aut Diabolus, qui illum torqueret. Et nihilominus quaſſabat caput, côcutiebat omnia corporis membra, & ululatu miſerrimo vociferabat. [*]

Status unius Animæ patientis in inferno deſcribitur.

Obſtupui, ſteteruntq; comæ, & vox faucibus hæſit.

*] Vocifero as. plus ſignificat, quàm vociferor, aris.

& quia lingua non valui, occœpi in meum pectus ſeductus, cogitare, & inquirere, Quiſnam & qualis ille eſſet, qui tam atrociter, nemine torquente, torquebatur? Reſumpſi ſpiritum, & audentior redditus, Quis es, dixi, ò miſerrime, qui clamore tam enormi conquereris, ubi nemo adeſt, qui te vexet; nemo qui cauſa ſit tam atrocis doloris. Eheu, reſpondit ille; nam, ut video, te neſcis, aliàs enim minimè ignorares, Quis ſim. Audi ergo, attende. Sum alter tu: homo tibi ſimilis, & mihi diſſimilis. Nam in me egomet contra me duello irrequieto, & æterno confligo. Corpore & anima, dum vita maneret, conſtabam: corpuſque poſt generalem Reſurrectionem reſumâ. Et quia corpore & animo peccavi, duplici pœna (ſenſus & damni) in æternum diſcrucior. Et hæc duo attributa in Mundo eruditi cognoſcunt, & duobus deſignant nominibus. Me qua ſenſus pœna diſcrucior, *Deiphobum*, & qua damni appellarunt *Prometheum*. Et hæc mihi nomina magno conſilio ſunt impoſita, quoniam

Duplici pœna (ſenſus, & damni) damnatus in inferno cruciatur.

In acerbitate doloris illa, hac in cogitatione carentia Beatificæ Viſionis cōſiſtit.

De Deiphobo, & Prometheo. Fabula, quæ de iis circumferũtur, ſunt vera, ſi explicentur ſimbolicè.

Conveniunt rebus nomina multa ſuis.

Appellor, ſecundum inferiorem

Ani-

Animæ partem Δηΐφοβος, & ſecundum ſuperiorem Προμηθεύς, & quia intererit tua horum nominum ſignificationem percallere, illa, etſi in mediis orci tenebris ſimus, dilucidabo.

De nomine Δηΐφοβος. Vnde dicatur?

Porrò, Domine mi; & quod cum ſtridore dentium dixero, meritò (hoc eſt juxta vitæ tranſactæ merita) vocor Δηΐφοβος nam Δηΐς eſt *pugna*, & φόβος *fuga & terror*. Et ego ſemper pugno, ſemper vincor, ſemper fugio, ſemper horreo, & perterreor,

Et ſine me nunquam, nec mecum vivere poſſum.

Omnes damnatorum ſenſus in inferno torquentur.

Quia omnes mei ſenſus, & omnia mea membra peccaverunt, omnes illi torquentur, omnia hæc dilacerantur. Iam olim ante te quidam alius me vidit, ſcribit enim neſcio quis.

Virgilius libr. 6. Æneid.

Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto
Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora,
Ora, manuſq; ambas, populataque tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.

An Inferni ignis ſit corporeus?

Et vera, & quidem nimis vera ſunt, quæ in hoc Vate leguntur à pluribus, & intelliguntur à paucis. Sic in Inferno agitur, & potentes potenter tormenta patiuntur: & ad menſuram opum cumulantur miſeriæ, & ad deliciarum modum, dolores cruciatuſque conglomerantur. Conburimur igne materiali, & corporeo, quem Mortales, qui volunt eſſe cœci, non vident. Tu autem ſis aliis oculatior, & poſtquam ignis æterni pœnas benè conſideraveris, ſcias alias eſſe atrociores, & in damno conſiſtunt. Illas ſum hodie tibi breviter expoſiturus. Ergo attende.

An damni pœna ſit atrocior, quàm ſenſus?

Vnde, & cur ſic vocatus Προμηθεύς?

Ego ille ſum Προμηθεύς, qui ἀπὸ τῆς προμηθείας (hoc eſt *à providentia*) nomen habet: qui enim ſine ulla providentia volui vivere, ſumma à Deo providentia condemnor. Et ſi aut oculis videris, aut animo conceperis, cæteras, maxima totius inferni illa eſt, quam perpetior. Deſunt, inquis, carnifices, & allucinaris procul dubio, mihi enim reus, accuſator, condemnator, & carnifex. Beſtiæ profectò triferæ (crudeliſſimæ, & atrociſſimæ) habitant in mea anima. Hæ ſunt Lupi inſatiabiles, Leænæ crudeles, tigrides ferociſſimæ, quæ in præcordiis meis ſtabulantur. Cor meum Aquila in ſomnis devorat, & nunquam epulando ſatiatur, nec quem exedit, cibus finitur. Quē vos in mundo vermem conſcientiæ dicitis, in baſiliſcum, in ſerpentem, in draconem converſus, in pectus meum protruſus, cor ſemper terit dentibus, & nunquam transglutit, aut digerit. O quam terribiles, & contra me conjurati Dæmones ſunt Memoria, Intellectus, Voluntas. Memoria multò eſt truculentior Lucifero. Mihi ob oculos ponit, ſana conſilia, quæ neglexi; bona opera, quæ omiſi; mala, quæ perpetravi; & doloris ulna deliciarum terreſtrium brevitatem coram æternitate ſuppliciorum metitur. Et tu intellectus, ceſſa, ceſſa. [*] Quare in mea mente Empyrei Cæli pulchritudinem coloribus tàm vivis depingis? ut ſciam clariùs, quid perdidi; ut gloriam illam mea culpa amiſſam eſſe irrecuperabilem diſcam; & cruciatus, quos patior, ad finem unquam fore perventuros deſperem. Et tu indigna Voluntas. Donata fuiſti libertate divinitùs, & voluiſti ancillari peccato, & ſupplicio in æternum ſervire. Hæ ſunt tres illæ inviſibiles flammæ, quæ me comburunt, & nunquam in cineres redigunt; Hi ſunt tres illi Lanii, qui me diſcerpunt, & ſemper habent quem occidant; ſemper carnem vivam quam feriant.

De conſcientia verme.

Potentia Animæ.

[*] Quærit Theolog., An in inferno habeat magis & minus pœna dāni? Reſpondetur, quod ſic, Etſi enim De⁹, qui amiſſus, ſit in omnibus unus & idem, gloria quæ amiſſa non eſt eadem, & hujus miſeriæ cognitio non eſt eadem: nam etiā apud nos, quæ fortiùs apprehendimus, nos ſævius torquent.

Ergo mortalis exemplo alieno monitus, mihi in vita velis eſſe diſſimilis, ne poſt mortem ſimilem damnationis ſententiam audire, & ſubire cogaris. Ergo,

Vt bene contingat devivere, vivere diſce:
Vt bene contingat vivere, diſce mori.

Ironia.

Figura eſt, quæ præſtat, ut verba ſignificationem oppoſitam indipiſcantur. Non autem opportunum videtur exemplum, quod profert ex Virgilio Cauſinus.

An Cauſſinus appoſito exemplo ſit uſus?

Scilicet is ſuperis labor eſt. &c.

Deos enim corporeos eſſe putarunt Ethnici; & qui corporei, poſſunt laborare, & fatigari. Dabo igitur ex 2. *Æneid.* verba hæc clatis ad Venerem oculis, & capite nutante prolata.

Suos Deos corporeos eſſe Ethnici exiſtimarunt.

Egregiam laudem & ſpolia ampla refertis

Tuq;

Tuq; Puerq; tuus! magnum & memorabile nomen,
Vna dolo Divûm ſi fœmina victa duorum eſt.

Ex ſimilis gratia latet in illis Lucilii

An linguæ diverſæ in eodem Orationis connexu licitè cõmiſcuntur?

At magnum fecit, quòd verbis Græca Latinis
Miſcuit.

Hanc Rhetoricæ Gratiam ad Oculos M. Leo curiosè, & ingeniosè tranſtulit: nam in Comœd. *No hay amar como fingir*, act. 1. [part. 35. Comœd. 2.] ſic ſcribit.

Hel. *No hay recreo para mi.*
Iuann. *Ni aun el campo te divierte?*
Hel. *En quien no tiene eſperanza*
Es Ironia lo verde. [*]

*] Color Viridis eſt Spei ſymbolum.

Et quidem quando Oculi nobis Candidam eſſe Nivem aſſeverant, teſte Anaxagora rhetoricantur, & loquuntur ironicè; nam ut Poëta quidam Novitius cecinit,

Nivem eſſe nigram opinabatur, aut delirabat, Anaxagoras.

Dixit Anaxagoras nigram eſſe nivem (Aulice) crede:
Sunt hodie in Mundo plurimi Anaxagoræ.

Sed cur? Vt argumentaretur, ut Logici loquuntur, ad hominem: & ſuo tempore pronunciatas ab Areopago injuſtas ſententias condemnaret. Ejus diſcurſus ad hos numeros reduci poteſt.

Das veniam Corvo, vexas Cenſura Columbam:
Eſt ergo Corvus candidus, illa nigra.

Vnde ſcitè in Agrophilo pag. 122. Antonius Guzzius

Vt Corvum certare putes albedine Cygno,
Eſſe nivem nigram dicit Anaxagoras.

Et, quia ſolent homines valde ſeriò agere, ubi volunt videri jocari, & ironicè loqui; unde Poëta cecinit,

De Riſu ficto.

—— *Ridentem dicere verum,*
Quis vetat?

De Oculorum mendaciis.

Quintum, fratrem ſuum, monet Cicero, conſiderandum & intelligendum bene eſſe oculorum idioma, nam quando favêre videntur, & per ironiam iraſci, non nunquam verum dicunt: & quando benigniùs re videntur concernere, *Frons, Oculi, Vultus, perſæpè mentiuntur.*

Licentiatus Burgillus in ſua Galomachia (quam ipſæ Linguæ Hiſpanæ ſe attemperans, *Gatomachiam* inſcribi juſſit) pag. 100. multa habet, quæ pertinent ad hanc figuram. Sunt ingenioſa hæc carmina.

γαλέη, & in proſa γαλῆ, felis, catus, & Hiſp. el gato. inde γαλομαχία, Catorum bellum.

Llegandoſe mas tierno y relamido
A Mizilda, que ya de vergonçoſa
Eſtaba mas hermoſa,
Y equivoco fingiendo
Falſo deſprecio, deſcuidado olvido. &c.

Fingunt æquivoca.

A Zapaquilda a lo traydor miraba
En las intercadencias de los ojos,
Tan eſtraño ſentido,
Que es menos entendido,
Mientras que mas parece que ſe entiende,
Pues ſiempre con engaños ſe defiende;
Que ſi las luzes de los ojos mira,
Baſta ſer niñas para ſer mentiras.

Oculi habent intercadentias.

Proditoriè reſpiciunt.

Sunt mendaces Oculorum pupillæ.

Mizilda, a quien tocaba en lo mas vivo
El Amor primitivo,
Porque como donzella, facilmente
A lo que entonces ſiente
La tierna edad, ſe rinden y avaſſallan,
Hablando con los ojos, quando callan. &c.

Fœmina oculis loquuntur, quãdo maximè tacent.

Et volui hunc Authorem producere, nam in argumento non ſeriò oceanos eloquentiæ profundit.

Liptote, & Hyperbole.

De minuendi & augendi Figuris.

SVNT oppoſitæ ſermonis Charites, nam prior, dicit minus, quàm innuit; & innuit minus, quàm pronunciat, poſterior. Liptotes exemplum exhibet 2. Georg. Virgilius.

Nec mihi diſplicent.

hoc eſt, ut monuit Servius, *Valde placeat*. Minus ergo Poëta dixit, quàm intelligi voluit. Hyperboles etiam ſubjungamus exemplum. Idem Author

Illuſtrantur exemplis.

Qui candore nives, anteiret curſibus auras. &c. Virgilius Æn. 6.
Primus abit, longeq; ante omnia corpora Niſus
Emicat, & ventis & fulminis ocyor alis. &c.
Tum primum noſtri Cacum videre timentem, Æneid. 8.

Tur-

Digitized by Google

Turbatumq; oculis, fugit ille ocyor
Euro
Speluncamque petit; pedibus timor
addidit alas, &c.

Æneid. 12.

Ni fuga ſubſidio ſubeat, fugit ocyor
Euro. &c.

In quibus locis, plus ſemper Poëta dixit, quàm intelligi voluit.

Liptoten ab Hyperbole diſtinguunt Oculi.

Doceri vis aliquem Canonem, ad quem Hyperbolem à Liptote diſtinguas: ſi enim ſolet remitti, & intendi vocum ſignificatio, oportet ſcire, quo illa gradu intenſionis à ſuo Authore ſint dicta. Reſpondeo hanc ipſam diſtinctionem potiùs quàm à lingua vel calamo, ab oculis loquentis deſumi. Ad Clorida, quæ cum viſebatur à Tyrſo pudore ſuffuſa turbabatur, & tamen blandè illum proſpiciebat, idem Paſtor,

An timenda ſint Oculorum Hyperbola?

Aunque tus colores roxos
Mucho me dan que creer:
Me dan mucho que temer
Hyperboles de tus ojos.

In Comœdia, cui *El Doctor Carlino*, nomen eſt, ſic D. Didacus exclamat.

Applauſu muto celebrare eos dicimur, quos ſilentio honoramus.

De Doña Clara Pacheco
Vi la hermoſura. Aqui calle
Abſorta la admiracion,
O en mudos applauſos hable.
Dezirte, Doctor Amigo,
Eſſos Hyperboles grandes,
Con que los Poetas ſuelen
Liſſongear las beldades,

Materia, in qua præcipuè à Poetis exercentur Hyperbola.

Fuera ocioſo: ſolo digo,
Que al ver perfecciones tales
Sentì, que el Amor brindaba
Con un veneno ſuave.
Que alimentaba los ojos.
Inficionando la ſangre.

Et D. Sebaſtianus de Villaviciosa in ſua, *El Amor pueſto en raçon*, ſic ſcribit.

Henricus. *Pues, Señora, aunq; el reſpeto*
Me ha embarazado la lengua
Para explicar la ventura,
Que me previene mi Eſtrella.
Sabed, que ha ſido el ſilencio
La clauſula mas diſcreta,
Pues ſiempre la de los ojos
Fuè la mejor Eloquencia. [*]
Anna. *Los mios por mi os reſponden,*
Porque mejor encareſcan [::]
Lo que recata el cuydado.
Leonora. *Yo eſtoy turbada y ſuſpenſa.*

*] Habent ergo ſpecialem Rhetoricam & Eloquentiam.

::] Si res meliùs Oculi, quã lingua exaggerant, exercent Oculi, in eloquutionibus ſuis Hyperbolas.

Et quidem felices ſunt in laudibus oculorum Poëtæ, ſunt enim natura ſua tam excellentes, ut vix ulla exaggeratio gloriam, quam merentur exæquent. Interim, quia multis perplacuit, claudam paragraphum iſtum his verſibus.

Blanca. *Aſſi con eſta venida*
No me ſobreſalta Aurora.
Morconius. *Mira, que corre, Señora,*
Mucho peligro tu vida.
Que fuera de los enojos,
Que repite en ſus acciones,
Pienſo que trahe cien legiones
De Medicos en los ojos.
Blanca. *Has viſto como ſe templa,* [A]
Y ſe reporta al inſtante,
Quien airado ſu ſemblante
En un eſpejo contempla? [*].
Pues aſsi ſu feroz ira [B]
Templara tambien Aurora,
Si de mi Innocencia agora
En el Eſpejo ſe mira. [B]

*] Hic verſus in libro Madriti anno 1670. impreſſo eſt, *En un eſpejo ſe mira*. At eſt error Typothetæ clariſſimus; nam verſus [*] cum A, & non cum B, debent conſonare & componi,

Gravis, & eximia eſt Hyperbole, quam viſo Antonio Cicero oculos claudendo caputq; modeſtè retrorſum inclinando movebat, nullo enim manifeſtiori ſigno poterat immenſitatem averſionis, & odii, qua crepabat exprimere; hoc enim ſolo motu tacitus vociferabatur: dicebatq; *A eſte no le puedo veer de mis ojos*. Cognovit ſignificantiſſimã hanc Oculorum Hyperbolen. S. Ioannes Chryſoſtomus, nam *homil. 66. in Ioann.* exponens illa Domini noſtri verba, *Qui amat animam ſuam perdet eam: & qui odit animã ſuam in hoc Mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* ſic ſcribit.

Oculi loquuntur hyperbolicè.

Non dixit. Qui non paret, *ſed qui odit*. *Sicuti enim, quos odio habemus, ne vocem quidem audire, nec vultum eorum videre æquo animo patimur, ita & Anima; Siquid præter Dei voluntatem nobis imperat, vehementer averſari* [hoc eſt, nec ejus vocem audire, nec ejus vultũ æquo animo videre] *oportet. Cùm enim jam de morte ad eos eſſet verba facturus, de morte videlicet ſua, & præuideret eorum triſtitiam & exanimationem, per exceſſum* (per Hyperbolen) *loquutus eſt inquiens*. Quid dico, ſi mortem meam generosè non feretis? Niſi vos ipſi moriamini, nullum vos conſequetur emolumentum. *&c.* Verbum *morior*, quod exprimitur oculis, etiam apud Hiſpanos Hyperbolicum eſt; dicimus enim, non ſolùm *Pedro ſe muere de frio, ſe muere de*

Quid ſit, Pedro a Iuan no le puede veer de ſus ojos?

Pedro ſe muere de frio.
Se muere de ſed.
Se muere por Aldonſa.

ſed,

ſed, hoc eſt, *patitur valde magnum frigus*, & *valde magnam ſitim*. Sed etiam, *Ovidio ſe moria por Corinna.* hoc eſt, *Corinnam ſuam Ovidius intenſiſſimè amabat*, vel, ut Virgiliana [*] phraſi utar, *Corinnam ſuam Ovidius ardebat*. Loquendi ergo modo ex humanis ad Divina traducto, Apoſtoli meminero, & ſic inquam, [*Moſtrò que ſe moria por Chriſto Paulo, quando dixo*, Volo diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. *&c.*] Quam ob rem illa verba, *Niſi vos ipſi moriamini nullum vos conſequetur emolumentum*, poſſunt tranſire in hæc, *Si no os murieredes por mi (ſi no me amarades ſobre todas las coſas) el dolor que moſtrais oyendo mi paſſion, y mi muerte, no os ſerá de provecho*, quoniam, qui Charitatem non habent, nihil ſunt.

*] Virgilius Eclog. 2. *Formoſum Paſtor Corydon ardebat Alexim.*

HYSTEROLOGIA.

FVIT Figura Homero familiaris, unde *ad Attic.* ait M. Tullius ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς. Et etiam *Hyſteron próteron*, voce Græcâ dicitur à Latinis; contingitque, quando poſteriora præcedunt. Multa occurrunt in Sacra Scriptura Schematis hujus exempla: multa etiam in profanis Hiſtoriis, & plura in antiquis Poëtis.

Beda Presbyter pag. 350.

Hanc ſæpè committimus oculis; quoniam crebrò primo loco conſpicimus, quem deberemus ultimo, ſi à ratione, aut advertentia regeremur. Et huc pertinet Syſigambis, Darii matris, hiſtoria; quæ, cùm eſſet captiva, & ab Alexandro, qui ſuum filium vicerat, & Perſas diſperſerat, inviſeretur, oculos priùs ad Hephæſtionem, quam ad Alexandrum convertit, & primo ſuſpexit & adoravit loco, quem ſecundo debuerat. Et tamen in ea ὕστερον πρότερον, non fuiſſe adorationis vitium, ſed gratiam, oſtendit Alexander; nam cum videret Viraginem Auguſtam ob commiſſum errorem perturbari, dixit, *Nihil eſt mater, quod turberis, nam & hic Alexander eſt*. Erat enim ejuſdem amicus Hephæſtion, & propterea alter ipſe. Plutarchus *in Alex.*

Syſigambis, mater Darii primo loco Hephæſtionem & ſecundo Alexandrum adorat.

An hæc deordinatio in ejus adoratione gratia fuerit?

METAPHORA.

QVÆ Μεταφορά à Græcis, à Cicerone appellatur *Translatio*. Fitq; cum nomen, aut Verbum è proprio loco in eum transfertur, in quo proprium deeſt. Tunc ergo continget Oculorum metaphora, cùm illi è proprio loco ad eum, in quo deſunt, transferuntur. Cum videlicet ita videntis hominis oculi cœco applicantur, ut alienis his oculis virtualiter videat, moraliterque gubernetur. Vt doctrinam dilucidet, Antiphylus, Poëta antiquus, & celeber, ita Cœcum, & Claudum componit, ut hunc ille ſuccollet, & ſibi auxilia mutua præſtent. Sunt ejus numeri.

De nominibus hujus Figuræ.

Quid illa ſit?

De mutuo auxilio Cæci & Claudi.

Ἀμφω μὲν πηροὶ· καὶ ἀλήμονες· ἀλλ' ὃ μὲν ὄψεως.
ὃς γὰρ· βάσεις ἀλλουδ' ἄλλος ὑπηρεσίν.
τυφλὸς γοῦν χωλοῖο κατωμάδιον βάρος ἄρας·
ἀτραπὸν ὀθνείοις ὄμμασιν ἀκροβάτει.
ἡ μία δ' ἀμφοτέροις ἤρκει φύσις ἐν γοῦν ἑκάστῳ
τοὐλλιπὲς ἀλλήλοις εἰς ὅλον ἠράνισαν.

Auſonius.

Inſidens Cæco graditur pede Claudus utroq;
Quo caret alteruter ſumit ab alterutro.
Cæcus nanq; pedes Claudo, greſſumq; miniſtrat,
At Claudus Cæco lumina pro pedibus.

Idem.

Ambulat inſidens Cæco pede captus utroq;
Atq; alterna ſubit munia debilitas.
Nam Cæcus Claudo pede commodat, ille viciſſim,
Mutua dat Cæco lumina pro pedibus.

Politianus.

Τυφλὸς ἄπους τ' ἤτην ἀλλήλοισιν θεράποντες.
τυφλὸς ὀδηγεῖτο, νωτοφορεῖτο δ' ἄπους.

Thomas Morus.

Claudipedem geſtat Cæcis vicinus ocellis,
Conducitq; oculos arte, locatq; pedes.

Platonis Iunioris de eadem re
B. Gu. Interpr.

Cæcus homo Claudum tergo geſtabat: uterq;
Par dedit, hic oculo commodus, ille pede.

Hinc eruere poſſet doctrinam valde neceſſariam Politici, quoniam hodie in Republica paſſim occurrunt Officiorum Metaphoræ. Orbem vult gubernare privatus, ſib: uni vivere & vitam agere privatā Monarcha. Arma gerere & regere audet Sacerdos, uſurpat Sacriſtæ Officium Legionarius. Fœminæ Amazonum exemplo militare præſumunt, & Nobiles, qui deberent in militia ſervire, in gynæceo educantur.

Et

Et alius Interpres.

Manci ambo, mendici ambo; luce alter, & alter
Greſſu eget: eſt ſocii gratus utrique labor.
Hujus egens humeros pede tardi mole gravatus
Claudi oculis Cæcus itque reditq; vias.
Una fat ambobus natura; utrique negatum
Quod fuit, auxilio contribuere pari.

Mutuum Auxilium aliquādo in malam partem ſumitur, & tunc Adagiis his dilucidatur; videlicet, *Manus manum lavat.* & *Haz-me la barba, y harè-te el copete.*

Et huc pertinent ſequentia eiuſdam Recentioris Tetraſticha.

Encaminarſe al Templo del Dios Delio
Hoy Aurelio y Theodoro pretendian;
Mas hazerlo los pobres no podian,
Que Theodoro era coxo, ciego Aurelio.
Eran de mala Eſtrella [a] *eſtos defetos,*
Y grandes; mas ſupplirlos pudeel Arte
Tomando, lo que falta, de otra parte,
Haze un diphthongo [b] *deſtos des ſugetos.*
Toma a cueſtas al coxo, el que pies tiene,
Y ſirve con ſus ojos el tullido
Al ciego, y con plantas es ſervido,
Y aſſi preſto con el al Templo viene.

De Iudiciaria Aſtrologia. In quas partes à doctis diſtribuatur?

Quales ſingulæ ſint?

Quænam Iudiciaria Aſtrologia ab Eccleſia damnetur?

a] Aſtrologia Iudiciaria diſpeſcitur in quatuor partes; eſt enim vel Ruſtica, vel Medica, vel Nautica, vel tandem Politica. Prima reſpicit ſydera, ut ſciat, qua anni tempeſtate ſerendum, putandum, metendum, &c. ſit. Secunda configurationes ſtellarum phlebotomiæ, & purgationi convenientes decernit. Tertia procellas Oceano imminentes prænoſcit. Quarta de Gnati Fortuna & fortunis diſponit, & humanas voluntates gubernat. Tres priores Aſtrologiæ Partes à Natura ſuccollari videntur, & ſunt utiles in quacumq; Republica: Ultima autem eſt vana, ab aere pendens, & viris bonæ mentis indigna. Eam ingenui omnes incriminantur, & Sixtus V. ſub gravi cenſura condemnat. Ita Scorria *in Bull. Pontif. epit.* to4. *theor.* 361. Diana *part. 4. tract. 7. reſol.* 17. Contonus *in ſumm. verb. Inquiſitorum ſui fide* 110, *num.* 75. & alii. Stellarum autem influxus, ex quibus morbi, & organorum ſenſoriorum, & membrorum perturbatio, & contractio, aliquando procedunt, ſunt naturales, & ab Aſtrologia Medica licitè conſiderantur.

De Diphthongo. Quid illa ſit?

b] Diphthongus eſt duarum vocalium in ſyllabam unam concurſus. Et Amicitiæ Pantaleon Ideam propoſiturus, illam ſub diphthongi ſpecie meditabatur; nam de Lermæo & Hijario Ducibus concinens, ſic intonuit,

Pantaleo Romanc. 19. pag. 50. b.

Principes del Alphabeto,
Que a fuer de Vocales letras
Hazeis ambos un diphthongo
Polymnia.

De Salinas y de Denia.

Potiori jure impræſentiarū Poeta potuit Claudum & Cœcum, de quibus agitur, per modum Diphthongi concipere; nam ſicut in prænunciatione cohæret altera vocalis alteri, ſic in illo itinere à Claudo Cœcus, & Claudus à Cœco juvatur.

Metathesis.

Quo modo hoc Schema exerceatur in verbis.

QVÆ priùs dixerat ordine, & etiam ſenſu inverſo repetit; ut

Eripit, ut perdat, perdit ut eripiat.

Et huc produci poterit curioſum Scaligeri Diſtichum.

Infelix Dido, neutri bene nupta marito.
Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.

Et illud de Vitellio Cæſare

Non bibit, ut vivat, ſed vivit, Pontice, Caſar,
Ut bibat, ignavus vitam jam ducit inertem.

Et quo in oculis poſſit.

Ad Oculos ergo hoc ſchema poterit pertinere, ſi Sinon

— ut conſpectu in medio turbatus, inermis,
Conſtitit, atq; oculis Phrygia agmina circumſpexit.

ſic, quos à primo ad ultimum accuratè proſpexerat, ab ultimo ad primum, circumſpectione altera, reſpectaret.

Pleonasmus.

Nō omnia ſunt ſuperflua, quæ non cenſentur neceſſaria; nam ad melius aliquando conducunt.

ADmittitur, ubi abundat ſupra neceſſitatem oratio. Virgilius Æneid. 1.

Obſtupuit primo adſpectu Sidonia Dido
Caſu deinde Viri tanto, & ſic ore loquuta eſt.

Æneid. 4.

— Vocemq; his auribus hauſi [*]

Cicero. *Hiſce oculis ipſemet vidi.*

Et quidem ſupra neceſſitatem ſunt illa verba, *ore, auribus, oculis.* nam qui loquuntur, audiunt, vident, non niſi ore loquuntur, auribus audiunt, & oculis vident. Non autem, quia ſupra neceſſitatem, ſuperflua cenſebuntur hæc verba; nam addunt perſuadendi efficaciam, & ad ornatum conducunt. Quæ enim in Oratione voces ſine utilitate ponuntur, eam deſigurant, & ad *Periſſologiam* ſpectant, quæ Orationis eſt vitium.

Pleonaſmum oculi concomitantur, illa enim verba *Hiſce oculis ipſemet vidi*; non clauſis, ſed ſupra morem apertis debent dici.

Aures, *an ab* hauriendo, *an verò ab* audendo *dicantur?*

*] Hunc verſum ob oculos habebat Lactantius Firmianus, qui *in libr. de Opificio Dei, cap. 8.* ab hauriendis vocibus *Aures* dictas exiſtimat. Sed quia paulò poſt *Aures*, quaſi *Audes* unica tantùm litera mutata nominari affirmavit, ne quis eum memoria obluſum æſtimet, monebo primo, me non percipere, cur illæ ab *audendo* dicantur; & ſecundò, hunc fuiſſe à Sciolis corruptum locum Nicolao Erithræo, & aliis Viris doctis videri.

Thavmasmos.

Ex his duabus Figuris incolæ inferioris Americæ, qui ad Paraguayum fluvium habitant, nomen Dei compoſuerunt, ſupponentes tam admirabile illud eſſe, ut licèt diu noctuq; in ejus notitia proficiamus, ſemper plus, & plus, occurrere, quod neſciamus, & de quo interrogare ſapientiores poſſimus; Sed de hoc uberiùs alibi.

QVÆ admiratione digna ita proferri debent, ut affectus admirationis oculis exprimatur. Hæc Figura, & cum eâ Interrogatio, ſuum characterem in libris habent, ut cognoſcant Lectores, quando ad illarum leges debeant vultum componere, manum movere, & lumina oculorum firmare. Et quidem Interrogationis ſignum eſt [?] Admirationis autem [!] De illa jam dixi *verb.* Erotema; de hac differam impræſentiarum.

Quæ viſus, & oculorum compoſitio comitari Admirationem debeat nos docet Maro in Operis Heroici primo.

Hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur,
Dum ſtupet, obtutuq; hæret defixus in uno,
Regina ad Templum, forma pulcherrima, Dido
Inceſſit.

Et poſteà ſeptimo.

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutu tenet ora, ſoloq; immobilis hæret
Intentos volvens oculos. &c.

Et duodecimo.

Obſtupuit varia confuſus imagine rerum
Turnus, & obtutu tacito ſtetit, æſtuat ingens
Imò in corde pudor, miſtoq; inſania luctu,
Et furiis agitatus amor, & conſcia virtus.
Vt primum diſcuſſæ umbræ, & lux reddita menti eſt,
Ardentes oculorum orbes [a] *ad mœnia torſit*
Turbidus, eq; rotis magnam reſpexit ad urbem.

a] *Acies* alii legunt non *orbes*.

Qualem oculorum compoſitionem hoc Schema requirat?

SECTIO V.

Adhuc Oculos loquentes auſcultemus.

An, & cur Poeſis apud omnes viluerit?

EO venit Ars Poëtica, ut nullus ſit jam Barbitonſor, qui non componat Epigrammata; & non audeat tondere, quæ judicat in Græcis & Latinis ſuperflua. Sicut aliquando Sartores, ut veſtis citò præparetur, concurrunt; ſic locantur ingenia, ut Comœdiæ abſolvantur. Illa, quæ inſcribitur, *Amor vencido de Amor*, eſt à tribus compoſita, & præ ſe fert digna lectu non pauca. Inter alias notavi has ſtrophas.

Inconvenientia à viſis & non viſis naſcuntur.

Leone. *Pues como te ha viſto aqui,*
Y al Duque no le encontrò,
De eſte engaño ſe valiò,
Y diòme la culpa a mi.
Y para no divertir
El que con ella intentaſte,
Fuè fuerça, aunque te enojaſte,
Que yo huvieſſe de mentir.
Pues es mas ſegura Ley
En caſo mas prevenido,
Que digan, que yo he mentido,
Que no, que ha mentido un Rey.

Mendacium præſtat affingere Miniſtro adſingere, quàm illud in Rege fatere.

Et quis de Oculis (Hiſp. *que mienten, y deſmienten*) argumentum deducere. Nota interim, præſtare vaſallum mendacii incuſari, quàm Regem: nam, quæ à Regibus dicta, accipienda ut Oracula veniunt, de quorum certitudine dubitare non licet. Perge mecum ulterius, & Auroram auſculta.

Aur. *Yo Señor ſiempre he querido*
A vueſtra Alteza. Mar. *Que eſcucho?*
Aur. *Siempre os he querido mucho*
Vueſtro recato y tibieza,
Y lo que debo a mi honor,
Silencio a mi Amor ponian.
Bien mis Ojos os dezian [*]
Mi voluntad y mi Amor.

*] Eſt Adagiũ Hiſpanicum, *Amor, Dolor, y Dinero, No ſe pueden encubrir.* Produnt enim Amorem Oculi, Dolorẽ lingua, nummorumq; abũdantiam manus.

Franciſcus de Villegas, in ſua, cui Titulus, *lo que puede la Criança.* ſic ſcribit.

Petr. *Tres años fui viva Eſtatua*
De ſu calle y de ſus rexas,
Enterneciendo ſus yerros,
Como ablandando ſus piedras.
Mas lo que en muros de bronze
Pudieran valas de cera,
Hizieron en ſu recato
Los tiros de mi fineza.

Oculorum pupilla, ut incauta & ut puella, Amorem interdum ſecretiſſimum detegunt.

Bien

Bien es verdad, que las niñas,
O por niñas, o por negras,
Alguna vez me dezion;
Don Pedro ſigue la empreſſa,
Que ya eſtá para rendirſe
De mi hermoſura la Fuerza.
&c.

Etiam ſunt digna, quæ legantur hæc Carmina.

Ioann. *Arrebatóme el effecto:*
Que me miras? Petr. *Es milagro,*
Que te mire? Ioann. *Imagino*
Que alabar a Don Fernando
Eſtrañabas: pero yo
Porque le alabas, le alabo.
Petr. *A tenerla yo por culpa,*
Ya me la havia confeſſado
Tu Roſtro: mas ſu alabança,
Aunque pienſas que la eſtraño,
Primero, que de tu boca,
De tus ojos la he eſcuchado.

Vultus loquitur.

Oculi loquuntur, & poſſunt & ſolent auſcultari.

D. Ioannes Velez de Quevara ſuam *No hay contra el Amor poder*, edidit, & introducit Blancam, ſic Henrico loquentem.

Oculi prebent ocaſionem diſcordiis.

Enrico, quando mis ojos,
Deſde que los has mirado,
Ninguna cauſa te han dado
De ocaſionar tus enojos?
Quando de tu viſta agenos,
No los hallaſte jamas,
Diziendote mucho mas,
Aun quando te hablava menos,
Porque tu loca eſperança
De mi favor deſconfia,
Sino por tuya, por mia,
Porque la diſconfiança
No ſiempre, Enrico, atropella
La razon, que en la verdad,
Preſumilla es necedad,
Y locura no tenella.
Si a caſo quiere culpar
Mi ſilencio, tu temor,
Porque no entiende tu amor
Las palabras del mirar.
Que necios ſon tus Sentidos,
Pues acrecentando enojos,
No dan credito a los ojos,
Por darſele a los oidos.
Mira ſi tiene razon,
Pues lo podras advertir,
En no aver querido oir
Las vozes de mi atencion.

Plus dicunt, quò minus loquuntur.

Ceſſat omnis præſumptio, ubi conſtat de Veritate: excludit enim omne dubium & probabilitatem Certitudo.

Oculi habent ſpecialia vocabula.

Veris potiùs oculis, an auribus: credendū ſit?

Attentio etiam vociferatur.

Decipi ſenſus, & oculos adlucinari, ut perſuadeat, Doctor Philippus de Godines in Comœdia, *Zelos ſon bien y ventura* ſic ſcribit.

An decipiantur Oculi?

Albanus. *Pueden mentir los ſentidos?*
Yo proprio oí mis enojos.
Polymnia.
Porcia. *Si: que ſe engañan los ojos;*
Mira, que haran los oídos.

Apud D. Franciſcum de Roxas in ſua *La Hermoſura y la Deſdicha*. lego.

Eſpheras Celeſtiales,
Que con ojos de luz, Argos de eſtrellas,
Mirando eſtais mis males,
Si ya mi Laura hermoſa es una de ellas,
Contadle mis enojos,
Que lengua y voz tendreis, pues teneis ojos.

An ab Oculis ad vocem & linguam argumentum ducurnat?

Tuerto unoculum (eum, qui unico tantum oculo eſt præditus) meritò nominamus Hiſpanicè: nam Ius hodie dicimus *el Derecho*, & noſtri Avi *tuerto* vocabant injuſtitiam: & nos ab his, quos Natura ſignavit, nil Recti expectare ſolemus. De Getico ad Ciceronem quidam Author.

De Vnoculis.

An cavendum ab iis ſit, quos Natura, rerum mater, ſignavit?

Alterum lumen (Cicero) negovit
Si Parens rerum Getico, monemur
Singuli, ſemper fore cum fugandum,
Aut fugiendum.

Interim tametſi ſemper aut fere pulchritudini officiat, μόνωψ quidam his verſibus ab Antonio Guzzio celebratur.

Μόνωψ Vnoculus.

Vno ſextilus quamvis ſit lumine captus,
Immenſum roſeo fundit ab ore jubar.
Qui ſupereſt jam claude oculum, formoſe Puelle,
Vt meritò poſſim dicere, Cæcus Amor.

De μόνωπε pulcherrimo.

Canebat *in Agrophilo pag.* 132. exſtat autem Ingenioſum incerti Authoris Diſtichum, de Monocula, ſed pulcherrima fœmina, quæ habebat filiolum monoculum.

De matre & filiolo monoculis.

Parvule, qui ſupereſt, oculum concede Parenti;
Sic erit illa Venus, tu quoque cæcus Amor.

SECTIO VI.

An operentur Oculi?

VT ſummam potentiam Oculorum exponat, Eruditio Hiſpanorum hoc Proverbium inculcat. *Al caballo, el ojo de ſu Señor le engorda.* Illud ex Ariſtotele *Occonom.*

An oculis Domini faciāt, ut ejus pingueſcant animalia?

libr. 2. cap. 6. deſumpſit. Et tametſi agere videatur in ſpecie de Equo, dat Generale Monitum, quod per materias univerſas decurrit. Illud habere in Agricultura locum ſuadent camporum redditus, qui abſente domino tenues, aut ſteriles ſunt: & præſente copioſi. Habere etiam locum in Exercitibus experientia demonſtrat; ubi enim, qui eſt præmia daturus omnia reſpicit, ipſimet Velites, Heroes videri volunt, hoſteſque generoſè aggrediuntur. Exponit id ingenioſo Epigrammate D. Franciſcus de Quevedo in Parnaſſi ſui Muſ. 2. num. 104. pag. 112. inquit enim.

De militibus, qui pugnant coram oculis Principis.

Mas fertilizan mi heredad mis ojos,
Que el Mayo, que las lluvias no reſiſta,
Pues con el beneficio de mi viſta,
En eſpigas reviven mis raſtrojos.
Vuelvenſe los gañanes en gorgojos.
Si falta el Dueño, que al trabajo aſſiſta,
Y quien eſpera grano, coxe ariſta [*]
Mal acondicionada con abroxos.
Lo miſmo es la Batalla, que la Tierra,
El que la viere dar, tendrà Vitoria,
Pues los ojos del Rey arman la Guerra.
El que manda y gobierna de memoria,
Y a ſu defenſa entrambos ojos cierra,
Sin cetro, y con bordon, buſca la gloria.

An campos oculus domini fertiles reddat?

De Regibus qui interſūt & adſiſtunt conſilio.

De illis, qui abſentes cæco modo gubernāt.

*] Eſt phraſis Italica, & *mal accondicionado*, rem malè conſtitutam ſignificat. At Hiſpanicè *mal accondicionado*, de ſolo homine dicitur, & impatientem, auſterum, & contentioſum ſonat.

Mal accondicionado.

Hoſtem interdum oculorum ſeveritate terret Heros; & qui nequeunt gladio, oculorum vehementia ſubiguntur. Ecce hæret perterritus Gallus (id nomen illi ſicario fuit, cui à Sylla injunctum, ut occideret Marium) ecce horret. Sed cur? torvum adſpectum Marii (homuncio aliàs efrons, infamis, & intrepidus) ſuſtinere non potuit. Et nuper D. Antonius de Leyua, natione Hiſpanus, Legionarius fortiſſimus, hoſtem terrebat, & præpediebat oculis, in quem incurret. Unde Antonius Sanderus *pag. 122.*

Cur Gallus non occiderit Marium?

D. Antonii de Leyva oculi hoſtem terrebant.

Vincis & hoſtiles oculorum fulmine turmas,
Vertis in attonitam (Dux animoſe fugam.
Quas felix tibi non referat Victoria palmas,
Si cum luminibus pugnet, & ipſa manus?

SECTIO VII.

De Oculis laſcivis.

OCulis ſe mutuò alloquuntur Amantes, & cordis impuras apprehenſiones adnunciant. S. Ambroſius. *Prima Adultera tela ſunt oculorum, ſecunda verborum; ſed, qui non capitur oculis, poteſt verbo reſiſtere. Tertium ſpiculum Adultera interpellandi aſſiduitate vibrat; ſed Ioſeph non audiebat eam. Habes poſt prima verba, quid caveat; non ſolùm lubrica, ſed etiam procax, importuna & petulans eſt libido, nec habet quid vereatur libido. Quæ diſpendia prima non doluit, inſidiatur, ut capiat.* Et S. Auguſtinus Magnus Magni Præceptoris Diſcipulus. *Oculi veſtri etſi jaciantur in aliquam fæminarum*, inquit, *in nullam figantur: Neque enim quando proceditis, fæminas videre prohibemini; ſed appetere, vel ab ipſis appeti velle criminoſum eſt: Nec ſolo tacito affectu, ſed aſpectu appetitur & appetit concupiſcentia fæminarum: Nec dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos; quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius, Et cùm ſe invicem ſibimet (etiam tacente lingua) conſpectu mutuo corda nuntiant impudica, & ſecundum concupiſcentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit caſtitas de moribus: Nec putare debet qui in fæminam figit oculum, aut illius in ſe ipſum diligit fixum, ab aliis ſe non videri, cum hoc facit: videtur omninò, & à quibus ſe videri non arbitratur: Sed etſi lateat, & à nemine hominum videatur, quid faciet de illo deſuper inſpectore quem latere nihil poteſt? An ideò putandus eſt non videre, quia tantò videt patientiùs, quantò ſapientiùs.* Et antè D. Auguſtinum laſciva Oculorum colloquia obſervaverat & damnaverat

S. Ambroſius in libr. de Ioſeph.

S. Auguſtinus in Regula.

Aliud eſt oculos jacere, & *aliud* figere.

An pudicus animus poſſit habere oculos impudicos?

Oculi colloquūtur.

Et circumſtantes etiam eorum collocutionem intelligunt.

rat Seneca; nam cap. 15. de Tranquill. *Nec ocu'is quidem contingere mulierem pracipis.*

Adagium Hiſpanicum. Pienſan los enamorados que los otros tengan los ojos quebrados.

Amantes oculis loqui, & eum ſe à nullo videri, aut intelligi putant, à multis notari, & intelligi: & rationem Ioannes Perez Montalvan exponit, in Comœdia, cui Titulus, *El Senera de Eſpaña* act. 3.

Cur intelligant omnes, qua Amantes oculis inter ſe colloquuntur?

Diego. *Si Señor porque en palacio*
Nadie ſabe hablar deſpacio,
Como hay una alma en los dos,
Y el Amor tiene de Dios
El remediar ſu poder,
Sin lengua pudo entender
Por mis ojos mis antojos,
Que tienen phruſes los ojos
Muy faciles de entender.

Ecce periclitatur in Amore ſecretum; nam Oculorum phraſes ſunt facillimæ, & intelliguntur ab omnibus. Inſidiantur laſcivi Oculi, at non ſunt ſceretæ hæ inſidiæ. Vnde Poëta quidam ſic cecinit.

Pudicitia ipſiſmet Oculis pretioſior eſt.

Si tibi vis Oculos pulchram debere Philenim,
Aut ipſis ſiquid charius eſt Oculis.
Inſidias remove: multò nam charior ipſis
Eſt, mihi crede, Oculis Lauræ Pudicitia.

SECTIO VIII.

De Oculis furacibus.

An in Hiſpania Caroli V. Optimi Imperatoris tempore ejus Miniſter Xevres oculis furaretur?

AD illa glorioſa Cæſaris verba, *Veni, Vidi, Vici*, quibus ſignificabat, ſicut pugnando alii, ſe hoſtes aſpiciendo, terrere, fugare, proſternere, & victorias maximas indipiſci, adludentes Caroli V. Imperatoris tempore, oppreſſi Domini de Xevres ſitibunda tyrannide, ubi nummum aureum videbant, exclamabant Hiſpani,

Doblon de dos caras [*]
Norabuena eſtedes,
Pueſque no os ha viſto
Monſieur de Xevres.

[*] Nummi aurei duplices à Catholicis Regibus, Ferdinando & Iſabella cuſſi utriuſque vultū præ ſe ferebāt, & ideò etiam num *Doblones de dos caras* Latinè *Nummi biformes* nominantur.

Quibus verbis tantam fuiſſe in Miniſtro illo rapacitatem, ut idem fuerit videre, ac capere. Vnde quidam ſic cecinit.

Aurei nummi pia quos figura
Duplicis Regis decorat, loquuntur;
Quæq; nunc dicunt taciti, probabunt
Voce perenni.
Inquiunt: Nunquā potuit videre
Nos rapax Xevres; quoniam Miniſter
Si ille vidiſſet, modò nos videret
Nullus Iberus.

Dominus Xevres videbat manibus, & oculis furabatur.

Vir ſuis rarus: reliqui biformes [*]
Nam ſolent nummos oculis videre
Cuncta, ſed prædo manibus videbat
Belga doleſis.

Et huic videtur ſimile hoc concinnatum ab Anonymo Hexaſticum.

An Sylla fuerit ſimilis Xevrius?

Ad Græcos ubi ſylla rapax ſine Numine venit,
Clamavit ſummus Pluto Magiſter opum.
Si ſyllam lateat Gracus theſaurus, Athenis
Libera Gens paſsim Græca videbit eum.
Si ſylla pateat, non jam Gens libera Athenis:
Græca, ſed in Latio capta videbit eum.

Et quidem Syllæ & Xevrio Ophaltes apud Græcos fuit ſimilis, de illo enim ſic ſcripſit Λȣκίλλιος.

An Opheltes utrique?

Εἴσιδεν Ἀντίοχος τὴν Λυσιμά-
χȣ ποτὲ τύλην,
κȣ̓κ ἔτι τὴν τύλην εἴσιδε
Λυσίμαχος.

C. Vrſ. Velius.

Lyſimachi pateram poſtquam vidiſſes, Opheltes,
Non vidis pateram poſtea Lyſimachus.

SECTIO IX.

De Inſenſibilitate Virtuali.

Quid Inſenſibilitas Virtualis ſit? An Viſu, Auditu, & aliis ſenſibus poſſimus ſponte deſtitui? An illis Mercatores, an Amaſii, an Aulici ſpontè deſtituantur de facto?

CAret ſenſu virtualiter, qui tametſi illo præditus ſit, ita tamen ſe habet, ac ſi illo fuiſſet deſtitutus. Et quia ſenſus quinque, etiam ſunt quinque carentiæ illis correſpondentes. Carent auribus, qui audiunt, quæ vellent non dici, & ſe non audiiſſe ſimulant; nam ita ſe ha-

De ſenſuum carentia virtuali. Quotuplex illa ſit.

habent, ac ſi non audiviſſent. Quicumque ex his dicitur ab Hiſpanis, *que haze orejas de mercader*: nam ſolent mercatores ære gravati alieno, & cùm creditores accurrunt, & vociferantur, ipſi ſponrè cœcutiunt, ne illos videant; & ſpontè ſunt ſurdi, ne illos audiant. Sicut Avaritia aures mercatorum obturat, ſic etiam prudentum aures Pietas; injurias enim, quæ evomuntur ab improbis, viri probi & prudentes non audiunt.

An Mercatores ſponte careant auribus?

De patientia & iniuriarum tolerantia.

Sicut de auribus, ſic etiam de oculis philoſophandum eſt. Illis homines loqui, illis arcana mentis ſenſa prodere, jam demonſtravimus: addimus modò aliquos externa operatione mentiri, nam ſe oculis carere aſſerunt, & tamen illos oculis non carere videmus. Talis erat Quinctus, de quo Martialis *libr. 3. Epigramm.* 8.

An poſſit reperiri mendacium objectivum in oculis.

Thaida Quinctus amat. Quam Thaida? Thaida luſcam.
Vnum oculum Thaïs non habet, ille duos.

Qui, ſi proprio loqueretur idiomate, diceret,

Quinto ama a Thais, Y qual vos Dezis? I a del ojo tuerto,
Que a Thais falta un ojo es cierto,
Pero a Quinto ambos a dos.

N. B. Iube Thaida eſſe lippam, & excuſa Quinctum dicendo Hiſpanicè; *que tenia ojos de enamorar*, iuxta illud, *Hay ojos, que de lagañas ſe enamoran.*

An Quincti actiones loquantur & mentiantur?

Amor enim, & omnes eximiæ operationes (Hiſp. *y todas las finezas*) quibus Thaida Quinctus proſequebatur, illam eſſe pulcherrimam profitebantur; at erat deformis, nam luſca: ergo illæ operationes mentiebantur. At pulchritudo gratias duorum oculorum requirit, & tamen Thais carebat altero. Illæ igitur iterum mentiebantur.

Et meritò Aulicis & Palatinis illud *Pſal.* 134. 15. olim accommodabamus. Cecinit Rex. *Simulacra gentium, argentum & aurum, optra manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt: aures habent, & non audient; neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum. Similes ipſis fiant, qui faciunt ea; & omnes, qui confidunt in eis.* Porrò Aulici ſunt Idola Politica, Simulachra Gentilia: auro, & argento ſplendent: & ſunt in loca altiora hominum opera & induſtria promoti. Os habent; & tamen, ut parcant Veritati, tacent. Habent oculos, ut inutilia videant; &, ſi Veritas adluceſcat, ſunt cæci. Habent aures, quibus nænias auſcultent; & ſi Veritas concionetur, ſunt ſurdi. Sunt corporei, & terreni: & carent ſpiritu, qui in eorum cor Veritatem inſpiret. Et ſimiles illis profectò ſunt Principes, qui crearunt & promoverunt eos; & clientes, qui confidunt in eis.

Qualia ſint Ethnicorū Idola?

Quales hodie Miniſtri Principum?

Quales Principes, qui illis utuntur?

Et quales clientes, qui ab eis dependent?

SECTIO X.

De Larva.

Nonnullæ voces Latinæ & Hiſpanicæ dilucidantur; exponiturque quàm prepudioſum crimen ſit in Nobili Viro Proditio?

OCuli à Natura conceſſi ſunt, ut videas: Larva ab Arte, ne cognoſcaris, aut videatis. Ergo poſtquam de Oculorum Senſibilitate, & Inſenſibilitate diſſeruimus, aliqua de Larva ſubjungamus.

Duo ſunt, Lector Critice, apud Latinos nomina: *Effrons*, & *Bifrons*, quæ videntur dilucidatione indigere. Primum ſemper ſumitur in malam partem, & *inverecundum* ſignificat. Hiſp. *un deſvergonzado*: at alterum Iani eſt epitheton; hic enim *Bifrons* dicitur, quod præterita, & futura cognoſcat. His duo videntur etiam nomina reſpondere in Hiſpania: videlicet, *el que es deſcarado*, & *el que tiene dos caras*. & utrumq; accipitur in malam partem: & qui, aut nomen mutant, aut larva utuntur, vultum duplicem habere cenſentur. Occurrit pulchrum exemplum in Comœdia, quæ inſcribitur, *El Galan ſecreto*, à Doctore Miradeſcua concinnata: [& habetur *part.34.num.9.*] In ea enim Fridericus, ut Ferrariæ Ducem, ſuum, & dominum & conſanguineum proditoriè occideret, armatus, & larvatus egreſſus, à Cæſare generosè retunditur, vincitur, exuitur larva; cognoſcitur, & ſumma efficacia, & prudentia reprehenditur. Illum audiunto.

Voces Effrons *&* Bifrons.

Deſvergonzado.

Ianus bifrons.

Ser deſcarado. Tener dos caras.

El Galan ſecreto.

En tan conocido error,
Que tu miſma lengua culpa,
Sera querer dar diſculpa,
Hazer la culpa mayor.
Vn hombre noble y traidor!
Frederico tu nobleza
Deſmentida en tal baxeza?
Mas de tu engaño he penſado,
Que como el roſtro, has mudado
Tambien la naturaleza.

Præſtat interdū culpam fateri, quàm ineptè excuſare.

Si

Nullus homo ingenuus & honeſtus eſt bifrõs.

Si hombre honrado no ſe hallado
De dos caras, no te aſſombre,
Que o negar quieres tu nombre,
O el ſer de hombre te ha faltado.
O pues que Dios te ha criado
Con un roſtro, con mayores
Perfecciones y mejores,
Quando tu te pones dos,
Eumendar quieres de Dios
Las obras con tus errores.

Nobilium Vita eſt quadã fax: ſed aliquando ardens & lucens, & aliquãdo extincta & mortua.

La vida del noble es cierta
Vela de eſplendor veſtida,
Con fama, es vela encendida,
Y ſin fama es vela muerta.
Tu miſma traycion deſpierta
Oy el ayre que apagó
Tu vida, mas llegué yo,
Vi la enmienda que te inflama,
Halle paveſa en tu llama,
Soplela, y reſuſcitó.
Y aſſi el error que previenes,
Aunque con honor me obligo,
No he de darte mas caſtigo,
Que la verguença que tienes.
Del Duque, mi Señor, vienes
A ſer ſangre, que eſtimar
Devo ſiempre y reſpetar;
Al Duque toca el juzgarte,
A ti te toca enmendarte, [*]
Y a mi me toca el callar.

An pudor pro pœna ſuſpeciat?

*] Monitum morale. *In correctione fraterna: alter ſe debet emmẽdare, & alter ſervare ſecretum.*

ARTICVLVS IX.

ΧΡΩΜΑΤΟΛΟΓΙΑ.

De Colloquutione per Colores.

Quid ſit color?

An & quomodo colloqui per colores poſſimus?

COLOR, Græcè χρῶμα, objectum eſt, quod viſum terminat; cujus naturam differentiamq; à Sono faciliùs mente intelligas, quàm verbis exponere valeas.

Sanè loqui per colores poterimus, ſi illos, ſicut & characteres, bifariam ſignificatione exornemus. Quoniam, cùm Characterum alii Vocis elementa ſignificent, ut A, B, C. & cæteri, qui in Abecedario ponuntur, alii ipſas res importent, ut ☉. ☽. ♃. ♄. & cæteri, quibus utuntur Aſtronomi, ſic bifariam poterimus Colores adſumere; ut illos pro literis, aut pro rebus ipſis pingamus.

SECTIO I.

De Coloribus, ſi ſumantur pro Literis.

De Colorum numero.

SVfficientes ſunt Colores vulgo noti, ut numerum Characterum exæquent. Quoniam, ſi objiciat aliquis eſſe duo tantum extremos, (Album, Nigrum) è quorum commixtione & temperie ceteri univerſi reſultant; Reſpondebo primò hanc fuiſſe, & eſſe aliquorum ſententiam, quam etiamnum qui Parco Naturæ Genio ſtudent, contra Academiam, & Peripatum (Platonicos, & Ariſtoteleos) ſumma pertinacia tuentur: at manifeſtæ falſitatis convinci; nam appellabo ad praxim. Sume ergo Albedinem, Nigredinemque, quantam volueris, & quo libuerit modo immiſce, & exhibe colorem purpureum.

An duo tantum Colores ſint? Albus & Niger?

Nam, ſi præſtiteris, fueris mihi
Magnus Apollo.

Reſpondebo ſecundo eorum Opinationem, qui quatuor Colores puros (Album, Nigrum, Purpureum, & Cæleſtem) admittunt, jubentq; ex confuſione illorum cæteros aboriri: eſſe etiam improbabilem nam contra eoſdem etiam ad experientiam provocabo, & quatuor hos Colores præbebo, ut mihi ſcyphum aureum, aut flammam ardentem depingant. Ergo ſub univerſaliſſimo Coloris genere, plures quam quatuor immediatè conſtituuntur Colorum Primariorum ſpecies, è quibus, ſic vel aliter mixtis ſecundariorum multitudo reſultet. Et reſpondebo tertiò Quæſtionem de numero Primariorum Colorum (ut ut ſit ingenioſa & curioſa) hujus loci non eſſe; nobis enim ſecundarii ſufficiunt, ut per illos loquamur. Hos autem eſ-

An ſint quatuor?

An plures?

ſe

ſe multò Textores & Acupictores meliùs, quàm Pictores cognoſcunt: fila enim ſerica tanta Colorum varietate inficiuntur, ut multis menſibus (ne dicā annis) tyrones egeant, ut eos diſcernant, & propriis ſciant nominibus indigetare.

Notiores igitur ſeligamus Colores, ut iis literariis Elementis utamur

Abecedarius & Aleph Bethum nullam inter ſe hic habent connexionem; ſed dant poteſtatē & valorem coloribus, ut vel Hebræus vel latinus uti illis poſſit, cum Amico Artis cōſcio collocuturus.

א A. Aureus, Æreus. (Hiſp. Oro, Bronze.

ב B. Argenteus, Stanneus, Plumbeus.

ג C. Cupreus. Eſt ſanguineus metallicus [a]

ד D. Ferreus. Calybeus.

ה E. Candidus, Niveus, Lacteus.

ו F. Albus. Certè differt à Candido, quoniam ſplendorem non habet.

ז G. Ferrugineus, (Hiſp. Morado) inter ſanguineum nigrumq;

ח H. Cæleſtis. (Hiſp. Azul.) [b]

ט I. Flavus. (Hiſp. Amarillo.)

י L. Viridis. Campi, & herbarum Color. [b]

כ M. Lividus (Hiſp. Cardeno, Græcè ὑακίνθιος) Inter Sanguineum, & Glaucum.

ל N. Purpureus, Sanguineus, Ruber (Hiſp. Roxo, Colorado.)

ם O. Cyaneus. Inter Viridem, & Glaucum.

נ P. Glaucus, Cæſius. Inter Cyaneum & Nigrum.

ס Q. Venetus. Albus non nihil in Nigrum declinans.

ע R. Puniceus. Pardus. (Hiſp. Pardo.) Obſcurus Venetus.

פ S. Luridus. Flavus in Nigrum vergens.

צ T. Auriacus. (Hiſp. Naranjado) Flavus nonnihil purpuraſcens.

ק V. Coccineus. Sanguineus obſcurus.

ר X. Cinericeus. Niger nonnihil in album declinans.

ש Y. Byſſinus. Sanguineus clarus.

ת Z. Niger. Omnium colorum ultimus, & obſcuriſſimus. [c]

Sic Colores diſponere, & ordinare placuit, nulli legem præſcribens, ne aliter illos digerat, & commiſceat, ſi velit. Sub initium duo Characterum ordines ſucceſſivè ponuntur, quorum prior Hebraicas literas, poſteriorque Latinas continet. Vtræque juxta vulgatas leges defluunt, non autem ſibi mutuò valore, & poteſtate correſpondent, aliter enim ſuos Characteres Hebræus, & aliter ſuos Latinus Nomenclator coordinat.

De metallorum & aliarum rerum coloribus.

a] Colores metallici differunt ab aliis toto Cælo, nullus enim unquam poterit Pictor colore flavo, albo, rubro, &c. vaſa aurea, argentea, cuprea, &c. bene repræſentare.

Vter color, viridis an cæleſtis nobilior ſit?

Ineptiſſimè interdum in Principum Palatiis excitantur de hoc argumento Controverſia.

b] Inter Virgines, quæ adſiſtunt, & ſerviunt Reginæ, excitantur controverſiæ difficiles de Colorum principatu, & præſtantia; quæ tametſi de omnibus, & ſingulis moveri poſſint, ſic eſt in præſentiarum comparata, ut inter Viridem, & Cæleſtem verſetur. Et quia hæ ipſæ Virgines nobiliſſimæ ſunt, & procos habent, Quæſtio Regio palatio egreſſa Viros Magnos perturbat, tanta interdum temeritate, ut ad duella perveniat.

An nigredo ſit Color?

c] Sunt, qui Nigrum eſſe Colorem negent; componunt enim cum eum tenebris; quæ quia in mera carentia conſiſtunt, ſunt Nigredini ſimiles, quæ eſt omnium Colorum privatio. Quam ob rem *atras* libr. 12. illas vocavit Sillius

——— *Et atris*

Decreſcens tenebris languentia lumina condet.

Et *nigrantes* Statius libr. 12.

Solaq, nigrantes laxabant aſtra tenebrae.

Et abſolutè *nigras* eas appellavit Pontanus,

Caligo, ac nigra cœlum eripuere tenebra.

Et iterum, *Quid tum nox nigra, fuſcula tenebra.*

Et in alio cecinit loco, *Nigrantes ſeu mihi noctes.* imitatus Virgilium, qui noctem *nigram* Æneid. 7. abſolutè appellarat,

Iam mediam nigra carpebant nocte quietem.

Vſus practicus horum colorum.

Vſus hujus Abecedarii varius eſſe poterit; Vel enim in filum inducemus verſicolores globulos, (Hiſp. *como cuentas de un roſario*, aut etiam *como en una ſarta de perlas*) & tunc color dabit valorem globulis, illoſq; velut Characteres legemus. Vel etiam fila in textorio opere ſecundum ſuos colores ordine convenientē implicabimus. Habemus hujus rei pulcherrimū in Scriptura exemplum, quod ediſſero. Attende.

Poterit eſſe varius. Duplex exponitur.

Exodi locus dilucidatur.

Exodi capite XXVIII. jubetur farcire veſtes Moyſes ex auro, hyacintho, Purpura, Cocco, & Byſſo. Sed cur? Veſtes ſignificant Virtutes juxta illud Apocalypſeos, *Beati, qui vigilant, & cuſtodiunt veſtimenta ſua*; hoc eſt, Animæ gratias, & prærogativas, quibus divinitùs ornati ſunt. Colores præbent literas, & ſimul Morale Monitum, quod debeamus oculis proſpectare corporeis, & incorporeis contemplari. Porrò Color Aureus dat א; Hyacinthinus ך; Purpureus ל: Coccineus ק: & Byſſineus ש. Vt tota ſententia ſit, אך לקש. Al leqos. Homini enim, quid agere debeat interroganti, hi Colores reſpondent: אך *tantum* (Porrò unum eſt neceſſarium, ut ad cælum pervenias. Sed quid? לקש, & metatheſicos שקל: Scaqol, *librare, ponderare, metiri*, & לקש Laqosc, exci-

Alleqos.

Scaqol.

excidere, decircinare. Ergo prima Viri ingenui Virtus eſt Vires ſuas librare, & operationes ſuas elicere ad legis Divinæ menſuram; & paſſiones, & affectus qui exorbitent excedantque excidere, & decircinare.

Aliud exemplum in Lingua Latina proponamus.

Quid colores in veſte Sacerdotum ſignificent?

Olim, dum rem ſacram coram Numa Pompilio (cogitetur ſic) Summus ageret Pontifex, ut qualis eſſet ille, oſtenderet, quidam Poëta ingenioſus accinuit.

Ex cupro aurato geſtat ſine labe coronam,
Luridus: auriaca decoratus veſte Sacerdos,
Omnia Mercurio ſimilis, ſed brachia circum.
Coccinea, flavaque ligula nudata fluebant.

Eccleſiaſticorũ prima virtus, quæ?

Ecce Colores erant Cupreus, Aureus, Luridus, Auriacus, Coccineus, & Flavus; & quia primus dat C, ſecundus A, tertius S, quartus T, quintus V, & ſextus S. Interroganti, *Qualis eſt hic Sacerdos?* Colores ſimul ſumpti reſpondent, *Caſtus*. Et bene; quia vitæ puritas eſt præcipua apud Eccleſiaſticos prærogativa: unde Æneid. 6. Virgilius.

Quiq; Sacerdotes caſti, dum vita manebat.

Quem imitatur Pacificus, ſcribit enim,

Hæc legat, & triſtis Cenſor, caſtuſque Sacerdos.

Vnde apud Ovidium

Exclamat Vates, Procul, o procul eſte profani,
Quis dedit heſterna gaudia nocte Venus.

Quæ Virtus maximè ſit apud Chriſtianos, & Latinos præcipuè; unde Pontifex, ſic inquit in Diaconorũ cõſecratione. *Quia Comminiſtri, & Cooperatores eſtis Corporis & Sanguinis Domini, eſtote ab omni illecebra carnis alieni; ſicut ait Scriptura*, Mundamini, qui fertis vaſa Domini. *Cogitate Beatum Stephanum meritò præcipua Caſtitatis ab Apoſtolis ad officium iſtud electum. Curate, ut* &c.

Iſaias cap. 52.

Cur B. Stephanus in Diaconũ ab Apoſtolis electus ſit?

SECTIO II.

De Coloribus, ſi ſumantur pro rebus.

SIcut Aſtronomorum Characteres ☉, ☽, ☿, ♀. &c. & Sinenſium, aut etiam Iaponenſium literæ, ſic etiam Colores res varias immediatè ſignificant. Et, ut ſciamus, quaſnam res ſinguli Colores concernant, hæc Diſticha publicavit Alciatus.

Quid ſinguli Colores ſignificent?

Index mæſtitiæ eſt Pullus Color; utimur omnes
Hoc habitu, tumulus dum damus inferias.
Synceri aſt animi, & mentis ſtola Candida pura [a]
Hinc ſyndon ſacris linea grata viris.

a] Cur albis utantur Eccleſiaſtici?

Nos ſperare docet Viridis: ſpes denique finis eſſe
In Viridi, quoties irrita vota cadunt.
Eſt cupidis flavus color, eſt, & amantibus aptus,
Hic quoniam Charitum, creditur eſſe color.
At Ruber armatos equites exornet amictus.
Indicet & pueros erubuiſſe pudor. [b]

b] Cur Milites veſtibus rubris?

Cæruleus nautas, & qui cæleſtia vates
Attoniti nimia relligione petunt.
Vilia ſunt ſilvis nativaq; vellera birris,
Qualia lignipedes ſtragula habere ſolent.

Adagium vulgare. Erubeſcit; ſalva res eſt.

Quem curæ ingentes cruciant, vel zelus Amoris,
Creditur hic Fulva non male veſte tegi.
Quiqui ſorte ſua gaudent Hyacinthina geſtent
Fortunæ æquanimes tædia quiq; ferunt.
Vt varia eſt natura coloribus in gignendis,
Sic aliis aliud: ſed ſua cuiq; placent.

Sic breviter & curioſè Alciatus; nos uberius de eodem argumento ſcribamus.

Lucidus.

De luce. An ſit Color? An verò qualitas ex parte objecti requiſita, ne colores videantur?

QVæſtio eſt ardua, & difficilis, quæ examinat, *Sit ne lux color; an verò ſolummodò conditio, ut colores appareant?* Hoc poſteriùs renuerunt, & dixerunt olim Veteres, at hodie nonnulli recentiores Colorem, Lucemq; duo eſſe nomina aſſerunt, & unam rem. Eſt ergo Lux, aut Color prædicatum genericum quod per ſupervenientes differentias ad Album, Nigrum, Purpureum, & cæteros colores contrahitur. Et horum ſententiæ Virgilius adhærere videtur; canit enim,

Virgil. lib. 6. Æneid.

—— *Rebus nox abſtulit atra Colores.*

At lucem tantum abſtulit. Omnes ergo Colores Maronis opinione ſunt Lux.

An Deus ſit Lumen?

Et ad Moralia veniens ajo Luce & Luminè Divinitatem denotari: concinimus enim in Symbolo. *Deum de Deo, Lumen de Lumine.* Et in Evangelio *Qui male operatur, odit Lucem.* Et quia Chriſtus eſt Deus *Lucis* nomine ſignificatur: unde Ioann. 8. ipſe ait, *Ego ſum Lux Mundi* & 3. *Quia Lux venit in Mundum,* hoc eſt Chriſtus. Vnde S. Ambroſius in Hymno.

An ſit Lux.

Splendor Paternæ gloriæ:
De Luce Lucem proferens:
Lux Lucis, & fons Luminis:
Diem Dies illuminans. &c.

Argenteus.

Argentum ſignificat Concionatorem.

HOC Eccleſiaſtæ, Prædicatoresque colore in Sacris literis ſignificantur: quia ſicut in Argento eſt puritas, ſplendor, & ſonus, ſic in Concionatore Evangelico, & vitæ puritas, & Virtutum ſplendor, & bonæ Famæ teſtimonium, ut ſuo muneri digne ſatisfaciat, requiritur. Ad rem noſtram S. Gregorius ſuper Cant. 3. verba enim illa *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon.* &c. *Columnas ejus fecit argenteas.* &c. dilucidaturus harum Columnarum nomine Eccleſiaſtas intelligit, inquit enim, *Columnas ejus fecit argenteas; quia Eccleſiæ Prædicatores dedit, ut eam exemplis ſuſtentarent.* Et hunc locum eodem modo Theodoretus, Gloſſæ Author, S. Thomas & alii Doctores exponunt. Conſonat D.

Columnæ Argenteæ.

Propugnacula Argentea.

Hieronymus, qui illud Cant. 1. *Ædificemus ſuper eam propugnacula argentea,* explicans, hæc propugnacula argentea eſſe, ait *eloquia ratione & virtute ſplendentia.* Et S. Thomas, *ſi fuerint aliqui ingenio præditi addamus eis eloquia Divinarũ Scripturarum.*

Quid ſignificet Argentum immundum & ſordidum?

Sicut per argentum purum, & nitidum boni Concionatores, ſic per immundum mali ſignificantur. Beda Proverb. 26. *Quid per argentum ſordidum, niſi verba corrupta?* Vnde argentum à mundo & immundo præciſum, Eloquentiam ſignificat, qua uti Oratores poſſunt bene, & male. Vndè illud Iſaiæ 55. *Quare argentum appenditis?* Auguſtinus *ſerm. 1. Domin. 5. poſt oct. Epiph.* Clemens Alexandrinus *libr. 1. ſtromat.* Hieronymus, Dionyſius Carthuſ. & alii intelligunt de profana eloquentia.

Quid Ferrum argentatum?

Quia ferrum argentare ſolemus, ſupeꝛficialem literæ intelligentiam argentum ſolet ſignificare: Vnde Gloſſa ad illud Iſaiæ 55. *Quare argentum appenditis,* ait, *Quare circa corticem Legis laboratis, ſpiritu relicto?*

Argentum purgatum.

Purgatum Argentum Iuſtorum, & Sanctorum eſt Symbolum, canit enim pſalm. 65. Propheta Rex, *Quoniam examinaſti nos Deus; igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum.* De quo Hieronymus Zach. 13. *Pars,* inquit, *Chriſtianorum, ne delicata eſſet, ſed ſecura in confeſſione maneret, quaſi argentum & aurum per ignem ducitur, & probatur.*

Funiculus argenteus.

Funiculus argenteus, ſcribit Sanctus Hieronymus, *candidam vitam ſignificat.* Et ſic explicandum eſt illud Eccl. 12. *Antequam rumpatur funiculus argenteus,* hoc eſt, antequam finiatur vita tua.

Pectus argenteum.

Pectus argenteum Daniel. 2. ſonat Perſarum Monarchiam. Videntoe Hieronymi & Theodoreti expoſitiones.

Argentum *ſumitur pro pecunia.*

Argentum pro pecunia apud Hebræos uſurpatur frequenter. Ezechiel. 7. *Argentum eorum* (hoc eſt, *eorum pecunia*) *non potuit liberare eos.* Eſai. 25. *Sine argento* (ſine pecunia) *redimemini.* Conſonat Lingua Gallica; immo etiam aliæ, frequenter etiam in Hiſpanica & Italica *aurum, argentum-que* pro pecunia uſurpatur.

Al-

Albus.

Albus Color ſignificat puritatem.

Conſcientiæ puritatem ſignificat, unde *Purus*, & *Albus* eſſe videntur æquipollentia nomina; nam Virgilius Æneid. 12. *puram* vocauit veſtem albam.

Procedit caſtris, puraque in veſte Sacerdos.

Servit in Nuptiis.

Et etiam *niveus* appellatur, & *lacteus*. Claudianus in 4. Conſul. Honorii.

Atq; inter niveas altè veherere cohortes.

Nuptialis etiam Color eſt. Cicero reprehendens Vacinium, quod in celebri illo cōvivio, quod apparatat Q. Arrius, atratus, hoc eſt, indutus veſte nigra accubuiſſet, cum debuiſſet alba: pro her verl is Domini lucem; illa enim Chriſti verba, *Amice, cur huc intraſti non habens veſtem nuptialem?* æquipollent his, *Cur huc Amice intraviſti, veſtem albam non habens.*

Felicitatem concernit.

Proſperitatem etiam denotat. Eccl. 9. *Quia Deo placent opera tua omni tempore, ſint veſtimenta candida.*

In Domini noſtri Reſurrectione (Marc. 16. a. 1) Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Ieſum. &c. Et introeuntes in monumentum invenerunt Iuvenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt. Qui dixit illis. *Ieſum quæritis Crucifixum. Surrexit; non eſt hic: ecce locus, ubi poſuerunt eum.* Quæ verba S. Gregorius homil. 21. in Evang. hoc ſcholio dilucidat. *Angelus, qui nunciare perennem ejus vitam venerat, in dextera ſedebat; & ſtola candida coopertus apparuit, quia feſtivitatis noſtræ gaudia nunciavit.* Nam veſtium candor erat lingua qua ille dicebat,

Cur Angelus in Reſurrectione Domini apparuerit ſub veſtibus albis?

Proſpera lux oritur, linguiſq; animiſq; favete,

Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

Albedo pro æterna Beatitudine.

Albedo ſumitur pro Gloria, unde Gloriæ dotes, quibus Iuſti in Empyreo beantur Apocal. 6. *albæ ſtola* dicuntur. Ita Gloſſa & Lyranus.

Pro Baptiſmo.

Etiam pro Baptiſmo aliquandò: nam Equus albus Apoc. 6. Eccleſiam Baptiſmatis undis dealbatam, & purgatam ſignificat. D. Thomas, & Gloſſa.

Polymnia.

Pro Prædicatione.

Quia autem Oecumenius hunc Equum Prædicationis eſſe ſymbolū aſſerit, monemur, ſummo candore debere vociferari contra vitia, quin detegamus reos, aut aliquam perſonam denigremus.

Pro Chriſto.

Illa Apoc. 19. verba, *Ecce Equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur Fidelis, Verax*. poſtulant, ut quis ſit iſte, qui Fidelis & Verax dicitur, intelligamus. Rupertus Apoc. 6 & 19. Chriſtum eſſe reſpondet; ipſe enim Fidelis & Verax ſolus eſt, qui præter Chriſtum, *Omnis homo mendax*, ut Davides teſtatur. [Gloſſa *equi albi* nomine Chriſti Domini intelligit humanitatem.]

Pro Monarchia Græcorum.

Græcos denique Color Albus ſignificat: nam Zachar. 1. Equorum albrorum imagine Græcorum imperium indicavit.

Pro lepra.

Quia è lepra profluit ſanies alba [Levit. 13. *Si color albus in cute fuerit*] aliquando Color Albus accipitur in malam partem.

Aëreus.

An Aer colorē habeat?

Areum inter Colores recenſeri debere, probat aliquorum opinione Cæleſtium Stellarum refractio, quæ evenire non poſſet, ſi Aër nullo prorſus phaſmate inficeretur.

Aëreus ſonat rem altam. Virgilius Georg. 4.

Arbores aereæ.

Nec gemere aërea ceſſabit turtur ab ulmo.

Montes aerei.

Et hanc ob rem idem Maro Georg. 3. Alpes *aëreas* nominaverat.

In aerem laborare.

Labor etiam inutilis hoc Colore ſolet ſignificari: quamobrem *in aërem loqui*, aut *aërem loquendo verberare*, eſt laborare in caſſum, & ſine ullo fructu vociferari. Et hac phraſi 1. Corinth. 9. & 14. uſus fuit D. Paulus, cum enim dicit *aërem verberare*, qui à Plauto in Aſin. aut etiam alibi, *Lavare Æthiopem*, *Piſcari in aëre*, aut *In mari venari* diceretur. Vnde apud Hiſpanos *Coſa del Ayre* dicitur, quæ nullam ſpeciem veritatis, aut poſſibilitatis habet.

Hiſp. Coſa del Ayre.

Aer pro ſono.

Aer pro ſono legitur. Varro. *Anima concluſa in veſica, quando eſt arctè ligata, ſi perculeris, aera reddet.*

Cryſtallinus.

Cryſtallus unde dicatur?

KΡύςαλλος dicta eſt Græcè παρὰ τὸ ςήλλεσθαι ὑπὸ τȢ κρύȢς. ab eo quod gelu contrahatur. Plinius lib. 37. cap. 2. *Contraria huic cauſa Cryſtallum facit, gelu vehementiore concreto. Nec alicubi certè reperitur, quàm ubi maximè hyberna nives rigent, glaciemq; eſſe certum eſt: undè & Græci nomen dedere.* Videtur Plinius legiſſe illud Eccl. *Gelabit Cryſtallus ab aqua.*

Significat abũdantiam,

Grandinem, bucellam, & ſaturitatem importat, canit enim Propheta pſalm. 147. *Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas.*

Etiam Celſitudinem & Majeſtatem,

Pro Celſitudine, Altitudine, aut etiam Majeſtate Ezech. 1. uſurpatur. Ibi enim legitur. *Et ſimilitudo ſuper capita Animalium Firmamenti, quaſi adſpectus Cryſtalli.* quaſi ſpecies rei magnificæ & ſummæ Celſitudinis & Majeſtatis.

Nec non Puritatem,

Pro Puritate etiam. Apocalypſ. 22. *Oſtendit mihi fluvium aquæ vivæ, ſplendidum tanquam Cryſtallum.*

& tãdem Baptiſmum.

Et denique Cryſtallus ſumitur pro Baptiſmo. Apocal. 4. *Et in conſpectu Sedis Mare vitreum* (Hiſp. *La Pila del Bantiſmo*) *ſimile Cryſtallo.* Sic enim hunc locum intelligunt Gloſſa, Beda, Richardus, Anſelmus, Aretas, Tychonius, & alii.

Vitreus.

Vitrum ſignificat puritatem

V*itrum* ſplendorem ſignificat. Ovidius epiſt. 21.

> *Lucidus eſt, vitroq; magis perlucidus amnis.*

unde pro vitæ puritate aliquando uſurpatur.

& inconſtantiam.

Interdum inconſtantiam, & fragilitatem, Seneca. *Fortuna vitrea eſt, dum ſplendet, frangitur.* Et Horatius ſerm. 2. Satyr. 3.

> *Et furioſus erit, cepit quem vitrea Fama.*

Homo vitreus, qualis?

Sed & *Vitreus* ille dicitur, qui ex quacumque cauſa, vel levi iraſcitur; unde dicunt Hiſpani, *Fulano es de vidrio.* hoc eſt, *Facilè exardeſcit in iram.*

Aqueus.

Aqua, unde dicatur?

AQVA eſſe primum elementum credidit Nomenclator; quoniam res, à *qua* ceteræ omnes eductæ, ejus ſententia. *Aqua* debuit vocari.

Aquæ Supremos Principes ſignificant.

Aquæ ſumuntur pro Principibus. Vnde pſalm. 103. dixit David, *Super montes ſtabunt aquæ*, hoc eſt, *Adhuc ſuper Proceres Magnateſq; ſtabunt Principes, Reges, & Imperatores, qui eos gubernent.* Et eodem ſenſu loquutus eſt Iob. 26. cum dixit, *Gigantes gemuerunt ſub aquis*, nam Gigantes Reipublicæ (hoc eſt, Magnates) habere debent Superiores ſub quorum correctione gemant, ſi audeant exorbitare. Sunt enim & pulchra, & vera illa verba Lycurgi, *Reſpublica, aut jam periit, aut citò peritura eſt, ſi in ea alicui, quantumvis maximo, liceat peccare impunè.*

Quid de Republica dicendum ſit, in qua Proceres peccant impunè?

De Aquis calidis.

Aquæ calidæ paſſim accipiuntur pro balneis, tàm in Sacris, quàm in Humanis libris. Vide Geneſ. 33.

De Aquis Amaris. Cur Sãctæ nuncupatæ ſint?

Aquæ amariſſimæ in bonam partẽ ſumptæ Sanctitatem concernunt: nam hæ ipſæ, quæ num. 5. *amaræ* dictæ, poſteà ſanctæ vocantur. Sed cur? Multæ ſunt Doctorum Opiniones: breviter præcipuas recenſebo. Has ideò aquas *ſanctas* vocari Rabbi Salomon apud Lyranum aſſerit, quod in balneo æneo ex ſpeculis mulierum facto reciperentur. Nomen Dei יהוה in ſcheda ſcriptum includerent, *Sanctas* dici libr. 3. Antiq. cap. 14. aſſeverat Ioſephus. Et tandem ideo hoc habere nomen exiſtimat Carthuſianus Dionyſius, quod in Atrio Sancto Sacrificiis ſervirent, & Deo offerrentur.

An Aquæ amaræ fuerint calidæ?

Has aquas amariſſimas fuiſſe aſſerunt univerſi; at calidas eas fuiſſe negant aliqui exiſtimantes *calidas* per metonymiam dici; ab affectu nimirùm; quo videlicet ſenſu Mortem *pallidam* dicimus, non quod pallida ſit, ſed quod pallidos faciat. Narratur enim num. 5. has aquas propinari fœminæ de adulterio ſuſpectæ; quæ ſi erat innocens, nullum nocumentum ſentiſcebat; ſi verò adulterii crimine maculata, ac ſi hauſiſſet ignem comburebatur.

Quomodo per illas adulteræ examinarẽtur?

De lege Caldaria.

Hinc occaſionem ſumpſit apud Hiſpanos Lex Caldaria, quam apud alias gentes fuiſſe in uſu non ſcio. Vi hujus legis præmiſſo juramento fœmina in aquam (calidam, aut frigidam) immittere manum jubebatur, ut Deus miraculosè oſtenderet an eſſet illa adulterio, & perjurio polluta. Fulgoſus libr. 18. cap. 1.

nar-

narrat, fæminam cum ad examen delati criminis manum in aquam frigidam immiſiſſet, extraxiſſe combuſtam. Hæc Lex paulatim etiam ad Viros, & ad quæcumque crimina, quæ humanitùs probari non poterant, extenſa eſt. Habemus celebre exemplum in Gallecia: nam ibi quidam Ruſticus dives Superatenſe Monaſterium, quod Ordinis Ciſterclenſis eſt, armata manu invaſit; mundumq; ſacrum è ſacriſtia, & altaribus auferens, in locum ſecurum, & occultum tranſvexit. Abbas, zelo Dei commotus, tam grave ſacrilegium manere impunitum non ferens, ad ſuperiores cauſam detulit, & Iuſtitiam exclamat. Ridet Ruſticus; tenebris ſub quibus commiſerat crimen confidens: nulli præter Monachos poterant eſſe teſtes, qui in cauſa propria nil concludere poterant, & ubi multa ſuſpicabantur, nil ſciebant certò quod poſſent ut teſtes oculati deponere. Multum deferebant Iudices ſanctitati Prælati; non tamen ob eam poterant contra præſcriptum Iuris Ruſticum condemnare. Interim quia quantum per leges licebat, premebant Ruſticum; hic ad legem appellavit Caldariam probandi onus in Abbatem exonerans. Ille admiſit libenter Poſtridie in cacabum paratum à Carnifice, cujus aqua ferventiſſima erat manum immiſit Abbas, nec illam extrahit donec poſt longum tempus ex mandato Iudicum illam extraxit: Illæſam ſanè: Domino cooperante, & ſermonem Abbatis eſſe verum confirmante hoc mirabili ſigno. Prodigii hujus virtute convictus Ruſticus veritatem fatetur, divitias ablatas cogitur reſtituere, & tandem laqueo condemnatur.

Proponitur Hiſtoria mirabilis.

Quia tentare Deum eſt ſine neceſſitate poſtulare miracula, Antiquata fuit in Hiſpania iſta lex, Iuſſique Iudices proferre ſententias ſecundum allegata & probata.

Aqua eſt Sacra Sciptura: quoniã S. Gregorius illud Cant 4. *Fons hortorum; puteus aquarum viventium* dilucidans, *Fontis*, & *Putei* nomine Sacram Scripturam intelligit; quæ quidem propter ubertatem meritò nomen *Fontis* obtinuit: *Hortuſq;* eſt propter ſententiarum decorem; propter altitudinem *puteus*; & propter gratias, quas impertitur lectæ, *aquæ ſimilis vivificantis*. Gregorioque adhærent Hieronymus & Theodoretus. Confirmabo hanc doctrinam duos locos Sacræ Scripturæ componendo. In Zacharia enim lego, *In die illa exibunt aquæ vivæ de Hieruſalem*, & Iſaiæ 1. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem*. Ergo, quas alter Propheta *aquas vivas*, alter *legem*, & *Domini verbum* appellat.

Aqua Sacram Scripturam ſignificant.

Quales Hortos irrigent?

Cur vivæ dicantur?

Tribulationes *aquarum* nomine intelligebat David, qui pſalm. 113. dicebat, *Forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem*. & alio in loco. *Tranſivimus per ignem, & aquam, & reduxiſti nos in refrigerium*.

Aqua intolerabilis, quæ?

Aqua etiam interdum ſtat pro iniquitate, nam Eccl. 26. fornicaria illa mulier, dicitur *ab omni aqua* (hoc eſt, ab omni iniquitate) *bibere*. Et Geneſ. 49. *Effuſus es ſicut aqua*, hoc eſt, peccaſti; te per omnia peccatorum genera diffudiſti. Ita Gloſſa, Ianſonius, & Lyranus.

Bibere ex omni aqua *quid ſit?*

Color Aureus, Obryzum!

ἄβρυζον Aurum puriſſimum.

AVrum, metallum perfectiſſimũ, multarum rerum (bonarum, & malarum) eſt cauſa: eleemoſynas enim, & opera pia illi non unquam faciunt, qui auro abundant: multaq; egeni crimina, ut illud adquirant, committunt. Vnde propter pericula, quibus divitiæ congeruntur, & congeſtæ ſervantur, monet is Deuter. 7. illis verbis, *Non concupiſces*. Quæ Veritas tam eſt manifeſta, ut ab ipſiſmet Ethnicis fuerit in triviis decantata.

Tritum enim eſt illud.

Virgilius.

— *Quid non mortalia pectora cogis*
Auri ſacra fames?

Et illud

Horatius.

O cives, cives: quærenda pecunia primum eſt:
Virtus poſt nummos.

Quam ob rem Aurũ in Sacra Scriptura ſignificationes multas habet.

Supernaturalis perfectio, per eſſentiam in Deo, ut nobis per participationem invenitur. Vt utriuſq; præſtantiam Sacra Pagina exponat, cum Auro componit, & comparat. Pſalm. 18. canebat David agens de Divina Iuſtitia. *Iudicia Domini.... deſiderabilia ſuper aurum*. de Humana autem Iob. 23. dicens. *Probavit me ut aurum*. Et hæc phraſis Scriptoribus Chriſtianis, & Ethnicis placuit, Viros enim conſpicuos, *ut aurum probatos fuiſſe* aſſerunt, & improbos cum plumbo componunt. D. Benedictus cap. 1. Sanctæ Regulæ Sara-

Aurum *pro ſupernaturalitate*.

Digitized by Google

Qui ſint velut aurum probati?

Sarabaitas (quo nomine quoſdam Pſeudomonachos ſignat, qui ſuo evo erant univerſis ſcandalo) depingit & incriminatur his verbis. *Tertium verò Monachorum genus eſt Sarabaitorum, qui nulla Regula approbati (nec) experientia Magiſtri ſicut aurum fornacis, ſed in plumbi natura molliti, adhuc operibus ſervantes ſæculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur.* Et hoc loquendi ſchemate Cicero in epiſt. famil. Pindarus in Nemeis etiam olim ſunt uſi, dicunt enim veros debere amicos, ut aurum in fornace, probari.

Qui velut plũbum molliti?

De Sarabaitis. Quales Monachi fuerint?

Aurum pro Beatitudine.

Gratiam, Charitatem, & Gloriam *Auri* nomine intelligebat, qui clamabat Apocalypſ. 3. *Suadeo tibi à me emere aurum.* Auguſtinus, Beda, Rupertus, D. Thomas.

Pro Prophetia.

Prophetiam, & Prophetas *Aurum ſelectum* eſſe volunt Paraphraſtes Chaldæus; & ex Latinis Gloſſa, & S. Gregorius.

Pro Catechiſmo.

Deniq; κατ' ἐξοχὴν *Auri* nomine ſignatur Chriſtus, unde illud Cant. 5. *Super baſes aureas* Rupertus & alii Patres dilucidantes eſſe Chriſti merita aſſerunt baſes, quibus fundatur Eccleſiæ Orthodoxæ ſecuritas.

An, & quando in malam partem uſurpetur vox aurum?

Et quia, ut ſub initium dicebamus, multi divitiis abutuntur, *Aurum* aliquando accipitur in malam partem, unde Hierem. 5. dicitur, *Calix Aureus Babylon.*

Color Flammeus, Igneus.

Ignis ſymbolum Gratia & Charitatis.

IGnis eſt ſimilis Charitatis, & Gratiæ, nam ſicut ille aurum expurgat, ita hæ animas emaculat. Roman. 8. *Qui ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filii Dei, & lampades ignis, atq; flammarum.* Quoniam per Gratię ignem, & Charitatis flammam ardent, & lucent. Ardent, quia Amoris Divini incendiis ęſtuant: lucent, quia immaculatæ vitæ exemplo cæteros inſtituunt, & dirigunt. Et huc pertinet illud Deut. 4. *Deus, ignis conſumens eſt.* Quoniam Deus Charitas eſt; & qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et quidem Charitas ignis comburens eſt; quoniam ipſa *operit* (delet, conſumit, & expellit) *multitudinem peccatorum.*

Quinam ardeant & lucent?

1. Ioann. 4. c. 16.

An, & quo ſenſu Angeli vocentur ignei?

Davides pſal. 103. *ignis* ſymbolo depinxit Angelos; cecinit enim, *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & Miniſtros ſuos ignem urentem.* vel ut legit Apoſtolus *flammam ignis.*

Ab igne *fumus* oritur, & hujus nomine furor, & ira denotatur. 2. Reg. 28. *Adſcendit fumus è naribus ejus.* Quod Orationis ſchema etiam in aliis linguis reperitur, ut enim iratum eſſe aliquem ſignificemus, Hiſpani etiamnum dicimus, *A fulano ſe le ſubió el humo a las narizes.*

Quid Fumus ſignificet?

Quid apud Hiſpanos ſit ſubirſe el humo a las narizes?

Color Pallidus.

Pallor quid ſignificet?

SYmbolum eſt Triſtitiæ & Metus. Ovidius libr. 11. Metamorph.

—— *Buxoq; ſimillimus ora*
Pallor obit, lachrymiſq; gena maduere profuſis.

Cicero 14. Tuſc. *Terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus conſequitur.*

Etiam apud latinos ſaltem poteſtate eſt vox Hebræorũ *Hiphil*; ideò enim mors pallere dicitur, quia pallidos facit.

Etiam ſilentii index eſt *Pallor*, quoniam triſtitiam metumq; taciturnitas concomitatur. Virgilius 4. Æneid.

Hac effata ſilet: Pallor ſimul occupat ora.

Conſonat Archirrenius, qui metum cum ſilentio conjungit.

Anxietas, tacitique metus, & nota voluntas.

Et Mors *pallida* dicitur, quia pallidos facit. Horatius 1. Carm. 4.

Pallida Mors æquo pulſat pede, pauperum tabernas
Regumq; turres.

Mantuanus.

Pallida præteriti ſpatium Mors occupat ævi.

Cimbriacus conſonat, inquit enim,

—— *Et pallenti condere tela*
Morte cruenta manu.

Color Croceus.

Fabula Croci.

CRocus, ut Poëtæ fabulantur, puer fuit, qui cùm ſimilacem puellam ſpecioſam, ferventiſſimè arderet, amoris impatientia fuit in Florem converſus, qui etiam *Crocus* vocatur.

Et Crocon in parvos verſum cum ſimilace flores.

Quis flos Crocus ſit?

Hæc herba aromatica eſt, & quia pulchra à radice ספר Scaphar, pulchrum eſſe nominatur אל שפרך Al Sçaphar, unde à Medicis, & Pharmacopœis Safranum dicitur. Et Hiſpani, qui in multis nominibus

Sçaphar.

Arabi-

Digitized by Google

Arabicum Articulum nominis partem eſſe juſſimus, & adhuc poſtea noſtrum addimus, hoc aroma dicimus *el açafran*.

Hiſpanus Arabicorum Nominum Articulos retinet, & proprios ſuperaddit.

In Sacris Literis *Croci* nomine Sapientia Dei ſignificatur. Gloſſa ſuper illud Cant. 4. *Nardus & Crocus* ſcribit. *Crocus coloris aurei mentes ſignificat divina præditas ſapientia.*

Quid Crocus myſticè ſignificet?

Sed eodem S. Thomas nomine mavult Charitatem intelligere, inquit enim, *Crocus aurei coloris eſt; & ideò ſignificat Charitatem; & quemadmodum Crocus febres ignitas refrigerare dicitur, ſic Charitas ardorem Concupiſcentiæ ſæcularis refrigerat.*

Color Luridus.

Luridus, unde dicatur?

DIcitur quaſi *lividus*. Qui enim percuſſi ſunt maculantur plagis lividis, quas *luridas* vocavit Plautus in Capt. ſcen. 4. act. 3. Canit Horatius lib. 3. Carm.

Quid ſignificet?

Mareíque partus fulmine luridum
Miſſos ad Orcum.

Et ſumitur *luridus* pro pernitioſo. Ovidius Metamorph. 1.

Lurida terribiles miſcent aconita novercæ.

Luridus pro putrido.

Et eodem ſenſu accipe illud Metamorph. 15.

—— Solis quoq; triſtis imago
Lurida ſolicitis præbebat lumina terris.

Et Horatius 4. Carm. 13. *luridum* ſcripſit pro purrido.

—— Et refugit te, quia luridi
Dentes, te quia rugæ turpant, & capitis nives.

Lucretii locus exponitur.

Sed quid Lucretio in mentem venerat, cum libr. 4. Philoſophiam exponebat carminibus, canebatq;

Lurida præterea fiunt quæcumque tuentur
Arquati: quia luroris de corpore eorum
Semina multa fluunt ſimulacris obvia rerum.

Dicam. Arcum antiqui ſcribebant per Q. & Arquus nomen eſt morbi. Celſus libr. 3. cap. 14. *Æquè notus eſt morbus, quem interdum* arquatum, *interdum* regium *nominant*. Et nominum rationem ex Varrone affert Plinius libr. 2. cap. 24. dicens, *Varro* Regium *cognominatum morbum* arquatum *tradit, quoniam curetur mulſo.*

De Morbo Regio. Cur ita nominetur?

Et cur à mulſo *Regius* dicitur, quoniam mulſum eſt Deorum, & Regum potus. Martialis.

Regum potus, qualis?

Attica Nectareo turbatis mella falerno:
Miſceri decet hoc à Ganymede merum.

Et hinc fortè *Mulſum* nomen habet. Præſtat enim illud à voce Hebraica, MELEK, quæ ſignificat Regem, quàm à Latinis verbis *mulceo*, & *mulgeo*, quæ nihil prorſus habent cum Regis dignitate commune. Et huc reſpexiſſet, ut exiſtimo Naſo, ſi fuiſſet peritus Linguæ Hebraicæ, quoniam, ut rationem præberet, ob quam morbus hic *Regius* appellaretur, cauſam nimis generalem propoſuit, & quæ pleriſq; omnibus morbis poſſit appropriari ſi velis; jubet enim hanc informitatem *Regiam* dici,

An à Radice MELEK dicatur Mulſum?

Molliter excelſa quoniam curatur in aula.

Morbus Ictericus.

Hic morbus à Medicis vocatur *ictericus*, & ſolet animantes inficere. Columella libr. 7. *Bilis, æſtivo tempore non minima pernities, potione depellitur humana veteris urina; quæ ipſa remedio eſt etiam pecori arcuato.*

Color Melleus.

Quid ſit Mel? An ab Apibus fiat? An aliàs inventum ab ipſis ad favos feratur?

MIrabilis eſt Mellis conditio. Originem primam debet Cælo: unde *Syderum ſaliva*, & *Succus aëris* à nonnullis vocatur. Et quidem ſublucanis temporibus ſub primam Auroram arborum folia melle roſcida inveniuntur. Hunc ſuccum capiunt Apes, in ventriculis colore nativo elaborant, & ore reddunt. Eſt autem ſub initium ut aqua dilutum; & primis diebus fervet ut muſtum, ſeque purgat: vigeſimo coaleſcit: mox obducitur tenui membrana, quæ fervoris ipſius ſpuma concreſcit. Et quia mella æſtiva ab hybernis differunt perfectione, ait Virgilius.

—— Hinc Cæli tempore certo
Dulcia mella premas.

Virgil. Geor. 4.

Cur lex Divina comparetur cum melle?

Transfertur ad legum ſuavitatem. Divinas enim cum melle, & favo componit Rex Davides, & pſal. 18. 11. ait *Iudicia Domini vera, juſtificata in ſemetipſa; deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multùm; & dulciora ſuper mel & favum.*

Cur Amicus vocetur Mel?

Latinus, quem amat *Mel ſuum* nominat. Plautus in Muſt. ſcen. 4.

act.

act.1. *Tuus ſum alumnus, Mel meum.* Et idem, & in Curcul. ſcen.3.act.1. & rurſus in Pſeud. ſcen.4. act.2. *Mel meum, anime mi.* Et huc etiam pertinet illa, O! *melle dulci dulcior mihi tu es.* quæ in Aſin. ſcen. 3. act. 3. leguntur.

Eloquium Melleum.
Cur S. Bernardus appelletur Mellifluus?

Quia eloquium, ſi facundum, & dulce, *Melleum* dicitur [Auſonius. *Et melleo dilibutus eloquio, jam tertiu Neſtor ætatis.*] Vnde D. Bernardus, ob Eloquentiæ ſuavitatem appellatur *Mellifluus.*

An aliquando ſub verbis mellitis lateat amarus animus?

At in Trucul. monet Plautus non eſſe ſemper Eloquentiæ fidendum, ſunt enim qui dulcibus verbis ut amara liberiùs operentur viam aperiunt; & ad eos orationem convertens, ait. *In melle ſunt linguæ veſtræ ſitæ, atq; orationes; corda in felle ſunt ſita.*

Color Pullus.

Color Pullus in funere.
Albus in nuptiis.

ILLO Antiqui in funeribus, & tempore mœroris utebantur, nam in Conviviis requirebantur veſtes albæ. Cicero in Vaticinium. *Atque id etiam à te ſcire cupio, quo conſilio, aut qua mente feceris, ut in epulo Q. Arrii, familiaris mei, cum toga pulla accumberes.* Vide quid de hoc ipſo Caſu diximus cum de Colore Albo agebamus.

Color Byſſinus.

Quid Byſſus *ſit? & ubi naſcatur?*

BYſſus eſt lini ſubtiliſſimi ſpecies: ex quo pretioſiſſimæ texuntur veſtes, quæ *Byſſina* appellantur. Præcipuus aſſerente Ioſepho in Iudæa naſcitur: cui neſciam an poſthabere Elæum (qui ad Elidem Græciæ civitatem colligitur) nam ſi colore eſt inferior, eſt tenuitate & perſpicuitate præſtantior. Ejus tenuitatem commendat Apullejus lib.11. dicens, *Multicolor, byſſo tenui prætexta.* Candorem Mantuanus.

Sub byſſo candente trucem fumante volebat
Thure coli.

Guill.Caſtell.

Idem, & canenti byſſo, cæniſq; ſuperbus.

Quid ſignificet Myſticè?

Apud Eccleſiaſtas *Carnem* & *Cor* ſignificat. Ita Beda, qui à Gloſſa Exod. 25. productus, ait, *Byſſus retorquetur in cortinas tabernaculi; quia lumbi carnis, & mentis reſtringendi ſunt, ut caro à laſcivis motibus, & cor reſecetur à cogitationibus.*

Sonat Iuſtificationem.

Apud S.Ioannem in Apoc.19. ſumitur pro *Iuſtificatione.* ibi enim lego. *Venerunt Nuptiæ Agni, & Vxor ejus præparavit ſe; & datum eſt illi, ut operiatur byſſino ſplendenti; quæ ſunt juſtificationes Sanctorum.* In Græco eſt τὰ δικαιώματα τῶν ἁγίων. Eſt autem δίκη *Iuſtitia*, unde δικαιώματά τὰ, *bene facta*, Hiſp. *las buenas obras.*

Etiam bona opera.

Videtur tela illa, ex qua Hiſpani conficiunt, quos Mantos de Gloria *appellant, eſſe byſſo ſimillima.*

Sed cur, quæſo, bona Sanctorum opera byſſinæ veſti comparantur? Quia byſſinæ veſtes nihil celant, ita enim ornant, ut inferiora corporis ornamenta videri & cognoſci permittant. Mantuanus.

Longa ſub albenti relabens purpura byſſo.

Et id poſtulat, & requirit Synceritas; ut ſicut purpura ſub byſſo apparet, ſic intentio in opere exteriori eluceſcat. Et contraria eſt Hypocriſis, quæ in mera ſuperficie conſiſtit, & ſub ſpecie boni operis animum improbum, & intentionem maleſuadam obvelat.

Sinceritatis & Hypocriſeos differentia.

Eſt tam ſubtilis Byſſus, ut, ſi incautè tangitur, frangatur; & ideò eſt Caſtitatis ſymbolum. Ita Gloſſa, & Nicolaus de Lyra Matthæi quintum dilucidantes.

Huc pertinet pulchra illa, ſed cogitata hiſtoria, quam Vitruvius Pollio in Prologo libri tertii recenſet.

Byſſus pro Pœnitentia.

Et ibidem Beda per *Byſſum* Pœnitentiam intelligit, & ait, *Byſſo induitur Eccleſia, cùm caſtigans Iuſti corpora ſua Charitatis ardore.* Et hic redit paragraphi præcedentis conceptus; nam Pœnitentia, ut Virtus ſit, non tolerat ſimulationem.

Color Viridis.

Cur Color viridis pro Spe ponatur?

QVIA arborum folia præbent Colono ſpem, fructuſq; tempore opportuno promittunt: ideò *Viridis Color*, quo folia imbuuntur, eſt *Spei* ſymbolum: unde, ut nuper audiviſtis, Alciatus, *Nos ſperare docet Viridis.*

Senex viridis apud latinos in bonam partem accipitur: in malam apud Hiſpanos viejo verde.

Senectus Viridis in bonam partem accipitur apud Latinos; & ætatem grandævam, ſed fortem, & robuſtam ſignificat: Charon apud Virgilium *Æneid.6.* carinam dirigit

Iam ſenior, ſed cruda Deo viridiſq; ſenecta eſt.

At apud Hiſpanos, ſenem laſcivum, & vitioſum *Viejo verde* ſignificat.

Quinam homines vocentur Pſittaci?

Viridis etiam Pſittacorum eſt color; &, quia hi ſunt garruli, & dicunt, quæ minimè intelligunt, pro illo-

An hæc Avis congeneres ſpecies habeat?

illorum temeritate ſumi ſoler, qui de rebus, quas neſciunt, dextrorſum ſiniſtrorſum definiunt. Plinius libr. 10. cap. 40. *Super omnia humanas voces reddunt Pſittaci; & quidem ſermocinantes. India autem hanc mittit; Pſittacen vocat; viridem toto corpore torque tantum miniato in cervice diſtinctam. Imperatores ſalutat; & quæ accipit, verba pronunciat.* Martialis libr. 14. fingit hanc Avem habere aliquas ſpecies ingenitas vocabulorum; ſcribir enim,

Pſittacus à vobis aliorum nomina diſco;
Hoc per me didici dicere. Cæſar ave.

An Pſittacus evomere poſſit injurias?

At ſcitè Paſſeratius ait, *Et Corvus, & Pſittacus nihil aliud quam quod didicerunt, pronunciant: ſi convitia docueris, convitiabitur, diebus, & noctibus perſtrepens maledictis*; & tamen, neſciens quid dicat, multis eſſe poteſt nocivus. Vide Plinium libr. 10. citato cap. 42. Varronem lib. 3. de re ruſtic. cap. 9. & alios, qui de hiſt. animal. ſcripſere. Hinc hodie loquuruleus qui multa verba imprudenter & inepte profundit, Latinè *Pſittacus*, Hiſpanicè *un Papagayo*, aut etiam *un Papagallo* nominatur.

La Aſna de Balaan, quid apud Hiſpanos ſignificet?

Et quia Senatorem, aut Concionatorem indoctum Hiſpani *la Aſna de Balaan* nominamus, doctrinæ ſimilitudo poſtulat, ut hiſtoriam dilucidem. Attenduntо.

Superato Iordane Ioſue triumphalia vexilla in Gentes à Deo ultima ſententia condemnatas ſumma generoſitate, & felicitate promovebat. Rebus in diſcrimine poſitis Balacus Sephoris filius Num. 12. qui erat Moabitarum ea tempeſtate Regulus Comitia celebrat, ut reſciat, quibus armis poſſit Iudæorum exercitui, regionem inundanti reſiſtere, Et omnes in eam ſententiam communi conſilio confluxerunt,

Ut quos humana Principes arcere phalange
Non poterat, delere velit Cœleſtibus armis.

Ergo miſit Rex ad Balaam, Ariolum qui dicerent, *Veni & maledic Populo huic, quia fortior me eſt: ſi quo modo poſſim percutere, & ejicere eum de terra: novi enim, quod benedictus ſit cui benedixeris, & maledictus, in quem maledicta congeſſeris.* Venerunt ad Balaam Legati: & ipſe Deum conſuluit, ut diſceret, quid eis reſpon-

Recurrendum eſt ad Deum in quibuſcumque neceſſitatibus, & tunc præcipuè cùm deficiunt humanæ vires. Et hic ad rem & pulchra ſunt Philonis Iudæi verba qui in carcerem à Caligula Imperatore truſus, & ab amicis deſertus ad famulos ſuos periculi & miſeriæ conſortes converſus ait, Bono animo eſtote, quibus iratus eſt Cajus; non enim deſperare poteſt divinum auxilium, ubi nullũ eſt humanum ſubſidium. Debebat ergo Balacus illius Provinciæ Regulus non maledicere Dei populo, ſed ſe humiliare Sũmo Numini & Miſericordiam implorare.

deret. Et Balaamo Dominus, *Noli ire cum eis; neque maledicere populo; quia benedictus eſt.* Qui manè conſurgens ad Regem illos hoc reſponſo dimiſit. Remiſit illos iterum Rex montes aureos promittens. Et Balaam, quia largitione munerum alliciebatur, deſiderans obtinere reſponſum, quod avaritiam ſuam non præpediret, iterum conſuluit Deum, & Oraculum iſtud obtinuit. *Surge; & [a] non vades cum eis, ſed dumtaxat, quod tibi præcepero, facies.* Surrexit autem Balaam manè, & ſtrata aſina ſua profectus eſt cum eis. Iraſcitur contra temeritatem inobediẽtis viri Deus, & immiſit Angelum, qui ſtricto gladio illum retunderet. Erat Balaam homo cujus obturati erant oculi [b] & non videbat Angelum obſiſtentem. Aſina, quæ proſpectabat eum perculſa horrore, jam in unum, jam in alterum ſe latus proripiens, effugiebat; & tandem cùm ulterius progredi non permitteretur, in terram corruit. Et quia à Balaamo crudeliſſimè verberabatur, Deo ſic permittente, loquitur, & ſic inquit. *Quid feci tibi? Cur percutis me, ecce jam tertiò.* Si mirum fuit hanc animantem loqui; mihi & mirum videtur non horruiſſe Balaamũ, ſed ſedato potuiſſe animo cum illa diſſerere, & contendere. Reſpondit autem Aſinæ, *Quia meruiſti; & illuſiſti mihi. Utinam haberem gladium, ut te percuterem.* Non evacuavit dubium ab Aſina propoſitum hæc reſponſio, & ideò inſtat adhuc, & ait, *Non-ne animal tuum ſum, cui ſemper ſedere conſueviſti uſq; in præſentem diem? Dic quid* [d] *ſimile unquam fecerim tibi?* Et quid ad hæc Balaam? *Nunquam.* [Audiant ergo, qui dicunt *Fidem* Hæreticis non eſſe ſervandam. Balaam, qui irrationali beſtiæ ſe veracem exhibuit, incriminatur omnes, qui mendaces, & fallaces ſunt erga infideles.] Aperuit autem Dominus oculos Balaami, viditque Angelum, qui præoccupabat viam: & deſcendens ex Aſina ad illius pedes provolutus adoravit eum. Et illi Angelus *Ego veni ut adverſarer tibi, quia perverſa eſt via tua, mihi contraria. Et niſi Aſina declinaſſet de via, dans locum reſiſtenti, te occidiſſem & illa viveret.* In ſe seductus Balaam exclamavit, *Peccavi*: &c. Et Angelus clauſit ſermonem dicens, *Vade cum*

Propheta & Aſinæ colloquiũ.

iſtis: & cave ne aliud quam præcepero tibi [c] *loquaris*. Ivit ergo Balaam cum Proceribus illis, & juſſus à Rege maledicere Iudæorum Copiis, Divina imperia humanis anteferens in illas cornu pleno Charites, & Gratias profudit.

Huc dubium ingreditur, An Aſina bene fuerit loqouta, &, ſi bene, cur bene loquuta fuerit cùm eſſet Aſina? Roales Doctor Salmanticenſis nõ ſine ingenio aliquando reſpondit, *La Aſna era Aſun: y hablò bien, porque lo que dixo, no lo pensò ella, ſino ſe la dieron penſado.*

Hæc eſt Balaamææ Aſinæ Hiſtoria, quæ ut benè intelligatur Quæſtionum aliquarum ſolutionem requirit. Illas propono.

a] Quæro Primò. *An Dominus, qui prima vice reſponderat Balaamo*, Noli ire cum eis. *Secunda vice* Surge, & vade cum eis, *an potius*, Surge & non vade cum eis, *dixerit?*

b] Quæro ſecundò, *An Balaam*, Homo cujus obturatus eſt oculus, *an verò* Vir apertum habens oculum, *vocari debeat?*

c] Quæro Tertiò, *An illuminationes Divinæ in mentes Prophetarum illapſæ, per modum naturæ illos neceſſitando, an per modum libertatis illæſam indifferentiam relinquendo, illos prædeterminaverint ad reſpondendum?*

d] Et denique quæro Quartò, *An-non Aſina benè fuerit loquuta? &* *Cur benè loquatur, cùm ſit Aſina?*

Reſpondeo ad Primum in Textu Hebraico legi, קום לך אתם Quę verba, ſi teneamus puncta poſita à Maſſorethis, erunt, QUM LEK ETHAM. *Surge: vade cum eis.*

Examinatur vera lectio Originalis Hebraici.

Et hanc Lectionem ſequitur Textus Græcus, nam ait, *ἀναςὰς ἀκολȣ́θησον αὐτοῖς. Surge, vade cum eis.* Occaſionem ſic transferendi præbuit verbulum illud לך, quod putarunt à Radice ילך IALAK, quæ eſt *vadere* provenire putarunt, & ideò pupugerunt, ut eſſet *Lek*. At, quia לא Lo eſt adverbium negandi & ſignificat *non*, affixaque more aliorum recipit adverbiorum לאך, & contractiùs LOKA, *non tu* hic commodiùs legetur. Et hanc eſſe legitimam illius vocis lectionem conſtat manifeſtè ex Contextu. Nã, ſi Deus Balaamo dixit, *Vade cum eis.* eundo cum eis bene fecerat ille, Quo modo in textu Hebraico legitur; *Iratus verò eſt furor Dei, quod ipſe iret cum illis?* Et quo modo illi Angelus, qui nomine Dei loquebatur, dicebat, *Ego veni, ut adverſarer tibi, quia perverſa eſt via tua, mihiq; contraria.* Ergo ſiquidem iratus eſt Dominus, quia eundo ad Regem cum nunciis ad ſe miſſis rem faciebat ſuæ voluntati contrariam, non fuerunt verba Dei *Vade cum illis*, ſed *Non tu cum illis*.

Hodie non reperiuntur in Hebræo Textu multa, quæ ante Chriſtum reperiebantur.

Reſpondeo ad ſecundum olim Num. 24. verſ. 3. & 15. ſcriptum fuiſſe UNEUM HAGEBER SETHUM HAAIN. *Et dixit vir clauſus oculo.* Et ſic ſeptuaginta Interpretum tempore legebatur, nam ſcripſerunt ſic. Φησὶν ὁ ἄνθρωπος ἀληϑινὸς [*] ὁρῶν. unde ſcripſit Vulgatus, *Dixit homo cujus obturatus eſt oculus.* Et ſic profectò debet legi; quoniam cap. 22. 31. legimus VAIEGAL IEOVA ETH EINEI BILAAM [::] *Et detexit Ieova oculos Bilaam.* unde Septuaginta Ἀπεκάλυψε γὰρ ὁ Θεὸς τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς Balaam. Erant ergo tecti, & clauſi. Ergo Textus antiquus, quem Græci, & Latini reddiderunt, verus erat. Ergo ab aliquo Sciolo corruptus eſt Textus Hebræus, in quo hodie habemus, UNEUM HAGEBER SÇETHUM HAAIN. *Et dixit Vir, apertum habens oculum.* A Sciolo corruptum eſſe Textum Hebræum dixi, & Scioli nomine intelligi volo unum ex illis, de quibus dixit Ariſtoteles, *Ad pauca reſpicientes, facilè decipiuntur.*

*] ἀλέω. *molo*. unde pro cæco ponitur, *qui habet oculos molitos.*

Balaam apertos an potiùs clauſos dicendus ſit habuiſſe oculos?

Quinam Scioli *vocari debeant?*

Sed dices, magno conſilio illum, quem voco Sciolum, proceſſiſſe: & ut probes reſtitutionem eſſe, quam corruptionem dixi, duas rationes producis. Et prima eſt. Prophetæ in Sacra Pagina non *Cæci*, ſed *Videntes* vocantur. Ergo Balaam, ſiquidem erat Dei Propheta non *Homo, cujus obturatus eſt oculus*, ſed *Vir apertum habens oculum vocandus erat.* Et eſt altera. Humani oculi obturantur divinitùs, ne aliquid videant, quod connaturaliter eſſent viſuri, ſi non obturarentur. At Balaam Angelum connaturaliter corporeis oculis videre non poterat, quoniam Angeli ſunt inviſibiles. Ergo obturaſſe, aut clauſiſſe Deum ejus oculos, ne poſſet Angelum videre, falſum eſt.

Prophetæ vocantur Videntes.

An Angeli corporeis oculis videri poſſint?

Sed ego ajo non urgere has rationes. Et Primæ occurro dicens, Prophetas in Sacris Literis *Videntes* appellari frequenter, non ob potentiæ viſivæ corporalis præſtantiam, ſed ob oculos mentis; futura enim ipſi non corporeis oculis prævident, ſed incorporeis proſpiciunt. Et ſecundæ ſatisfacio dicens, Angelos ſecundum proprias ſubſtantias quas habent, & ſecundum corpora, quæ adſumunt, poſſe conſiderari. Et addo conſideratos priori ſenſu eſſe humanitùs inviſibiles videriq; oculis corporeis non poſſe: ſed conſideratos poſteriori, eſſe viſibiles humanitùs, & corporeis oculis videri poſſe. Et hinc ipſammet Objectionem retorqueo. Corpus coloratum ex aëre conformaverat, & adſumpſerat

Quibus-nam oculis Prophetæ futura prævideant?

Angeli in aſſumptis corporibus nudis oculis videri poſſunt.

An-

Angelus, ut ab Aſina videri poſſet. At corpus, quod ab Aſina videbatur, videretur etiam à Balaamo, niſi oculi ejus divinitùs præpedirentur. Atqui ſub initium non videbat Angelum; habuit ergo oculos impeditos, donec divinitùs expedirentur.

Ex nominibus propriis evidenter colligitur Maſſorethas cùm addiderunt puncta literis mutaviſſe veteres pronunciationes.

His præmiſſis proderit Vatabli Commentarium audire. Sic enim ait. [*Dixit Bilaam*: ad verbum, *Dictum Bilaam*. Procemium eſt more Prophetarum. q.d. *Prophetia Bilaam filii Beor*: *Prophetia Viri, cujus apertus eſt oculus*. Qua loquutione innuit Balaam apertum eſſe oculum mentis ſuæ, ut videat, & intelligat, quæ certò futura ſint, quæ non ſint vana. q.d. Prophetia veri (veracis) non vani (fallacis) Prophetæ eſt. Quem ſenſum expreſſerunt etiam Septuaginta Interpretes his verbis, *Dixit homo verax*. Author Vulgatæ Editionis contrarium ſenſum habet vertens, *Dixit homo, cujus obturatus eſt oculus* deceptus videlicet ſimilitudine literarũ verbi SCATHAM, pro quo SATHAM, quod *obturare, claudere*, & *abſcondere* ſignificat, legiſſe videtur.]

Et ego in ejus verbis tria obſervo.

Vatabli corrigitur allucinatio.

Primum, Rabbinos mutaviſſe vocales: nam olim *Balaam* legebatur, ut ex Verſionibus apertè conſtat, & tamen hodie *Bilaam* legitur. Secundum Septuaginta Interpretum Interpretem, quo utebatur Vatablus adlucinatum fuiſse, & putaſse *αλητινον* eſse *αληθινον*, & ideò dixiſse *veracem*, quem *oculis captum* deberet: hodie enim in Græco *ὁ ανθρωπος αλητινὸς ὁρῶν* exhibent correctiora exemplaria, & hæc ipſa verba hiſce Latinè reddunt, *Homo, cujus obturatus eſt oculus*, *Non ergo Homo verax*, ut dicebat Vatablus. Tertium, non fuiſse deceptum Vulgatum, & SATHAM *claudere*, pro SCATHAM *aperire* legiſse. Sed ejus ævo in Bibliis fuiſse reverà vocem סתם, quam obliterarunt poſteriores Rabbini; & ejus loco alteram ſubſtituerunt.

Defenditur Textus vulgatus.

Et hæc ad ſecundum Argumentum reſpondiſse ſufficiat: quæ ut meliùs intelligantur, ut voces nonnullas exponamus poſtulare videntur. Attende.

In Ioannis Henrici Alſtedii Encyclopædiæ tom. 1. pag. 146. lego. [סתם *claudere*. Hinc *ςόμα*. &c.] Et meritò *ςόμα, ος*, à claudendo dicitur, ut moneamur, claudendum eſse os, & non niſi ex cauſa notabili poſse aperiri,

Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe loquutum.

Polymnia.

Radicem סתם ipſe non habet: ait autem [תכם *Perfici finiri*. Hine *ἕτοιμος, ἔτυμος, μαθέω, τέμνω*] Ergo ibi ס eſt ſervilis, & ponitur pro relativo אשר & תם THUM eſt in Pahul, quod non notaverunt Grammatici, qui jubent, ut dicamus תמום, THAMUM.

Præterea *αλήθεια*, *Veritas*, *αληθὴς* & *αλητινὸς verax*.

αλήθεια. αληθης. & αλητινὸς ἀλαός. λαειν: αλαωτὺς. ἀλέω α'λητον ὀρος & ὁρος ὁριζων

Et eſt *ἀλαός*. *Cæcus luſcus*. componiturque ex litera *α* privativa, & *λάειν*, *videre* [*αλεὸν νέφος*, *nubes obſcura*.] *ἀλαωτὺς, ύος. ἡ cæcitas.*

Et *ἀλέω molo*. [*ἄλητον molitum. farina*.] Vnde *ἀλητινός*, potiùs à *ἀλαός*, *cæcus*, quam ab *ἀλέω molo*, deduci debet.

Præterea *ὀρος* eſt *mons*, & *ὁρος terminus*, unde *ὁριζων circulus in ſphæra, qui viſum terminat*. Et in Optica ſumitur pro *colore*, quia viſum terminat. Ergo ad literam *ὁ ἀνθρωπος αλητινὸς ὁρῶν*, erit *Cæcus colorum*, *Qui nequit videre colores*.

Reſpondeo ad Tertium Divinas Illuminationes ſicut & Phyſicas Prędeterminationes à Thomiſtis aſsertas infallibiles eſse, nullam autem imponere hominibus neceſſitatem; quam ob rem prædeterminatus à Deo ad legendum, leget infallibiliter, & leget liberè, hoc eſt, ita leget, ut poſſit non legere. Et probant id manifeſtè Divina præcepta, fruſtra enim imponerentur hominibus, ſi facere non poſsent contrarium. Et agendo de Balaamo in ſingulari, produco locos, quibus operandi libertas manifeſtè probatur. Cap. 22. Dixit Balaamo Dominus, *Quod tibi præcepero, facias*. Et fruſtrà illum moneret, ſi neceſſariò, & non liberè eſset operaturus. & verſ. 35. eidem Angelus, *Vade cum iſtis, & cave, ne aliud, quàm præcepero tibi, loquaris*. Ergo Propheta illuminatus à Deo, & juſsus talia, aut talia dicere, manebat adhuc liber, & poterat contrarium dicere, ſed non erat contrarium dicturus, ſi à Deo divinitus prædeterminabatur.

In quonam Phyſicarum Prędeterminationum (ſi fortè dentur) efficacia conſiſtat?

Oportet infallibilitatem à neceſſitate ſecernere, maxima enim errorum, qui hodie Europam affligunt, pars, in eo conſiſtit, quod quæ infallibilia ſunt, ab Hæreticis neceſſaria dicantur.

Sed contra inſurgis & duas Aſſertiones proponis. Prima eſt, Pro-

Pheta illuminatus cælitùs, non poteſt dicere contrarium, quam prævidet. Secunda, Nec tacere poteſt, quando futura prævidet. Corollarium. Ergo Prophetia voluntatem neceſſitat, & tollit arbitrii libertatem. Hæ doctrinæ placent noſtri temporis Heterodoxis, qui omnia, quæ de libero arbitrio dicuntur ad Philoſophorum Placita, aut etiam ad Poëtarum fabellas ablégant, & à Theologis, qui ſanam doctrinam ſequuntur, aſſerunt reprobari. Calvinus libr. 1. Inſtitution. cap. 15. *Qui verò* (fortè, *veros*) *Chriſti ſe Diſcipulos eſſe profeſſi, in homine perdito, & in ſpirituale exitium demerſo, liberum arbitrium adhuc quærunt, inter Philoſophorum Placita & Cæleſtem Doctrinam, partiendo planè, deſipiunt, ut nec Cælum, nec Terram attingant.* Didicerat id à Marthino Luthero, qui in Enarratione in Pſalmos, in Reſol. circa concl. 7. ſic ſcripſerat, *Liberum arbitrium eſt figmentum in rebus, ſeu titulus ſine re; quia nulli eſt in manu ſua quidpiam cogitare, vel mali, vel boni: ſed omnia* (ut Wicleffi Articulus Conſtantiæ damnatus rectè docet) *de neceſſitate abſoluta eveniunt.* Conſonat ſibi Martinus, nam tom. 3. de ſervo arbitrio ſcribit, *Sequitur neceſſariò nos operari neceſſariè.* &c. Suo Magiſtro adhereſcit Melancthon, nam de locis Theolog. Witenbergæ editis, de virib. hominis, & libero arbitrio. ſic exclamat, *Eſt autem libertas, poſſe agere, & non agere; poſſe ſic, & aliter agere.* (Hucuſq; benè & orthodoxè. Sed, ut Hiſpanicè loquar, *Dios ponga tiento en ſu pluma.* Quid ſubjungat videamus. *Quandoquidem, ait, omnia, quæ eveniunt, neceſſariò juxta Divinam Prædeſtinationem eveniunt, nulla eſt Arbitrii noſtri Libertas.*

Utrum Prophetia præjudicet libero arbitrio?

An Humana libertas ſit libera? Quid in hoc Articulo Lutherani, Calviniſtæ, & alii Novatores delirent?

Primam Aſſertionem probas ex Cap. XXII. verſu XVIII. nam cùm montes aureos ſub onere maledicēdi Iſraëli Rex Balacus Balaamo promiſiſſet, reſpondit hic. *Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti, & auri, non potero immutare Verbum Domini mei, ut vel plus, vel minus loquar.* Et verſ. 38. *Ecce adſum. Numquid loqui potero aliud, niſi quod Deus poſuerit in ore meo?* Et Cap. XXIII. verſ. 12. *Numquid poſſum loqui, niſi quod juſſerit Dominus.* Ergo Balaam contrarium faciendi ſe non habere potentiam clariſſimis verbis teſtatur.

An ex Balaami Hiſtoria aliquid ipſi poſſint pro ſuo errore deducere?

Probas ſecundam ex verſ. XXVII. ejuſdem Capitis. Quia cum Balacus ut Iſraëli malediceret Prophetam Balaamum adduxiſſet, & ille in benedictiones totus diſſolvebatur, impatiens Rex, jubet ut ſiquidem maledicere Iſraëlem non poteſt, aut non vult, ſaltem taceat, & eum non benedicat; inquit enim, *Nec maledicas, nec benedicas.* Et ei Balaam. *Nonne dixi tibi, quod quidquid Dominus imperaret, hoc facerem?* Ergo Propheta juſſus loqui, non ſolùm non poteſt oppoſitum dicere, ſed neque tacere, etſi velit. Illuminatio ergo Prophetica (aut Phyſica Prædeterminatio, ſi velis: Prophetia enim nihil aliud eſt, quàm Prædeterminatio quædam ad talem materiam reſtricta) tollit contradictionis, & contrarietatis libertatem.

Conſiderentur bene hæc verba.

Ante Reſponſionem inter Poteſtatem, & Potentiam diſtinguo: hæc enim realis eſt, illa moralis; habet enim homo contra jura operandi potentiam, & tantùm ad faciendum, quæ jure poteſt, poteſtatem. Unde interroganti, An Homo ſit ſuæ vitæ dominus? reſpondetur breviſſimè, in ſuam vitam potentiam, non autem habere poteſtatem. Et quidem habet potētiam, quia habet vires, ut ſibi mortem conſciſcat, ut ſe occidat realiter; non autem habet poteſtatem, quoniam ſe occidere non poteſt licitè.

Poteſtatis & potentiæ diſtinctio.

Quid utraque ſit, explicatur.

Et hinc ad Primæ Aſſertionis Probationem reſpondeo præcepta non privare ſubditum operandi potentia, ſed poteſtate tantùm. Quam ob rem illis verbis *non potero*, quia de poteſtate agebat Balaam, æquivalebunt hæc *non potero licitè*; quæ admittentur illæſa libertate. Et, quia Conſequentia, quæ infertur, nomen *potentiæ* exprimit, illam rotundè nego; conceſſurus, ſi *potentia* loco poneret *poteſtatem*.

An præcepta ſubditum privent potentia; an poteſtate?

Et ad Probationem ſecundæ eodem modo reſpondeo. Aſſero præcepta, & leges non lædere contradictionis, aut contrarietatis potentiam, & tamen auferre contradictionis, & contrarietatis poteſtatem. Unde Balaamus poſito prophetandi decreto, prophetari poterat, & non prophetari, verè etiam, & vanè prophetari; nam præcepta non auferunt potentias humanas; at, quia differt à po-

An lædant aut minuant libertatem?

à potentia poteſtas, poſito prophetandi præcepto debebat Balaam loqui prout indixerat Dominus, nec licitè tacere poſſet, nec licitè proferre contrarium.

Moritur Philippus III. Hiſpaniæ Rex.

Reſpondeo ad Quartum hoc Apophthegma referendo. Philippo III. cognomento Pio, Vniverſitas Salmanticenſis parentaverat. Et, quia ſumma pompa, & expenſis fuerant Exſequiæ celebratæ, ut reſciret Poſteritas, quàm pretioſas ſuderat Pia Vniverſitas lachrymas duobus Doctoribus injunxit (Semphronio nimirùm, & Cajo) ut rem totam deſcriberent, & in Librum colligerent, qui tranſiens per Typorum fumum in lucem publicam emitteretur. Iterum, & iterum, aut etiam pluries conveniunt delecti Doctores, & tandem convenire non poſſunt, alter enim volebat ſiccam qualem Titus Livius edidit Narrationem ſcribi; alter illam torari croco, pingi luminibus, conceptibus ingenioſis ornari. Ille erat Mathematum Profeſſor, & juxta Geometriæ Genium affectabat rigidam brevitatem. Hic erat Concionator, Poëta celeber, in Hiſtoria, & eruditione verſatus. Et ut verbo dicam, hic erat Cajus. Cùm nullam inter ſe poſſent ſperare concordiam, poſtulant, ut alterum Academia denominet: & ſcitè, libri enim dicuntur, quaſi liberi; & nullus filius ſit à duobus Patribus. Adnuunt Patres Conſcripti, & Cajum elegunt. Adlaborat hic ſedulo; & ante paucas hebdomadas librum abſolvit. Imprimitur, editur, publicatur. Diſpoſitionem admirantur univerſi, qui legunt; laudant varietatem conceptuum; commendant orationis pompam, phraſiumq; majeſtatem. Ægrè habent hæc Semphronium; &, ut omnes laudes, quæ profundebantur in ſe traheret, adſcendit cathedram, & ſic perorat. Caji jam prodit liber, cujus pulchra digeſtio, & partium ſingularum ornatus exſpectationem omnium ſuperant, ſciebamus enim quo pertingeret Ingenium Caji. Interim, qui voluerit obmurmuret, ego in laudes diffundar, quoniam meo ille liber judicio, eloquentiſſimus, & pulcherrimus. Sed quia interrogare aliquis poterit, Cur tam nobile Opus potuit Cajus ſcribere? ejus ſatisfaciam curioſitati, hanc hiſtoriolâ recenſendo.

Eruditiſſimè luget Salmanticenſis Vniverſitas.

Scribitur Liber de his lachrymis.

An unus & idem Liber, ſi ingenioſus ſit, à pluribus componi poſſit?

Olim erat in Palæſtina, quidam ſenex qui habebat unam aſinam; quæ erat prorſus Analphabeta; in nulla enim Schola didicerat Artem Grammaticæ. Et tamen ex abrupto facta fuit erudita, & occæpit cum Domino ſuo diſputare. Adhuc hodie ejus verba recenſui: illamq; Hebraicè, Græcè, & Latinè in Bibliis regiis eloquentem audivi, & admirabundus inquirebam, an in verborum materia barbariſmum, an in forma & diſpoſitione ſolœciſmũ, an in ſyllabarum metro errorem, an in accentu diſſonantiam commiſerit? & omnia reperi ſuis ita numeris correſpondere, ut Angelus non potuiſſet Empyreus meliùs eloqui. Et tamen erat Aſina, licet loqueretur ut Angelus. Sed cur? Vno verbo reſpondeo. Loquebatur ut Angelus, quia ei verba cogitata, digeſta, & ordinata dabat Angelus; ſi enim ipſa, illa deberet cogitare, ordinare, & digerere, ruderet, hoc eſt, loqueretur ut Aſina. Neſcio, cur iſta dixerim. Eram diſtractus. Nihil applico, venio ad Euclidem, cujus hodie talis eſt dilucidanda Demonſtratio. &c.

Sed nec ego addo verbum; nam ſufficit hæc Reſponſio Semphronii, ut argumentum Quartum diſſolvatur.

Non alteratur Apophthegma, ſi ſub alienis nominibus referatur: propria cogimur aliquando tacere, quia ſapientibus & inſipientibus debitores ſumus, & nolumus amicos bivio exponere, ut ab aliis laudentur, & ab aliis carpantur. Interim, quidquid ſit, Semphronius muſca erat, Cajus elephas, ſi deberent componi.

Color Roſeus.

IDA mons eſt, qui ad Troadem pertinet, cujus culmen dicitur Gargarus, ri, aut etiam in plurali Gargara, orum. habetq; in dorſo Civitatem cognominem. Ovidius lib. 4. Faſt.

De monte Ida, Vrbe, & qualis ſit?

Dindymon & Cybelen, & amœnam fontibus Idam [a]

Hinc Corybantes tranſiverunt in Cretam, & montem, in quo conſederunt, patrii montis nomine appellarunt. 12. Æneid. Virg.

Dictamnum Genitrix Cretæa carpit ab Ida [a]

Vnde canit Propertius.

Cedite jam Divæ, quas Paſtor viderat olim

Ideis tunicam [b] *ponere cervicibus.*

Ab hoc monte, nam in eo cultu ſpeciali colebatur, denominatur Venus. Baptiſta Pius.

Orta ſale, nutrita ſolo, Venus Idalis olim.

Quo reſpiciebat Pontanus cùm cecinit.

Ida-

a] Tametſi Montium nomina frequenter ad genus maſcul. pertineât; ſunt multa, & inter ipſa *Ida*, *a*. generis fœmenini.

b] Hoc circũloquio utitur, ut eas nudas fuiſſe, aſſeveret.

Idalii Regina tuos nos pandimus hortos.

Et libr.5.Æneid.Virgilius.

—— *Aryctino in vertice Sedes*
Fundatur Veneri Idalia.

Quid flores & roſa ſignificent. Et quia Roſæ ſub tutela erant Veneri, & ejus Numini conſecrabantur, Idaliæ dictæ. Baptiſta Pius.

Oebalios flores, Idaliaſq; Roſas.

Vnde pro Voluptate ſumi ſolet.

Chriſtus Flos. Pro *Flore* interdum ſumitur, & *floris* nomine Chriſtus intelligitur per Antonomaſiam. Cant.2. 1. *Ego flos campi, & lilium convallium.* & Eſai.11.1.*Egredietur Virga de radice Ieſſa, & Flos de radice ejus adſcendet.* * Et quoniam à Chriſto omnes gratiæ ad nos, & prærogativæ derivantur etiam hæ denominantur *flores*. Eccl. 24. 23. *Flores mei, fructus honoris, & honeſtatis.* *Flores Gratiæ.*

Color Purpureus.

Τὸ πῦρ quid? TO' πῦρ Græcè vocatur *Ignis.* Hinc nomen habet πυρφύρα. piſcis ex concharum genere, in faucibus præbens liquorem tingendis lanis maximè expetitum. Et hanc ob rem Marina dicitur; 1. Mac. 4. 23. Hyacinthum, & purpuram marinam. Sumitur pro colore, qui quoniam igneus eſt, ſic vocatur. Scimus colorem hunc Tyrium dici à loco, ubi colligebatur: at ſubdubitant alii, an ſubſit mendum, & *Pyrius* debeat nominari. *Purpura quid & unde dicatur?*

Sed cur bis in ejus nomine πῦρ, *ignis* imponitur: nam πυρφύρα vocatur quaſi πυρπύρα: immò in Latina, & aliis linguis *púrpura* appellatur, & non *púrfura*? Reſpondeo ex Ægidio Maſero, illam ut ſit perfecta bis ad ignem expurgari debere. inquit enim,

Purpura in Oebalio bis ſaturata cado.

Illa olim ſoli utebantur Reges. Ita Iudic.8.26. Et eſt res ſanè mira, quæ accidit Cæſari Dictatori, quoniam, ut lib.11.cap.37. refert Plinius, *quo die primùm veſte purpurea proceſſit, atque in ſella aurea ſedit, ſacrificanti bis in extis defuit cor.* Et monebatur Cæſar, qui erat ſtrenuus Miles, & cum eo Exercituum Ductores, ſago veſtiri, & in ceſpite debere ſedere, & corde illos debere carere à togæ purpura, aut ſupellectilium pretio laudem quærunt Ignavos autem & puſillanimes, *que no tienen coraçon*, dicit Hiſpanus. *Quid acciderit Cæſari, ubi primùm indutus eſt purpura?*

Vbi luxus, & vanitas incrementa ſuſcepit, purpura Magiſtratus, & Senatores veſtiebantur. Martialis. *Illa utebantur Senatores, non viri privati.*

Diviſit noſtras purpura veſtra togas.

hoc eſt, purpureus togarum color nos à vobis diſtinxit. Vnde, & pro Senatu, aut Magiſtratu purpura accipitur. Idem

Purpura te felix te colit omnis honos.

Color Sanguineus.

EST obſcurior Purpureo, & ideò *ater*, *teter*, & *niger* vocatur. Virg.lib.3. Georg. *Sanguis cur dicatur ater?*

Vulneribus crebris lavat ater corpora ſanguis.

Lucretius lib.6.

Profluvium porrò, cui tetri ſanguinis acre.

Et libr.12.Metamorph.Ovid.

—— *Inq; ipſa niger carcheſia ſanguis.*

Eſt ſymbolum Crudelitatis. Pſalm. 5.7. *Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus.* Et eodem ſenſu loquuti ſunt Scriptores Humani. Ovid.Transform.libr.12.

Hunc ego ſanguinea ſucceſſu cædis ovantem.

Et Horat.1.Carm.Ode 27.

Sanguineis prohibete rixis.

Accipitur aliquando pro *morte*.Gen. 4.10. *Vox ſanguinis fratris tui Abel, clamat ad me de terra.* hoc eſt, *mors tui fratris.* *Significat crudelitatem, & aliquando mortem.*

Color Coccineus.

COnfunditur Coccus cum Purpura; & etiam cum Purpureo Coccinus. Martialis *Colores purpureus, coccineus, ruber ſanguineus confunduntur.*

Coccina famoſa donas, & janthina mœcha.

Et iterum

—— *Et purpureo terra inclyta cocco.*

Sumitur etiam pro *ſanguineo.* Virgil. enim in Cyr.cecinit.

Horrida ſanguineo pinguntur prælia cocco.

Et à Martiale *Rubens*, & *Roſeus* coccus dicitur. *Etiam rubens, & roſeus.*

—— *Velata rubenti*
Candida Virginitas venit in proſcenia cocco.
—— *Et roſeo nituit rurſum undique cocco.*

Et *Ruber* ab Horatio libr. 2. ſerm.
—— *Rubro ubi cocco*
Tincta ſuper lecto cadere aurea veſtis eburnos.

Significat irriſionem. Per irriſionem Matth. 27. milites *clamydem coccineam induerunt ei* (Chriſto Domino.)

Et Apoc. 18. 12. Regia Antichriſti, & Imperii ſcelerati Metropolis cocco amicitur, & ornatur.

Sumitur pro peccato. Peccata etiam *coccinea* dicuntur. Eſaiæ 1. *Si fuerint peccata veſtra, ut coccinum, quaſi nix albabuntur; & ſi fuerint rubra ſicut vermiculus, velut lana alba erunt.*

Significat luxuriam, Et eſt *Luxuriæ* ſymbolum. Plinius lib. 21. cap. 8. *Luxuria veſtibus quoq; provocavit eos flores;* nempe *coccineos:* nam de illis loquitur.

& aliquando Charitatem. *Coccus* in bonam etiam partem ſumitur & *Charitatem* ſonat. Gregorius homil. 16. ſuper Ezech. *Quid per Coccum niſi Charitas deſignatur.* Quãob rem illud, *Labia tua ſicut vitta coccinea.* Cant. 4. æquipollent his, *Verba tua univerſos devinciunt Charitate.*

Color Hyacinthinus.

Cur characterem ai in foliis præ ſe ferat? Hyacinthus flos eſt de Violarum genere; *miſeriæ* atque *doloris* ſymbolum, quia venis quibuſdam nig is diſtinguitur, quæ figura dolentis interjectionem referunt: Græcè αι, Hiſpanicè *ay*, Italicè *ai*, & *ahi*.

Duæ fabulæ. Hinc exordium habuere duæ fabulæ de Hyacintho, & Ajace. Primam propono. Hyacinthus enim puer, dilectus ab Apolline, & in florem converſus, duas literas præ ſe ferebat, quibus dolorem ipſe ſuum omnibus ſignificaret. Addo & ſecundam.

Cur puer Hyacinthus ſit converſus in florē? *Cur etiam Ajax?* Ajax tam impatienter tulit ſibi Vlyſſem præponi, ut ſe ipſum interemerit. Dii illum poſteà converterunt in florem, ejuſque folia literis *ai* ſigillarunt, ne memoria tanti Viri periret. Vtramq; libr. 13. Metamorph. connexuit, & expoſuit Ovidius; canit enim.

—— *Rubefactaque ſanguine tellus*
Purpureum viridi genuit de ceſpite florem,
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus
Littera communis mediis putroque viroq;
Inſcripta è foliis, hæc nominis, illa querela.

Et quia etiam Italicè Ovidio placuit eloqui, numeros ſequentes ſubſcribo.

Utraque fabula delineatur.

Quel fior leggiadro, in cui cangioſſi 'l figlio
Già d'Amiclante, di quel ſangue uſcio
E dal colore in fuor ſimile al giglio
Le vaghe foglie in un momento aprio
Formarſi ancor nel bel color vermiglio
Le note, che v'impreſſe il biondo Dio,
E moſtrò il novo fior deſcritto (come
L'altro) il duol di Hiacinto, e'l coſtui nome.

Ergo audi Iuvenis, qui flore ætatis indulges genio Mortis immemor. In aurem tibi muſſat Virg.

Virgilius Ecl. *O formoſe Puer, nimium ne crede colori:*
Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Morale Monitum. Menti, & Voluntatis tuæ operationes, flores ſunt, quæ animam tuam exornant. In ſingulis exprime dolentis vocem *ai*; & convertens ad Deum oculos, illam hoc ſcholio dilucida.

Te Deus imploro, qui blandè criminatractas.
Culpa mea eſt ingens, ſit tua larga manus.

Color Ferrugineus.

Qualis ſit iſte Color? Funereus, & flebilis eſt: & hanc ob rem ſexto Æneid. Virgilium Catontis Cymbam juſſit eſſe ferrugineam. Et fluvium, & Nautam, & Cymbam deſcribit & depingit his numeris.

Deſcribitur Charon & ejus cymba.

Hinc via Tartarei, quæ fert Acherontis [a] *ad undas.*
Turbidus hic cœno vaſtaq; voragine gurges
Æſtuat atq; omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendus aquas, & flumina ſervat [b]
Terribilis ſqualore Charon, [c] *cui plurima mento*
Canities inculta jacet, ſtant lumina flammæ.
Ipſe ratem conto ſubigit, veliſq; miniſtrat,
Et ferruginea ſubvectat corpora cymba

Iam ſenior [d] *ſed cruda Deo viridiſq;* [e] *ſenectus.*

N O T A:

An Ethnici habuerint Suppliciorum infernalium ſufficientem notitiam?

a] Totus hic ſextus Virgilii liber ex Homero, quoad modum fabulandi deſumitur: & ex illo colligitur Inferni, & pœnæ æternæ Ethnicos habuiſſe non confuſam notitiam. Duorum hic fluviorum ſubterraneorum meminit, at illi ſunt unus, & ſeptem. Vnus, quia ut Poëtæ commemorant, ſtygia eſt, quæ illos campos inundat: nec tollit hoc, quod plures dicantur. Numeros ſequentes conſidera.

An in inferno ſit unus tantū fluvius, an plures?

Proxima deinde tenent mæſti loca, qui ſibi lethum
Inſontes peperere manu, lucemque peroſi
Projecere animas. Quam vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores;
Fata obſtant, triſtiq; palus innabilis unda [*]
Alligat & novies Styx circumfuſa coërcet.

*] Erithræus *inamabilis* ſcribit.

Ergo ſi alveis ſingulis diverſa Ethnici impoſuerunt vocabula, præter Styga, cujus unda eſt communis, novem in Orco flumina numeraremus. At, quia præter ſtygium non niſi ſex Priores Virgilio Vates dinumerarunt, ut hoc Hexametrum ſuadet,

Non eſt Poetis poſterioribus liberum mutare Fabulas ab Antiquis præſcriptas. Quia enim Fabulæ ſunt Hiſtoriæ cogitatæ, & habent veritatem cogitatam, reponi à Iunioribus debent prout ab ſuis Inventoribus cogitabantur. Habent ergo Fabulæ veritatem congenerem.

Styx, Acheron, Phlegeton, Lethe, Cocytus, Avernus.

dicendus eſt Virgilius in codice primo ſcripſiſſe,

Alligat, & ſexies ſtyx interfuſa coërcet.

Et poſtea verſum hunc relegiſſe, & qui illo in loco Anapæſtus requirit, cujus menſuram vox illa *ſepties* non exæquat, vocem *novies* ſubſtituit, malens, ut Fabulam præſcripta Veritas, quam ut Verſum menſura requiſita deficeret.

b] Alii *ſervat*, & alia Manuſcripta habent *verſat*. Et puto *verſat* ſcripſiſſe Virgilium, nautæ enim non ſervant flumina, ſed ſulcant, & verſant.

Virgilius reſtitutus.

Statius lib. 8. Theb.

Vmbriferaq; fremit ſulcator pallidus unda.

Interim Seneca & voces *ſervat*, & *ſenior* retinuit; ſcribit enim,

Flumina ſervat Durus ſenior
Navita Charon.

c] Eſt id ab Ægyptiis deſumptū. Alexandriæ enim non ſepeliuntur intra muros cadavera, ſed ad alteram fluminis partem in carina, ad hunc uſum ſervata, tranſmittuntur; & Portitor etiam *Charon* denominatur. Et quidem hujus Nautæ nomen, ſi Græcum ſit, impoſitum fuit per antiphraſim, nam χάρις (unde χαρών, οντος ὁ) eſt *Lætitia*: à quo etiam χάριτες *Gratiæ* denominantur. Si Ægyptiacum ſit, deducet à Lingua Sancta originem eritque CHARON, *Ira*. vel proveniet à Radice QARA, quæ eſt *vocare*. [Vide Joannem Henricum Alſtedium tom. 2. Encyclopediæ. pag. 195. b. num. 23. & Petrum della Valle in India.]

[*De Sepulchris Alexandriæ. Sunt ultra Nilum Nautæ, qui cadavera trāſvehit, vocatur* Charon.

Ex hac Virgili⁹ Hiſtoria totam fabulam de Charonte deduxit.

Et quidem ab *Ira* & *Triſtitia* nominari Charontem, Poëtæ ſuppoſuiſſe videntur; illum enim appellat *dirum*, & *durum* Seneca, *triſtem* Sabellius, *atrum* Petrarcha, & Iuvenalis *tetrum*. A *vocando* (quòd Animas advocet, & admittat, quas velit) ſortiti Ovidius ad Liviam,

Charontis Epitetha.

—— *Omnes exſpectat Avarus*
Portitor.

Seneca. *Cedente* (ſedente) *turba dirus exclamat Charon.*

d] *Senior* tametſi Comparativi formam habeat, poſitivum eſt, & Hiſpanicè dicitur *un hombre mayor*. Et hanc ob rem, quem *Seniorem* Virgil. *Senem* Claudianus abſolutè vocavit.

Impexoſq; ſenex velavit arundine crines
Portitor.   Et Pontanus,
Et Canis, & Stygii lurida cymba ſenis.

Senior, *An ſit nomen poſitivum?*

Conſonant Senecæ dicenti, *Et adſpectu horridos, pavidoſq; manes ſqualidus geſtat ſenex.*

e] Quid ſit *Senex viridis* (Hiſpanicè *un viejo verde*) jam dixi, cum Colorem Viridem dilucidabam.

Hiſp. Vn viejo verde.

Color Cyaneus.

CYaneus (Græcè κύανος) Gemma eſt ex Iaſpidum genere, colore in cæruleum declinans. Vulgus eam eſſe putat, qui ab Hiſpanis *Turqueſa*, à Gallis *Tourquoiſe*, & ab Italis appellatur *Turchina*. & denique à Germanis Türckiſe quod hic Turcis color præ aliis omnibus placeat. At Eruditi hoc nomine *Laſulum* dicunt ſignificari, qui contuſus in pulveres Pictoribus cærulei

De lapide Turcico. Cur ſic vocatur?

colo-

coloribus pulcherrimam materiam ſuppeditat. Et tu adhære poſteriori ſententiæ, ait enim libr. 37. cap. 9. Plinius, *Cyanum aureo pulviſculo, & maculis intermicare, quod in Laſulo proſpectamus quotidie, & in lapide Turcico nunquam videtur.*

De Oculorum Color.

Cyaneos oculos Homerus nominavit in Hymno

—— Ο' γὰρ μειδάων ἐκάθητο
Ομμασι κυανέοις.

ὄμμα. Oculus.

At Plautus in Curcul. maluit illos *virides* eſſe: & quia herbæ hoc colore tinguntur, dixit. *Cum collativa ventre, & herbeis oculis.*

Hiſp. los ojos azules, y verdes.

Color Caſius.

Minerva, & Neptuni oculi quales?

A Cæruleo diſtinguitur; primo enim de natur. Deor. ſcribit Cicero. *Apollinem ſemper imberbem* (puta, *pingunt*) *Caſios oculos Minervæ, cæruleos Neptuni.* Hinc, & illa ſæpè nominatur *Dea Cæſia.* Græcè Γλαυκῶπις Agellius libr. 2. cap. 26. *Eſt autem Color iſte ſubviridis igneo quodam ſplendore ſublucens, qualem in Leonis oculis non ſine horrore proſpectamus.*

Oculus pretioſiſſima Corporis pars.

Oculi ſunt pretioſiſſima corporis pars; unde *eum ut oculi pupillam habere* dicimur, quem æſtimamus maximi. Deut. 32. 10. Pſalm. 16. 8. Proverb. 7. 2. Eccl. 17. 18. & 29. 16.

Oculus ſymbolum Zelotypiæ.

Zelotypiam ſignificat, nam ex amore, & æſtimatione amittendi rem naſcitur timor, in quo zelus conſiſtit: unde canebat neſcio quis,

Zelo gaudet Amor, Zelus comitatur Amorem,
Quando Amor eſt Zeli, Zelus Amoris erit.

Color Venetus.

Nautarum veſtes quales, & cur?

PIratas, & Exploratores veneta veſte indui Vegetius lib. 1. de re militari teſtatur, nam color hic marino eſt ſimilis, & ſic fallere poſſunt hoſtium oculos. Hinc ſecretum ſignificat; & accipitur in bonam, & in malam partem.

Color Puniceus.

Hiſp. Dia pardo, quid?

QValem præmitti Aurora diebus nubilis, quos Hiſpanus appellat *dias pardos.* Virg. Æneid. 12.

Puniceis invecta rotis Aurora rubebat.
Polymnia.

Græcè Φοινίκιος, ergo Latinus Nomenclator *u* pro *oi* legit.

Roſarum color.

Eſt Roſarum Epitheton. Virgil. Eclog. 5. id accenſuit Roſetis.

Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis,
Iudicio noſtro tantùm tibi cedit Amyntas.

Puniceus color lætitiæ ſymbolum,

Eſt Color hic lætitiæ ſymbolum: unde poſtquam Æneas umbratili militiæ, quam exercitii gratia inſtituerat, præmia pulchra, & pretioſa erogaverat, coronati puniceis ligulis, ſuam ſinguli lætitiam teſtabantur. Virg. Æneid. 5.

Iamque adeo donati omnes opibuſq; ſuperbi
Puniceis ibant evincti tempora tænis.

Etiam mœroris

Sed, quia etiam in ſymbolis locum habet Antiphraſis, pro *mœrore* uſurpatur, & quia triſtia argumenta adſumebantur in Tragœdiis, & cothurnus ſoccuſque inter Tragœdiã, Comœdiamque exprimebat diſcrimen, ille *puniceus* dicebatur. Idem Eclog. 7.

Puniceo ſtabis ſuras evincta cothurno.

Quinam comedant panem puniceum?

Tametſi panis hominum communis ſit cibus, non omnes candidum poſſunt comedere, nec omnes nigrum eſſe coguntur. Ex panis cognoſcitur perſonæ qualitas; quoniam candido qui ex puriſſimi tritici granis pinſitur, Principes; flavo, puniceo, nigro, ex aliis granis confecto, utuntur homines inferioris fortunæ. Plautus in Men. ſcen. 5. act. 5. *Purpureum panem, an puniceum, an luteum eſſe* [*] *ſoleam.*

*] *Eſſe ſoleam* eſt *comedere ſoleam.*

Color Niger.

OBſcuriſſimus eſt: in illum enim omnes converti poſſunt, & nullus in illum tranſire. *Mortuum* ſignificat. Iuvenalis Satyr. 1.

Mariti nigri.

Inſtituitque rudes melior Locuſta propinquas
Per famam & populi, nigros efferre maritos.

Equus niger.

Et hinc reſciri poterit, quid per *Equum nigrum* Apocalypſ. 6. b. 5. ſignificetur.

Color niger mendacii ſymbolum.

Ponitur interdum pro *mendace.* Quoniam detractores, & adulatores ſuis fraudibus, ex muſca elephantem efficiunt, & ut eſt in proverbio

—— *Mutant quadrata rotundis,*

Et ut exclamat Iuvenalis Satyr.3.

—— *Nigrum in candida vertunt.*

Et generaliter loquendo *rei malæ*, & *fugiendæ* nota eſt. Vnde Perſius.

Quæq; ſequenda forent, & quæ vitanda viciſſim,
Illa priùs creta, & hæc carbone notaſti.

Vnde idem Satyr.4.

Et potis es Vitio nigrum præfigere Theta.

Theta nigrum.

Et ad hoc Theta nigrum adludens Martialis libr.7.cecinit.

Noſti mortiferum Quæſtoris Caſtrice ſignum.
Eſt opera pretium diſcere Theta novum.

Et *Theta nigri* nomine, ultimam ſententiam intelligit; nam ſicut apud Latinos in Iudiciis per literas A & C, (quæ vocès *Abſolvo*, & *condemno* ſignant) olim deliberabatur, ſic apud Græcos per B, Θ (quarum dictionem illa Βίος, hæc Θάνατος inchoat, importatq; *Vitam*, & *Mortem*) ante definitivā ſententiam in Areopago ſuffragia Iudicum colligebantur.

*] Hine conſtat ητα eſſe *e longum*, non *i*.
Sicut apud latinos per A. & C. Sic olim apud Græcos per B & Θ ſuffragia Iudicum porrigebantur.

Et generaliter loquendo *niger* ſumitur pro *pernitioſo*, & *noxio*, nam 2.Georgic. Maro cecinit.

Niger pro improbo, item pro infelici.

—— *Et nigris exeſa chelidris.*

Etiam interdum pro *infelici*; quam ob rem ubi exclamat Latinus *Me miſerum*, ad rem noſtram *negro de mi* inquit Hiſpanus. Et hic dicendi modus, ſatis in uſu apud alias nationes, *Hoc infortunium, ſic meis peccatis poſtulantibus impedit.* debet tranſire in hunc, *Eſte infortunio, por negros de mis peccados, me embaraza.* Et occaſionem præbet, ut pro coronide hoc ingenioſum Apophthegma ſubſcribam.

Hiſp. negro de mi *quid ſit?*

Hiſpali in Hiſpania mercatores nonnulli legis Divinæ immemores, alebant ancillas, & ſervos jubebantq; ut laxas immitterent luxuriæ habenas, & nonnulla connubiali lege, quæ modum præſcriberet, obſervata, vel cognita darent diſſolutam operam generationi, ut plures ſic poſſent procreare parvulos, quos poſteà venderent. Contra hoc ſceleſtum, & propudioſum vitium Caſtrus Verde, celeber Eccleſiaſtes, in Metropolitana perorans, exclamabat. Señores, Señores. *Que algunos por negros de ſus peccados ſe condenen, malo es: pero es locura quererſe ir al Infierno por los peccados de ſus negros.*

Caſtri verde celeberrimi Concionatoris Apophthegma.

Et hæc de Colorum ſignificatione adnotaſſe ſufficiat, nunc illum eumdem Textum, quem Sect.I. Colores pro literis ſumendo expoſuimus, nunc illos ſupponendo eſſe ſymbola, & myſteria exprimere, dilucidemus.

NOTA I.

De Symbolorum, quæ à Coloribus petuntur Vſu, & Abuſu.

PONO ob oculos Sacerdotales Veſtes & illarum Colores à Domino præſcriptos conſiderās Caput XXVIII. Exodi iterum recognoſco, & in Cathedram adſcendens, ſic inquam.

Sacerdotes ſumus; & boni eſſe debemus; & ut quæ in nobis deficiunt, aut ſuperſunt, noſcamus, nobis Moyſes Imaginem Veri Sacerdotis proponit. Ejus corporeæ veſtes internas animi dotes, quas indipiſci debemus, ſignificant, ne aliqua ignorantia præpediri poſſimus.

De Veſtibus Sacerdotalibus & earumdem coloribus.

Lavari ſæpè in Levitico jubentur Sacerdotales Veſtes, ut ſciamus pro culpis ſuis Sacerdotes, & pro peccatis populi debere preces lachrymoſas profundere, Conſcientia enim abluitur, & emaculatur lachrymarum virtute.

Cur ſæpè laventur?

Sacerdotem Deus Auro, Hyacintho, Purpura, Cocco, & Byſſo veſtiri, & exornari jubet; ergo Sacriſtiam, ut ad Miſſam præparemur ingreſſi, hæc ſolemnia Ornamenta ſumamus.

Prima Veſtis, quæ nobis præſcribitur eſt Aurea; cujus Rupertus Fidem Orthodoxam intelligit, quæ Cant. 5. & Virtutum ſupernaturalium Baſis. Et ego Domine iis omnibus, quæ Eccleſiæ revelante Te credimus tam firma & conſtanti cōfeſſione proteſtor, ut, *ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Sed quis hanc Veſtem donat homini? Proprio illam ære ſe adquirere poſſe delirabat Pelagius, alieno Lutherus, & Calvinus. Vtramque ſententiam incriminor. Errant Severi Pelagiani, errant & Maſſilienſes, qui Pelagiani mites, aut etiam Semipelagiani vocantur. Errant, inquam; æs enim noſtrum, vilis moneta eſt, nec apta, ut aurum illa ematur; nam ſuper-

Veſtis Aurea Charitatem ſignificat.

Sunt hæreſes Pelagiana, & Calviniana ex diametro oppoſitæ, ſed tamen hæreſes pluries ab Eccleſia damnatæ. Salutis æternæ negotium eſt virtutis ſupernaturalis, non fortunæ. Errat Pelagius, quia ſupernaturalitatem ignorat, poſſeq; naturæ viribus beatitudinem æternam adquiri temeraria perſuaſione delirat. Contra Ioannes Calvinus, & ante eum Martinus Lutherus volunt, ut ſalus æterna, non à noſtra voluntate, ſed à fortuna pendeat, hominemque non habere in liberi arbitrii poteſtate, ſed in ſola miſericordia Dei rationem ſperandi ſalutem.

pernaturales omnes prerogative, & quæ in Cælo coronat Beatitudo, Aurum ſunt, *& non ſunt condigna paſſiones hujus vita ad futuram Gloriam*. At Calvinus Lutheruſq; illam emere volunt Chriſti meritis, quæ moneta ſunt aurea in Cælo cognita (Hiſp. *moneda, que paſſa en el Cielo.*) At quomodo rem emptam facient ſuam, ſi aliena pecunia illam emunt? Sanè jubeor Cælum emere: mihi enim Apoc. 3. Chriſtus dicit, *Suadeo tibi à me emere aurum*. hoc eſt, *Gloriam Æternam*. Sed quid faciam. Paſſio mea in hoc foro non eſt moneta currens; Paſſio Chriſti eſt moneta aurea, & pro emendo toto Cælo ſufficeret, ni eſſet aliena. Ergo jam ſcio, quid faciam. Audiam Paulum dicentem *Adimpleo, qua deſunt, Paſſioni Ieſu-Chriſti*. Et quid deeſſe poteſt tam pretioſæ Paſſioni? Quod ſit mea. Et quomodo illa mea fieri poterit? Cooperando. Gratia enim auxiliatrix, prout à ſolo Deo infunditur, ſolius Dei eſt: & illa utendo homines faciunt ſuam, adquirunt in illam dominium, & ſuos eſſe dicunt fructus, qui ex illa procedunt. Ergo merita noſtra, ſi noſtra tantùm ſint, quidquid Pelagius dicat, nihil valent. Ergo, & merita Chriſti, quamdiu ipſius ſolius ſunt, etſi à Deo infinito amore diligantur, nil nobis proſunt. Et tunc ſolummodò erunt nobis utilia, quando per uſum, & cooperationem noſtra ſunt facta. Et hinc poteritis intelligere Sponſam, quæ adloquitur Chriſtum, & ait, *Trahe me poſt te, & curremus in odorem unguentorum tuorum*. Non dicit cum Pelagio, *Trahe me, & ego curram*; non cum Calvino, *Trahe me, & Tu curres*. ſed cum Romana Eccleſia, *Trahe me, & curremus*, Tu enim Domine trahis me cùm gratias prævenientes infundis, & quia tu voluntati cooperaris Humanæ, & nos cooperamus Divinæ, quia concurris nobiſcum, & tecum nos concurrimus, ideò in odorem unguentorum tuorum, quæ nobis viam ad Cælum Empyreum deſcribunt, tandem aliquando curremus.

Locus Canticorum exponitur.

Poſt Auream Veſtem nobis imponatur Hyacinthina. Poſt Firmæ Fidei ſupernaturalis aſſenſus, debemus actum Contritionis elicere: Et id monent Hyacinthi; flores querulì, qui in omnibus foliis præ ſe ferunt

Quid Hyacinthina veſtes ſignificent?

Polymnia.

doloris ſigna. Ergo, quia pluries peccavimus, pluries intonemus *aì*, *aì*. Et in noſtri pectoris Muſica Tenor exclamet cum Davide, *Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci*. Succlamet Baſſus, *De profundis clamavi ad Te Domine*; & quidem ex ipſo profundo, qui enim lethali labe inficitur, ſecundum præſentem Iuſtitiam in Inferno cum Dæmonibus habitat. Et ad Cælum vocem extollens Altus dicat, *Heu me, quia incolatus meus prolongatus eſt*. & diſcantet ſpe plenus com Paulo, *Volo diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*.

Pænitentis Hominis Muſica. Pſalm. 50.

Pſalm. 129.

Pſalm. 119.

Mulier fortis veſtita erat duplicibus; & hæ veſtes homini ſæculari ſufficerent, at Sacerdotis ornamenta ſunt plura. Et quod tertio loco ponitur eſt purpureum. Chriſtum illud ſignificat. Audio Poetam novitium, ſed devotum dicentem.

Cur mulier fortis habuerit veſtem duplicem?

Mens mea. Pars manſura mihi poſt funera. Ne jam
Sis mea, quod ſupereſt temporis, eſto Dei.
Indue te Chriſto, & mortales exſue curas:
Si potes eſſe Dei, non pudet eſſe meam?

Anima pia, quæ induat Chriſtũ.

Coccinea eſt quarta tunica, quæ ubi Chriſtus eſt, eſſe debet; nam ſignificat Humilitatem. Iſta, ne det occaſionem Hypocriſi, ſecretum amat, & ſoli Deo notas eleemoſynas erogat, & mortificationes admittit. Bona profectò opera palam facta, bona ſunt, periculo tamen non carent. S. Gregorius Papa, Magnus Aſceticæ vitæ Inſtitutor, homil. 12. in Evang. ut ſecretum perſuadeat, *In præſenti vita*, ait, *quaſi in via ſumus, qua ad Patriam pergimus. Maligni autem ſpiritus iter noſtrum, quaſi quidam latrunculi, obſident. Deprædari ergo deſiderat, qui theſaurum publicè portat in via*. [Sed hic obiter nota ubi ſuadetur ſecretum, ſcandalum diſſuaderi debere, quia ſunt actus obligatorii, & alii, qui ex mera devotione fiunt: Iſti poſſunt fieri in ſecreto, ne ſubſit ſuperbiæ periculum. Si illi ſecretò fierent, præberetur ſcandalum: palã ergo fiant, ut univerſi videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem, qui in Cælis eſt.]

Veſtis coccinea ſymbolum Humilitatis.

Cur bona opera debeant fieri in ſecreto?

An etiam ſi ſint obligatoria?

Vltima Animæ Tunica erit Biſſina: & tametſi multas in Byſſo excellentes proprietates reperiam, mea impræſentiarùm intereſt, eſſe retor-

Byſſus retorta *quid importet?*

tam. Obſidemur, ut nuper nos monebat Gregorius numeroſo ſpirituũ ſtygiorum exercitu. Tentationum procellas in caput noſtrum fulminant: at hæc ipſorum jacula retorquere debemus, ut in hoſtium damnum, & pernitiem redundent. Modus eſt, *cogitationes malas, cordi advenientes, mox ad Chriſtum adlidere; & ſeniori ſpirituali* (ſic Confeſſarium vocat) *patefacere*. Et eſt ille ipſe, quem in Regulæ quarto S. Benedictus præſcribit. *Memoria enim Dominicæ Paſſionis inſultus Principum tenebrarum retundit; & negligentiæ, ſiqua in hac memoria recolenda admittuntur, Sacramentalis Confeſſionis frequentia emaculantur.*

Pudeat Novatores dicere Confeſſionem vocalem eſſe rem novam, ſiquidem fateri coguntur fuiſſe ſemper in uſu à primitiva Eccleſia.

His exornata veſtibus ſponſa (anima) procedit de thalamo ſuo, Et Cæli, qui enarrant Gloriam Dei: & quod ejus opera, adnunciat, Firmamentum, illa conſpecta cum admiratione venerabunda exclamant, *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, ut Aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut Caſtrorũ Acies ordinata?* Quibus verbis omnia, quæ hucuſque peroravimus ad ſynopſim reducunt.

Cantic. 5. *Chriſti ſponſa, qualis?*

Ad Cælum Anima, ut Aurora conſurgit: quo ſymbolo intelligitur Humana Mens illuminata prævenientibus gratiis. Ideò ipſa *Prævia* dicitur: quod Solis præventa ſplendoribus Solem prævenit. unde Virgil. canit.

Cur Aurora Prævia dicatur?

Prævia flammiferi curſus Aurora tenebat.

piæ enim cogitationes, quæ mentem gratiæ præparant, à Deo ſunt, & illis utens Homo, curſum à Deo præſcriptum tenet, & ad Solem Iuſtitiæ recipiendum ſe præparat.

Et his chariſmatis exornata Anima, ut Luna pulchra redditur, non ut illa de qua 1. Æneid. 1. Virg.

Luna laboribus emaculata, qua?

Hic canit errantem Lunam, Soliſq; labores.

Sol enim à quo cælitùs illuminatur Anima, nullo morbo laborat, & Luna, quæ ejus curſum ſequitur, aut tenet non errat. Eſt aut pulchra, ut illa de qua libr. 3. Triſt. concinebat Ovidius

Lunaque nocturnos alta regebat equos.

Et quidem Equi nocturni vitia ſunt, partim Concupiſcentiæ ipſi congenita, partim peccandi uſu adquiſita, quæ nocturna dicuntur, quod in potentias rationales tenebras & noctes inducant. Qui ſe his equis moderari permittunt,

Equi nocturni, qui?

Ibunt obſcuri, ſola ſub nocte per umbras,
Perq; domos Ditis vacuas & inania regna.

Virg. Æneid. 6.

Noſtra ergo Luna, quæ tametſi propriæ naturæ meritò eſt humilis, eſt Dei favore alta (Divinis elevata chariſmatis) hos nocturnos Equos (hos affectus mentem obtenebrãtes) regat, dirigat; & habenas retrahens, præcipitari per prata voluptatum non ſinant.

Refrænando paſſiones connaturales Anima conſequitur, quod ſit Electa ut Sol, prædeſtinata ut Chriſtus, æternæ Beatitudini adſcripta. Sed quomodò? Non-ne Angelos, Hominesq; Providentia Omnipotentis Numinis ante prævisa merita prædeſtinavit? Et verum eſt hoc. & verum ſcitè olim ſcripſiſſe Auguſtinum, *Si non es prædeſtinatus, fac ut prædeſtineris*. Sanè, Domini mei, Prædeſtinatio bifariam conſiderari debet; in ordine intentionis & exequutionis, Conſiderata priori modo, non ab humano illa merito, ſed à ſola Divina Dignatione procedit: at eadem poſteriori ſupponit merita, unde Paulus Apoſtolus, qui certè non potuerat facere, ut in intentionis ordine eligeretur, ut in ordine exſequutionis Deo cooperante ſe reddebat electum, unde exclamabat, *Caſtigo corpus meum, & in ſervitutẽ redigo, ne dum aliis prædicavero, ego reprobus efficiar*. Ergo, ſi corpus noſtrum jejuniis, & pœnitentiis maceremus, exemplo & elegantia vitæ noſtræ cæteris prædicabimus, facieműſque ne nomen noſtrum deleatur de Libro Viventium, & Albo (Nigro veriùs debuiſſem dicere) æterna morte condemnatorum inſcribatur.

Anima juſta ſimilis, & diſſimilis Lunæ. Singula circũſtantia explicantur.

De Prædeſtinatione, & Præſcientia.

Præſcitus non condemnabitur neceſſariò, ſed liberè, hoc eſt, propter peccata, quæ liberè, & nulla cogente neceſſitate commiſit: & hanc ob rem poterit ſalvari, ſed nõ ſalvabitur. Sic ſimiliter loquendum eſt de Prædeſtinato. Poterit enim condemnari, ſed non condemnabitur. Et quidem condemnari poſſe conſtat ex oratione publica Eccleſiæ à Deo petentis, *ut electorũ nomina vita liber inſcripta retineat*.

Et, ſi hæc, ut ſunt dicta, fecerimus, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ· ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι (σαλπίσει γὰρ) καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι.

1. Corinth. 15. 52.

In momento (in uno temporis indiviſibili) in ictu oculi, in noviſſima tuba (tuba enim clanget) & mortui reſurgent incorrupti, nos Principum tenebrarum adſpectui erimus videlicet ita terribiles, ut caſtrorum Cæleſtium acies ordinata. Gloriam concinemus Altiſſimo, & immixti

De Iuſtorum Reſurrectione.

Spi-

Digitized by Google

Spirituum Angelicorum copiis, ingrediemur triumphantes in Empyreum, ut regnemus cum Chriſto per ſæcula ſæculorum. Amen.

NOTA II.

De Ordine Articulorum ſubſequentium.

LVgemus, & ridemus Oculis. Ergo Argumentum Diſcurſus hujus poſtulat, ut de Lachrymis & Riſu diſſeramus. Et quidem ut lugeamus videntur Oculi à Natura, rerum Matre, formati. Lucanus libr.4.

Ante Ducis voces oculis humentibus omnes
Aſpiceret.

Et Pontanus.

Ne lachrymis ne fœda oculis Formoſa nitentes.

Idem.

—— Vt madidis vultum demiſit ocellis.

Poſt procellas, & imbres gaudent ſerenitate. Baptiſta Pius.

Blanda ſerenatis incedit Gratia ocellis.

Et, ſi ad votum univerſa ſuccedant, rident, ſubrident, & adrident. Ovid. libr. 3. Eleg.

Riſit, & argutis quidam promiſit ocellis. [*]

*] Oculi Animi affectus produnt, & ſi benigni ſint favores promittunt; &, ſi torvi, minantur.

Mantuanus.

—— Amœnis
Subridens oculis, & mente arcana volutans.

Et in quopiam Epigramm. Angelus Politianus.

Aſpice, ſydereis ut blandum adridet ocellis.

Ergo, ſiquidem de Luctu, & Riſu diſputaturus ſum, utrum præmittã alteri? Luctũ-ne Riſui, an Riſum Luctui? Talia ſunt hujus Vitæ immedicabili morbo laborantis συμπτώματα, ut ignorarint Veteres, an illã deberent cũ Heraclito illachrymari, aut cum Demócrito cachinnis criſpatis excipere. Quidam ex illis hærens in bivio, ſic exclamat,

Τὸν βίον Ἡράκλειτε πολὺ πλέον ἤπερ ὅτ' ἔζης
Δάκρυε· νῦν ὁ βίος ἐςὶ ἐλεεινότερος.
Τὸν βίον ἄρτι γέλα Δημόκριτε τὸ πλέον, ἢ πρίν
Νῦν ὁ βίος πάντων ἐςὶ γελοιότερος.
εἰς ὑμέας γὰρ καὶ αὐτὸς ὁρῶν, τὸ μεταξὺ μεριμνῶ.
Πῶς ἅμα σοὶ κλαύσω, πῶς ἅμα σοὶ γελάσω.

Omnia omninò lachrymis eſſe digna dicebat Heraclitus, ſed irridebatur à Democrito, ridente totius Mundi fabellam.

Hæc magis Heraclite tuo ſunt digna dolore
Tempora: ſunt lacrymis hæc mage digna tuis.
Excipe plus ſolito Democrite cuncta cachinno:
Quandoquidem ſimul hæc cuncta cachinnus habet.
Interea ipſe in vos tacitus dum lumina figo,
Protinus in riſum ſolvor, & in lacrymas?

An priùs de Lachrymis, quàm de Riſu diſputaturus ſim?

At ego lugere & ridere ſimul neſcio. Ergo, quia plura lachrymis, quàm riſu digna invenio, de Eloquio Lachrymarum priùs, & poſteà, ubi de Naſo, & Ore nonnulla neceſſaria præmiſero (nam Naſus, Labia, & Genæ ad Riſus elegantiam concurrunt) de Riſus Dialecto diſputabo.

ARTICVLVS X.

ΔΑΧΡΥΟΛΟΓΙ'Α,

De Collocutione Lachrymarum.

Ordinis ratio.

AGam de Riſu inferiùs, nunc de Lachrymis, quæ ſicut in Infantibus præcedunt Riſum, ſic in hoc Tractatu priorem locum poſtulare videntur.

Eſt autem propriè Lachryma, ut Erudi i d finiunt, idem quod Græcè Δάκρυ. υος. τὸ. nec non Δάκρυον, & Δάκρυμα. Et afferunt vocem *Lachryma*, nam Δ fuit verſa in Λ, & ſine aſpiratione debet ſcri-

Vnde dicatur?

Literarum Δ & Λ affinitas, & ſimilitudo.

ſcribi. Et quidem illud prius ſuadet harum duarum ad Græcum calamum ſimilitudo: & hoc poſteriùs illuſtrium Criticorum authoritas, qui non *Lachryma*, ſed *Lacryma*, ſemper ſcribunt. Hoc vocis etymon adiiſit Livio, apud quem legimus interdum *Dacrymas*. Contendunt alii purè Latinam vocem eſſe, & dictas olim fuiſſe *Lacerrimas*, quoniam ex animi laceratione cientur: & tunc etiam aſpiratio proſcribitur. Georgius Cruciger in Cardinalium Linguarum Harmonia. radic. 322. & 345. jubet vocem *Lachryma* à themate דהר. DAHAR, quod eſt *cum impetu venire*, unde דהרה, DAHARAH, *Terror*. vel à דכך DACHACH, דכא, DACHA, aut etiam דכה DACHAH quod *Conterere* ſonat, deduci: & tunc aſpirationem poſtularet. Et hæc de nomine præmiſiſſe ſufficiat, ad rem venio.

An Lachrymæ dicendæ ſint Dacrymæ? An fortè Lacerrimæ?

An hoc nomen à fontibus Hebraicis deducatur?

Quid ſit lachryma?

An lachrymæ conducant ad ſolamen?

Eſt autem Lachryma vapor ex calefactione humidi cerebri diſtillans per oculos. Vbi notari oportet, calefactionem iſtam, ſi vehementior fuerit, cerebrum exſiccare, & lachrymis eſſe impedimento: ex quo fit, ut deficiente lachrymarum levamine, dolor exaſperetur. nam, ut Ovidius *Metamorph.* 13. cecinit,

Euripides in Troade. *Afflictis hominibus ſuaves ſunt lachrymæ.*

Expletur lachrymis, egeriturq; dolor.

Lachrymarum diviſio.

Lachrymæ, ſi univerſim ſumantur in tres poteſunt claſſes diſtribui, aliæ enim ſupernaturales, aliæ Naturales, & aliæ denique Artificiales ſunt.

Baſilius homil. de Magdal. lachr.

Bernardus in Cantic.

Aliquarum lachrymæ ſupernaturales ſunt:

Primi ordinis lachrymæ, ſupernaturales quoad modum, quæ licet naturales ſint in eſſentia, ex motivo ſupernaturali profuſæ à Sanctis Angelis in conſpectu Summi Numinis repræſentantur. Et hæ ſunt, quas *Cœli margaritas* Baſilius, & *Cœleſte vinum* Bernardus vocitat; quæ videlicet ex peccatorum memoria, gratià præveniente & cor conterente exoriuntur. Et hæ ſunt, quas Eccleſiaſtæ ſuffulti Divinis præſidiis, ſuis concionibus excitare conantur: quas meditabatur, qui dixit, *Auditorum lachrymæ nominantur laudes Concionatorum*. Vt enim *in quadam epiſtola*, inquit S. Hieronymus. *Docente te in Eccleſia non clamor populi* (phaleratæ eloquentiæ lenocinia admirantis) *ſed* (penitentium) *gemitus ſuſcitentur, Lachrymæ Auditorum laudes tuæ ſint. Petrũ ter negantem amaræ in lecam ſaum reſtituerunt lachrymæ*. Aquas enim ex ſicco ſaxo poſtulant; ſiqui enim ſiſi humanæ eloquentiæ illas extorquere conantur.

aliorum naturales;

Ad ſecundum ordinem illæ pertinent, quæ ex cauſis purè humanis (morbis, infortuniis, & rerum jacturis) proveniunt. Eximia enim Fortitudo requiritur, ut quis ἀδάκρυτος, *ſine lachrymis*, aut ipſe miſerias ſubeat, aut ſuorum caſus, aut occaſus adſpectet.

& aliquarum etiam artificiales.

Pono in ordine tertio illas, quas plurimæ emittunt ex arte: ſunt enim, quæ quando volunt, lugent: & quando volunt, rident: & in arbitrio luctus, & riſus claves habent.

SECTIO I.

De Artificialibus Lachrymis in particulari.

De lugendi Arte. An fuerit Veteribus nota?

MVlta de Supernaturalibus in Libris, Commentariis, Conceptibus, quos Aſcetis Religioſis ſcripſi: naturalibus in Philoſophia non pauca: non juvat uberiùs pertractata reponere. Agamus ergo nũc de illis, qui ad Artis Regulas illachrymantur. Et quidem eſt valde antiqua hæc Ars, & apud priſcos nota, nam Πεῖρα eſt *documentum*, & πειρόδακρυς dicitur, *qui emittere lachrymas didicit*; & ἀπειρόδακρυς, *qui non didicit*. Et, ut video, à Græcis ſunt infectæ Romanæ; nam & ipſæ lachrymas didicerunt effundere. Ovid. 3. *de art. Amand.*

Fœminæ mœroris, & lætitiæ ſunt arbitræ.

Datur lugendi Ars.

Quo non Ars penetrat? diſcunt lachrymare decenter;
Quoq; volunt plorant tempore, quoque modo.

Et *in Epiſtola ad Demophoonta*.

Vidi etiam lachrymas! an & eſt pars Artis in illis?
Hæ quoq; habet Artes, quoque jubentur eunt.

Et hinc *in libell. de remed. Amoris* his verbis incautum admonet Adoleſcentem.

Monitum Morale.

Ne-ve puellarum lachrymas moveare, caveto.
Vt flerent oculos erudiere ſuos.

Vnde *Epod. Ode* 16. clamat Horatius.

Vos, quibus eſt Virtus muliebrem tollite luctum:

Conſonans Euripidi, qui in Medea dixerat.

Mulier ad lachrymas nata eſt.

Pro-

Protrahit ad multos fraudem hanc Seneca, qui *lib. de Animi tranquillitate*, ſic inquit. *Plerique lachrymas fundunt, ut oſtendant: & toties ſiccos oculos habent, quoties ſpectator defuit: turpe judicantes non flere, cùm omnes faciant. Adeò penitùs hoc ſe malum fixit, ex aliena opinione pendere, ut in ſimulationem etiam ſimpliciſſima res, dolor, veniat.*

An mentiantur oculi?

Conſonat C. Paſchalis *lib. de virt. & vitiis cap. 11.* dicens. *Nec verò ſola lingua mendacium circumfert. Sæpiſſimè mendaces ſunt oculi, geſtus, color; vultus, habitus, mores. E malis Artibus nulla prorſus eſt, quæ non aliquam mendacio operam præbeat ad illa patranda, quæ ſuſcipit. Mendacium frequenter adhibet ea, quæ dicuntur veriſimilia. Hæc, illa ſunt, quæ aliquam veri ſpeciem ſecum afferant, etſi ſunt inimica verò. Hæc oculos quamlibet acres, & acutos effaſcinant: & ipſo verò ſunt placentiora.*

Mendacia non poſſunt decipere, niſi veri ſpeciem præſeferant.

An mendacia oculis videri poſſint?

Mentiuntur profectò oculi: jam hoc legimus: & etiam non rarò experimur. Sed quæritur, An mendacia Humano ſenſui ſubjaceant? an aliqua viſibilia ſint, aliqua palpabilia?

Quanta aliqui inſolentia mentiantur?

Sunt, qui tam inſolenter mentiuntur, ut ſe mentiri videant, & nos hoc ipſum videre, & notare cognoſcant. Tales erant illi Prophetæ, de quibus Ezech. 13. 8. inquit Dominus. *Loquuti eſtis vana, & vidiſtis* (in Hiphil. *videri feciſtis*) *mendacium*. Et de quibus Zachar. 10. 2. *Simulachra loquuta ſunt inutile, & Divini viderunt mendacium, & ſomniatores loquuti ſunt fruſtra*. Et eorum talia fuerunt mendacia, ut omnes eos mentiri viderent; & neminem, niſi ſcientem & volentem deciperent.

De lachrymis veris, & falſis.

Et hinc profectò orta Lachrymarum in Veras, & Falſas diſtinctio. Dicuntur *Veræ*, quæ ex vero dolore proveniunt: *Falſæ*, quæ ex ficto. Et de his agebat Catullus, cum *in libr. de coma Beren.* cecinit.

Duplex falſitas reperitur in lachrymis, nam aliqui fingunt ſe lugere, cum revera non lugeant, lachrymas non emittunt ex corde, ſed ex arte lugent, aut conſuetudine.

—— *An ne parentum*
Fruſtrantur falſis gaudia lachrymulis.

Aſſonans Terentio *in Eunuch.* dicenti. *Hæc verba, una profectò falſa lachrymula, quam oculos terendo miſerè vix vi expreſſerit, reſtinguet.* Et lachrymæ, quas manu admota oculis hic exprimi obſecvas, manu etiam apud Ovidium 13. *Metam.* terguntur.

—— *Manuq; ſimul veluti lachrymantia terſit*
Lumina.

Vtebantur ad ciendas lachrymas medicamentis, quæ ἀποδακρυτικά nominabantur. Illorum Plautus meminit, nam *in Pſeud. ſcen. 2. act. 3.* ait. *Sinapi, oculi ut exſtillent, facit.*

De Lamentatricibus, quæ in funeribus adhibebantur.

Et quidem hæc plorandi ad numeros & leges conſuetudo, ut vidi, etiamnum in Hungaria, & Neapolitano Regno in funeribus obtinet, & in Hiſpania avorum noſtrorum ætate obſervabatur; erant enim mulieres, quas à plangendo *plañideras* vocabant, quæ conductæ pretio in domo defuncti ululabant. Proſa illæ & metro ſingultiebant ſuos elegos; &, quæ eruditiùs, aut dulciùs, ipſæ etiam pluris conducebantur. Reperiuntur etiamnum ſepulchra marmorea in antiquis Eccleſiis, in quibus exſculptæ proſtant hujuſmodi Lachrymatrices.

An fuerint apud priſcos Romanos admiſſæ?

Et hunc morem profluxiſſe à Gentilibus Authores eruditi teſtantur. *Nænia*, inquit Feſtus, *carmen eſt, quid in funeribus laudandi gratia cantatur ad tibiam*. Sed à quibus? Nonius Marcellus. *Nænia eſt ineptum & inconditum carmen, quod à conducta muliere, quæ* Præfica *diceretur, iis, qui propinqui non eſſent, mortuis exhiberetur.* Varro *de vita Pop. Rom. libr. 4.* his verbis fuiſſe hunc morem confirmat. *Ibi à muliere næniam cantari ſolitam ad tibiam, & fides.* Immò etiam Cicero *lib. 2. de legib.* dicens. *Honoratorum Virorum laudes in concione memorant, eaſque etiam ad cantus, & tibicinem proſequuntur, cui nomen* [*] *eſt Nænia, quo vocabulo* [::] *etiam Græci cantus lugubres nominant.* Et quia ſingulis rebus ſpecialia Nomina affingebant Romani, ne ſine Divino Auſpicio lachrymæ à Lamentatricibus prodigerentur, invenerunt Deam Næniam; cui, authore Feſto, Sacellum extra portam Vimineam dedicarunt.

*] Sed quo refertur illud *cui?* Propinquius ſubjectū eſſet Tibicen, at Contextus illud ad Concionem neceſſario reducit: nam, ſi Cantus concerneret, non jam *cui*, ſed *quibus* ſcripſiſſe. Orator.

::] νήνιατον. ſignificat *ultimum*: & hinc putant aliqui nomen *nænia* deduci.

Dea Nænia.

In Cea inſula primæ fuerunt adhibitæ lamentatrices.

Primi, qui Lamentatrices invenerunt, & adhibuerunt, fuerunt Ceani (Inſulæ Ceæ coloni) ab iis enim morem hunc Simonides Poëta Lyricus didicit, & ad ſuos tranſtulit. Horatius.

—— *Sed ne relictis*

Muſa

Muſa procax jocis Cea Retractet
munera naniæ.

An, & cur in Mundum ingredientes Infantes, luctu & lachrymis à Thracibus ſuſcipiebantur?

Sicut nos hodiè Amicos, qui devivunt, lachrymis comitamur, ſic olim Thraces ingredientem in hunc Mundum infantem inconcinno ululatu excipiebant: præſtare enim non naſci hominem, quam Morti naſci ſucclamabant. Exſtat Archiæ Poëtæ Epigramma, quod in gratiam Pietaris Eruditæ ſubjicio.

Θρήικας αἰνείτω τις, ὅτι ςοναχεῦσι μὲν υἷας
Μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχομένους.
Ἔμπαλι δ' ὀλβίζουσιν, ὅσους αἰῶνα λιπόντας,
προϊδ' ἧς κηρῶν λάτις ἔμαρψε μόρος,
Οἱ μὲν γὰρ ζώοντες ἀεὶ παντοῖα περῶσιν
Ἐς κακὰ, τοὶ δὲ, κακῶν εὗρον ἄκος φθίμενοι.

In vitam humanam. Luſcinius.

Et cur enharmonico jubilo mortuis parentabantur?

Laudantur Thraces, natos quod viſcera matrum
Egreſſos gemitu protinus excipiunt:
Quodq; relinquentes vitam ſine fine beatos
Credunt, incautos dum fera Parca rapit.
Illos vita malis quia deſtinat omnibus: hinc hos,
Pharmaca quod mortem tot reperere malis.

Mundi interiora verſſimè & ingenioſiſſimè D. Franciſcus de Quevedo deſtribit.

ET quidem eſſe fictas propulſas, aut meræ Vrbanitatis gratia fuſas ab Amicis in funeribus lachrymas, demonſtrat ingeniosè ille liber, qui *el Mundo por de dentro* inſcribitur, & ingenio D. Franciſci de Quevedo debetur: de quo intelligere poteris verba illa Horatii,

—— *Ridentem dicere verum*
Quis vetat?

Et placet ex eo Paragraphum ſequentem ſcribere.

Quinam in Libro introducantur.

Introducit unum Adoleſcentem, qui ſibi complacet, & Mundi fallacias ignorat: Senemq; qui *El Deſengaño* poſſet vocari Hiſpanicè; & illum prudenter inſtituit. Et Adoleſcens infit.

Funus ſecundum moresHiſpanorũ deſcribitur.

[*En eſto, llegamos a la calle mayor. Vi todo el concurſo, que el Viejo me bavia prometido. Tomamos pueſto conviniente para regiſtrar lo que paſſaba. Y fuè un Entierro en eſta forma.* Venian envainados en unos ſayos grandes de differentes colores unos picaros, haziendo una taracea de Mullidores. Paſsó eſta requa incenſando con las campanillas. Seguian los Muchachos de la Dotrina, Meninos de la Muerte, y Lacayvelos del Ataud, Kyrriando la calabera. Seguianſe luego doze Galloferos, Hypocritas de la pobreza, con doze hachas, accompañando el Cuerpo, y abrigando a los de la Capacha, que hombreando [*] teſtificaban el peſſo de la Diffunta. Detras ſeguia larga proceſſion de Amigos, que accompañaban en la triſteza y luto al Viudo, que anegado en capuz de vayeta, y devanado en una Chia, perdido el roſtro en la falda de un ſombrero, de ſuerte que no ſe le podian hallar los ojos: corvos y impedidos los paſſos con el peſſo de diez arrobas de cola, que arraſtraba, iba tardo y perezoſo. *Laſtimado de eſte Eſpetaculo*, Dichoſa Muger, *dixe*, ſi lo puede ſer alguna en la muerte: pues hallaſte Marido, que paſsó con la Fe, y el Amor mas alla de la Vida, y Sepultura. Y dichoſo Viudo, que ha hallado tales Amigos, que no ſolo accompañan ſu ſentimiento, pero que parece, que le vencen en el. No ves, que triſtes van, y que ſuſpenſos? *El Viejo* moviendo [::] *la cabeza, y ſonriendoſe, dixo.* Deſventurado. Eſſo todo es por fuerça, y parece aſſi: pero ahora lo veeras por dedentro; y veeras con quanta verdad el ſer deſmiente a las appariencias. Vees aquellas luzes campanillas, y mullidores, y todo eſte accompañamiento piadoſo, que es ſuffragio Chriſtiano, y limoſnero. Eſto es ſaludable. Pero las brabatas, que en los Tumulos ſobreeſcriben, pudricion y guſanos, ſe podrian eſcuſar: empero tambien los Muertos tienen ſu vanidad, y los Diffuntos ſu ſoberbia. Alli va tierra de menos fruto, y mas eſpantoſa, de la que piſſas; no merecedora de alguna honra; ni aun de ſer cultivada con arado, ni azadon. Vees aquellos viejos, que llevan las hachas? Pues algunos [;] no las atizan, para que atizadas alumbren mas, ſino para que atizadas a menudo, ſe derritan mas; y ellos hurten mas cera para vender. Eſtos ſon los que a la ſepultura hazen la ſalva en el Diffunto, pues antes que ella lo coma, ni lo pruebe, cada uno le ha dado un bocado, arrancandole un

*] Humeris ergo loquebãtur.

Quo habitu & modo Viduus inceſſerit?

Veram Amicitiam Mors non terminat.

::] Capitis quaſſatio, & ſubriſus multũ interdum dicit.

Mundana omnia non ſunt qualia apparēt.

Multa eſt in Nobilium funeribus vanagloria & ſuperbia.

;] Reviſor, qui correxit Quevedi opera, ubi Author loquitur indefinitè, pronomen *algunos* paſſim ſcribit, ne cenſeretur ille voluiſſe univerſos comprehẽdere: at neceſſitatem hujus correctionis non video, nã in materia cõtingenti Indefinita ſemper æquivalet Particulari.

real

real o dos : mas con todo eſſo tiene ſu valor la Limoſna. Vees la triſteza de los Amigos? Pues todo es de ir en el Entierro: y los convidados van dados al Diablo con los que los convidaron; que quiſieran mas paſſearſe, o aſſiſtir a ſus negocios. Aquel, que [†] habla de mano con el otro, le va diziendo, que combidar a entierro, donde ſe offrece, no ſe puede hazer con un Amigo: y que el Entierro es ſolo convite para la Tierra, pues a ella ſolamente llevan, que coma. El Viudo, no va triſte del caſo y viudez, ſino de veer, que pudiendo el haver enterrado a ſu Muger en un muladar, y ſin coſta, y fieſta ninguna, le ayan metido en ſemejante baraunda y gaſto de Cofadrias y cera. Y entre ſi dize, que le debe poco, que ya que ſe havia de morir, pudiera haverſe muerto de repente, ſin gaſtarle en Medicos, Barberos, ni Boticas; y no dexarle empeñado en jaraves y pocimas. Dos ha enterrado con eſta; y es tanto el guſto, que recibe de envindar, que ya va trazando el Caſamiento con una Amiga, que ha tenido: y fiado con ſu mala condicion, y endemoniada vida pienſa doblar el capuz por poco tiempo. *Quede eſpantado de veer todo eſto ſer aſsi, diziendo.* Que differentes ſon las coſas del Mundo de como las veemos? Deſde hoy pierdan credito con migo mis ojos: y nada creeré menos, que lo que viere. *Paſsó por nos otros el Entierro, como ſi no hubiera de paſſar por noſotros brevemente: y como, ſi aquella Diffunta, no nos fuera enſeñando el camino, y muda no nos dixera a todos*, Delante voy, donde aguardo a los que quedais accompañando a otros, que yo vi paſſar con eſſe proprio deſcuydo. *&c.*] Stat igitur bene Budæum veras lachrymas funebribus contrapoſuiſſe; dixit enim. *Non funebribus lachrymis, ſed veris, & intùs obortis lugere.*

†] Etiam loquuntur manibus.

Cur Viduus triſtis ſit?

An illi dies funeris feſtivus ſit?

Quantùm differant Veritas & Apparentia?

Qualiter videamus funera?

Cadaver colloquutur. Sed quid?

Budæus apud Textorem in Epither. verb. Lachrymæ.

SVNT mentitæ, ſunt coactæ, ſunt extruſæ lachrymæ, quas in Parentum morte emittunt opulentarum divitiarum hæredes: ſunt autem veræ, quas in amiſſione fortunarum: eas enim, neſcio quo fato, multi teneriùs amant, quàm ſe ipſos. Vnde veriſſima ſunt Satyrici illa verba.

Que modo vera à falſis lachrymis ſternantur?

Iuvenalis Sat. 13.

Ploratur lachrymis amiſſa pecunia veris, *Polymnia.*

quæ quidam Iunior hac ornavit Parodia.

Lugetur lachrymis amiſſa, & fæmina falſis.
Atq; etiam invitis, fictis, truſiſque maritus.

De lachrymarū obiectis.

Quam attentè conſiderans D. Franciſcus de Quevedo hoc Scholio illuſtravit.

Lagrimas alquiladas del contento
Lloran diffunto al Padre y al Marido:
Y el perdido caudal ha merecido
Solamẽte verdad en el lamento.
Codicia, no razon ni entendimiento,
Gobierna los affectos del ſentido:
Quien pierde hazienda, dize que ha perdido,
No el que convierte en logro el Monumento.
Los ſacroſantos vultos adorados
Ven ſus muslos raidos [*] por el oro,
Sus barbas y cabellos arrancados.
Y el ſer los Dioſes maſſa de theſoro
Los tiene al fuego y cuño condenados,
Y al Tonante fundido en Ciſne y Toro.

Quanam res veris, & quanam tandem fictis lachrymis lugeantur?

Quales pro parentibus, maritis, &c. fundātur?

**] Ramo ... aurati femur Herculis. &c.*

Doctrinam hanc, quam numeri præcedentes dilucidant, tam generalem credidit Excellentiſs. Dux N. ut ſuū nepotem (filii filium) advocaret his verbis. *Ven aca, enemigo de mi enemigo*, ſupponebat enim divitum omnes filios ſuorum parentum mortem deſiderare. Interim tametſi non ſint feriæ illæ lachrymæ, quas opulenta comitatur hæreditas, non eſt ita generalis hæc Regula; nam & ſunt boni filii, qui ſuos tenerè parentes diligunt. Audi ſequentes numeros.

Inimicus mei inimici, quis?

... ſint boni filii, qui ſuos parentes ament?

Domina. *Eſta vez penſe quedar*
Sin padre. Caſſilda. *Quando muriera,*
Nunca otro mal nos viniera.
Dom. *Eſtas loca.* Caſſ. *Es un peſſar*
El de herencias, ſegun ſiento,
Que, aunque cubierto de luto,
Llora riſas por el fruto,
Que eſpera, como el ſarmiento.
No ſon mortales los daños,
Que la hazienda conſoló.
Domin. *Mas quiero a mi padre yo,*
Dios me le guarde mil años.

Quanam irrideantur, aut irrideantur lachrymæ?

De attenuatis Oculis. Quinam illi ſint?

EFficaciſſima eſt, ut præcedens demonſtravit Articulus, Oculorum Rhetorica: aſpiciendo gravantur, & levantur lugendo. Sed quando, & cur *attenuari* dicuntur? Realem Moralemq; cauſam invenio. Attenuantur realiter Oculi, quoniam effuſo effluvio lachrymarum dolor, viſus aciem obtundit & excœcat: attenuantur (in Hiphil, faciunt attenuati) moraliter, quoniam peccatorum maculas & ſordes abluunt lachrymæ, & debitum pœnarum, quod nos manet, attenuant.

Plautus in Aſin. ſcen. 3. act. 2.

Lumbi ſedendo, Oculique ſpectando dolent.

Hinc lux aliquibus locis obſcuris, quos Eruditionis gratia adjungo. Agellius libr. 9. cap. 4. *Exhauſti oculi fletibus*. Seneca cap. 2. de conſol. ad Polyb. & cap. 5. *Conturbat, & exhaurit oculos*. Et cap. 1. de conſ. ad Mart. *Defeſſos & exhauſtos oculos*. Item cap. 39. Aliquos etiam locos ex Sacra Scriptura ſubſcribo. Ezechias his à Deo verbis veniam & auxilium implorat. *Attenuati ſunt*, inquit, *oculi mei, ſuſpicientes in excelſum. Domine vim patior*, &c. Sic etiam David Pſalm. 68. 4. *Defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum?* Et Pſalm. 118. 123. *Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum, & in eloquium Iuſtitiæ tuæ. Fac cum ſervo tuo ſecundum miſericordiã tuam*, &c. Scripſerat verſ. 82. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, Quando conſolaberis me?* Ecce in ipſo deliquio, cùm oculorum lux lachrymarum nubibus eclipſati videtur, loquuntur, & audiuntur oculi.

Quid ſit oculos attenuari, aut deficere?

Porrò Prophetam imitabor, & convertens ad Angelorum Imperatricẽ oculos, oculis ipſis illi loquar & dicam, *Quando conſolaberis me?* hoc eſt, *Quãdo illos tuos miſericordes oculos ad me convertes?* Graviſſimè peccavit Petrus: & quia eum reſpexit Ieſus, flevit amarè. Peccavi & ego, Virgo-Mater, & ut amarè fleã, ut attenuer, ut deficiam, ut mea tandem peccata deleantur & deficiant, oculis miſericordiæ tuæ me reſpice.

Ad Virginem-Matrem Oratio.

De converſione & lachrymis Petri redibit ſermo S. *Pulchra*.

Summè eſt efficax oculorum lachrymantium oratio, multum enim loquitur, multum dicit, multum ſuadet, multum ſignificat, multum exponit, & tandem multum impetrat ille, qui luget. Conſidera locos ſequentes.

Quanta ſit lachrymarum potentia?

Lachrymæ interdum teſtes ſunt, & muti eſſe teſtes non ſolent. *Ptolemaus Philadelphus, miſſos ad ſe LXXII. Interpretes cum Sacris Bibliis honorificentiſſime excepit; & lachrymis etiam obortis ſuum gaudium teſtatus eſt*. Verba Ioſephi ſunt *ex lib.* 12. *c.* 2. deſumpta. Ergo (1) etiam lætitia excitat lachrymas. Terentius in Adelph. *Ob lachrymo, gaudio*. Quo reſpexit Lactantius, qui *in Hymn. de Dominic. Reſurrect.* cecinit.

An loquatur lachryma?

Lachrymo, as.

—— *Lachrymat ſua gaudia Palmes*.

Quodnam ſit inter lachrymari, & plorare diſcrimen?

Et, ut puto, etiam in Aſin. ſcen. 2. act. 3. Plautus, cùm dixit, *Lachrymandum eſt, non plorandum*. lachrymas enim ex mœrore profundere, plorare eſt. Ergo (2) loquuntur lachrymæ alias enim eſſe teſtes non poſſent. Et id Nomenclator Græcus obſervaſſe videtur, verbum ἀποδακρύω, quod uſurpavit Ariſtophanes, & exponit Scapula, concinnando, ut *mentis conceptum lachrymis patefacere, & prodere ſignificaret*.

ἀποδακρύω

SECTIO II.

De Homine.

An ſit natus ad lachrymas?

EST profectò Homo, animal miſericors, & miſerabilis. Illud prius Herodianus aſſeruit; nam inter alias præclaras ejus gnomas, recenſetur, Τὸ ἀνθρώπινον φύσει ἐλεεινόν. *Homo eſt animal natura miſericors, & miſerabilis*. nam nomen ἐλεεινος quod, ut vult Cauſinus, eſt *miſericors*, ut Paſſeratius, & Scapula habet, eſt *miſerabilis*. Plato enim *in Apol.* ἐλεεινὰ δράματα, *facinora miſerabilia* in malam partem voce deſumpta nominavit. Et meritò, Homo enim, ut illum pingit Iobus, *Eſt natus de muliere, brevi vivens tempore, repletus multis miſeriis, qui quaſi flos egreditur, & conteritur: & fugit velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet*. Quæ verba his ex Cauſino ſumptis ad rem noſtram dilucido. Homo eſt, inquam, (mutationis imago, temporis ſpolium, invidiæ, & miſeriæ trutina; phlegma & bilis; imbecillum corpus, & fragile; nudum ſuapte natura, inerme, alienæ opis indigens, ad omnem Fortunæ contumeliam projectum. Huic partim bonorum abſentiã, partim ingruentium malorum procellæ, partim quotidiani caſus, partim etiã ipſi

Qualis ſit homo?

ἐλεεινός quis ſit?

Iob. 14. 1.

Cauſinus de Eloquentia libr. 8. cap. 40. pag. 540. b.

Digitized by Google

Cur homini ſine data lachrymæ?

ipſi (ſi nihil aliud immineat) humores corporis, ſatis longam mœroris telam texunt: quos, ut aliqua ex parte alevaret Natura, lachrymas dedit, atque eas dum profundit, evaporat affectus, & inſiti doloris particula in alienum pectus derivatur.]

Quid ſignificent infantium lachrymæ?

Et hanc eſſe vivam effigiem Hominis ſuadet vitæ decurſus; nam illachrymatur, cùm naſcitur, & ſine lachrymis non moritur. *Lachrymæ infantium teſtes ſunt noſtra miſeriæ*, ait Auguſt. *hom.* 10. Porrò, qui teſtimonium perhibet, loquitur: & lachrymæ, ſi aliquid teſtificantur, ipſæ loquuntur. Quid autem dicunt? Infans, ubi primùm in lucem emittitur, lugendo miſeriam humani generis teſtificatur; & non loquendo, ſed lugendo exclamat, & inculcat, *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea*. Pſal. 50. [Liceat hic mihi, nam de infantibus loquimur, *yr, y quedarme; y con quedar partirme*, ſine digreſſione ulla digredi: & Orationem adducere, quam ad innocentum Infantum honorem recitamus: in ea enim ipſammet mortem loqui & audiri conſpiciemus: dicimus enim, *Deus, cujus præconium innocentes Martyres, non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt*, &c. Ergo præter lachrymas etiam ſanguis loquitur, & cauſam ob quam funditur, confitetur. Innocens erat Abel, & ejus ſanguinis vox clamabat ad Deum ex terra. *Geneſ.* 4. 10. Ergo à fortiori tot innocentum injuſtè fuſi ſanguinis vox clamabit, & Ieſum, etiam infantem, eſſe verum Deum confitebitur.] Hinc redeamus ad lineam, & ut lachrymas audiamus nova cura attentionem præſtemus.

Quid lachrymis ſuis proteſtentur infantes?

An homines moriendo loquantur?

An habeat ſanguis vocem?

Pulchra ſunt illa verba, quæ in Hiſtoria Domini Noſtri Ieſu Chriſti leguntur, videlicet. *Converſus Dominus, reſpexit Petrum*: &c. *Et egreſſus foris Petrus, flevit amarè*. Et ad hunc textum S. Ambroſius *lib.* 9. *ſuper Luc.* hanc notam marginalem adjecit. *Lachrymas Petri lego, ſatisfactionem non lego; ſed quod defendi non poteſt, ablui poteſt. Lavant lachrymæ delictum, quod voce pudor eſt dicere, vel confiteri. Lachrymæ veniam non poſtulant, ſed obtinent*. Qui ſciat quantam connexionem habeant inter ſe verba Dei, & Eccleſiæ, ex *Salve Regina* diluci-

Lucæ 22. 61.

Quàm fuerint efficaces Chriſti oculi?

Polymnia.

dabit illa, *converſus Dominus, reſpexit Petrum*, ut æquivalcant his, *Dominus illos ſuos miſericordes oculos ad eum convertit*. Oculis loquutus fuit Petro Dominus, oculis exprobravit incrudelitatem ejus, & duritiam cordis, &c. Dicebat illi oculis, O ſtulte, & tarde corde ad credendum in omnibus, quæ loquuti ſunt Prophetæ. Non-ne hæc oportuit pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam? At fidem tenes animo, quam labio negas: ſed hæc ipſa excuſatio debet excuſari (non proponi) in peccato, *Corde enim creditur ad juſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem*. Prætereà illud *converſus* lego in *Hiphil*, (quæ tametſi Hebræorum verborum ſit vox, ſi non realiter, ſaltem virtualiter in aliis linguis invenitur (ſic inquam, *Converti fecit eum Dominus, ubi reſpexit Petrum*. Sicut enim aqua in nuptiis, ut obediret Chriſti linguæ, fuit in vinum converſa, ſic Petrus, ut obediret Chriſti oculis, in novum hominem converſus eſt. Et quid fecit Petrus? Chriſto loquenti oculis, etiam oculis loquutus eſt. *Flevit amare*, hoc eſt, oculis in lachrymas fuſis exclamavit & dixit.

Quid Petro oculis dixerit Chriſtus?

Ad Roman. 10. 10.

Chriſto loquenti oculis, etiam oculis reſpondet Petrus.

Te Deus imploro, qui blandè crimina tractas:
Culpa mea eſt ingens, ſed tua larga manus.

An, & quid tandem loquantur lachrymæ?

Hic ingreditur S. Ambroſius. *Lachrymas Petri lego*, ait: addere potuiſſet, *etiam audio*, nam lachrymæ ſuo modo, & ſua lingua loquuntur: *ſatisfactionem non lego*, nulla enim erat tunc neceſſaria præter lachrymas. *Sed, quod defendi* verborum eloquentia *non poteſt*, lachrymarum profluvio *ablui poteſt*. Pudore preſſus Petrus fatetur lachrymis, & lugendo *abluit crimen, quod voce erat pudor dicere, vel confiteri*. Quoniam *lachrimæ* realiter carent voce, & ideò realiter *veniam non poſtulant*: at quia vocem virtualem habent, & veniam virtualiter poſtulant, *illam obtinent*. Non eſt opus, ut loquatur, qui luget; quæ enim ſubticet lingua, illæ exponunt. D. Didacus apud Calderonem.

Cur impetrent?

Oid, eſperad D. Ivan,
Y mirad, que enternecido,
Mas que vos me haveis callado,
Vueſtras lagrimas me han dicho

Secreta detegunt.

Vide Comœdiam, quæ inſcribitur, *El Maeſtro de danzar*. Act. 3. pag. 41.

b. Et in alia (nimirùm, *Tambien hay duelo en las Damas.*) act. 3. pag. 264. 4. Violantia conſulit Leonoræ hiſce verbis.

Sunt efficaces, etiam ficta.

Si: llorale tu deſdicha,
Lamentale tu innocencia;
Y dexale a tu verdad,
Que ella miſma por ſi vuelva.
Que ſi lagrimas mentidas
Suelen tener mucha fuerza;
Lagrimas ſobre verdades,
Que pecho aura que no venzan?

Ne quidem carent viribus mendaces lachrymæ.

Habent ſpecialem dialectum.

Mirabilis eſt lachrymarum dialectus: dolent, vituperant, dilaudant, & mutatis modulis exponunt univerſos affectus. Concionantur hodie in Europa multi: & pleriqne omnes laudem quærunt: nec tamen omnes ſcire volunt, in quo legitimus conſiſtat applauſus. Hieronymus in quadam Epiſtola. *Docente te in Eccleſia non clamor* (non applauſus) *populi, ſed gemitus ſuſcitetur: lachrymæ Auditorum laudes tuæ ſint. Petrum ter negantem; amaræ in locum ſuum* (in locum priſtinum) *reſtituerunt lachrymæ.* Attende. Laus eſt ſermo virtutis excellentiam elucidans. Ergo, ſi Auditorum lachrymæ ſunt Concionatoris laus, ſunt etiã ſermo, qui illius Virtutem exponit, & illuſtrat.

In quonam ſitæ ſint laudes optimi Concionatoris?

Quid ſit laus?

Quomodo ſit exorãdus Deus?

Efficaciorem; & ad impetrandum Divini Numinis gratiam aptiorem eſſe lachrymarum gemitum, quàm labii diſertiſſimi vocem, S. Auguſtinus ad Probam verbis iſtis ſcribit. *Abſit ab oratione multa precatio, ſed fervens perſeveret intentio. Nam multum loqui eſt in orando rem neceſſariam ſuperfluis agere rebus. Multum autem precari, eſt eum, qui precatur, diuturna cordis oratione pulſare: nam plerumq; hoc negotium plus gemitibus, quàm ſermonibus agitur; plus fletu, quàm affatu.* Conſonat S. Benedictus, qui lachrymas voce non carere ſupponens, ait, *Non in multiloquio, ſed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum nos exaudiri ſciamus.* Et ego infero. Ad Deum igitur tametſi tacitæ ſucclamant lachrymæ: aliàs enim divinitùs non audirentur.

S. Benedictus in Regul. cap. 20.

An lachrymæ vociferentur?

Omnia hæc eò tendunt, ut oſtendant ſicut verbis hominem, ſic etiam interdum loqui lachrymis, Doctrinam adfirmant, notam & admiſſam à priſcis; nam *libr. 3. de Pont. Elegia 1.* inquit Ovid.

Habent lachrymæ vocem.

Interdum lachrymæ pondera vocis habent,

Vnde Cloris aliquando dicebat.

Quæ occultat lingua, oculi produnt.

De que me ſirve negar
Con la lengua mi peſar,
Si con llanto le confieſſo?

Vide Calderonem tom. 3. in Comœdia, quæ inſcribitur, *Mañanas de Abryl y Mayo*, act. 3. & in illa, cui Titulus, *Ni Amor ſe libra de Amor.* act. 2. fol. 175. col. 3. hæc lego.

Tacita, Triſtitia multum loquitur.

Por todo el camino vas,
Entre calladas triſtezas,
Tanto ſintiendo y llorando,
Como ſi por dicha fuera,
O por deſdicha poſſible,
Dar tan mañoſa cautela,
Que finja el dolor: que como
Son chriſtalinas vidrieras
Del Alma los ojos, quanto
Parece, que occultan, mueſtran.

Animæ feneſtræ ſunt oculi.

Mil vezes quieres hablarme,
Y las palabras ſuſpenſas
Ninguna razon acaban,
Por mas razones que empiezan.
La pronunciacion ſoſpecho
Que ſe te ha perdido, y della
Solo han quedado las ruinas
Del ſuſpiro como en prendas.

Diſcurſus fracti.

Suſpirii ruina.

Et poſteà fol. 180. col. 1.

Cupido. *Obliguete mi ruego;*
Mi llanto te aſſeguro;
Muevate mi fineza.
Sichis. *En vano lo preſumes.*

An lachrymæ præbeant ſecuritatem?

Et tandem fol. 184. 2.

Sichis. *Hermoſa Seleniſſa,*
Divina Aſtrea, bien ſin ella aviſa
De mi guſto mi llanto;
Que la voz no ſupiera dezir tanto.
Vengais felicemente
A eſta Isla, de quien Reyna eminente
Me applaude mi decoro,
Y donde me conoſcan hoy Lidoro
Y Arſidas por ſu eſclava, no ſu hermana.

An plus dicere, quàm lingua ſciant?

De oculorum & aurium veracitate Violantia, & Felix diſſerunt: & ſic inquiunt.

Felix. *Yo no he dado.* Violant. *Eſta muy bien.*
Fel. *Cauſas, que tu agravio apoyen.*
Viol. *Mis oidos, que lo oyen;*
Y mis ojos, que lo ven,
Mienten; vos ſolo dezis
Verdad. Fel. *Al Cielo plugiera,*
Que aun aqueſa no lo fuera.

An Viſus, Auditusque mentiri poſſint?

Vide Comœd. *Tambien hay duelo en las Damas*, act. 2. pag. 262. 2.

SE-

SECTIO III.

De Lachrymarum Logica.

An Contradictorias ſimul veras admittat?

Quot, & quæ ſint Mentis operationes?

TRES habet Operationes Intellectus, quas Dialectica dirigit; & ipſæ Simplex Apprehenſio, Iudicium, & Diſcurſus ſunt; & Hominem à Brutis ſecernunt. Et, quia in Lachrymis analogiam reperio, debeo illis neceſſariò ſpecialem accenſere Dialecticam. Sanè plurimæ in Mundo Lachrymæ, ſine Iudicio, aut Diſcurſu, ex mera Apprehenſione funduntur. Sunt etiam quæ à Iudicio, hic vero, ibi falſo, profectæ, genas inundant. Et ſunt denique, quas Diſcurſus, & Ratio, vel invitas extorquet, & ab arbitrio Voluntatis ſubducit. De Lachrymis ſic in claſſes diviſis multa ſcribere poſſem, & in librum vellem Articulum præſentem convertere; at, quia ſcribendi ratio non permittit, uberiùs Orationem diffundi, cæteras aliis diſcutiendas relinquens, unam, aut alteram Quæſtionem proponam. Et petam

An admittenda in Antiquorum numero ſit Lachrymarum Dialectica?

Cur tam breviter illam ediſſerit?

Primò, *An ſimul poſſint lachrymæ ab oppoſitis cauſis procedere?*

Et reſponderet negativè Scholaſticus; quoniam in Communi Dialectica, nec Contrariæ, nec Contradictoriæ eſſe queunt ſimul veræ; nec eadem Concluſio ſolet ex oppoſitis præmiſſis inferri. Ergo nec in Lachrymarum Dialectica obtineri unquam poterit, quod illæ ab Apprehenſionibus contrariis, à Iudiciis oppoſitis, à Rationibus & Præmiſſis, quæ componi non poſſint, proveniant.

Contraria, aut Contradictoria Propoſitiones eſſe vera non poſſunt, etc.

Aliud eſt non ſolet, *& aliud* non poteſt.

At contrà Experientia decîdit. Nam Aſtræa, quam ob oculos pono, eaſdem lachrymas ex gaudio, & mœrore profundit. Amabatur à Nimia Nini, & Semiramidos Chaldæorum Regum filio, & in ejus coronatione luget, gaudet: congratulatur enim ſibi, ſuum Nimiam ad ſummam Fortunæ abſidem promoveri conſiderans: & ſibi condolet, præcludi connubio viam ſentiſcens; Reges enim dedignantur inferioris ordinis Virgines in uxores adſumere: & hanc ob rem jam mœſtis, & jam lætis lachrymis ſuffuſa, ſic inquit.

An linguæ oculis, & hi poſſint contradicere linguæ?

Reges Virgines privatas non ducunt.

El haver lagrimas hoy
De Placer, y de Peſſar,
En mi lo he llegado a ver
Toda, pues quando te adora
Como Rey y Amante, llora
De Peſſar, y de Placer.
De Placer, ſeñor, por verte
Dueño del mayor trophee:
De Peſſar, porque me veo
Indigna de merecerte:
Y aſsi entre guſtos y enojos
Doy a liſonjas y aggravios,
El parabien con los labios.
Y el peſſame con los ojos.

Hos verſus in Hiſtoria, ex magna parte cogitata, quam in Comœdia, quæ inſcribitur *La hija del Ayre*, exhibuit Petrus Calderon, *part. 2. act. 8. pag. 153. b.* poteris invenire.

Ecce ſimul impræſentiarum Aſtrææ lachrymæ ex gaudio, & mœrore, ex lætitia, & triſtitia naſcuntur. Ecce Poſitiones oppoſitæ; *Gaudet*, & *Non gaudet*. *Contriſtatur*, & *Non contriſtatur*, quæ aliàs componi nequeunt, in Aſtrææ Oculis lachrymoſis conſiſtunt.

Contradictiones in lachrymis verificata.

Dabo, & aliud Lachrymarum à contrariis motivis profuſarũ exemplum. Armeſindam ſuam filiam Raymundo Toloſæ Comiti Barcinonenſis Dux, invitam & reluctantem ſpoponderat. Vt eſſet celebrior ὑμέναιος, fuit haſtiludium publicatum. Vmbratilis pugna ſufficeret, ſi Ducis judicio ſtaretur. At Comes erat animoſus & acer, nolebatq; ſine ſanguine obtinere victoriam. Conſidera verſus ſequentes.

Cigarrales, Pag. 157. a.

Haſtiludia olim habebantur in nuptiis.

Vmbratile Haſtiludium *illud dicitur, quod celebratur ſine ſanguine.*

Dux. *Lança de raquete baſta,*
Hazed quitar la cuchilla.
Comes. *No he de quedar en la ſilla*
Menos Señor, que con haſta
De cuchilla de dos cortes.
Buena es aqueſta y ligera.
Toma y ſea la primera,
Que me des. Tib. *Aunque reportes*
Tu inclinacion, el Torneo
Saldra mas regozijado,
Si no fuere enſangrentado.
Comes. *Tibalda ſiempre deſea*
Hazer las coſas de veras.
Renat. *Burlas de veras no ſon*
Apacibles Don Ramon,
Que peſſan las mas ligeras.
Comes. *Hoy, que ſoy Mantenedor,*
Pretendo de hazer mi guſto.

Admonet arrogantes pulchrum hoc, tametſi à Poeta cogitatum, exemplum: permittit enim Deus, ut ſuperbis hominibus omnia contra votum ſuccedant.

Ecce indocilem Comitis Raymundi arrogantiam! & tamen in primo accurſu occiſus fuit ab Hiſpano Manrique. Turbatur Civitas, tumultuant Aulici, occlamat Dux,

Ma-

Matalde [*] *que al de Toloſa*
Ha *muerto* . &c.
Mal aya el torneo y la lança
De tal honor homicida .

Et Armeſinda gaudio & mœrore plena, lachrymas ab utroq; provenientes profundit: & tamen, ut ſe tempori, & genio Parentis accommodet, ſic infit,

*] In Imperativo, ſi pluribus loquamur, dicimus. *Matad, Decid*. Ergo addito pronomine affixo *le*, *Matadle*, *Decidle*: at Vulgus, quia ſemper pronũciationem faciliorem affectat, *dl* in *ld* cõvertit, & ait, *Matalde*, *Decilde*, &c. Et Tirſo hic loqui cum multis placuit.

Armeſ. *Alegre, por ver cumplida*
Mi libertad y eſperança,
Vengo: pero el ſentimiento,
Aunque fingido, es forçoſo.
Si llorare al muerto Eſpoſo,
Alma dezildes [*] *que mlento.*
Ay de mi! Dux. *Deſtos enojos*
Tu eres toda la occaſion.
Por ti han muerto a Don Ramon.
Armeſ. *Teſtigos ſeran los ojos,*
Señor, ſi el Alma ha ſentido
Eſta deſgracia cruel.
Dux. *Lloras falſa? Que papel*
Es el que ſe le ha caido? &c.

De Contradictionibus, quæ in Armeſinda lachrymis verificantur.

Ecce & hic aliæ duæ contradictoriæ verificantur; quoniam eædem Armeſindæ lachrymæ *vera ſunt & non vera, falſa non falſa*. Veræ ſanè, & non falſæ, prout à gaudio proveniunt; hoc enim verum & magnum eſt: falſæ autem, & non veræ; prout à mœrore defluunt, hic enim, tametſi quoad externam apparentiam ſit plurimus, ſuperficie tenus eam colorat, & animi præcordia non penetrat.

SECTIO IV.

De Enthymemate.

Quid illud ſit? An aliquam Præmiſſam poſſit Intellectus tacere? Et quid per analogiam dici debeat de Lachrymis?

Quid ſit Enthymema?

ENthymema eſt ſyllogiſmus imperfectus, in quo altera ſubticetur Præmiſſa, ut ſi quis diceret,

Omnis Virtus eſt laudanda.
Ergo, & Fortitudo.

In ipſo altera præmiſſa nõ dicitur, ſed ſubintelligitur.

aut etiam adderet.

Inimici ſunt proximi.
Ergo & diligendi.

Duo Enthymemata (hoc eſt, duos ſyllogiſmos imperfectos) proponeret: in quorum primo ſubintelligitur Minor, *At Fortitudo eſt Virtus*. in ſecundo autem Major, *Omnes proximi ſunt diligendi*.

Propoſitiones, quas tacet lingua, non tacet Mens: illas enim pronunciat. In Mente igitur non dantur Propoſitiones tacitæ. Ergo ab intellectu nullum fit Enthymema. Et poſſemus dicere à lingua Civili nullum fieri: quoniam illæ duæ Propoſitiones, quæ expreſsè ponuntur, reſtringunt & determinant aures, ut illam, quæ tacetur ſubaudiant.

An ſint Enthymemata in Intellectu?

An-ne lugendo Oculi ſyllogiſmos incompletos eliciunt, in quibus ex occultis & publicis lachrymis, velut ex duabus Præmiſſis, Conſequentia inferatur? Eliciunt ſanè. Et, ut id perſuadeamus, Lachrymarum alias eſſe occultas, aliaſque publicas, & notorias oportebit oſtendere.

An ſint in Oculis?

Sed cur tempus in re certa & indubitata demonſtrãda impendemus, cũ ſit nota univerſis, & indubitata, in ſecretas, & publicas Lachrymarum diviſio: non enim redacti adhuc ſunt ad extremam miſeriam, quibus palam profundere lachrymas licet: illis autem, qui aguntur infortuniis graviſſimis, & tamen non permittuntur publicè conqueri: qui clam lugent in angulis, & vultum hilarem publicè oſtendunt, nulli miſeriores, nulli miſerabiliores poterunt reperiri. Et tales erant illi, de quibus ſcribit Thryphiodius.

Lachrymarum in Publicas & Occultas diviſio.

Summa miſeria eſt non permitti lugere.

Δάκρυσι λαθριδίοισιν ἐπικλαύσαντες Ἀχαιοί.
Lachrymis occultis illachrymabantur Græci.

Et erat minor miſeria illius, qui apud Homerum Odyſſ. δ.

Αὐτὰρ ὁ πικρὸν ὑπ᾽ ὀφρύσι δάκρυον εἶβε.
Caterùm amaram ſub ſupercilio lachrymam fundebat.

Ad rem Poeta neſcio quis.
Clam ridet ſponſi cædem Leonora ſepulti,
Sed publicas invita fundit lachrymas.

Quoniam ut docet experientia, *Non parva eſt miſeris diſcrimina flere voluptas*, maximè ubi vindictæ intercedit ſpes, ubi poteſt quis dicere

Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσι
Solvant Danai meas lachrymas ſuis telis.

Homerus Iliad. α.

ut etiam addere,

Solvent Danai ſuas lachrymas meis telis.

SE-

SECTIO V.

De efficacia Dialecticæ.

An quantam Vocalis in ſyllogiſmis, tantam habeat Ocularis in Lachrymis?

An Conſequentia ſyllogiſmorum ſint neceſſaria?

INcipio à minùs nota, & à paucis vel nullo tradita Scriptore doctrina: omnes enim cum Ariſtotele ſupponunt, ſyllogiſmorum in Forma, & Modo legitimo conſtructorum Conſequutiones neceſſaria veritate eſſe præditas; quod tamen eſſe falſum, omnia Argumenta ſuadent, quæ Liberum Arbitrium concernunt. Subſequentia conſidera.

Omnis prædeſtinatus ſalvabitur.
Petrus ex gr. eſt prædeſtinatus.
Ergo Petrus ſalvabitur.

Quando datur auxilium efficax [a] datur, & libera hominis operatio.
Sed hic, & nunc, habet Ioannes auxilium efficax ad actum contritionis eliciendum liberè.
Ergo hic, & nunc Ioannes elicit illum actum (nimirùm, contritionis) liberè.

Quidquid Deus prædixit erit. [b]
At Chriſtus (θεάνθρωπος, Deus-Homo) *dixit Petro*, Ter me negabis.
Ergo Petrus ter negaturus Chriſtum eſt.

Viſus eſt potentia intuitiva, & circa objectum debitè approximatum non poteſt decipi.
Atqui ego Titium (intra debitæ approximationis terminos cõſtitutum) ſtare video.
Ergo Titius ſtat.

In Dionyſii Syracuſani Tyranni omnes Aulici ſunt Nobiles.
At omnes etiam ibi Aulici ſunt Geometræ.
Ergo aliquis Aulicus eſt Geometra. [c]
Ergo & aliquis Geometra eſt Aulicus.

a] Si efficacia ſit denominatio quædã extrinſeca ſumpta ab effectu, etiam in Humanis auxiliis hæc doctrina habet locum.

b] Pone hunc Syllogiſmum fieri ab aliquo ante negationem ipſius Petri.

c] Tametſi uterque Dionyſius fuerit ob animi crudelitatem exſecrabilis, amavit tamen literatos & literas, & hinc abſurditis collaudatur. Quoniam Plutarchus author eſt Regiã Dionyſii pulverulentam fuiſſe, propter eorum multitudinem qui Geometricas in pulvere figuras deſcribebant. Ambo tamen, pater & filius, Philoſophi, Platonem Præceptorem audiverunt.

Reſolutio contra Peripateticos.

Propter hos quinque ſyllogiſmos & alios ſimiles abſum ab Ariſtotele, & Peripateticorum doctrina, & hanc Concluſionem ſtatuo.

Syllogiſmi ad leges Ariſtotelea Logicæ concinnati, ſunt efficaces. Hac eorum efficacia Infallibilitatem dicit, & nullam includit prorſus neceſſitatem.

Et nullo alio modo meliùs poterit Concluſio hæc demonſtrari, quã per præcedentes ſyllogiſmos diſcurrendo, & eorumdem Conſequentias conſiderando.

Neque ex parte Dei, neque ex parte hominum in Prædeſtinatione ulla reperitur neceſſitas.

Prima erat. *Ergo Petrus ſalvabitur.* A Præmiſſis habet, quod ſit infallibilis; non autem, quod ſit neceſſaria: quoniam à Dei decreto libero in intentionis ordine tota naſcitur Angelorum, & Hominum prædeſtinatio: & in exſequutionis ordine per actus Petrus liberos, quos infallibiliter, non autem neceſſariò eliciet, æternam Beatitudinem infallibiliter, non autem neceſſariò conſequuturus eſt.

Efficatia auxiliorum non præjudicat Humanæ libertati.

Firmat doctrinam hanc ſecundi ſyllogiſmi Concluſio. *Ergo hic & nunc Ioannes elicit illum actum (nimirùm, contritionis) liberè.* Nam, ſive à ſua natura ut affirmant Thomiſtæ, ſive ab effectu, ut Patres Societatis opinantur, auxilia *efficacia* dicantur, ſi tamen Ioannes operatur liberè, nullum in ejus actus neceſſitatem infert efficacia Dialectica.

Petrus negando Chriſtum peccavit.

Confirmat hanc eamdem doctrinam tertii ſyllogiſmi Concluſio, *ergo Petrus ter negaturus Chriſtum eſt.* Nam ſtatim interrogo, an Petrus negando Ieſum-Chriſtum peccaverit? Peccaviſſe reſpondebis, & benè. Ergo fatebens liberè negaviſſe; nam, ſi negaviſſet neceſſariò, non potuiſſet peccare: non enim meremur, aut demeremur in his, quæ neceſſariò facimus: ut ſæpè definivit Eccleſia. Ergo illa Conſequentia poſitis Præmiſſis infallibilis erat; neceſſaria non erat.

In neceſſariis nec meritũ nec demeritum eſt.

Oculi mei à Titio libertatem non auferant.

Quarta Conſequentia erat, *Ergo Titius ſtat.* Ille ſtat liberè: & mei in illum oculi nullam neceſſitatem derivant. At infallibiliter, non autem neceſſariò ſtat.

De Ariſtotele.

Ariſtoteles igitur non penetravit hanc Quæſtionem, nec penitùs cognovit Dialecticarum Argumentationum efficaciam. Eſſe infallibilem, non autem neceſſariam propoſiti ſyllogiſmi convincunt, qui omnes Liberum ſupponunt Arbitrium, qui non poteſt cum neceſſitate componi. Et quia etiam à Libertate Humana præſcindendo, nulla adhuc eſt in Dialecticis Formis reperitur neceſſitas, additus eſt ultimus Syllogiſmus, cujus Idea eſt *Darapti.* & tametſi legitimè inferatur Concluſio, neceſſarium non eſt, aut aliquem

An percallaerit hanc difficultatem?

Etiam à libero arbitrio præſcindendo, ſyllogiſmorum Conſequentias eſſe purè infallibiles, & non neceſſarias demonſtratur.

Nobilem eſſe Geometram, aut aliquem Geometram eſſe Nobilem in Dionyſii palatio. Sed, quia adhuc in hoc ſyllogiſmo à Libero Arbitrio excludi videretur neceſſitas; homines enim per actus liberos Nobilitatis adſequuntur honores, & per ſtudia libera ſcientias adipiſcuntur; alia Exempla in materia contingente ponamus.

Anaxagoras Nivem eſſe nigram dicebat: & novi Theologiæ Doctorem, qui ei adhæreret, & ſuam opinationem argumentis conaretur probare: at Veritati ex ſēſu certiſſimo hauſtæ nō poteſt alterutrum præjudicare.

Da- *Omnis Corvus eſt niger.*
rap- *Omnis Corvus eſt animal.*
ti. *Ergo aliquod animal eſt nigrū.*
Da- Omnis nix eſt frigida.
rap- Omnis nix eſt alba.
ti. Ergo aliquod albū eſt frigidū.
Da- *Omne ſaccharum eſt dulce.*
rap- *Omne ſaccharum eſt album.*
ri. *Ergo aliquod album eſt dulce.*
Da- Omnis homo eſt animal.
rap- Omnis homo eſt vivens.
ti. Ergo aliquod vivens eſt animal.
Da- *Omnis albedo eſt color.*
rap- *Omnis albedo eſt qualitas.*
ti. *Ergo aliqua qualitas eſt color.*

Conſequentia infallibiles & contingenete.

Et in his omnibus ſyllogiſmis, in quorum Præmiſſis variat materiæ varietas [nam in aliquibus utraque Præmiſſa, in aliis altera, aut neutra eſt neceſſaria] Conſequentia eſt contingens, & nullam à Præmiſſis recipit neceſſitatem: & tamen datis Præmiſſis infallibilis eſt.

De libero arbitrio Heretici male diſcurrūt.

Non omnes Catholici bene ſecernunt Infallibilitatem à Neceſſitate.

Hęc hic ediſſerere volui, quoniam de Libero Arbitrio multa ſomniant, aut delirant Hæretici; nam illud alii negant, & alii ita concedunt, ut nomen ſolùm retineant, & rem ipſam excludant. Et de eodem Catholici non ſemper ſatis bene diſcurrunt, nec ſatis aptè infallibilitatem ſecernunt à Neceſſitate: & præcipuè in Dialectica, in cujus ſyllogiſmis, ut vidimus, ſola Infallibilitas à Forma provenit; Neceſſitas, Contingentia, aut Libertas ad Materiam ſpectat.

De Lachrymarum efficacia.

Ambroſius ſuper Lucam lib. 9.

Quantum ſupernaturales poſſint?

HINC tranſeo ad Lachrymas. Efficaciſſimæ profectò ſunt, quæ ex motivo ſupernaturali funduntur, Pulchra & fortia ſunt & digna ut iterum reponantur illa S. Ambroſii verba. *Lachrymas Petri lego: ſatisfactionem non lego. Sed quod defendi non poteſt, ablui poteſt. Lavant lachrymæ delictum, quod voce pudor eſt dicere vel confiteri. Lachrymæ veniam non poſtulant, ſed obtinent.* Nec minùs fortia videntur hæc S. Hieronymi. *O lachryma humilis! Tua potentia, tuum regnum. Tribunal Iudicis non vereris: amicorum (fortè inimicorum) tuorum accuſationibus ſilentium imponis: Non eſt, qui te accedere vetet. Si (lege, etſi) ſola intraveris, vacua non redibis. Magis crucias Diabolum quàm pœna infernalis. Quid plura? Vincis Invincibilem, ligas Omnipotentem: inclinas Filium Virginis.* Et alibi. *Oratio Deum lenit, ſed lachryma cogit: hæc ungit, illa pungit.* Poſſem multa alia Patrum teſtimonia producere; ſed hæc ſunt verè grandia, & confirmatione non indigent.

Hieronymus in Epiſt.

Hieronymus in Eſaiam.

De Lachrymarum efficacia apud homines

De Vxore Ancræi.

Qualis fuerit?

Qualiter ſe habuerit contra Iudices?

Quomodo decapitata fuerit?

Quantum apud Vulgus potuerint ejus lachrymæ?

Inter homines etiam habent Lachrymæ poteſtatem eximiam; commovent adſpectantes, ut perſuadent ſubſequentes Hiſtoriæ. Erat Ancræi Vxor, ſpecie pulcherrima, & in ipſomet carceris ſqualore decora. In ipſa vidimus acu, ut ajunt, veritatem tetigiſſe olim Tertullianū, cum ſcripſit, *Faciliùs adamari, quàm adamare poſſunt fœminæ.* Ipſa enim injuriis opplebat ſuos Iudices ipſiſque viles proſapias exprobrabat; & in eorū decretis crudelitatem, imperitiam, iniquitatemq; incriminabatur; tanta majeſtate vultus, tanta animi tranquillitate, ut inter ſe muſſarent Iudices, videri abſolutè impoſſibile talia commiſiſſe crimina Animam, cui corpus tam ſpecioſum & pretioſum obtigerat. Damnata tandem, & ad ſupplicium ducta, oculos omnium pulchritudine obnubilat, ne culpas videant, ſed eſſe innocentem ſucclament. Vbi cœpit lugere, ejus lachrymæ univerſorum pectora tranſverberarunt. Gramundus. *Ad Crucem converſa, figere oſcula, irrigare lachrymis, donec improviſo ictu occumberet. &c. Mirum! Vxorem, quæ omnium calculis rea habebatur, in majus marito, excitaſſe miſericordiam in Vulgus, aliàs implacabile.* Aliud Exemplum ſubſcribamus.

De D. Roderico Calderon:

Quantum odium ſua fuerit ſuperbia promeritus D. Rodericus Calderon, ſcimus, qui illum cognovimus, toti Orbi Hiſpanico abſoluto imperio dominantem. Quæ ante meridiem in Supremo Regis Conſilio decreta, veſperi ad eum à Lupo Diaz de Pangua Secretario Majori deferebantur; & ipſe hæc obliterabat, illa decircinabat, iſta & augebat, tam abſoluto, aut inſolenti [*] imperio, ut vix ſit creditura Poſteritas. Hoc procedendi modo in ſe excitavit omnium odia; ita, ut tandem accu-

[*] Scio, quæ ſcribo, & omnes circumſtantias non narro: quoniā Rex, non auderet multa facere, quæ faciebat hic homo, qui nec Deum timebat, nec homines verebatur.

ſatus

Digitized by Google

ſatus, & in carcerem truſus, audiret ſæpè vociferantem populum, *Crucifigatur*: Sub Philippo III. verbis & affectibus in cauſa ipſius obludebatur. Regni habenas ſuſcepit Philippus IV. & jubet feriò cauſam examinari, & terminari. Iudices integerrimi fuerunt, & (vel inviro Cicerone, qui ait, impoſſibile eſſe, ut vir nummoſus condemnetur) homo ditiſſimus, & potentiſſimus ultima ſententia condemnatur.

Quomodo decapitentur in Hiſpania?

Madriti in medio foro theatrum erigitur (Hiſp. *un cadahalſo*) ubi decollaretur, (non enim apud nos, niſi in Læſæ Majeſtatis criminibus, rei decapitantur) educitur è carceribus ille [*] qui erat in omnium odio. Corde humiliato & contritus egreditur: ſumma univerſos animi demiſſione ſalutat: veniam orat: & tantam compaſſionem impetrat, ut ſi penes Populum eſſet condemnandi, & abſolvendi authoritas, communi omnium calculo abſolveretur. Illa die vidimus falſum fuiſſe Virgilium ubi cecinit,

[*] Se anno integro in carcere præparavit ad mortem, & ſanctiſſimè vitam finivit.

Virgilius in Bucolic.

Nec lachrymis crudelis Amor, nec gramine Rivi,
Nec cytiſo ſaturantur Apes, nec fronde Capellæ.

Et tetigiſſe punctum difficultatis Ovidium dicentem.

Ovidius libr. 1. de Pont. El. 1.

Interdum lachrymæ pondera vocis habent.

Pulchra de illo ſcripta fuerunt à variis ingeniis Epigrammata, ſed omnium judicio pulcherrimi ſunt hi duo verſus.

De ejus vita & morte. Quales fuerint?

Y fuè mientras viviò, digno de muerte.
Y fuè quando muriò, digno de vida.

qui erudito & ingenioſo Calamo Comitis de Villamediana debentur.

SECTIO VI.

De lachrymabilibus Lachrymis.

Pulchrae paſſim effigies ex electro Hermoglyphi conformant.

PLacet eruditionis gratia componere cum lachrymis lachrymas. De pretioſa Heracliti imagine ex electro formata pag. 156. ſic Guzzius cecinit.

Pallidus Heliadum qui pendet ab arbore fœtus
Quam meritò triſtem fingit. Avite; ſenem!
Cernis rugoſam, demiſſo lumine, frontem. Polymnia.
Et molli tetricas imbres madere genas.
Iam ſi aliquis poſſet componi riſus in ore
Hoc rideret, quod ſculpitur è lachrymis.

De Heraclito. Quis & qualis fuerit?

Fuit autem Heraclitus, Epheſius Philoſophus: cui tam miſerabilis humanarum rerum videbatur ſtatus, ut ad ſingula, aut proſpecta, aut audita, in lachrimas diſſolveretur. Et quidem, qui eum amaret, lugeret procuLdubio quoties tàm imprudentes, tam otioſas, & tam inutiles hominis lachrymas conſpicaretur.

Quomodo proferendum ſit ejus nomen?

Scribitur Græcè ἡράκλειτος. unde (quod in ſimilibus vocabulis frequenter contingit) neſciunt Latinè illud proferre; quoniam ſi manutenere accentum volunt, diphthongum breviant: ſi quantitatis rationem habeant, accentum transferunt.

Quid ſit, & ubi reperiatur Electrum?

Electrum (Latini vocant *Succinū*) è lacrymis colligitur; ſed è quibus? Putarunt Veteres arborum eſſe lachrymas, & apud Padum fluere: ſed Iuniores apud Inſulam Sudam, quæ in Mari Germanico littori Prutenico adjacet è ſaxis ſtillare aſſeverant. Sub initium eſt liquidum, ſed paulatim aëris, & undæ frigore concernitur, & in lapidem tranſit.

Et quidem dignus erat in lachrymas profuſus Philoſophus, qui ſimulachrum confectum è lachrymis conſequeretur.

SECTIO VII.

De ridiculis Lachrymis.

QVI cum lachrymis lachrymas paragrapho præcedente compoſuimus, modò cum riſu lachrymas componamus. Pag. 161. de Vidua quadam Guzzius.

Multæ ſimiles hiſtoriæ, aut ex libris lectis, aut ex rebus viſis poſſent adduci; ſed hæc pro argumenti dilucidatione ſufficiant.

Extulit ingenuum nuper ſextilla maritum.
Audes ah quantum trux Libitina nefas!
Non erat in tota quidquam formoſius urbe;
Quis nitor in facie! quantus in ore pudor;
Ipſos viginti nondum compleverat annos,
Nec ſenſit tenerum turpis (Amica latus.
Nunc ridet quaſi non tulerit ſextilla moleſtè:
Diſperiam, ſi non intus habet lachrymas.

Plauti Epitaphium.

Riſus etiam cum Lachrymis, & Lachrymæ componuntur cum Riſu, in Plauti illo Epitaphio, quod apud Agellium conſervatur.

Riſus illachrymatur.

Poſtquam morte eſt captus Plautus [a]
Comœdia luget, ſcena eſt deſerta,
Deinde Riſus, Ludusq; Iocuſque, & Numeri
Innumeri: ſimul omnes collachrymaverunt.

Qualis fuerit Plautus?

Fuit autem Plautus Poëta Comicus, & Latinorum omnium feſtiviſſimus; cujus etiamnum Comœdiæ, plenæ ſalibus, & moralibus monitis, cum applauſu, & utilitate leguntur. Eas homo pauperrimus ſucceſſivis horis, quibus à verſanda mola otium erat, dicitur ſcripſiſſe: & tamen in illis tam purus terſusq; reperitur ſtylus, ut Varro auſus ſit ſcribere, *Muſas, ſi loqui latinè vellent, non alio, quàm Plautino, ſermone uſuras.* [b]

Honorifico Elogio à Varrone honoratur.

a] Morte captus fuit Plautus? Ergo nos fugimus, & illa nos perſequitur, quouſq; tandem aſſequatur, & capiat. Ergo illa

Mobilitate pedum celeres ſuper orbibus orbes
Plectit, & obliquis fugientem curſibus urget.

ut verbis utar, quæ ſcripſit ad Piſonem Ovidius.

An Mors homines capiat?

Mente captus Latinè dicitur, & *Mentecato* Hiſpanicè. Ergo, ſi in eloquendi modo analogia ſervetur, quid erit, quæſo *morte captus*?

Mente captus. Morte captus.

b] Putant aliqui in hoc elogio exceſſiſſe Varronem; multæ enim in Plauto humiles phraſes, multaq; verba è rure ſumpta, quibus nec pro roſtris Orator, nec Nobilis in palatio uteretur, reperire ſolemus. At falluntur omninò: nam ad ſingulorum, quos introducit, conditionem calamum fingit: Heroi dat verba grandia, pura, pulchra; & Ruſtico, qualia in Villa Coloni habent in colloquio communi.

Cur laudetur Plauti ſtylus, ſiquidem multa in eo verba humilia & abjecta leguntur?

ARTICVLVS XI.

ΡΙΝΟΛΟΓΙ'Α.

De Naſi Eloquutione.

Quid ſignificare ſoleat magnus Naſus?

EST præcipua pars corporis, & quæ formoſum hominem, & deformem reddit. Libri II. Capite IX. Porta. *Valde magnus naſus Virum nimis acriter aliena indicantem notat, cui non niſi ſua placent, aliena diſplicent, irridetque omnia.* Hanc generalem Regulam ut eſſe veram ſuadeat, in ſcenam Angelum Politianum producit, & ait: *Enormi fuit naſo, ob id ingenio aculeato, invidoq; alienorum irriſor, ſuorum admirator: & cum ipſe aliorum fuit Cenſor accerrimus, ſua tamen à quoquam judicari agrè tulit.* Et, ut ſuum Placitum Authoritate firmet, Plinium, & Quintilianum citat; ille enim ait, *Naribus deriſus, contemptus, & faſtidium ſignificari ſolet: unde, & qui alios irrident,* Naſutos *vocant: & Proverbio abiit* Naſus *pro* Iudicio *&c.* Naſi ergo magnitudo & figura prodit ingenium hominis, & per naſum faſtidia, quæ mente concipimus, ſignificamus.

Quales ſint qui Naſuti *vocantur?*

Multa quidem ſunt Naſorum genera, ſed illa Poëtæ Hiſpani reducere videntur ad duo. Naſus enim obtuſus, vel acutus eſt. Ille *Nariz Roma* vocatur, & ſicut faciem dedecorat, ſic ingenium vafrum & malignum inſinuat. Mulieres tali naſo præditæ obnoxiæ ſunt Satyris, quas Autores profundunt. D. Franciſcus de Quevedo *Thalia Epigramm. 69. pag.* 450. quandam fœminam Simam ſequentibus numeris exercet.

An varia ſint Naſorum genera?

A Roma van por todo, maſ vos Roma
Por todo vais a todas las Regiones.
Sopa dan de narizes los Saiones,
No hay que aguardar, que el preudimiento aſſoma.
Por traſero rondaran en Sodóma
El coram vobis vueſtro, y ſus faciones.
Por Roma os aborrecen las naciones,
Que ſiguen a Lutero y a Mahoma.
Si Roma como vos la Roma fuera,
Que Neron abraſo, fuera piadoſo,
Y el ſobrenombre de cruel perdiera.

Quid Romo, a, o, *ſi ſit nomen adjectivum, ſignificet?*

Adagium Hiſp. A Roma por todo.

Facies dicitur el coram vobis.

N. B. Que diriamos de Nerõ, ſi Roma huviera ſido roma?

El

El olfato teneis dificultoſo ,
Y en cuclillas , y en tris de calavera ;
Y a gotos en lo caro lo mocoſo .

Fuerunt breves unius Epigrammatis termini (Hiſp. *Los numeros de un corto Soneto*) ut venenum exciperent, quod in hujuſmodi fœminam gliſcebat Quevedus evomere, & ideò ut tandem expurgaret ſtomachum, expuit ſubſequentia Terraſticha.

Hablar con perdon.

Roma , hablando con perdon ,
Entre Gomorra y Sodoma
Que los perdones en Roma
Ordinaria coſa ſon ;

Hazerſe las narizes.

Si de eſte golpe o caida ,
Con que has rompido mis paces,
Las narizes no te haces,
No las tendras en tu vida .

Nariz de apueſta .

De un chiſme tan infeliz
Que me daras por reſpueſta ,
Con una nariz de apueſta,
Si es nariz , o no es nariz ?

Braquilla de los Demonios,

Levantar teſtimonios .

No es bien , que ſiempre me atizes ;
Lebanta tu ſus narizes ,
Y no falſos teſtimonios .

Mas ya olvido quanto dizes,
Pues ſolo he de ſer contado,
Que no te las he cortado
Y te dexo ſin narizes .

Pleriqùe omnes Iudai habent maximum naſum .

Grano pues , que anſi de gorra
A nariz ſe entra , El Bibon
La Tribu de Zabulon,
Y San Carlos la ſoccorra .

Es con moquita un peçon ,
Que le ordeñas, ſi te fueñas ;
Nariz , que aun hallarla apenas ,
Puede el corte a traicion .

Equivocar apud Hiſpanos non ſolùm de vocibus ſed de rebus dicitur.

La llaneza de tu cara
La viſta equivoca , pues
Paſsora por ſer enves
Si un ojo no la ſobrara .

Con que anſi no ſerian buenos
Eſtrangeros, que te amaran ,
Pues algunos no reparan
En un ojo mas o menos .

Morbus Gallicus naſum corrodit.

Mas te podras atraher
A deſorden en pecar,
Pues que no pueden hallar ,
Las bubas , de que comer .

Hoy nos enſeña tu cara
Las megillas ſin arçon,
Gargojos ſin pavellon ,
Y mocos ſin alquitara .

Quando proponitur aliquod Enigma, apud Hiſpanos dicitur que es coſa y coſa .

Y aunque el toſton te matizes,
No ſaldras de coſa y coſa ;
Y aunque mas fueres gangoſa ,
No hablaros por las narizes .
Polymnia .

De agrobiarſe hoy mueſtra indicios
El olfato , aquien profanas,
Pues en lugar de ventonas ,
Le das tan ſucios reſquicios .

Y aunque es bien la letra obſcura
De tu cara proceſada ,
Sola no ſe entiende nada
De el oler la abreviatura .

Por tu nariz , yo teſtigo,
Pleitean con buen derecho :
Por teta la pide un pecho
Y una panza por ombligo .

Y me ha dicho un hablador ,
Que con juſticia y enojo
La pide por roncha un piojo ,
Y por cero un contador .

Y otro que roe tus Zancajos ,
Me certificò eſte dio ,
Que tu nariz ſe eſcondia
De el mal olor de tus bajos .

Y aquel, aquien mas agradas,
Por todo el mundo publica,
Que llebas la nariz chica
De ronda de bacinadas .

Mas porque no eſcandalizes
Con una coſa tan fea,
Deſpacha luego a Iudea
Por un moño de narizes .

Y alcanzaras narigon ,
Si dexar lo Romo quieres ,
Si con devocion dixeres
Refix en el corazon .

Nomen adjectivum chato, a, o . Significat plus apud Hiſpanos quam planus, a, um, apud Latinos .

La Reyna eres de las chatas ,
Que al fin llebon tus megillas
Los narizes en cuclillos,
Y los facciones agatas

Y viendolas, dizen todos,
Y eſtas no ſon malas nuevas ,
Que arremangadas las llevas,
Paraque no te hagan lodos .

Pleraque omnium corpora, qua incorrupta oſtenduntur, mortalitatis indicium in naſo exhibent .

A que yo el blaſon applico ,
De parecer tanto quanto ,
Nariz de cuerpo de Santo ,
Que ſiempre la falta el pico .

O cara , o lenguage muda ,
Con buena reſolucion ,
O llegase a la Paſſion
Y aprende a ſer narizada .

Adagium Hiſp. A Roma por todo .

Pues ſolo te adviertо yo,
Ya que a hablarte me accomodo
Que a Roma ſe va por todo ,
Pero por narizes no .

Vergonçante ſignificat pauperem , qui tecta facie Eleemoſynam poſtulat .

Mas vergonzante infeliz ,
Nariguilla de boton ,
Vete en caſa de un Saion,
Que de ſopa de nariz .

Subirſele a uno el humo a las Narizes, & enojarſe ſunt phraſes ſimilis ſignificationis .

Que yo tus fieſtas ſolenes
Dexo agora , pues preſumo ,
Que ya ſe te ſube el humo
A la nariz, que no tienes .

Optimi Imperatores habuerunt Aquilinũ naſum.

Et contra ſemper fuit naſus Aquilinus in pretio, eumque antiqua numiſmata Iulio Cæſari, Octaviano Auguſto, Antonino Pio, aſſerente Suetonio, & ex ipſo in Principis Chriſtiani Archetypo *libr. 1. cap. 4. pag. 14.* Athanaſio Kircheso, & aliis nonnullis attribuunt. Sub hoc ſymbolo Ægyptii ſummam Dei ſapientiam providentiamq; ſignificabant,

Cur Aegyptii Deo Accipitris caput adfinxerint?

ubi enim, ut ſcribit Euſebius prædicabant in Templis, ὁ Θεὸς ἱεραχὸς κεφαλὴν ἔχει *Deus Accipitris caput habet*: loquebantur ſymbolicè ut Scientiæ Divinæ exprimerent immenſitatem; & hanc ob rem, quia homines attributa Divina noſtro modulo participamus, Natura parens voluit, ut mentis felicitas in ipſomet naſo ſignaretur: unde citatus Kircher Honoratũ, qui talẽ naſi ſpeciem ſortitus fuerat, alloquens, ait,

Quæ de te ſpes ſit, ſignatur imagine vultus.

Qualem indolẽ habeant, qui naſum aquilinum ſortiti?

Et ne temerè hoc ipſum affirmare videretur, rationem exhibuit his verbis. *Naſi Aquilini forma magnis Heroibus propria, certè non aliud notat, niſi teſte Philoſopho, inſignem prudentiam, atq; rarum rerum publicarum dextrè, & circumſpectè gerendarum præſidium; quo à malo bonum, dextrum à ſiniſtro, proſperum ab adverſis ſeparatum, atque quid obfuturum, quid profuturum in Regiis magni momenti expeditionibus, quàm æqua maturi judicii trutina ſingula ponderanda expendendaq; ſint, præſcribitur.*

Qui dicantur Naſuti? Olfacere pericula, eſt illa prævidere.

Non ſolum Aquilineos, ſed & magnos naſos habuerunt in pretio Gentiles: unde vocavere naſutos viros ingenioſos, & cautos, qui à longe olfaciebant, hoc eſt prævidebant pericula: occaſione ſumpta à Rhinocerote, ingenioſiſſimo Animali, quem vix poſſunt venatores decipere: unde exclamat Martialis

Sagacitas Rhinocerotis.

Et pueri naſum Rhinocerotis habens.

quibus verbis ſignificare voluit, ſicut ætate mundum ſic & malitia ſubereviſſe & ubi veteres incauti fuerant, eſſe Recentiores cautiſſimos. Conceptum laudo, illumque adliteratio exornaret, ſi inter *pueri, & Rhinocerotis* reperiretur, & hanc ob rem juſſi Martiali ut lingua materna (nam eſt Hiſpanus) eundem conceptum repeteret, & ipſe adnuens Hexaſtichon ſequens repoſuit

Por no tener narizes,
Aunque no perdonaron a deſvelos,
Futuros infelizes
No pudieron oler nueſtros abuelos:
Mas ya qualquier Infante
Tiene mayor nariz que un Elephante.

Rhinocerotem non eſt propriè Elephas, ſed aliud animans, quod quia in Hiſpaniam ab Inſula Abada fuit vecta, vocabatur la Abada: Cujus etiamnum oſſa Pragæ in Theſauro Regio conſervantur. Interim Elephas naſum maximum habet, quem Græci vocant Provociden, roſtrumque Eraſmus.

An hujus ævi pueri tranſacti ævi ſenibus ſint aſtutiores?

Et ne Exteri Conceptus intelligentia careant, illum hoc ſcholio dilucido, *Suam laudem, ut promeretur ſimplicitas, & erat obnoxia deceptioni & errori. Succedunt temporibus tempora, & hujus ævi pueri aſtutia aut, ſi velis, malitia) ſæculi elapſi ſenes ſuperant.*

Exſtat apud eundem Poetam feſtivum Epigramma de quodam Naſuto irriſore.

De Atlantis naſo.

Naſutus ſis uſque licet, ſis denique Naſus,
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas.
Et poſſis ipſum tu deridere Latinum;
Non potes in nugas dicere plura meas.

Et Perſius

—— Ride ais, & nimis uncis
Naribus indulge.

Horatiuſque

Naſum aduncũ (Hiſp. Nariz de pico de Papagayo) celeberrimi fuerunt Scriptores ſortiti.

—— Naſo ſuſpendis adunco.

Et eodem prorſus ſenſu loqui videtur Theocritus, nam Idyll. 1. ſic inquit.

An bilis Naſo inſideat?

Καὶ οἱ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.
Semper ei in naſo acris bilis inſides.

Interim Naſi magnitudo, ſi nimia, officit pulchritudini. Iunior quidam.

Non poteſt eſſe pulchra fæmina, cui ſit oblongus naſus.

Te nace (Lais) de la cara,
Sin que nadie ſe lo mande,
La Nariz, pero es tan grande,
Que Dios ſabe donde para.
De largo tiene una bara:
Y aſſi quantos hoy la veen,
Sin que otro les informe,
Dizen, que por ſer disforme,
No puede parar en bien.

Hinc in Agrophilo ſuo Antonius Guzzius pag. 79. de optimo Priſci vino differens Fabullum propter oblongum Naſum captata occaſione perſtringit.

Vinum Priſcus habet, Fabulle, dulce,
Hybla mellibus uſque præferendum:

Vi-

Inter generoſa & ſuavia vina Falernum, Lesbium, Creticũque præcipuè Veteres celebrabant.

Vinum, quod ſuperat Puellularum
Nectar, mellifluis rubens labellis,
Illa, inquam, benè ſi, Fabulle, noſti,
Quæ primos cupidæ dabunt marito
Succos, nectare, melle dulciores.
Has ſi delicias ſemel Fabulle
Libes, pocula multa poſt Falerni,
Seu te Cretica, Lesbiumve muſtum
Delectat potiùs: Deos rogabis
Ut Priſco tribuant cadum perennẽ,
Et collum decies tibi, magiſq;
Longum, quam tuus eſt, Fabulle, naſus.

Quomodo ſubſannare & irridere differant inter ſe?

Quærunt Theologi, Quæ ſit inter ſubſannationem & Irriſionem differentia? Et 2.2.qu.75.art.1. ad 1.reſpondent. *Conveniunt in fine, ſed differunt in modo: quia Irriſio fit ore (id eſt verbo & cachinnis) ſubsãnatio autem naſo rugato, ut dicit Gloſſa* ſuper illud Pſal.2. *Qui habitat in Cœlis irridebit eos.*

SECTIO I.

De Naſo Semiramidis.

Et hinc ſumpta occaſione ipſa tota accuratè depingitur.

Quæ ſemiramis fuerit?

FVIT Babyloniorum Imperatrix: victoriis celebris: quæ expeditionibus ad varias partes miſſis propagavit imperium. Penicillo, quem ab Apolline acceperat, D. Petrus Calderon in Comœdia, quæ inſcribitur *La hija del Ayre*, illam ingenioſè depingit. Potuiſſem ejus numeros in partes diverſas dividere, & in hoc eos Articulo, qui Naſum concernunt, apponere: verum ut tota & integra invictiſſimæ Viraginis conſpiciatur, aut legatur Imago, placuit univerſam exſcribere.

Diamante bruto.

Perla baſtarda

Digo Señor, que en el centro
Halle de una obſcura cueva,
Bruto el mas bello diamante,
Baſtarda la mayor perla,
Vi el mas luçiente rayo,
Y la mas viva luz muerta,

Veſtis pellicea Semiramidos.

Eſtava de toſcas pieles
Veſtida, para que hizieran
Lo inculto, y florido a un tiempo
Armonia mas perfecta.

Oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcunt.

Bien como un bello jardin
En una ruſtica ſelva
Mas bello eſta quando eſta
De la opoſition mas cerca.
Suelto el cabello tenia,

Capilli Semiramidos.

Que en dos bien partidas trenzas
Golfo de rayos al cuello
Inundava, y de manera
Con la libertad vivia,

An pulchra & ſpecioſa ſint coma exleges?

Tanta Republica de hebras,
Vſana que inobediente
A la mano, que las peyna,
Dava a entender que el precepto
A la hermoſura no aumenta
Pues todo a quel pueblo eſtava
Hermoſo ſin obediencia.

Illarum color

Ni bien rubio, ni bien negro,
Su variado color era,
Sino un medio entre los dos,
Como en la eſtacion primera
Del dia luzes, y ſombras

Splendorum & umbrarum commixtio.

Confuſamente ſe mezclan,
Que ni bien ſombras ni luzes
Se deſtinguen aſſi hecha
Del azabache y del oro
Vna mal diſtinta meſcla.
Crepuſculo era el cabello
Siendo ſus neutrales trenças
Para ſer negras, muy rubias;
Para ſer rubias muy negras.

Quanta ſit ejus frons.

No de eſpacioſa te alabo
La frente, que antes en eſta
Parte ſolo anduvo avara
La ſiempre liberal maeſtra, [*]
Y fue ſin duda, porque
Queriendo, ſeñor, hazerla
De una nieve que huvo a caſo.
La huvo de dexar pequeña,
Porque no le fue poſſible [::]
Que entre la mas pura, y terſa,
Se hallaſſe ya un poco mas,
De una nieve como aquella
Vna punta del cabello.
Suplia la falta, y era,
Que a las cejas azechava,
Como diziendo, eſtas cejas
Hijas ſon de mi dolor,
Y quiero baxar por ellas
Porque el amor no ſe alabe
De que las llevó por mueſtra.

Semiramidos cilia & ſupercilia.

Oculi nigri.

Los ojos negros tenia,
Quien penſara, quien creyera,
Que reynaſſen en los Alpes
Los Etiopes? pues pienſa,

An in Alpibus dominentur Aethiopes?

Que alli ſe vió, pues ſe vieron
De tanta nevada esfera
Reyes dos negros boçales,

Negro boçal, *qui barbarus, & nondum inſtructus.*

Y tan boçales, que a penas
Politica conoçian;
Su barbaridad ſe mueſtra

Qui occidit ut occidat, eſt barbarus.

En que matavan no mas
Que por matar, ſin que fuera
Por rencor, ſino por uſo

De NASO Semiramidis.

De ſus diſparadas flechas.

[*] Vocem *maeſtra* Poeta jubet eſſe diſſylabam, ac ſi ſcriberetur *maſtra*.

Eſt dura hæc pronunciatio: & ideò ego dixiſſem, *La que es liberal maeſtra*.

[::] Inter alias Veterum Opinationes illa eſt, quæ aſſerit, Mundum hunc tantum, & non maiorẽ eſſe, quia non eſt poſſibilis major materia. Et hinc occaſionem ſumpſit Author, ut hos verſus ſcriberet.

Carmina, quæ illum concernant, hoc in Articulo adduxiſſe ſufficeret: Interim, quia hæc totius Faciei deſcriptio eſt pulchra, cætera non debuerunt omitti.

Paraque no ſe abraſſaſſen
Los dos en civiles guerras,
Su juriſdicion partia,
Proporcionada, y bien hecha,
Vna balla de Criſtal,
Sin que çoçobraſſe en ella
La perfecion, ſiendo aſſi,
Que la nariz mas perfecta,

Sicut multa requiruntur, ut Naſus ſit pulcher, ſic multis Gratiis ſtylus indiget, ut eum dignè collaudet.

Es el mar de las facciones,
Eſcollo es, donde las velas
Del baxel de la Hermoſura
Corren la mayor tormenta.

Genarum color. — Cernebantur in ipſis Candida purpureis lilia mixta roſis.

De ſus mexillas la tez
Era otra union de diverſas
Colores. Viſte la roſa
Mas encendida, y ſangrienta
En la purpura de Venus?
La açucena viſte en ella
Con el candor de la Aurora
Pues tu allá te conſidera.

Aut purpurafſcunt lilia, aut roſa ſunt ſplendore & candore ſuffuſa.

Eſſa açucena, eſſa roſa
Axadas entre ſi meſmas
Y ſus maxillas veras
Al inſtante, que las veas,
A la roſa deſteñida,
O teñida a la açucena,

Os eſt Anima Regia.

La boca Corte del alma,
Donde la hermoſura Reyna,
Ya ſeveramente grave,
Ya dulcemente riſueña,

Injuria cenſentur laudes, quæ univerſis communes.

Era, no digo una joya
De corales y de perlas,
Que eſta alabança comun
Ya es particular ofenſa.

An Oris magnitudo Vultus pulchritudini officiat?

Sino un archivo de todos
Quanto la naturaleza
Pudo aſſegurar, y anſi
Grande huvo de ſer por fuerça.

Collum eburneum.

El Cuello, blanca coluna,
Que eſte edeficio ſuſtenta,
Era de marfil al torno

Manuum materia.

De cuya hermoſa materia
Sobró para hazer las manos
A emulacion de ſi meſma.

Monſtrum Divinum.

Eſte pues monſtruo divino
Venus mandó que eſtuviera
Oculto, porque Diana
La amenaçó con tragedias.

De Matre Semiramidis.

Nació de una Ninfa ſuya,
Y entregandola a las fieras
La defendieron las aves
De quien el nombre conſerva.

De ejuſdem nomine.

Pues *Semiramis* ſe llama
Que quiere en la Syria lengua
Dezir *La Hija del Ayre* [a]
Eſte es ſu nombre, y ſus ſeñas.

Zama Ruah, Maim.

a] Tribus vocibus conſtat: ex quibus ZAMA eſt *germinare*, RVAH, *Aer*, & MAIM, *Aqua*. Quæ ſimul nomen ZEMIRVAHMIM, conſtituunt, & ſignificant *Germen Aeris*, & *Aqua*.

SECTIO II.

Quanam in Naſo Pulchritudo requiras?

Diverſa Scriptorum ſententia.

SIcut cælo & penicillo in ſaxo, aut tabula ſumma difficultate dedolatur, aut delineatur pulcher Naſus, ſic etiam verbis magno labore pingitur. Sunt enim diverſæ de ejus perfectione ſententiæ; aliis enim aquilinei, aliis recti, aliis decenter curvi placent: unde quidam Iunior à Chriſtophoro Salazario citatus, cecinit.

La Nariz dichoſamente
Todos eſtremos huyo [*]
Difficultad al Pinzel,
Alegre cauſa a ſu Autbor.

*] Naſi ergo venuſtas in mediocritate conſiſtit.

Et alio in loco

A quel riezgo fatal de lo mas lindo.

Qualis fuerit Circe?

Petronius Arbiter in Satyric. Circes pulchritudinem deſcripturus ſic inquit. *Dominam introduxit è latebris, lateriq; adplicat meo; mulierem omnibus ſimulachris emendatiorem. Nulla vox eſt, qua formam ejus poſſis comprehendere: nam quidquid dixero minus erit.* Et mox. *Crines ingenio ſuo flexi, per totos ſe humeros effuderant; frons minima, & qua radices capillorum retroflexerat; ſupercilia uſque ad malarum ſcripturam currentia, & rurſus confinio luminum pene permixta: oculi clariores ſtellis, extra Lunam fulgentibus: nares paululum inflexa; & oſculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit. Iam mentum, jam cervix, jam manus, jam pedum candor intra auri gracile vinculum poſitus, Parium marmor extinxerat.* Et Martialis *libr. 4. epigr.* 42. jubet ut ſit in Facie pulchra

An naſum tantiſper inflexum habuerit?

De naribus uncis, aut aduncis.

Frons brevis, atq; modus brevibus
ſit naribus uncis.

Erant ergo olim uncæ nares in pretio. Iuſtinus cap. 34. epiſt. *Perſa amant homines habentes aduncum naſum; quia Cyrus, quem ſupra Reges omnes in primis dilexerunt, fuit adunco naſo.* Et Sidonius Apollinaris epiſt. 1. aſſerit fuiſſe Gothorum Regi Theodorico, *Naſum venuſtiſſimè incurvum.* Et in Pyrami & Thisbes fabula D. Lodovicus Gongora, ut Thisbei Naſi pulchritudinem pingeret ab amygdalo curvitatem deſumpſit. dixit enim,

De Cyri naſo.

De Theodorico Gothorum in Italia Rege.

Qualem naſum habuerit?

De naſo Thiſbes.

Arbitro de tantas flores

La-

Lugar el Olfato tuvo,
En forma no de nariz,
Sino de un blanco almendruco.

Et, quia vultus ſerenitas gravitaſq; à modulo narium dependet, ita ut ridiculi fiat, qui nimis magno, aut nimis parvo naſo præditi, hanc ob rem Dominus utroſq; à Templo, & miniſterio excludit, dicens: *Homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam non offeres panes Deo ſuo; nec accedes ad miniſterium ejus, ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel parvo, vel grandi, vel torto naſo.* &c. In Hebræo eſt vox חרום, de qua inquit Vatablus. [*Hebræi* חררים charum, *interpretantur eum, qui habet naſum planè depreſſum in radice oculorum, quem* Latinè Simum *dicimus.*] Et, quas *Simas nares* Latini, has *narizes somas* in Hiſpania appellamus: unde D. Franciſcus de Quevedo. *No era mala la niña; porque tenia los ojos entre dormidos y deſpiertos, y la nariz entre Roma y Francia* Quibus verbis, illam eſſe ſimam, & morbo Gallico laborare aſſeverat.

Levitic. 21. *Quales Deus naſos à Templi miniſterio excluſerit?*

SECTIO III.

Magnos Græci Naſos deteſtabantur.

LVcilius (Græcè Λουκίλλιος per duplex λλ) vetuſtiſſimus Poeta, Auruncæ natus, quas Græcè, alios ſequutus, exaraverat, primus omnium Satyras Latinè conſcripſit. Horatius lib. 1. ſerm. ſatyr. 4.

Hinc omnis [*] pendet Lucilius, hoſce ſequutus.

Obiit anno ætatis quadrageſimo ſexto, & publico funere elevatus eſt.

An per ſimplex, an verò per duplex ll ſcribatur Lucilius? Quis, & qualis is fuerit? Græci Satyras priùs quàm Latini ſcripſerunt.

*] Omnis pro totus.

Quia Veteres Narciſſi, formoſiſſimi pueri fabellam finxerant, hic eidem Olympicum turpiſſimum ſenem contrapoſuit, & cecinit.

Olympicus cum Narciſſo componitur.

Ῥύγχος ἔχων ἰουδότον Ὀλυμπικέ μήτ' ἐπὶ κρήνην
Ἔλθῃς, μήτ' ἐν ὄρει πρός τι διαυγὲς ὕδωρ.
Καὶ σὺ γὰρ ὡς Νάρκισσος ἰδὼν τὸ πρόσωπον ἐναργὲς
Τεθνήξῃ μισῶν σαυτὸν ἕως θανάτου.

C. Vrſinus Velius ſic tranſtulit.

Roſtro [*] adeò cùm ſis turpi [::] nec, Olympice fontes,
Nec pete perſpicua ad loca mentis aquas.
Nam facie inſpecta, veluti Narciſſus obibis,
Lethifero te ipſum præcipitans odio.

*] Roſtrum pro naſo.

::] Multæ voces valde neceſſariæ in Latino Idiomate deſiderantur, & inter alias aliqua, quæ Pulchritudini opponatur directè. Qui *Hermoſo* Hiſpanicè, Latinè eſt *Decorus*, *Speciaſus*, & *Pulcher*: at vox Hiſpana *Feo*, Latinam exactè reſpondentem non habet.

Et alius, neſcio cujus, hæc Diſticha circumferuntur.

Ἡ ῥὶς Κάστορος ἐστὶν ὅταν σκάπτῃ τι δίκελλα
Σάλπιγξ δ' ἂν ῥέγχῃ τῇ δὲ τρυγῇ δρέπανον.
Ἐν πλοίοις ἄγκυρα κατασπείροντι δ' ἄροτρον,
Ἄγκιστρον ναύταις ὀψοφάγοις κρεάγρα.
Ναυπηγοῖς κάνδυλα, γεωργοῖς δὲ πρασόκουρον.
Τέκτοσιν ἀξίνη τοῖς δὲ πυλῶσι κόραξ.
Οὕτως εὐχρήστου σκεύους Κάστωρ τετύχηκε
ῥῖνα φέρων πάσης ἁρμενον ἐργασίας.

Ecce quod de Anima Ariſtoteles dixerat, dici poteſt de Naſo, ipſe enim *eſt quodammodò omnia*, ut conſtat ex Verſione Latina, quæ Luſcinii ingenio & ſtylo debetur. Illam conſidera.

An Naſus ſit quodammodò omnia?

Caſtoris eſt naſus ligo, cùm fodit. Huic ubi ſtertit,
Arguta eſt tuba, vindemiat inde mucro.
Navibus ancora erit naſus mihi, vomer & arvis,
Piſcibus eſt hamus, fuſcina carnivoris.
Hinc ſcolptrum lintres cavat, hinc viti utile ferrum.
Aſcia tum fabris, corvus erit foribus.
Eſt breviter nactus Caſtor ſimul omnia naſo
Commoda: nam confert uſibus innumeris.

Quia modus communis loquendi poſtulat, ut poſſidens ſit major, & nobilior poſſeſſo: nec enim *Civitatem domus*, ſed *domum Civitatis*, nec *enſem capuli*, ſed *capulum enſis* dicimus, Theodorus, Poeta antiquus Hermocratem, tantillum hominem, habere naſum immenſum videns, noluit *Hermocratis naſum* dicere, putabat enim ſe potiùs dicere *Hermocratem naſi* debere ejus ſubſcribo numeros

De poſſeſſionis lege. Non à parvis magna, ſed à magnis habentur res parva.

Ἑρμοκράτης τοῦ ῥινός, ἐπεὶ τὴν ῥῖνα λέγοντες
Ἑρμοκράτους, μικροῖς μακρὰ χαριζόμεθα.

Illos C. Vrſ. Velius ſic reddidit.

Hermocrates naſi, parvis aptamus iniqui.

An Hermocratis naſus, an verò Hermocrates naſi dicendus ſit?

Gran-

Grandia, ſi naſum dicimus Hermocratis.

Familia Dolabella, quæ?

Et huc pertinere videtur, ille Ciceronis verſus ſapphicus,

Quis Dolabellam gladio adligavit?

Cornelius Dolabella, gener Ciceronis fuit parvulus.

Erat autem *Dolabella* cognomen, quo Familia Cornelia, inter Romanas nobiliſſima, decorabatur. Et quia Cornelius Dolabella, vir profectò puſillus, magno ſemel ornatus gladio coram Cicerone, qui erat ejus ſocer, comparuit, occaſionem præbuit, ut ille non jam *Quis Dolabella tantum enſem accinxerit*, ſed *Quis Dolabellam enſi tanto adligaverit*, interrogaret: non enim rebus parvis magnas, ſed magnis parvas appendimus, & adligamus.

Calepini, & Paſſeratii error. Quanta ſecunda ſit in Dolabella?

Et hic obiter nota à P. Ioanne Baptiſta Ricciolio *in Proſodia Reformata Indice generali* meritò reprehendi Calepinum (vel Paſſeratium, veriùs) quòd ſecundum corripiat, cum apud Antiquos producatur. Iuvenalis *Satyr.* 8. cecinit.

Inde Dolabella eſt, atq; eſt Antonius inde.

Etiam ſpecula mentiri ſolent.

Gelliam, quæ terrebat omnes naſi deformitate, & tamen volebat Gratiarum choro adſcribi, Lucilius ad verax remittebat ſpeculum. dicebat enim,

Ψευδές ἔσοπτρον ἔχει Δημοσθενὶς εἰ δ' ἀληθές
Ἔβλεπεν, οὐκ ἂν ὅλως ἤθελεν αὐτὸ βλέπειν.

Sententiæ acumen, ſi non verba, Thomas Morus in linguam Latinã ſic tranſtulit.

Te ſpeculum fallit; Speculum nam Gellia verum
Si ſemel inſpiceres, nunquam iterum inſpiceres.

An Horologii facies, & naſus gnomonis vicem gerat?

Circumfertur ingenioſum Diſtichum, videlicet Τραιανοῦ Βασιλέως, quem fuiſſe Trajanum Cæſarem nonnulli volunt. videlicet.

An hoc Diſtichum Trajani Imperatoris ſit?

Ἀντίον ἠελίου στήσας ῥῖνα, καὶ
στόμα χάσκων.
Δείξεις τὰς ὥρας πᾶσι παρερχομένας.

Illud Thomas Morus ſic reddidit.

Si tuus ad Solem ſtatuatur Naſus, hiante
Ore, bene oſtendas dentibus hora quota eſt.

Fuit Trajanus natione Hiſpanus, nõ ſolùm æquitate & pietate, ſed & ingenio ſubtiliſſimo præditus: at non facilè credam ejus eſſe iſtos numeros, quoniam Sciaterica Ars balbutiebat ipſius ævo in Italia, & hujuſmodi Horologia nondum fuerant à Romanis recepta.

An ſeriò Sciaterica ad Romanos pervenerint?

Ἀμμιανοῦ.

De Proclinaſo.

Οὐ δύναται τῇ χειρὶ Πρόκλος τὴν ῥῖν' ἀπομύσσειν,
Τὸν ῥινὸς γὰρ ἔχει τὴν χέρα μικροτέρην.
Οὐδὲ λέγει Ζεῦ σῶσον ἐὰν πταρῇ· οὐ γὰρ ἀκούει
Τὸν ῥινὸς πολὺ γὰρ τὸν ἀκοῆς ἀπέχει.

Idem Morus ſic tranſtulit.

Nunquam Procle manu nares emungere poſſis, [a]
Num tua nare manus, magna licet, minor eſt.

An manu major fuerit?

Quando Iovem inclamas ſternutans, quippe nec audis.
Tam procul ab naſus prominet aure tuus.

Ejus diſtantia ab aure.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἠγόρασας πλοκάμους, φῦκος, μέλι, κηρὸν, ὀδόντα
Τὸν αὐτὸν δαπάνης ὄψιν ἂν ἠγόρασας.

Idem Morus Interpres.

Cur emitur fucus, coma, dens, mel, ceraq; poſſit
Quum perſona tibi tota minoris emi? [*]

*] *Tibi* dixit, ſed *ſua* debecet.

Ἰουλιανοῦ.

Ὄψιν ἔχεις στρουθῷ παν ὁμοίιον ἢ ῥά σε Κίρκη
Ἐς πτηνὴν μετέθηκε φύσιν κυκεῶνα πιόντα.

Qui naſum magnũ habent, paſſeriformes dici ſolent.

Anonymus Interpres.

Paſſeri habes vultum ſimilem, Circe ipſa revera [b]
Te ex homine fecit volucrem cyceona bibentem.

a] Vt metri legem obſervaret illæſam, ſubjunctivum Morus poſuit pro Indicativo; nam ſenſus poſtulat, ut *potes* & non *poſſis* dicatur.

Pro Indicativo Subjunctivus.

b] Interpres, quicumq; ille ſit, perperam in *reverà* primam corripit, idem eſt enim *reverà*, ac *re vera*, & *res* in ablativo debet protrahi. Lucretius lib. 2.

Quanta ſit in voce revera *prima ſyllaba?*

Reveraq; metus hominum, curaq; ſequaces.

Vbi vocem *metus*, quæ ad ſing. & plur. in proſa pertinere poſſet, productio ultimæ ad plurale reſtringit.

Quanta ſecunda in voce metus?

AR-

ARTICVLVS XII.

ΣΤΟΜΑΤΟΛΟΓΙΑ.

De Oris Colloquutione.

Supplitia illata à Deo, favores & auxiliũ ſũt, ſi devotè accepientur, & humili tolerentur patientia, Deus enim, quos diligit, corrigit.

CVM ſolamine lego illa Divina verba, *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* nam linguarũ diviſio, peccatoribus apud Babylonem inflicta in pœnam, nobis hodie auxiliatur, ut meliùs gloriam Dei celebrare poſſimus. Vnicam realem homini Natura linguam dederat ſub Mundi initium: unicam artificialem educatio, *quando erat terra labii unius & ſermonum eorumdem.* Poſt confuſionem verò habemus artificiales plurimas, ut plurimis Deum laudare poſſimus, & obedire Apoſtolo, qui ad Philippenſes ſecundo hanc legem nobis præſcribit. *In Nomine Ieſu*, inquit, *omne genuflectatur, cæleſtium, terreſtrium, & Infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.* Ego quidem libentiſſimè obtempero, & ut cum Paulo, cum Davide, & cum aliis, Deum laudemus, univerſos invito, & ſic inquam,

Linguarum diviſio & multiplicatio primis poſt diluvium hominibus in ſupplicium illata, nobis hodie tanquam favor, & auxilium conceditur.

Latina vulgata

Laudate Dominum omnes Gentes, laudate eum omnes populi.

& quia Latina tameiſi communiſſima eſt lingua unica, & Paulus meritò præcipit, ut omni lingua Deum confiteamur, utar illis, quibus audeo, vel poſſum, eas verò, quarum notitia careo, aliis exercendas relinquam. Dicam igitur,

Ebræa.

הללו את־יהוה כל־גוים שבחוהו
כל־האמים

Chaldaica.

שבחו ית יי כל עממיא שבחוהי ית
די כל אומיא

Syriaca.

[illegible]

Arabica.

[illegible]
[illegible]
سبحوا الرب يا جميع

Polymnia.

[illegible] Æthiopica.

Αἰνεῖτε τὸν κύριον πάντα τὰ ἔθνη, ἐπαινέσατε αὐτὸν πάντες οἱ λαοί. *Græca.*

Laudate Dominum omnes gentes, collaudate eum univerſi populi. Latina D. Hier.

Laudate Dominum omnes populi, laudate eum omnes nationes. *Latina Chaldaica.*

Laudate Iehovam omnes gentes, laudate eum omnes populi. Latina S. Pagnini. *Latina Ebræi.*

Laudate Dominum omnes gentes, prædicate eum omnes populi.

Laudate Dominum omnes gentes, honorate eum univerſæ nationes. Latina S. Munſte.

Laudate Dominum omnes gentes laudate eum omnes populi. &c. *Latina Benedicti Ariæ.*

Italica.

Tutte voi nationi laudate il Signore, voi tutti populi laudatelo.

Gallica.

Toutes nations lovez le Seigneur, Vous tous peuples honorez le.

Hiſpanica.

Alabad a Iehova todas las gentes, alabaldo todos los pueblos.

Anglica.

Al nations, praiſe ye the lord, all ye people, preiſe him

Hybernica.

Molwch yr Arglwydd yr oll zenet loedd, a chydvolwch efyr oll popnloedd. &c.

Louet den heren alle volck, lovet ohn alle lude. *Germanica vetus.*

Lovet den herrn alle heyden, preiſet ihn alle volcker. Germanica Luth.

Lauet den heren alle heyden, pryſet en alle volcker. *Saxonica.*

Loffuer herren alle heniger, priſſer hanom alle folche. Danica.

Lofed Drozzin allar pioder, pryſ:d hann all er Lyder. *Islandica.*

Laffwer herran alle hedningar, pryſer honom alle folch Suecica.

Glavwet tham kungam woiſſe paganne, patenſzenat wingam *ubuſſade loubdes.* *Livonica.*

Finonica.

Rytikes berra kaiki kanſa Cumaitſtakes bende kaiki ubeki. &c.

Vandalica.

Chubalſzre teha Rnieſa Schyſzo puhany, poch ubalſzieha Schyſzo ludzia.

Bohemica.

Chubalte pana ubſſycky narodonbe, chubalte ho vſſicky lide.

Polonica.

VVſzyſeq narodoubic chubalcie pana, a vby vbſzyſcq ludzieiemuczeſc davbaycie.

SECTIO I.

Περὶ τῆς φωνῆς τάσεος, hoc eſt, *De pronunciandi Modo, ſeu Tono.*

Quid Tonus ſit, & unde dicatur?

TONVS Græca vox eſt, donata Latio, quæ variè accipitur, & in Muſica, ac Metrica uſurpatur præcipuè. Dicitur autem τόνος à verbo τείνειν, quod eſt *intendere*, quaſi ἡ τῆς φωνῆς τάσις. hoc eſt *vocis intenſio*.

Quotuplex ille ſit?

Profectò in Metrica (ut ſuo in loco jam ſuperiùs expoſui) Τόνος, *accentus* eſt: & in ὀξὺν, *acutum*, Βαρὺν, *gravem*, & περισπώμενον, *circumflexum* dividitur. Et iterum dividitur ὀξύς Gravis; videlicet, ratione loci: &, quia in ultima, penultima & antepenultima, acui dictiones poſſunt *oxytona*, *paroxytona*, & *proparoxytona* vocari ſolent. Omnis dictio, quæ non habet accentum in ultima, eſt *barytona*: Quæ autem ultimam circumflectit, *periſpómena*: quæ autem penultimam *properiſpómena* vocari ſolet.

Proponitur communis & recepta ſententia.

Cur illam impugnaverim plurius?

Vt reor, Accentus hi, de quibus agunt, & quod miretis, eodem modo univerſi, qui Græci, aut Latini Idiomatis Inſtitutiones ediderunt, aut nuſquam fuerunt, aut obdurtuerunt aures noſtræ. Si dicas, hoc ipſum me jam ſcipſiſſe, & te legiſſe: reſpondebo, me id dixiſſe, & ſcripſiſſe pluries, & tamen parum, aut nihil profeciſſe; nam Iuniores malunt Veterum erroribus & præjudiciis adhærere, quàm Veritates certas, & indubias addiſcere. Ergo patere, ut hunc Paragraphum interſeram; qui ſi non placeat, eum illectum, intermittere poteris, & ad ulteriores tranſire. Ego autem ſic ſcribo.

Quid reverà Accentus Acutus, & Circumflexus ſit?

[Cùm dico, Lector Candide, Accentus, quales Latini, & Græci fingunt, nuſquam eſſe, rem tam certam pronuncio, ut oppoſita rideri potiùs debeat, quàm impugnari. Hodie gravis accentus cenſetur eſſe circumflexi, vel acuti carentia. Et videntur hi duo (circumflexus, & acutus, coïncidere) nihil enim aliud eſt acutus, quàm ſyllabæ moroſa protractio. Et his ideis aliquando præventus à præcipuis in Hiſpania, Belgio, Germania, Italia, &c. Grammaticæ præceptoribus reſcire volui, Primò, An voces *doctrina*, & *doctrinâ* ita proferre poſſent, ut Nominativus ab Ablativo ſono ſecerneretur? Secundò, An voces *Audíeram*, *circumdéderam*, *addíderam* ita proferre ſcirent, ut antepenultima acuatur brevitate non læsâ? Et tertiò, An ullus in mundo ſit, qui voces iſtas Græcas παράκλητον, *conſolatorem*, ἄθλημα, *certamen*, ὀρόφωμα, *ſectum*, & alias ſimiles (nam id genus quam plurimæ inveniuntur in Lexicis) valeat ſine errore proferre? Nam, ſi antepenultimam acuat, corripiet neceſſariò penultimam; &, ſi penultimam producere velit, non antepenultimam, ſed ipſam penultimam acuet.]

An ſint voces in lingua Latina ineffabiles?

An etiam ſint in lingua Græca?

Cur egerim de Tonis Grammaticis?

Hæc dicta ſint, ut demonſtretur, tam altas immiſiſſe radices opiniones antiquas, ut neſciant homines illas deponere, etſi falſas eſſe percipiant.

Quid ſit Tonus in Muſica?

In Muſica τόνος eſt intervallum inter 9. & 8. Et hinc naſcitur ἡμιτόνιον, διτόνιον, τριτόνιον, *ſemitonus, ditonus, tritonus*. &c.

An erroribus & ipſi ſcateant?

Multa in Muſica profectò occurrunt, quæ reformatione indigere videntur, ſed ab eis, quia de illis fusè alibi diſputo, impræſentiarum ſuperſedeo.

Quid in Pictoria Tonus ſit?

In Pictoria etiam admittitur vox τόνος, & ſplendorem ſignat, qui ponitur inter lucem & umbram. Plin. libr. 35. cap. 5. *Deinde adjectus eſt ſplendor alius hic quàm lumen; quem quia inter hoc & umbram eſſet, appellaverunt* tonon; *commiſſuras verò colorum & tranſitus*, armogen.

Tonus olim dicebatur pro tonitru.

An ſit harmonia in Cælis?

Tonum denique Mercorologici, & Muſici tranſtulerunt ad Cælum: nam Veteres tonitrua nuncupabant *tonos*: [Conſtat ex Cæcinna, qui citat Senecam *qu natur. libr. 2. cap. 36.* ſcribentem, *Antiqui autem* tonitruū *dixerunt, aut* tonum.] Et à nomine tonus verbum *tono, as*, pro quo *tronar* dicunt Hiſpani, ut interjecta litera R terrorem & horrorem procellarum

rum

Digitized by Google

rum ſignificent. Præterea, etiam Antiqui Cælos motu ſuo harmoniā concitare aſſeruerunt. Et hoc ſanè bifariam: Pythagoras enim, cui multi adhærebant Philoſophi, in quantitate proportiones quæſivit: & alii, ut refellerentur difficiliùs proportiones in qualitate collocabant. Illos nuper ſequutus fuit Ioannes Keplerus, iſtos Robertus Fludius: & quia uterque ſomniare veriùs, quàm ratiocinari videtur, à Marco Marino Merſenno, & aliis ingenioſè impugnatur.

An ipſa in quātitatum, an veriùs in qualitatum proportione conſiſtat?

SECTIO II.

De Divino, Angelico, & Humano Idiomate.

Generica linguarum diviſio.

Singulæ Nationes ſuum proprii ſonum habent, nam Hiſpanus, Germanus, & Italus etſi colloquantur Latinè, inter ſe diſtinguentur; & ideò juxta loquendi, & pronunciandi modum Linguæ ſunt impræſentiarum diſtribuendæ. Et quidem tametſi Humanæ in multas, & varias ſecundum diverſas provincias, & regiones ſoleant dividi; eſt alia adhuc ſuperior & generalior Linguarum diſtributio, nam Perſona Intellectualis, univerſim ſumpta, loqui debet: & ideò Lingua ut ſic, & in communi ſumpta, ſicut & Perſona in Divinam, Angelicam, Humanam, & Dæmoniacam debet dividi.

De lingua Dei propria. Quanam ea ſit?

Sanè Divinæ locutionis characteres, & indices ſunt miracula; ubi enim hæc ſiunt, ſuam Deus hominibus voluntatem revelat. Ipſe enim eſt, ut ait Propheta Rex, *Qui facit mirabilia magna ſolus.*

Pſalm. 135. 4.

De Dei Idiomate.

Sed quomodò? An-non Sancti patrarunt, patrantq; ſtupenda miracula? an-non erigunt claudos, curant mancos, & vitæ defunctos reſtituunt? Et, ſi & ipſi multa quotidie faciunt, & glorioſa, miracula, cur à coronato Propheta ſoli Deo attribuuntur prodigia?

Non eſt ſolus Deus, qui facit miracula; at eſt Deus, qui ſolus facit miracula.

Reſpondeo illam dictionem *ſolus* in verſu illo, *Qui facit mirabilia magna ſolus*, poſſe bifariam accipi, ſeu intelligi: vel enim effectum, vel concurſum concernit: nempe effectum, ſi nulla alia in mundo præter Deum Cauſa miracula faceret: & concurſū, ſi (quidquid de aliis Cauſis Effectricibus ſit; faciant, aut non faciant miracula) ille ſolus (ſine alius concurſu) illa efficiat; qui operandi modus non reperitur in aliis. Et hac diſtinctione præmiſſa, Deum aſſero non facere miracula ſolum priori modo: ipſa enim à multis olim Sanctis fuerunt facta, & hodie ſiunt: & addo, inter miracula facta à Deo, & facta à Sanctis hoc manifeſtum intereſſe diſcrimen, quod illi effecerint Domino cooperante miracula, hic autem nullius egeat concurſu, vel operatione. Vnde claudit Evangelicam Hiſtoriam Marcus dicens. ἐκεῖνοι δὲ ἐξελθόντες, ἐκήρυξαν πανταχοῦ, τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος, καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων. *Illi autem* (Apoſtoli) *egreſſi prædicaverunt ubique*, (& ut univerſi cognoſcerent loqui in iis Deum, ſtupenda patraverunt miracula. Sed quomodo?) *Domino cooperante & ſermonem confirmante per ſubſequentia ſigna.*

Sancti cooperante Deo prodigia perpetrant: at autem illa faciat Deus, non indiget alterius concurſu.

Marc. 16. 20. Quomodo Deus Apoſtolorum doctrinam & verbū confirmarit?

Loquuntur Angeli inter ſe, & eorum linguæ, ut eorumdem naturis conſentiant, ſunt multæ & ſpirituales. Vnde Apoſtolus ad Corinthios ſcribens, Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ, καὶ τῶν ἀγγέλων, &c. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum.* &c.

De lingua Angelorum. Qualis, & quotuplex ea ſit?

Etſi Deus, aut Angeli noſtris verbis, & lingua humana utantur, eorum dicta ab homine non provenire vocis accidentia demonſtrat. Id *lib. 6. Æneid.* Poëta inſinuat, cum, ut oſtendat loqui in Sibylla Deum, ſic inquit.

Et ſi voces humanæ ſint, Divinus aut Angelicus influxus à modo dicendi cognoſcitur.

Nec mortale ſonans, afflata eſt numine quando
Iam propiore Dei.

Et relinquendo Criticæ eruditioni fabulas, quia Chriſti vox, tametſi articulata, ita erat fortis magnaq; ut non mortale ſonaret, ſed vires humanas excederet. Centurio, & qui cum ipſo erant exclamaverunt, Ἀληθῶς θεοῦ υἱὸς ἦν αὐτός. *Verè Dei filius erat iſte.*

Non ſolum loquendo Dæmon, ſed etiam tacendo ſe prodit: qui enim, ubi deberet loqui, tacet; & ubi ſilendum erat, loquitur, à bono ſpiritu non gubernatur. Lucæ 11. 14. habemus celebre exemplum Dæmonis taciturni. Καὶ ἦν (nempe, *Ieſus*; inquit Evangeliſta) ἐκβάλλων δαιμόνιον, καὶ αὐτὸ ἦν κωφόν. *Erat Ieſus ejiciens Dæmonium, & illud erat ſurdum*, Vulgatus habet, *mutum*. Porrò κωφὸς propriè

An Dæmon ſilendo ſe prodat?

An Evangelicum Dæmonium fuerit mutum?

Quid ſignificet κωφὸς?

eſt *ſurdus*, cui Auditus vitiatus eſt. Alexander Aphrod. *in Probl.* Διὰ τί οἱ ἐκ γενετῆς κωφοὶ καὶ ἄλαλοι & hinc, quia qui à nativitate ſurdi etiam ſunt muti, κωφὸς ſolet *mutum* ſignificare.

ECTIO III.

De Vocis Quantitate.

Vocis in Magnam Parvam & Mediocrem diviſio.

VOX in Magnam, Mediam, & Parvam dividitur. Magna imperanti, increpanti, ſuperbo, & audaci Viro competit: parva & ſubmiſſa obedienti, oranti, humili, aut etiam timido: media eſt æquivoca, & huc, illuc-ve, ab aliis circumſtantiis reſtringitur. Aliqua proponamus exempla: & primum de Voce clamoſa, & prægrandi. Cornelius Gallus.

Omnia ne quidquam clamoſis vocibus implet.

Et ſaxo Pamphilus.

Stentoria qui voce tonat, [a]

Cornif. apud Macrob. *Deducta mihi voce garrienti.*

Multus eſt profectò Virgilius in vocis clamore explicando. Æneid. libr. 6. ſic cecinit.

Non mihi, ſi centum linguæ ſint oraq; centum
Ferrea vox. &c.

Dixerat quinto.

Rectorem navis compellat voce Menœten.

Et quarto.

His etiam ſtruxi manibus, patrioſq; vocavi
Voce Deos, ſic te ut poſita crudelis abeſſem?

Et iterum quinto.

Advocat Æneas, tumuliq; ex aggere fatur.

Et rurſus ſexto.

Infelix Theſeus, Phlegyaſq; miſerrimus omnes
Admonet & magna teſtatur voce per umbras.

Et 5. ad Entellum Æneas.

—— Talia fatur.
Infelix, quæ tanta Animum dementia cepit?
Non vires alias, converſaq; Numina ſentis?
Cede Deo, dixitq; & prælia voce diremit.

& nono.

— Tunc verò exterritus amens
Conclamat Niſus,

a] Stentorius, a, um, dicitur à ſubſtantivo Stentor, Græcè Στέντωρ: qui fuit Græcorũ omnium vocaliſſimus, ut pote, qui quinquaginta hominum clamorem vocis magnitudine adæquaret, ut *Iliad.* 5. Homero placuit. Vnde *ſtentore clamoſior*, jam in Proverbium abiit. Iuvenalis Satyr. 13. *Tu miſer exclamas, ut ſtentora vincere poſſis.*

& ingenioſè libr. 10.

—— Dat inania verba,
Dat ſine mente ſonos. &c. [b]
At primas læta ante acies exultat Imago,
Irritatq; Virum, telis & voce laceſſit.

Et libr. decimo.

Ipſe inter primos dextram ſub mœnia tendit
Æneas, magnaq; incuſat voce Latinum
Teſtaturq; Deos, iterum ſe ad prælia cogi.

b] Multi profectò sũt Poetæ de quibus verba hæc poterunt verificari; multi, qui in ſuis ſæpe carminibus *dant ſine mente ſonos*; qui videlicet paſſim, *Formanſus conſonancias ſin concepte.*

Humilem & ſupplicantem vocem Æneid. 10. expreſſit dicens.

Cui Iuno ſubmiſſa. Quid ô pulcherrime conjux
Sollicitas ægram & tua triſtia dicta timentem? &c.
Cui Rex Ætherei breviter ſic fatur Olympi. &c.
Cui Iuno illachrymans: Quid, ſi quod voce gravaris,
Mente dares? &c.

Vox Media eſt, qua communiter utimur in colloquio: quæ etiam *æqualis* dicitur, quòd nec Rhetoricas, nec Muſicas variationes admittat. An huc pertinet Mopſi Vox, de qua apud Virgilium in Daphni (*eclog.* 5.) ait Menalcas.

Nec calamis ſolùm æquiparas, ſed voce Magiſtrum?

Reſpondeo negativè: quoniam illud *æquiparas*, non innuit æquali tono inter ſe ſyllabas univerſas proferri, ſed æquali cum Magiſtro elegantia & induſtria.

SECTIO IV.

De Vocis Suavitate.

De voce dulci & molli.

COmmunis eſt & nota Vocis in Aſperam & Dulcem diviſio. unde eſt Adagium.

Vox dulcis recreat, ſenſumq; offendit amara.

Dulcis quietum & ſedatum Animũ innuit; convenit Principi, Patri, Matri, & Amicis: Aſpera ruſticam prodit indolem, Satyriſq; & agricolis comperit. De ſuavi aliqua proponamus exempla. Ovidius Metam. lib. 3.

—— Hæc reſonis iterabat vocibus.

Mantuanus

—— Totumq; canora
Voce nemus loquitur

Conradus.

Et

Et vox canit concinna verſus.
Valerandus Varanius.
Quarum ſuaviloquis geminæ ſic vocibus orſa.
Pamphilus Saxo.
Dulcia dulciſonâ carmina voce dices.
Cantal.
Clariſonas imo fudiſſe e pectore voces.
Et Guido Poſthumus.
Hic mihi enim [*] melica voce ferebat opem.
Virg.lib.10.
Dum canit & mæſtum Muſa ſolatur amorem,
Canentem molli prima duxiſſe ſenectam,
Linquentem terras, & ſydera voce ſequentem.
Dixerat libr.4.
Nunc etiam interpres Divum, Iove miſſas ab ipſo
(Teſtor utrumq; caput) celeres mandata per auras
Detulit. Ipſe Deum manifeſto in lumine vidi
Intrantem muros, vocemq; his auribus hauſi.
libr. 1.
Hunc Phœniſſa tenet Dido blandiſq; moratur
Vocibus.

*] μέλι: eſt [illegible] ὁ μέλος [illegible] *conſonantia*, & [illegible] μελιχὸς [illegible] ab alterutro deduci poteſt. Vult ergo Guido dicere, aut melliſluam, aut enharmonicã ſibi eſſe vocẽ.

Crudam inconcinnam habebant ut dicebamus Satyri, habebat Polyphemus, de quo Æneid.libr.3. Virgilius.

De voce aſpera & rauda.

De Polyphemo. Qualis ipſe fuerit?

Nam qualis, quantuſq; cavo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes atq; ubera preſſat. &c.
Solamenq; mali, de collo fiſtula pendet. &c.
Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Senſit, & ad ſonitum vocis veſtigia torſit.
Verùm ubi nulla datur dextram affectare poteſtas,
Nec potis Iönios fluctus æquare ſequendo:
Clamorem immenſum tollit, quo pontus & omnes
Intremuere undæ, penituſq; exterrita tellus
Italiæ, curviſq; immugiit Ætna cavernis.

Qualem vocem habuerit?

Quem raucum & horribilem aſperæ, & inconcinnæ vocis tonum D. Ludovicus de Gongora, apud Noſtrates Poëta celeber, rhythmis ſequentibus dilucidavit.

Cera, y cañama unió, que no deviera,
Cien cañas [*] cuyo barbaro ruido,
De mas ecos, que unió cañamo y cera
Alboguè es duramente repetido.
La ſelva ſe confunde, el mar ſe altera,
Rompe el Triton ſu caracol torcido,
Sordo huye el baxel a vela y remo,
Tal la Muſica es de Polyphemo.

*] D. Garzias Coronel in Comment. *Tañianſe al modo que hoy uſan los caſtradores los ſilvatos.*

Hoc inſtrumentum, quo utebatur hic Gigas, fiſtulas habebat inæquales, quidquid Theocritus dixerit. Inventũ à Deo Pane fuit, ut Transformationum primo Ovidius ediſſeruit his verbis.

De Muſico Polyphemi inſtrumento.

An fiſtulas habuerit inæquales?

Quis ſit illius inventor?

Panaq; cùm prenſam ſibi jam Syringa [a] putaret
Corpore pro Nymphæ calamos tenuiſſe paluſtres.
Dumq; ibi ſuſpirat, motos in arundine ventos [b]
Effeciſſe ſonum tenuem, ſimilemque querenti.
Arte nova, vociſq; Deum dulcedine captum.
Hoc mihi colloquium tecum, dixiſſe, manebit:
Atq; ita diſparibus calamis compagine ceræ
Inter ſe junctis nomen tenuiſſe puellæ.

a] σύριγξ, Fiſtula.

b] Hinc ſicut à fabro ferrario Pythagoræ origo Muſicæ poſſet deduci.

Conſonat Virgilio, qui Eclog. 1. hujus inventionem eidem Deo attribuit.

Mecum una in ſylvis imitabere Pana canendo.
Pan primus calamos cera conjungere plures
Inſtituit.

Sed quot in illo fiſtulæ collocabantur? Muſica ſeptem poſtulat; ſeptem enim ſunt voces, & non plures. videlicet

C. D. E. F. G. A. B.
Vt. re. mi. fa. ſol. la. bi.

De fiſtularum numero. μονοκάλαμος. πολυκάλαμος. ἑπτακάλαμος. ἐννεακάλαμος.

Et talem habebat Corydon, qui dicebat ibid.

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula; Damætas dono mihi quã dedit olim,
Et dixit moriens te nunc habet iſta ſecundum.

Et quia tempore Artes, & Scientiæ promoventur, ævo Theocriti jam indeptum fuerat hoc inſtrumentum

Sunt novem voces, quas Diatonica Muſica in Octava requirit.

tum novem voces, quæ quidem & ſunt neceſſariæ & ſufficiunt. Illas conſidera.

C. D. E. F. G. A. b. ♮. c.

VT. RE. MI. FA. SOL. LA. BA. BI. ut quidam enim ex ruſticis, quos Edil. 8. introducit, ſic inquit.

Fiſtulam, quam feci bonam ego novem vocum,
Album ceram habentem æquè infernè, ac supernè,
Hanc deponam.

Cur Ovidius, & eum imitatus Gongora, centum fiſtulas in inſtrumento hoc compoſuerit?

Cur autem *cien cañas* dixit Gongora, & non *ſiete*, vel *nueve*? Quia placuit imitari Ovidium, qui *Metam. lib.13.* cecinerat,

Sumptaq; arundinibus compacta eſt fiſtula centum.

nam ſoni magnitudo etiam fiſtularũ numero ſignificatur.

Sed quo modo hoc inſtrumento canebatur? Iam olim expoſuit *lib.4* Lucretius.

Quomodo pulſaretur?

Vnco ſæpe labro calamos percurrit hiantes.

De voce Tritonis.

Et quia Tritonis meminit D. Ludovicus, & etiam ipſe horridam vocem habet, hæc ſubjungam. Erat Neptuni Tibicen. Ovidius *Metam. lib.1.*

Quis fuerit?

—— Poſitoq; tricuſpide telo
Mulcet aquas Rector pelagi, ſupraque profundum
Extantem, atq; humeros [c] *innato murice tectum*
Cæruleum Tritona vocat, conchaque ſonanti
Inſpirare jubet; fluctuſq; & flumina ſigno
Iam revocare dato. &c.

c] Accuſativus abſolutus more Græco: vel dic, à Græcis ſubintelligi præpoſitionem κατά, & à Latinis *ſecundum*.

Et ibid.

—— Cava buccina ſumitur illi
Tortilis in latum, quæ turbine creſcit ab imo.

Et Sillius Italicus lib.4.

Nec mora terrificis ſævi ſtridoribus æris
Per vacuum latè cantu reſonante profundum
Incubuere tubæ, quæ it excitus æquore Triton
Expavit torta certantia murmura concha.

An reverà Tritones, aut Homines marini ſint?

An-ne merè fabuloſa ſunt omnia, quæ de Tritonibus à Poëtis Græcis, & Latinis canuntur; an reverà hujuſmodi Animantes reperiuntur in mari? Reſpondet *lib.9.cap.5.* Plinius. *Tiberio Principi nunciavit Olyſſiponenſium Legatio, ob id miſſa, viſum, auditumque in quodam ſpecu concha canentem Tritonem, qua noſcitur forma.* Et Pauſanias *lib. 9.* non ſolùm vera judicat, quæ de hoc monſtro dicuntur, ſed & illum depingit. *Capitis coma*, ait, *perſimilis eſt paluſtri apio in colore, tum quòd capillum omninò nullum ab aliis poſſis diſcernere: reliquum corpus ſquama inhorreſcit minuta, ſed eadem prope, qua lima eſt, duritia; branchias infra aures habet, nares hominis, rictum oris latiorem, & dentes Pantheræ: oculi glauci mihi eſſe viſi ſunt; manus etiam illi, ſunt, digitique & ungues, ea formas quæ ſuperiores conchiliorum teſtæ: pinnulæ ſub ventre, & pectore pro pedibus uti & Delphinis.* Sed & in India Orientali marini homines ſunt, Tritoni depicto à Pauſania ſimillimi, & unius ex ipſis integrum brachium Pragæ in Societatis Collegio apud P. Rodericũ Arriaga ann. 1650. proſtabat, illudq; non ſemel ſtudioſè conſpexi.

Deſcribitur eorum figura.

Etiamnum reperiuntur in India.

Brachium unius Pragæ in Bohemia oſtendebatur.

SECTIO V.

De Mœrore & Gaudio.

An & hi in voce percipiantur Affectus?

An diverſum metrum Triſtitia, & Lætitia requirant?

LÆtitia & Triſtitia, tametſi Animum internum afficiant, è modo loquendi innoteſcunt: aliter enim hilares, & aliter lugentes, & mœſti loquuntur. Etiam haberi debet ratio Metri: nam fauſta & felicia Heroicis, Elegis concinuntur infauſta.

De interjectione Io.

Porrò ἰώ, *Io*, interjectio eſt cordis lætitiam exprimens: unde ἰώ, ἰώ, apud Sophoclem Philoctetes exclamat. Ex Tibullo Nicolaus Erythræus eſſe dolentis interjectionem aſſerit, & neſcio, an bene ſit meditatus illud carmen,

Gaudentis-ne, an mœrentis ſit?

Vror, io, remove ſæva puella faces.

nam ſunt moleſtiæ gratæ, quas hilares Mortales tolerant. Quid enim, ſi illud ipſum Pentametrum dilucidaretur hoc Scholio.

An fœmina contra mentem loquantur?

Vror; at flammis crucior libenter.
Flagro; ſed gratis facibus reſolvor,
Tolle, en exclamo: tamen opto, Clori,
Tollere nolis.

An etiam contra mentem præcipiant?

aut hoc Commentario, ſi velis. Iuſſerat Artemidoro Achajæ Principi, quem

Digitized by Google

quem amore vehementi, ſed tacite, proſequebatur, Leonida Epi Princeps, ut ſtatim diſcederet. An-ne volebat, ut præcepto obediret? ne credas. Vbi enim altiori voce intimabat diſcedendi mandatum, tacita teperebat hos numeros.

Part. 2. Comœd. 3. pag. 59. column. 2.

Que hay en ti con que mereſcas
En mi el inuſado olvido,
De quien ſoy; pues te deſpido
Con temor de que obedeſcas.

Dies profectò læros lætis Veteres vocibus proſequebantur. Ovidius Met. 15.

De dierum feſtorum apud Antiquos cultu.

Proſpera lux oritur, linguiſq; animiſq; favete.
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.
Lite vacent aures, inſanaq; protinus abſint
Iurgia: differ opus ruſtica turba tuum.

Ita ſua feſta celebrabant Gentiles, ut diſcamus, aut etiam erubeſcamus Orthodoxi, quorum devotio, illorum ſuperſtitionem non exæquat. Illis diebus ceſſabant ſervilia miniſteria [*differ opus.*] Claudebantur tribunalia criminalia & civilia [*abſint jurgia.*] Hymni in templis ſummo Numini modulabantur [*linguis*]. Et, quia mortuæ ſunt voces, ſi attentione & intentione careant, [*animis*] non ore ſolo, ſed etiam mente laudes Divinas celebrabant: & videbantur præſtare, quod nobis Sanctus Benedictus in Regulæ Capite XIX. præcipit. inquit enim. *Et ſic ſtemus ad pſallendum, ut mens noſtra concordet voci noſtræ.* Similia habet Tibullus.

Ceſſabant à labore ſervili.

Orabant ore & mente.

Vos iidem & linguis quiſque favete ſuis

Quomodo Auditores Concionatori faveant?

Et quidem favent Oratori Auditores: nimirùm, dum declamat, tacendo; ubi dixit, laudando. Et hoc ſenſu intelligi debet Quintilianus cum ait, *Favet ingenio ſuo Auditor*; nempe, ſilendo, & applaudendo. Ad illa Virgilii 5. *Æneid.* verba, *Ore favete omnes.* inquit Servius, *Favet ore quis per taciturnitatem.* Et ad rē noſtram *epiſt.* 53. ſcribit Seneca. *Tacete, favete, præbete vos curationi.* &c. Et hoc eſt, quod olim *Paſcere linguam*, Græcè εὐφημεῖν, dicebatur.

εὐφημεῖν.

Omnia, ut fauſta feliciaque ſint, à Deo debere exordium ſumere, reſtamur religiosè, cùm dicimus, *Actiones noſtras quæſumus Domine adſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut omnis noſtra actio & operatio a Te ſemper incipiat, & in Te cœpta finiatur.* Quæ Veritas tam per ſe nota eſt, ut olim innotuerit Gentilibus. *Lib. 3. de Divinis.* Cicero. *Idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque eſſet, præfabantur; rebuſque Divinis, quæ publicè fierent, ut faverent linguis imperabatur; inque feriis imperandis, ut litibus, & jurgiis ſe abſtinerent.* Et huc reſpiciens Damœtas apud Virgilium Eclog. 3. cecinit.

A Deo debet ſemper ſumi principium.

Communis Apprecatio.

Ab Iove principium Muſæ: Iovis omnia plena.
Ille colit terras: illi mea carmina curæ.

Etiam Ethnici ut omnia ad votum ſuccederent, à Iove ſumebant exordium.

Et Ilioneus, Æneæ Legatus, ut ſui Principis genus & divitias commendet apud eumdem Poëtam *Æneid.* 3. ſic inquit.

Ab Iove principium generis: Iove Dardana pubes
Gaudet avo: Rex ipſe Iovis de gente ſuprema
Troius Æneas tua nos ad limina miſit.

Et licèt aliò Virgilius reſpexerit Eclog. 8. numerorum materia talis eſt, ut intelligi poſſit de Deo. Converto igitur ad Dominum noſtrum Ieſum-Chriſtum oculos, & ſic inquam.

—— *En erit unquam*
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit ut liceat tecum mihi ferre per Orbem
Sola Sophocleo tua (vulnera) *digna cothurno.*
A Te principium, Tibi deſinet: accipe juſſis
Carmina cœpta tuis, atque hanc ſine tempora circum
Inter victrices ederam tibi ſerpere lauros.

Virgilii Numeri de Carminibus Auguſti dicti, Vulneribus Chriſti adpropriantur.

Mutavi vocem *carmina* in *vulnera*, ſi enim Auguſti (ad eum enim dirigit Virgilius hanc Eclogam) carmina, digna ſunt quæ laudentur; digna ſunt, quæ adorentur, Chriſti vulnera.

Devotè atq; ideò celebremus vulnera; Chriſti
Pendet enim à quino vulnere noſtra ſalus.

Animi etiam triſtitiam prodit Vox: unde ſcitè undecimo libro Operis Heroici Virg.

Voce oſtenditur cordis triſtitia.

Vnam ex Virginibus ſociis,ſacramque caterva m
Compellabat, & has triſtes Latonia voces
Ore dabat.

Et libro ſexto agens de Ænea.
His dictis curu amotu, pulſuſq; parumper
Corde dolor triſti. &c.

[*] Monet Petrus della Valle apud Alexandriam Ægypti ultra fluvium ſepeliri defunctos, nautamque, qui cadavera transfert, vocari *Charſtem*. Hinc ergo Virgilius illa ſcribendi occaſionem deſumpſit

Et inter alia vociferatur Charon [*]
Nec verò Alciden me ſum latatus euntem
Accepiſſe lacu, nec Theſea,Pirithoumq;
Diis quanquam geniti, atq; invicti viribus eſſent.

Et poſteà libro octavo
Æneas Anchiſiades & fidus Achates
Multaq; dura ſuo triſti cum corde putabant

Tandemq; undecimo
Concilium ipſe Pater, & magna incepta Latinus
Deſerit, ac triſti turbatus tempore differt
Multaq;ſe incuſat,qui non acceperit ultrò
Dardanium Æneam,generumq;adſciverit urbi.

De voce fracta & interrupta.

Ad triſtitiam, & mœrorem ſpectant, ruptæ, interruptæ, & fractæ voces, quales Maro diverſis in locis deſcribit. Libr.2.
Bis quinos ſilet ille dies, tectuſq;recuſat
Prodere voce ſua quemquam aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus
Compoſito rumpit vocem, & me deſtinat aru.

Et lib.11.
Talibus exarſit dictis violentia Turni,
Dat gemitum, rumpitq;has imo pectore voces. [a]

a] Hac phraſi utimur Hiſpani, dicimus en m *dar gemidos*.

Et in Pharmaceutria (Eclog.4.)
Frigidus in pratis cautando rumpitur anguis.

Et libr.2.Androgeos.
Dixit; & exemplo (neq; enim reſponſa dabantur
Tuta ſatis) ſenſit medios delapſus in hoſtes.
Obſtupuit, retroq; pedem cum voce repreſſit. [b]

b] Hiſp. *un pie atras.*

Et lib.1.
—— *Quarenti talibus ille*
Suſpirans imoque trahens de pectore vocem.

Vbi nimius eſt mœtor, ſicut exſiccantur oculi, ne lugeant, ſic & adhæret gutturi vox, ne emitti queat. Idem Virgilius libr.4.
At verò Æneas adſpectu obmutuit amens, [c]
Arrectaq; horrore coma,vox faucibus haſit.

c] Hic amens ſumitur in bonam partem, pro *attonite*. Hiſp. *quedo embeleſado.*

Et agens de Turno lib.12.
Illi membra novus ſolvit formidine torpor,
Arrectaq;horrore coma,& vox faucibus haſit.

Veneris etiam vox lib.1.doloris violentia rumpebatur. Ait Virgilius.
—— *Nec plura quarentem*
Paſſa Venus,medio ſic interfata dolore eſt.

Eſt autem *interfor, interfaris*, verbis ſciſſis & interruptis loquor, aut etiam alium loquentem interpello, eius verba interrumpo: & hoc 3. ab Vrb.ſcripſit ſenſu Livius: *Priuſquam aut ille poſtulatum perageret, aut Virginio reſpondendi daretur locus, Appius interfatur.*

Interfari, quis ſit?

SECTIO VI.

De Vocibus Superba, & Humili.

De Voce ſuperba.

FAſtus, Superbia, Elatio; itemq; Puſillanimitas, & Humilitas Cordis in modo loquendi percipitur. Fauſtinus.
Ad ſocios praceps clamabat voce ſuperba.

Et iterum
—— *Verba ſuperba tonat.*

Imitatus Virgilium qui Æneid.7. Alecto agens ſcripſit.
Deſerit Heſperiam, & Cali convexa per auras
Iunonem victrix affatur voce ſuperba.

Superbia etiam in re pracepta, & in modo pracipiendi percipitur.

Et libr.10.
—— *Socii ceſſerunt aquore juſſo.*
At Rutulum abſceſſu juvenis, tum juſſa ſuperba
Miratur,ſtupet in Turno: corpuſq; per ingens
Lumina volvit, obitq; truci procul omnia viſu.

Superbus etiam erat, qui Æneid.7.
Multa quarens, atque hac affatus voce parentem.

Et Æneid.1.
—— *Ille ubi matrem*
Agnovit tali fugientem eſt voce ſecutus.
Quid natū toties crudelis tu quoque falſis
Lu-

Voce aliquem ſequi quid ſit?

Digitized by Google

Ludi; imaginibus? cur dextra jungere dextram
Non datur? ac veras audire & reddere voces.

Sonſonete quo ſenſu accipiatur Hiſpanicè?

Tonus ille, qui vocem gravidam & ſuperbam conſtituit, *ſonſonete* ab Hiſpanis vocatur. *Los Cigarrales*, quos Tirſus de Molina compoſuit. *lib. 1. pag. 5.* narraverant binos & binos colluſiſſe; & quoniam, qui precia amiſerant, inciviliter obloquebantur, alter ex victoribus inſtitit. *En la Corte y en qualquiera parte donde hay bien nacidos, ſe yo, que los que ſe precian de ſello, y juegan, pierden callando, por ganar credito perdiendo. Si Vueſſas mercedes lo ſon (como creo) no es juſto pierdan la reputacion juntamente con el dinero, tan malo de deſquitar deſpues.* Ad quæ alter ex adverſariis. *El creo le aggradeſco; que aunque con ſonſonete, ſi fuera nueſtra calidad myſterio de Fee, yo eſtoy cierto, que tardaria mas en pronuncialle.* Nota primò ad rem noſtram nomen illud *ſonſonete*, quod hic ſuperbam arrogantiam ſignificat: & ſecundò illud *creo* illud *de Fee*, & cætera, quæ adhærent, Iudæorum enim cenſui victorem gliſcunt adnumerare.

Ingenioſè Iudaiſmi adverſarius incriminatur.

De Voce humili & abjecta.

Tonus etiam depreſſior vocem ſolet interdum ad humilitatem componere: aliter humilitatem componere aliter humiles. Virgilius Æneid. lib. 4.

Quo fletu manes, qua Numina voce moveret.

Et libr. nono.

Agnovit juvenis, duplicesq; ad ſydera palmas
Suſtulit ac tali fugientem eſt voce ſequutus.
Iri, decus Cœli. &c.

Et 7. de Trojanorum Oratore.

Dixerat & dicta Ilioneus ſit voce ſequutus.

Et iterum nono.

Suſpiciens altam Lunam, ſed ore precatur.
Tu Dea, tu præſens noſtro ſuccurre labori
Aſtrorum decus. [*]

Sicut vocem excitat, incitat, & & intendit elatio; etiam aufert, & ſilentium indicit. Quam ob rem Menalcas in Damœtam exclamat.

Audiat hæc tantùm, vel qui venit ecce Palæmon;

Polymnia.

[*] Similia dixerat ad Apollinem Chryſes apud Homerum Iliad. 1. verſ. 4. cujus loci paraphraſim in Platone Politicor. tertio legimus.

Virg. Ecl. 3.

Efficiam poſthac ne quemquam voce laceſſas.

Diverſam denique in vocibus & orationibus publicis, diverſam in privatis, aut etiam ſecretis reperiet ſignificationem, qui præoccupetur opinione Tibulli, dicentis.

Vos celebrem cantare Deum pecorique vocare
Voce palam pecori, clam ſibi quiſque Deum,

SECTIO VII.

De vehementi, amaro, & inconcinno Vocis tono.

HAbet ſpecialem dialectum Vocis tonus; & multò plus, quã ſonant verba, dicit, qui alto, vehementi & aſpero, aut etiam ſubmiſſo, remiſſo, & benigno ad ſpeciem tono loquitur: Congruum enim loquendi modum ſingula argumenta requirunt: unde, ſicut pronunciationis acrimonia & vehementia in Panegyrica Declamatione rideretur: ſic & perorandi ſuavitas, & eloquutionis benignitas Accuſationem redderet falſitatis & calumniæ ſuſpectam. Hæc doctrina pleraq; omnia, quæ de Iudiciis ſcribuntur, & dicuntur, ſuccollat, ut perſuadet Hiſtoria, quam ſubjungo.

Ex magna parte perſuaſio à modo dicendi dependet.

Suum proprium declamandi modum ſingula argumenta requirunt?

Gallum Marcus Callidius Cicerone defendente accuſabat: ajebatq; teſtibus, chirographis, quæſtionibuſque perſuaſurum, ſibi à Gallo fuiſſe propinatum venenum. Sed, quoniam tam atrox crimen hilari vultu, voce languida, & geſtu parùm concitato pronunciabat, Marcus Tullius ex ipſo dicendi modo argumentum contra Accuſatorem extraxit; illumq; vultu iracundo, torvis oculis, & voce altiore tonans illum interpellans: exclamat. *Callidè & fraudulenter in re graviſſima procedis, mi Callidi: nam, ut omnes percipiunt, vultus, oculi, vox, brachia, manus, & tota tui corporis compoſitio & modeſtia, te mentiri proclamant: ſi enim loquereris ex animo, tua eſſet Proclamatio calidior.* Ergo Cicero (erat enim in Criminali foro verſatiſſimus) ex frigido perorandi modo Calidum calumniari collegit.

An ſit bona Conſequentia, Frigidè accuſat. Ergo mentitur.

Eraſmus Apophth. libr. 4

Vt quantum verborum ſignificationem augeat inſolens & diſſolutus modus ſuadeam, alias Hiſtorias

De immunitate Legatorum.

præcedenti ſubjungo. Inviolabilis profectò eſt Legatorum authoritas, perſonæ aſylæ; mittuntur, ut loquantur, nec debet eis verba præſcribere, Rex ille ad quem, ſed à quo fuerant miſſi. Interim prudentiſſimi Principes, qui patienter audiunt Legantium querimonias & minas, arrogantem & immodeſtum (Hiſpanicè *deſentonado*) dicendi modum in Legatis non tolerant. D. Ioannes Antonius de Vera *in ſui Legati diſcurſu 1. pag. 53.* Caſus aliquos narrat, in quibus Principum tolerantia aliquos, in quibus impatientia fuerit nimia. Recenſet ex Appiano, Regis Siphacis Oratorem ad Scipionem, numeraſſe Sicario ſervili pecunias, ut Maſiniſam Numidiæ Regem, qui Scipionis ſocius & hoſpes erat, trucidaret: & ex Livio, Tarquini Legatos ad Senatum Romanum cum ſeditioſis habuiſſe clandeſtina colloquia, egiſſeque de reſtituenda Regum authoritate: & tamen nec illum, nec hos fuiſſe ultima ſententia condemnatos. Addit alios novitios caſus, qui Venetiis & Madriti acciderunt, in quibus, ut Iuſtitiæ authoritas defenderetur, locum habuit ſeveritas: & ut oſtendat, etiam Principes aliquando exceſſiſſe, Antonii juſſu narrat virgis exceptos Legatos Cæſaris, quod arrogantiùs æquo ægerint cum Cleopatra; & mancipatos carceri & ſeverè habitos Phrygiæ Oratores, quòd altiùs quàm permitteret Imperatoria authoritas loquuti fuerint Alexandro Severo; Xenocratemq; Scholæ Græcæ decus, malè ab Anthiocho habitum, quod ſuo more indulgens aſprè peroraverit: & ait, *No fueron a mi parecer delitos los que ſintieron Antiocho, i Alexandro, i Antonio dignos de poner en cuenta de injuria merecedores de tanta demonſtracion. I es mui diverſa coſa, machinar contra la vida, como los Embaxadores de Siphaz; i contra el Eſtado, como los de Tarquino; i contra el reſpeto de la Iuſticia, como el caſo de Madrid; que hablar algo mas alto de tono, i pedir en nombre de ſu Rey todas las damaſias del Mundo.* Non negat hos Legatos aliquale commiſiſſe delictum, ſed exiſtimat illud non fuiſſe tale, quod tantam vindictam promeruerit.

Eſt Iuris Gentium: ſed malè interdum intellecta à Principibus.

An impunè poſſint agere cum inimicis in perniciem Principis ad quem?

An puniendi ſint, ſi liberiùs loquantur?

Prudens & moderata Reſolutio.

Aliud eſt peccare in ſubſtantia, aliud in modo.

Adde apud Lacædemonios Xerxis Legatos, & apud Baibodam Tartari Oratores arrogantiori tono peroraſſe, & illos, quotquot erant, in puteum miſſos: & horum (erant enim centum) nonaginta-novem ſtrangolatos, & unum, quem voluerunt non mori, irriſum vulneratumque fuiſse ad Scythiam remiſſum.

An poſſint occidi Oratores?

Adde Romanos Regno ſpoliaſse Perſeum, quod ſuos Oratores contempſerit. Et tamen, ſi verba nuda conſiderentur, poterant tolerari: at modus reſpondendi non potuit.

An puniri debeant Principes ob ſuorum Legatorum arrogantiam?

Et hæc omnia perpendens D. Ioannes Antonius de Vera *diſcurſ. 2. fol. 114. a.* admonet Principum Oratores his verbis. *En las materias no totalmente rotas, bien que la ſubſtancia del Orden, que un Legado lleve, ſea aſpera y terrible, el modo de referilla ſuele ſazonar mas, que exaſperar la ſu ſubſtancia; y ſe puede diſponer de ſuerte, que no omitiendo nada de lo que ſe deſea, obligue mucho el modo con que ſe diga.* &c. Et fol. 116. b. in marg. reperio hanc Notam. *El modo de decir una coſa ablanda o exaſpera la ſubſtancia della.*

Monitum Politicum ad Oratores.

Rei ſubſtantia à dicendi modo ſolet intendi, vel remitti.

AR-

ARTICVLVS XIII.

ΣΤΟΜΑΤΟΛΟΓΙΑ.

De tacita, & inarticulata Oris Collocutione.

Vnde Infans dicatur?

INfantes dicuntur, quia fari neſciunt; videlicet quaſi *non-fantes*. Et tamen ipſi, etiam ubi nullã vocem articulant, quæ mente concipiunt, exponunt. Inarticulatas eorum voces *gorgêes* Hiſpani nominant. Hos ipſos (loquamur ergo ſic, *gorgêos*) habere ſuum Idioma, & in ipſo ſpecialem Grammaticam aſſerit D. Petrus Calderon in Comœd. *Los hijos de la Fortuna*. act. 1. fol. 70. col. 3. ibi enim Clariclea, à matre expoſita, adhuc infans, quia neſciebat loqui, diſcrimina, quæ perpeſſa fuerat, Idaſpi, qui ſe in monte invenerat, ſignificabat. Quod fatetur ipſemet Idaſpes his verbis.

An utantur naturali illo idiomate, quod ipſis ſubminiſtrat Natura? Quos vocemus gorgeos?

An in ipſis aliquid loquantur infantes?

A eſtas dudas pues y a eſſotras,
Que ſin querer las he dicho,
Me pareciò que ella miſma
En los no bien entendidos
Idiomas de los gorgeos
Me habia alegre reſpondido;
Pues con una dolce riſa,
De cuyo amoroſo eſtilo
Solo fuè interprete el Alma,
Iuraria, que me dixo. &c.

An in riſu? Vide Cauſſinũ de Eloquent. pag. 292. b.

Satis ergo balbutiendo, & ridendo mentem ſuam expoſuit Clariclea, ſiquidem tam benè eam intellexit Idaſpes, ut afferat, *Iuraria, que me dixo*. [Et quid ſi fuiſſet voce articulata & ritè formata loquuta? Semeſtris loquutus eſt Crœſi filius; teſte Plinio *libr.* 11. Ergo & Clariclea potuit. Si enim licuit Hiſtoricis illud de Crœſi filio fingere, cur non potuerint Poetæ majora de filia Fortunæ comminiſci?] Hanc loquelam Cræſi filio adtributam, inter fabulas numero, nam ſimilia prodigia in Hiſpania reperio, conficta ab Scriptoribus, ut cauſam, cui patrocinantur, promoveant.

Crœſi filius, ſi hiſtoriographis creditur, ſemeſtris loquitur.

An & alii in Hiſpania?

Non articulant voces Infantes; non articulant fœminæ, quando ſunt furibundæ; (illi, quia nequeunt, iſtæ quia nolunt) Ad rem Ovidius,

Quomodo loquantur fœminæ: & cum iraſcuntur præcipuè?

Et didicere minùs, quã potuere loqui

Interim vociferando, & obtundendo audientium capita, Ciceronis ſoror, univerſis moleſta, dum alii Hiſpani dicerent, *Quien mal pleyto tiene, a vezes le mete*, & alii cum faſtidio inculcarent, *Mas es el ruido, que las nuezes*, his à ſuo fratre verbis publicè caſtigabatur, *Quid tumultuaris, ſoror? quid inſanis? quid clamore exorſa, verbis parvam rem magnam facis?* vel ut loquimur hodie, *Quid vociferatione inconcinna ex muſca facere conaris elephantem?*

De Ciceronis ſorore. Qualiter vociferabatur?

Cicero pro Cal.

Debebo addere fœminis umbratiles Milites, Martes ſpurios, adulterinos Hercules, quibus exuberat, & abundat Hiſpania. Et, qui ſunt iſti Milites, iſti Martes, iſti Hercules, quos mulierculis addo? Sunt homunciones quidam, viles & exſecrabiles; ignavi & pauperes, qui ſe mentiuntur generoſos & fortes; qui ſemper loquuntur homicidia, & ubi enſes ſtringi vident ſecuritatem propriæ vitæ, non manibus, ſed pedibus ſumma providentia committunt. Rident eos, qui fortè in rixa occiſi: quoniam, ſi ante rixam tempeſtivè fugiſſent, hodie viverent. Si ſicut in Civitate, ubi aliquis vir ſtrenuus occiditur, muro affigitur Crux cum hoc Lemmate, *Aqui mataron un hombre*, ubi fugiunt, ne periclitentur, deſides & ignavi, apponerentur notæ, in omni vico & platea proſtarent hujuſmodi ſigna; & ita multiplicaretur hoc Lemma, *Aqui huyò un fanfarron*, ut non eſſet jam in muro locus, qui recentium fugarum notas caperet. Et hi profectò Nobiles (volebam Nebulones dicere) cum loquuntur nobiſcum utuntur ſpeciali dialecto, nam H in G, & G in H transfigurant; ubi autem

Qui ſint in Hiſpania Milites umbratiles, & adulterini?

Hi fugiendo ab omni ſe ſubripiunt periculo.

Signantur loca ubi occidantur homines. Quid ſi ſignarentur ubi fugiunt.

De horum homuncionũ dialecto. Aliter litteras, quam alii proferunt.

Polymnia.

Ee 2 inter

inter ſe converſātur,ut ut hac dialecto aliquando juventur, qui Martis volunt ſimiliores videri. nec verbum muſsant,ſed geſtu loquuntur tantūmodò. Id eruditè & eloquenter ediſſerit noſter Quevedus in Syntagmatis, cui *La vida, del Gran Tacaño* Epigraphe, *libr.2.cap.10.pag.*89. Ibi enim Paululum, cujus in illo Opuſculo facinora & vitam ſcribit, conductum Hiſpalim, ad cœnam apud Matorralem invitat. Quatuor Adulterini, Hercules, qui ad convivium fuerant, aut veriùs invitati ad combibium, ſuperveniunt. Et quid fecerunt? quæſo. Exponit Paululus, *Hizieron nos un geſto con la bocca* (ait) *y luego a mi amiga le dixeron, con vozes mohinas, ſiſando palabras, Seydor. So compadre, reſpondiò mi Aya. Sentaronſe; y para preguntar, quien era yo, no hablaron palabra, ſino el uno mirò a Matorrales, y abriendo la boca, y empujando azia mi el labio de abaxo me ſeñalò: a lo qual mi Maeſtro de Novicios ſatisfizo, empuñando la barba, y mirando azia abaxo. Y con eſto ſe levantaron todos con nueva alegria, y me abrazaron, y hizieron muchas fieſtas, y yo de la propria manera a ellos, que fuè lo miſmo, que ſi catara quatro differentes vinos.*

De conviviis, & combibio.

Loquuntur labiis quin, vel literam proferant.

Vtuntur etiam aliis ſignis.

N O T A.

De Praecedentium, & ſubſequentium Articulorum Connexione.

De vita præſentis miſeriis. An, ſi hoc ævo Heraclitus, & Democritus renaſcerentur, plura adhuc lachrymis, & riſu excipienda invenirent, quā habuerunt ſuo tempore?

EGimus Art. X. de Lachrymis, & Art. ſequenti diſſeremus de Riſu, & quia in Humanæ Vitæ contemplatione lachrymarum & riſus repetitur occaſio, de Heraclito, & Democrito interſeram nonnullas lineas. Hoc de illis Vetus epigramma reperio.

Τὸν βίον ἡράκλειτε πολὺ πλέον ἤπερ ὅτ' ἔζης
  Δάκρυε νῦν ὁ βίος ἐςʼ ἐλεεινότερος.
Τὸν βίον ἄρτι γέλα Δημόκριτε τὸ πλέον ἢ πρίν.
  Νῦν ὁ βίος πάντων ἐςι γελοιότερος.
Εἰς ὑμέας δὲ καὶ αὐτὸς ὁρῶν, τὸ μεταξὺ μεριμνῶ
  Πῶς ἅμα σοὶ κλαύσω, πῶς ἅμα σοὶ γελάσω.

Inter riſum & lachrymas non pauci Authores acti ſumpſerunt calamū, ut hoc epigramma vocibus Latinis exprimerent. Viſinus Velius illud ſic Latinè repoſuit.

Epigrammatis Græci Verſio prima.

Triſtiùs atq; olim vita Heraclite labores
  Vt mage qua miſerum nil queat eſſe, gemas.
Tu quoq; majori Democrite diffiue riſu,
  Quandoquidem hæc vita eſt ridiculoſa [a] magis
Ipſe autem interea vos cernens, diſferor anceps,
  Te riſu [f] lachrymis quomodo tequiparem.

Illud autem Ottomarus Luſcinus ſic tranſtulit.

Verſio ſecunda.

Tempora vix credas Heraclitus ſua quondam ut
  Planxeris; at noſtra hæc ſunt (puto) fauſta minus.
Contraq; [b] perpetuò vitam Democritus olim
  Ridebat, quàm nunc rideat ipſe magis.
Sic ego dum noſtra ſcrutor mala, vanaq; vitæ,
  Iam fleo, ſi liceat, jamq; cachino magis.

Sed utra Verſio poterit cenſeri felicior? In Pſeudo-Cicerone ſuo Henricus Stephanus. [Si Ottomari Luſcinii Interpretationem hujus ipſius Epigrammatis Veliana i m l cta, legamus, ne dignam quidem illam, quæ ulla in parte cum hac conferatur, comperiemus; ſed potiùs talem eſſe, ut illis ipſis (Heraclito & Democrito propoſita, quorum in Epigrammate fit mentio, non minùs commiſeratione uni, quàm alteri irriſione digna videri potuerit. Ita enim hic Luſcinius (nil minùs certè quàm Luſcinia) illud Epigramma vertit. &c.]

Vtra vocum Græcarum ſenſum accuratiùs reddiderit?

Tres aliæ adduntur ejuſdē epigrammatis Interpretationes.

Inter vocabula ineffabilia debet poni ἡράκλειτος quam nullus unquam, ut punctio requirit, protulerit. Latini, ut quātitatem obſervent, acuunt penultimam. Diogenes Laertius in Epitaphiis Viror. Illuſtr. *Heraclitus ego ſum, quid me urgetis inepti*; ut autē accentum retineat, alii, coguntur corripere diphthongū ει. Sidonius Apollinaris. *Quidquid Pythagoras Democritus Heraclitusque.*

Pergit Henricus; &, quia in illo Dialogo [c] tres Perſonas (Paulum, Antonium, & Dionyſium) introducit, tres addit Interpretationes, quas ſecernit colloquutricium Perſonarum nominibus.

Dionyſio pag. 32. accenſentur hi Numeri.

Heraclite tui nunc plus quàm tempore ſacli
  Plora, plus vita hæc, quod miſereris, [d] habet.
Et tu majori Democrite ſolvere riſu,
  Vita habet hæc riſu nam mage digna tuo.

Qui immediatè ſequuntur, & An-

tonio

tonio adfinguntur, magis ad literam (Hiſp. *mas a la letra*) ut Henricus aſſeverat, decurrunt.

Heraclite tuo mage nunc, quàm tempore, vitam
Plora, nam vita hac eſt miſerabilior.
Tuq; magis quàm olim vitam Democrite ride,
Non hac rideri dignior ulla fuit.

Quatuor etiam priores ſic Paulus tranſtulit.

Heraclite magis, quàm cum tibi vita manebat,
Plora; nam vita hac eſt miſeranda magis.
Edito majores priſcis Democrite riſus,
Ridicula hac vita eſt omnibus una magis.

Plus facefſit negotii ultimum Poëtæ veteris Diſtichum, & ideò placuit tres ſimul componere Interpretationes.

PAVL. *Intereaq; tuens in vos conſidero, riſus*
Qui tibi ſim ſocius, ſim gemituſque tibi, [f]
ANT. Cogitoq; interea, vos ſpectans, quomodo tecum
Ridere, aut [f] tecum qui lachrymare [e] queam.
DION. *Intereaq; oculo verſo in vos, cogito tecum*
Qui riſus, tecum [f] qua mibi ſint lachryma.

An ridicoloſus ſit nomen à Latinis admiſſū?

a] Quæri hic opportunè poteſt, *An ridiculoſos vox verè Latina ſit, an verò ab Vrſino fingatur?* ſimilem quæſtionem de nomine *facetoſus* apud Henricum Stephanum *in Pſeudo Ciceron. pag.* 12. reperies. Præbuit occaſionem Cicero ita ſcribens. *Res tota, Torquate non doctorum hominum, velle poſt mortem epulis celebrari memoriam ſui Nominis. Quos quidem dies, quemadmodum agatis, & in quantam hominum facetorum* (alii legunt *facetoſam*) *urbanitatem incurratis: non dico, magis fuiſſe veſtrum, agere Epicuri diem Natalem, quàm illum teſtamento cavere, ut ageretur.* Recognoſcit Henricus diverſas Editiones, & in aliis *facetorum*, & in aliis *facetoſam* invenit.

An etiam facetoſus?

An-ne defunctorum memoria conviviis debeat celebrari?

Sed cur, ais, de voce *facetoſus* diſputo, cum Nota poſtulet, ut de *ridiculoſus* diſſeratur? Quia conveniunt ſortia; &, ſi altera aurium illæſa puritate dici poteſt, altera non debebit damnari. *pag.* 8. ait Henrici Paulus.

An & ridiculoſus poſſit dici?

Qui facete ſua facete vult vice dici,
Hic pro ridiculo ridiculoſus homo eſt.

Et *pag.* 29. idem Paulus. *Si* ridiculoſus *diceretur, non negarem certè recipiendum eſſe & facetoſus; ſed à quo, obſecro, ridiculoſus dictum fuit?* Dion. *Non ſuccurrit nunc mihi Veteris alicujus Scriptoris locus, in quo nomen illud extet; ſed verſum quemdam Vrſini Velii memini, cui illud adhibuit.* Hoc ergo nomen à dicto Vrſino factum, vel fictum fuit. Sunt ſimilia *dubioſus, perfidioſus, deſidioſus, fallacioſus, ſuſpitioſus*, &c. de quibus apud eumdem Henricum *pag.* 35. diſſeritur.

Qui Vrſinum citat, obludit, vel ut Scholaſtici loquūtur, petit principium, hoc enim ipſum quæritur: videlicet, An Vrſinus bene loquutus ſit?

b] *Contra* fere producitur, interim non deſunt teſtimonia, quæ poſſe breviari perſuadeant. Manilius libr. 2.

Quanta ſit ultima in voce Contra?

Contra jacet Cancer patulum diſtentus in alvum.

Auſonius in præfat. ad Theodoſ.

Sæpe mora eſt quoties contra parem dubitas.

Et carm. 14. Catullus hunc habet Iamb.

Quem neq; tueri contra, neq; affari queas.

c] Non eſt duorum tantùm colloquutio *Dialogus*, ut quidam putant, à vocibus δίφθογγος, διπλοῖς, δίπλωτον δίτονος, &c. deceptı. Dicitur autem Διαλογος à particula διὰ & λόγος: quarum hæc *ſermonem* ſignificat; illaque hujus ſignificationem intendit & adauget. Ergo in Dialogo quicumque poteſt numerus perſonarum admitti.

Dialogus unde dicatur?
An ſit plurium loquutio?

d] Ratio carminis coegit Poetam ut pro ſubjunctivo Indicativum poneret, in proſa enim dixiſſet, *Vita hac quod miſereatis, habet.*

Modus pro Modo poſitus.

e] Tametſi in uſu communi ſit *lachrymor, aris*. etiam aliqui malunt dicere *lachrymo*. Cicero 7. in Verr. *Et quis fuit, quin lachrymaretur.* At Ovidius 3. de Arte amandi. dixit de fœminis,

An lachrymo, an vero lachrymor dicendum ſit?

Quò non Ars penetrat? diſcunt lachrymare decenter:
Quoque volunt plorant tempore, quoque modo.

f] Verſus, qui hac litera notantur, ad rem noſtram ſpecialiter pertinere cenſentur, niſi enim motus manus vocem juvet, anceps & indeterminata erit ſignificatio. Pone in latere dextero Heraclitum ſedere, in ſiniſtro Democritum; Vrſinus ergo quando dixit *Te riſu* ad Democritum debuit movere oculos, dexteramq; & quando ſubjunxit, *lachrymis quomodo teque juvem*, ad Heraclitum.

Manus motus, & vultus converſio ambiguā orationem reſtringit.

Et hic obiter nota Manu poſſe ſolœciſmum committi, nam ſiquis elevando priùs ad Cælum manum, & poſteà deprimendo deorſum diceret,

An Manus poſſit ſolœciſmum committere?

Per Terram, qua eſt noſtra parens, per ſydera juro.

in leges Actionis peccaret; & ſimiliter, ſi priùs ad Heraclitum, & poſteà ad Democritum converſus diceret.

——— *Quomodo tecum*
Ridere, aut tecum qui lachrymare queam?

Sed de hoc jam alibi moniti à Polemone Sophiſta diſſeruimus.

AR-

ARTICVLVS XIV.

ΓΕΛΩΤΟΛΟΓΙ'Α.

De Riſus Collocutione.

Γέλως. ἕλη.

SCIO vocem Γέλως, quæ ſignificat *Riſum* Criticorum ſententia ab ἕλη, quæ eſt *calor*, deduci: nam & Homerus è caloris copia profluere riſum inſinuare videtur, canit enim, *γέλωτα ἄσβεςον, riſum majorem quàm qui poſſit extingui*, ſumpta ab igne metaphora, qui cum eſt magnus τὸ πῦρ ἄσβεςον dici ſolet. Scio, inquam, hoc eſſe vocis etymon, hanc autem notitiam diſſimulo, ne incautè in Phyſicas controverſias dilabar, quæ curſum præſentis Doctrinæ præpediant. Et hanc ob rem dicam cum Romano Oratore, *Illud primùm, quid ſit ipſe Riſus, quo pacto concitetur, ubi ſit, quo modo exiſtat, atque ita repentè erumpat, viderit Democritus.*

An Riſus ab igneo calore procedat?

Cicero 2. de Orator. *De cauſis riſus.*

Tres diverſos affectus Animi riſu; lætitiam, aſſenſum, & contemptum exprimimus. Cùm primum, verbum Rideo caſu caret: cùm ſecundum, Dativum poſtulat; cùm tertium, regit Accuſativum.

Pro ſignificationis varietate diverſimodè verbum Rideo *conſtruitur.*

SECTIO I.

Ridere, ſeu lætari.

RIſibilitatem eſſe Humanæ Naturæ Proprietatem Philoſophi paſſim affirmant: & tamen nunquam riſit Dominus noſter Ieſus-Chriſtus, ſemel in tota vita Marcus Craſſus, rarò Philippus Prudens. De altero 5. *de finib.* ſcribit Cicero. *M. Craſſus, quem ſemel ait in vita riſiſſe Lucilius, & ea re ἀγέλαςον vocatum.* Et eamdem ob cauſam Philippum II. Regem ſuum *Ferreum Virum* appellabant Hiſpani.

De Riſibilitate. An ſit Animalis rationalis proprietas?

ἀγέλαςος. Ferreus Vir.

Riſus lætitiæ internæ ſignum eſt. Agellius libr. 1. *Rex, quaſi anus ætate diſiperet, riſit.* Cicero ad Attic. *In quo ille mihi riſum magis, quàm ſtomachum movere ſolebat.*

Ridens hilares.

Laſciva interdum nominantur *ridicula*. Cicero ad Attic. *Facie magis, quàm facetiis ridiculus.* & alibi C. *Sicinius, homo impurus, ſed admodum ridiculus.* Plautus in Prolog. Aſin. *Ineſt lepos, ludusq; in hac Comœdia: Ridicula res eſt.* Et in Men. ſcen. 2. act. 2. *Quamvis ridiculus eſt ubi uxor non adeſt.* Et Ovidius lib. 2. Triſt. eleg. 1.

Ridicula, *quæ dicantur?*

Eſt & in obſcænos deflexa Tragœdia riſus.

Per antiphraſim ridere ſe dicunt, qui affliguntur mœrore. Apud Plautum *in* Aſin. ſcen. 2. act. 4. mœſtus filius ſic infit. *Hem: adſpecta: rideo* Cui tunc pater. *Vtinam, male qui mihi volunt, ſic rideant.*

An ridere *pro* lugere *aliquando ponatur?*

SECTIO II.

Ridere, arridere, aſſentiri.

PRopitius eſt riſus, ubi perſona, cui ridetur, expreſsè, aut implicitè ponitur in Dativo. Expreſsè apud Virgilium 5. Æneid.

Quid ſit ridere *alicui?*

—— *Riſit Pater Optimus olli.*

Implicitè apud Poëtam Triſtem

Ovidius libr. 1 Triſt. Eleg. 4.

Dum juvat, & vultu (ſubintellige *nobis*) *rides Fortuna ſereno.*

Et quidem *riſit olli*, eſt adnuit, ſeu, quæ petebantur indulſit, unde ſubjunxit.

Et clypeum efferri juſſit Didymaonis artes,
Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.

Clypei in poſtibus apponebantur.

Hinc lux obſcuriſſimis Virgilii verſibus, in quos oſcitantia Exſcriptorum errorem manifeſtum invexit. In libris vulgaris eclog. 4. numeri ſequentes leguntur.

Verſus Virgilii valde obſcuri & difficiles.

Incipe parve Puer riſu cognoſcere Matrem
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes

Inci-

Incipe parve Puer, cui non riſere parentes,
Nec Deus hunc menſa, Dea nec dignata cubili.

Cujus, pueri ne an parentis ſit riſus?

Non reperiet in ſecundo verſu ullam difficultatem, qui in Plauti ſticho legerit, *Nam me illa alvo menſes geſtavit decem*. Qui, ſi Lunares ſint, minùs à lege communi exorbitabunt.

Primus verſus tenebras in tertiũ, & quartum inducit. Si primi verſus ſenſus eſt [Siquidem fari non potes parve Puer, quod loquendo non licet, ridendo, te cognoſcere Matrem oſtende] quomodo additur, *cui non riſere Parentes*? Ergò ſi riſus ſit pueri aliter, & ſi ſit Matris aliter, debet iſte locus reſtitui. Illùm igitur vel lege ſic.

Prima verſuũ illorum lectio.

Incipe parve Puer riſu cognoſcere Matrem
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes
Incipe parve Puer, qui non riſere parenti,
Nec Deus hos menſa, Dea nec dignata cubili.

Vel ſi malueris riſum eſſe Matris, lege ſic.

Altera, ſi riſus matris ſit, eorundem verſuum reſtitutio.

Incipe parve puer ex riſu noſcere Matrem
Matri longa novem tulerint faſtidia menſes.
Incipe parve Puer, cui non riſere parentes
Nec Deus hunc Menſa, Dea nec dignata cubili.

Dixi eſſe obſcuriſſimos hos ultimos Virgilii verſus; nam in eorum expoſitione hærent univerſi Grammatici. Supponunt aliqui eſſe mendum in textu, ſed non adhibent manum auxiliatricem. [Finis hujus Eclogæ, ait Aſcenſius, ſanè quam difficilis eſt, uſque adeò, ut non facile ſit bonam ſententiã cum Grammaticorum ordine excerpere: nam Servianam interpretationem quidam explodunt. &c.] Angelus Politianus *in Miſcellaneor. cap.* 89. ſic ſtatuit. [In Bucolica Virgiliana hi duo ſic verſiculi leguntur. *Incipe parve puer*. &c. quod enarrans Servius, haud inceleber Grammaticus, & veram lectionem, quod ejus pace dixerim, contaminat, & fabulam ſibi ex parte commodoque ſuo confingit [*] contra omnem veterum authoritatem.]

[*] Etſi fabulæ nullã propriè veritatẽ contineant, non eſt unicuique liberum Fabulas ab Antiquis traditas alterare, aut mutare.

Ego autem, ut tertius verſus poſſit concordare cum primo, reſcire ab Interprete velim, cujus ſit ille riſus, qui in primo exprimitur: pueri-ne, an matris? nam & infans poteſt arridendo ſe matrem cognoſcere oſtendere: & poteſt eandem ex riſu præſentem, aut abſentem ab aliis perſonis ſecernere. Si primum priori correctioni eſt ſtandum, Serviuſque ſubjiciendus Angeli Politiani & aliorum cenſuræ. Si ſecundum, correctio eligenda eſt poſterior, & poterit audiri Servius, cujus magna in Virgilii dilucidatione eſt authoritas.

Ad illum verſum, Incipe parve puer riſu cognoſcere Matrem. *intelligendum, cujus ſit ille riſus, matris-ne, an pueri examinandum eſt.*

Aſſerebant Stoici duo ſingulis infantibus adeſſe Numina, videlicet Divum & Divam; illum vocarunt *Genium*, & hanc *Iunonem*, & hanc ob tria miniſteria, ab educendo, portando, & cubando, *Educam, Portinam* (corruptè, *Potinam*) *Cubamque* nominabant. Et Genii intererat, infanti de alimentis proſpicere, & cætera providentiæ alterius Numinis committebantur, hinc duxit exordium conſuetudo, ut in Genethlia Principum nomine Genii menſa, & nomine Iunonis lectus infanti præpararetur recens nato. Seneca *in epiſt.19.ad Lucil.* ſcribit. *Hoc ſupponas volo, ut memineris Majores noſtros, quos crediderim* [*] *Stoicos fuiſſe; ſingulis enim Genium & Iunonem dederunt*. Vide Auguſtinum *lib.6.de Civit.* Iulius Philargyrius ſic ait. *Pueris nobilibus editis in atrio Iunonis Lucinæ lectus ponitur Herculis menſura*. Qua cæremonia apprecati Herculeam videbantur infanti apprecari majeſtatem & felicitatem.

De Genio, & Iunone puerorum. Educa. Portina. Potina. Cuba.

Antiquus lecti & menſam infantibus præparandi mos.

[*] Sectam ex doctrina cognoſcit.

Sed cur infantibus, qui vel non adriſere parentibus, vel quibus non adriſerunt illi, nec Genius menſa, nec thalamo Dea Iuno dignatur?

Quæſtio incidens.

Servius *Dei*, & *Deæ* nomine Iovem & Minervam intelligit: & propoſitæ Quæſtioni reſpondet dicens. [Vulcano contigit, qui cum deformis eſſet & Iuno ei minimè arriſiſſet ab Iove eſt præcipitatus in inſulam Lemnum, illic nutritus à Sintiis cum Iovi fulmina fabricaſſet, & non eſt admiſſus ad epulas Deorũ. Poſteà, cum rogaret, ut vel Minervæ conjugium ſortiretur, ſpretus ab ea eſt, unde Divinos honores non meruit, ad quos per convivium Numinum, aut per conjunctionem venitur Dearum. Hinc eſt, quod

Quid Dei & Deæ nomine intelligatur?

Vulcani Fabula ex Servio.

Iu-

Cur Æolus ſit Deus?

De Vulcani parentibus. Quinam illi fuerint?

Βάμος libri titulus.

An ſit inter ſelectos Deos Vulcanus ſeptimo loco recenſendus?

Iunoni agit in primo Æolus gratias, quod per ejus beneficium Divinos honores meruerit. ut *Tu das epulis accumbere Divum.*] Quæ verba Aſcenſius hac Cenſura perſtringit. [Fabulam ſibi (ſervium) ex propoſito, commodoque finxiſſe, quis non videat? cum nuſquam ob id præcipitatum ſuiſſe Vulcanum legamus, quanquam deformis natus, quoniamque non adriſerit. Etenim Poëta Homerus ob id ait, quod matri contra Iovem patrem ſuppetias tulerit: natus enim ex Iove & Iunone ſecundum Homerum Vulcanus, licet ex Iunone ſola fingat Heſiodus *in Theogon.* ſicut ex ſolo Iove Minerva. *ἀπάτορα* à Theocrito vocatur *in Ænigmatio*, cui Βα'μος inſcriptio. &c. Sed & illud ſanè, quàm frigidè Servius idem, quod neque admiſſum ad epulas Deorum Vulcanum dicit, neque Divinos honores meruiſſe, quem Varro inter Selectos Deos numerat ſeptimum, tum ne proceſſerit quidem, vel iſto pacto, quod molitur Servius, quando non ob id, ait, præcipitatum, quod haud riſerit, ſed quod ipſi haud adriſum &c.] Vbi, ut conſpicis, ratio, à Servio propoſita, refellitur, non autem alia adducitur congrua, ſed quod aſſertum à Virgilio, ſupponitur.

De Marcello. Quis, & qualis fuerit? An riſerit?

De ejus vita, & morte.

Sanè circa primum verſum nota hunc puerum, de quo hic agitur, quem eſſe Pollionis, Conſulis Romani, filium, multi exiſtimant, fuiſſe Marcellum, Auguſti ex Octavia ſorore nepotem, quem tam melancholica indole Natura affecit, ut nunquam riſiſſe dicatur. Vnde Aſcenſius, *Quiſquis* (puer iſte fuerit) *alienus natus eſt à riſu, ſicut Marcello contigiſſe videtur.* Quo reſpiciens Virg. ſub libr. 6. Æneid. finem cecinit

Sed frons læta parum, & dejecto lumina vultu. &c.
Sed nox atra caput triſti circumvolat umbra. &c.

Anno ille ſexto-decimo ætatis, ab Auguſto adoptatus, creatur Ædilis, biennio apud Bajas languet, & mortuus tandem Romam elatus eſt.

Circa ſecundum notandum occurrit illud *decemnono* enim regulariter loquendo menſe eduntur in lucem infantes: interim, qui aliis eduntur menſibus, ſolent eſſe vitales. Sanè libri dicuntur, quaſi liberi; nam concipiuntur, & etiam in lucem emittuntur. Et quia Petrus Gaſſendus Hiſtoriam & Apolyſim pro Epicuro conceperat, ut fœtum perficeret, & tandem in lucem communem ederet, deſiderabant Eruditi; & quia inter præcipuos Gabriel Naudæus (aliàs Miſocruciroſeus) recenſebatur, literis 31. Octobr. 1630 datis [quæ habentur pag. 398. a.] embryonem obſtetricatur his eruditis verbis. *Cùm ex Medicinæ præſcriptis non tantùm illi fœtus vitales exiſtunt, qui ſeptimo, ſed etiam qui nono, & decimo menſe in lucem erumpunt, non eſt adhuc quod Epicuri tui proſpero ſucceſſu deſperes, cui videlicet poteris vel extrema prorogationis iſtius lege convenienter opitulari. Et, ſi perfecta ejus elaborationi, atque excluſioni legitima, præfinita hæc à Medicis temporà nondum ſufficiunt, Iuriſconſultorum tamen decreta ſubvenient, qui non adeò ſtrictè tempus naſcendi definiunt.* Ecce primò monemur, aut Naturam non præſcripſiſſe humano partui menſem determinatum, aut fœminas in numerandis menſibus adlucinari; unde tam multæ, & variæ ſunt Philoſophorum Opiniones, quæ in Scholis ſolent probabiliter examinari. Ecce ſecundò addiſcimus ſententiam debere in tribunali de re certa proferri; nec poſſe Iudices illum illegitimum in tribunali dicere, quem ſententia probabilis legitimum eſse pronunciat. Etſi ergo Marcellus decimo menſe natus fuerit, dici debuit, & haberi legitimus.

Petrus Gaſſendus compoſuit & edidit librũ, cui nomen *Epicurus*: in quo demonſtrat clarè, per injuriam, & per errorem poſteà imponi doctrinam, & mores, quibus nunquam infectus fuit.

Quot requirãtur menſes, ut partus vitalis dicatur?

In tribunal debet ſententia proferri de re certà.

Sæpe Cæſura brevem ſyllabam protrahit

Et quia Critici legendum ſit *riſu*, an *ex riſu*; *tulerunt*, an *tulerint*; *cui*, an *qui*, dubitant: reſpondeo primò, ſi riſus matris ſit, *ex riſu* ſenſum importare clariorem; nec objiciendum in *puer* ultimam eſse brevem, nam Poetæ & frequenter Virgilius cæſuræ gratia breves protrahunt: quod quia certum, & ab Erithræo multis exemplis demonſtratum, à nobis perſuaderi non debet.

Legendum-ne ſit tulerint, an tulerunt?

Reſpondeo ſecundò, pleraque omnia antiqua Manuſcripta habere *túlerunt*, pauca *túlerint*: &, ſi ſolus eſset hic locus pauca multis proponerem, at quia ſunt alii, in quibus nulla intercedit in lectione varietas, communiorem retineo. Nam communis eſt Regula.

Contrahit interdum ſteterunt, de- Stéterunt.
derunt-*que Poëta*, Déderunt.

quæ

quæ per analogiam propagata peperit illud carmen,

Adnúerunt

Virgilia adnúerunt gaudentes rure Camanæ.

Et denique reſpondeo tertiò in libris antiquis *qui* & *cui*, immo etiam *quoi* legi, & illam lectionem debere eligi, quam ſenſus poſtulet; ſi videlicet ad puerum riſus, an verò ad matrem ſpectare dicatur.

Cætera pervia ſunt; & ſi benè ſenſus intelligatur, dubio carent. Et hæc propter illos Virgilii verſus dicta ſint, ad Riſus Eloquutionem revertamur.

PRVDENTIA in Adultis nihilominus poſtulat, ut Amicorum moribus & Genio vultum attemperemus, videtur enim Horatius legiſſe Paulum *gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus*, cum cecinit

Horatius in Arte.

Vt ridentibus adrident, ita flentibus adſunt
Humani vultus.

SECTIO III.

Ridere, irridere, contemnere.

Quid ſit ridere cum accuſativo?

R*Idere aliquem* dicimur, cum irridemus. Plautus in Stich. *Ecaſtor, riſi te hodie multum. hoc eſt, irriſi*. Et hoc ſenſu crebrò loquebantur Antiqui. Cicero de Aruſp. reſp. *Cùm riſeritis impudentiam hominis*. & Ovidius 2. Faſt.

Ridet amatorem Lyda puella ſuum.

& Horatius lib. 1. epiſt. 1.

Solve ſeneſcentem maturè ſanus equum; nec
Peccat ad extremum ridendus.

Ridibundus.

Hinc *Ridibundus, a, um*. finxit Plautus *in Epid.* dicens, *Illam ridibundam atque hilaram huc adduxis ſimul.*

Ridiculus.

Et eodem ſenſu *Ridiculus* accipi ſolet. Iuvenalis,

Nil habet infelix Paupertas durius in ſe,
Quàm quòd ridiculos homines facit, -vv-σ

SECTIO IV.

An Riſus aliquanda ſit mendax?

Inter Riſum & Lachrymas analogia.

SIcut Lachrymæ, ſic apud multos Riſus eſt fictus & artificialis: quamobrem Ovidius, ſicut dixit de fœminis

Ad lachrymas oculos erudiere ſuos.

dixiſſet de falſo Pſeudo-politicorum ſubriſu,

Ad riſumq; genas erudiere ſuas.

Et talis Adriſus ille fuit, quo Iupiter ſub Caſtæ Dianæ ſpecie apparens incautam Caliſto decepit, cujus Tragicam Fabulam *in Apollinea Lauru. Sylva V. pag. 46. a.* Lupus de Vega numeroſè deſcripſit. Conſidera ſequentes verſus.

Caliſtus Fabula.

Pero el Amante, que eſcondido eſtaba,
Llegó fingiendo que la Caſta Diaſa
Se alegraba de verla tan hermoſa.
Caliſto, tu Señora preſumiendo,
La mano le besó; y el Dios fingiendo
Mil quexas de ſu auſencia;
Sentaronſe los dos; y a la Innocencia
El adultera Amante,
Inventando mas dulce que elegante,
Amoraſos cariñas,
En riſa artificial los ojos baña [*]
Que quando tierna engaña,
Imita Amor la lengua de los niños.

*] *Riſum interdum læta, & hilares lachrymæ comitantur.*

ARTICVLVS XV.

ΒΕΧΟΛΟΓΙ'Α.

De Tuſſis Colloquutione.

Cur agamus de Tuſſi?

CVM inarticulatis Oris ſignis Tuſſire, Spuere, Screare, & ſimilrs actiones, aut paſſiones compone: poſſunt enim & ſolent homines tuſſi, ſputo ſcreatu mentis conceptus interiores exprimere.

Quid ipſa ſit?

Eſt autem *Tuſſis* (Græcè ἡ βὴξ, τῆς βηχὸς) aſſerente Galeno *in ſuo de ſympt. cauſ. tract.* vehemens ſpiritus efflatio, ea quæ meatum obſtruunt, excutere conantis. Quæ, ſi pertinax ſit, novo à Senera vocabulo dicta eſt *Pertuſſis*. Et quidem *Mala* meritò aſſeritur, quod homines, qui eam patiuntur, quaſſet; & qui adſiſtunt, fatiget. Catullus Epigr.41.

Quid ſit Pertuſſis?

Cur mala dicatur?

Fui libenter in tua ſuburbana villa
Malamque pectore expuli tuſſim.

Et ibidem

Hic me gravedo frigida, & frequens tuſſis
Quaſſavit

Claudius Pontanus.

An interdici poſſit Tuſſis?

Tuſſis Ariſtotelem vexat, Lyceumq; fatigat.

Interdicit eam *in Heaut* Terentius. *Gemitus, ſcreatus, tuſſes, riſus abſtinete.* Et non ſine gratia Semphronius, olim Magiſter meus Salmanticæ, cui erat moleſta Diſcipulorum Tuſſis, exclamabat. *Ya he mandado cien vezes, que todos vengan ya toſſidos: que no es bien, que ſe vengan al aula a toſſer.* At quia neutrum (Terentium, aut Semphroniū, naturæ, aut pravæ conſuetudinis vitio volunt audire homines, Plautus *in Aſin.* Tuſſi legem imponit; inquit enim. *Fortè, ſi tuſſire occepſit, ne ſic tuſſiat, ut cuiquam linguam in tuſſiendo proferat.* Plinius autem libr.20.cap.2.medicinam præſcribit. *Semen cerum comin.tritum, potumque in vino tuſſientibus auxiliatur.* Ab ea tamen hora Tuſſis, & Muſica contraxêre amicitiam ſine comin' vinum ſuffirit. In ſua, *No hay amar como fingir.* Magiſter Leo ſic ſcribit.

An de tuſſiendi modo poſſint leges imponi?

Ivan. *Ay ſoberano impoſſible.*
Beltr. *Eſperase; que ya pienſo,*
Que los Muſicos, Señor,
Vienen templando y toſſiendo,
Ivan. *Dilos que canten.*
Muſic. *Dos horas*
Ha que eſtamos en el pueſto.
Beltr. *Pues acaben de parirlo.*
Vaya: y ſin templar les ruego.

Screo eſt *cum vi & conatu ſputum è pectore ejicio.* Græc. χρέμπτομαι, Hiſp. *eſcupir toſſiendo, gargagear.* Olim erat *Scraceo*. Scaliger in Varronem ad vocem *Scrancia* [Scracêre *videtur olim dictum* τὸ χρέμπτεσθαι, *quod verbum & hodie quoq; in Gallia uſurpamus, nempe,* cracher *eſt* ſcreare, ſpuere: *ſed.* &c.]

Screo, quid ſit?

Quid Scraceo?

Chracher.

Hinc *Scrapta*, aut *Scranctiæ* (ſed apud Feſtum & Nonium manifeſtè legitur *Scrapta*) Tintinius Prilla. *Rectiùs mecaſtor piculeta poſthuma lectum hodie ſtrasum vidi ſcrapta mulieris.* Et hinc patet *ſcrapsum* olim Veteres, & non *ſcreatum* protuliſſe. Erant autem *ſcraptæ* meretrices: Cur autem ſic vocatæ? Erant enim ſordidæ, & deſpiciendæ; nimirum tam immundæ, ut non viderentur è matrum vētribus modo ordinario procreatæ, ſed è ſtomachis laborantibus colluvie phlegmatum, vehementia infirmitatis exſcreatæ. Huc communiter reſpiciunt Critici: qui tamen poſſent benigniùs urbaniuſq; vocem interpretari dicentes, *Scraptas*, mulieres eſſe, quæ non proſtabant palam ut meretrices cæteræ; ſed apetiebant ſuis paranymphis portam, ubi ſcreationibus admonebantur.

Scraptæ.
Scranctiæ.

Quales fuerint?
De verbi Screo *ſupino.*
Etiam Hiſpani per contemptum fœminam parvulam appellamus *gorgojo*, ſordidulam verò *gargajo*.

SE-

SECTIO I.

De Grammatica Tuſſis.

Μεγαλοπτώχος Magnus pauper.

HAbent quidem Exſcreatio, & Tuſſis ſpeciales ſignificandi mentis arcana Regulas, ac propterea ſpecialem Grammaticam, quæ in Monialium Loquutoriis addiſcitur, & præcipuè exercetur. Et, quia hujus Dialecti Lexicon eſt μεγαλοπτώχον, pauperrimum, non vocatur *Theſaurus*, ſed cenſetur ambiguum ob æquivoca, quæ ubique concurrunt. Id eruditè dilucidat noſter Quevedus in ſyntagmate, cui *Vida del gran Tacaño* Inſcriptio, *lib. 2. cap. 9.* ubi agit de Devotis Monialium.

Quales ſint, qui Monialiũ devoti ab Hiſpanis vocantur?

Sunt autem hi, homines inſulſi & ſtupidi, qui ubi cæteri concinunt,

—— *Facilis deſcenſus Averni;*

ipſi poſt vigiles & concatenatas miſerias & moleſtias ululant

Per varios caſus & per diſcrimina rerum
Tendimus Inferni in tenebras, flãmasq; perennes.

Mutant nomina frequenter improbi, ut poſſint peccare ſecuriùs.

Eorum miſeram converſationem Author citatus copioſè & eruditè exponit: nam introducit Paululum, qui jam Toleti nuncupabatur *Ildephonſus* (mutare enim nomen vitis improbis conducit ad impunitatem) qui per Epiſtolium à Moniali vocatus ſic inquit.

Contentóme el Papel, que realmente la Muger tenia buen entendimiento, y era hermoſa. Comí: y púſeme el veſtido con que ſolia hazer los Galanes en la Comedia. Fuyme luego a la Igleſia: rezé; y luego empecé a repaſſar todos los lazos y agujeros de la red con los ojos, para vèr, ſi parecia. Quando Dios, y en hora buena (que mas era [a] Diablo, y en hora mala) oigo la ſeña antigua, y comieço a toſſer: y andubo una toſſidura de Barrabas. Remedabamos un catarro: y parecia havian hechado pimiento en la Igleſia. Al fin yo eſtaba canſado de toſſer, quando ſe me aſſoma a la red una Vieja toſſiendo. Y echó de ver mi deſventura, que es peligroſiſſima ſeña en los Conventos; porque como es ſeña en las Moças, es coſtumbre en las Viejas: y hay hombre que pienſa que es reclamo de Ruyſeñor, y ſalé una Lechuza.

Tuſſis, quia in aliquibus eſt morbus, in aliis conſuetudo, eſt ſignum valde periculoſum, & erroribus multis expoſitum.

Stylus liber, non literam, ſed ſenſum exhibere, & ornare conatur.

Conquererentur exteri & Peregrini, ſi horum verborum intelligentia privarentur: & ideò ſenſum *Polymnia* conſiderans, liberum ſtylum adſumo, & lineas ſequentes ſcribo. Inquit igitur ille.

Qualis illa Monialis fuerit?

(Placuit mihi Epiſtolium: re verà enim Monialis erat ingenioſa & ſicut jaculis Amoris tacta, ſic Eloquentiæ pigmentis, & coloribus tincta. Sumpſi prandium: & in hoc Roſiclete, Equite Phœbœo, & multis aliis cogitatis Principibus, qui in libris leguntur, prudentior; Authores enim, quorum induſtria vivunt, tam fuerunt parci, ne avaros dicam, ut eos inedia afflixerit, nam ciborũ immemores, ad grandia eos facinora patranda conducebant, iiſdemq; in longis & difficilibus expeditionibus, ne quidem panis fruſtulum porrigebant, aut ſcyphum aquæ propinabant. Sumpſi, inquam, prandium, nam ſine Cerere, & Baccho friget Venus: & indutus ſum veſte, qua in theatro utebar, cum Regem, aut Principem agerem. Solicitudo ſtatim in Eccleſiam me contulit. Oravi, & breviter; nam licèt Oratio brevis Cælos penetret, tali animo funditur ab hoc genere Devotorum Oratio, ut quo longior, exſecrabilior judicetur: quid enim Chriſto debet dicere, qui cogitat Chriſti Sponſam maculare & violare. Surrexi: & chori crates (quas ab effectu veriùs, quàm à figura, retia dixero, illis enim multi Iuvenes irretiuntur incauti) oculis vigilantiſſimis luſtrare occœpi; rimari interſtitia & foramina: aures attigere,

An, & cur cogitatè illi Equites quorum Viri eruditi fabuloſa ſcripſerunt facinora, nunquam comederint?

Venus exſecratur jejunia.

Quales ſint orationes, quas devoti Sanctimonialiũ fundunt?

Cur crates appellentur retia?

—— *Signum ut ſi fortè negatum*
Viſibus humanis, ſaltem dignoſceret auris.

Et ecce Horo, hora & aura, ut putabam, ſecundis (ſed ille mihi iniquus fuit, iſta procelloſa, hæc infauſta) tuſſis percipio ſtrepitum; & geſtiens, gaudioq; ſuffuſus Beatitudinem meam adventantem exſpecto. Inviſum adeſſe Apollinem ex ſigno percipiebant Antiqui, unde canit Ovidius.

Erant Phœbi præcurſores Tubicines, & ex eorum adventu eum non multum diſtare cognoſcebant Romani.

Phœbus adeſt; ſonuere tuba, ſonuere pharetra,
Signa Deum noſco per ſua; Phœbus adeſt.

Et ego tuſſi admonitus, exclamabam,

Cloris adeſt; ſonuit tuſſis praſcripta i. decóram
Signa Deam noſco per ſua: Cloris adeſt.

Et, ut tuſſienti reſponderem, retuſ-

ſiebam ; & quia tuſſes & retuſſiones in choro & templo multiplicabantur, & in fornicibus repetebantur, videbatur Echo gravi laborare catharro, & à Narciſſo *ἐκλείγματα* optata extorquere. Eram tuſſim fingendo quaſſus, audiendo laſſus, & ecce ſemiconſpicua

Virg. Æneid. 7.

Alecto, torvam faciem, & furialia membra,
Exuit, in vultus ſeſe transformat aniles,
Et frontem obſcœnam rugis arat, induit albos
Cum vita crines, (& cæco murmure tuſſit)
Fit Calybe Iunonis anus, Templiq; Sacerdos,

Vel ut nos loqui ſolemus *Abbatiſſa*. Vt vidi,

Obſtupui, ſteteruntq; coma, vox faucibus hæſit,

& occœpi vovere Cacodęmoni Tuſſicularem Artem, & totam Grammaticam Βηχικὴν. Tunc damno proprio didici exſcreationes & tuſſes eſſe periculoſa ſigna, nã ubi בתולה Vethula [*] *Virgo*, exſcreat ex condicto, Vetula exſcreat ex conſuetudine, aut, ſi velis ex morbo. Et hanc ob rem, meo judicio ſcreatio & tuſſis, ſignis æquivocis accenſeri debebunt, in eorum enim diſcretione vel cautiſſimi paſſim adlucinantur; & quando emungunt aures ut Philomelam audiant, & quando aperiunt oculos ut Venerem ipſam proſpectent, inveniunt Noctuam, quæ gemitu ingerat inconcinno faſtidium; Erinnyn, [::] quæ terrorem vultu horribili incutiat.

*] *Virgo Hebraicè vocatur* בתולה VETHVLA.

::] ἔριννυς, una furiarum, quæ ἀπὸ τοῦ ἐρέειν τὸν νοῦν, à *corrumpenda mente* ſic dicitur.

Idiotiſmi, ſeu eloquendi proprietates, ex una lingua in aliam introduci non poſſunt.

An Romani Veteres caruerint neceſſariis vocabulis?

De verbis Cõgaudeo, Congratulor, Condoleo. *An ſint Latina?*

a] Illa verba. *Quando Dios, y en hora buena (que mas era Diablo, y en hora mala) oigo la ſoſia antigua*, &c. ad literam transferri non poſſunt. Ego hoc circumloquio illa expreſſi. *Et ecce Hero, hora, & aura, ut putabam, ſecundis (ſed ille mihi iniquus fuit, iſta procelloſa, hæc infauſta) tuſſis percipio ſtrepitum*. &c. Et, ut videat Lector, quàm ſit difficile ex una lingua in alias idiotiſmos traducere, has phraſes Latinas propono. *Congaudeo, & congratulor tibi ob promotionem Cognati*. &c. *Condoleo tibi ob incendium, quod arcem tuam incineravit*. &c. Et DICO PRIMO caruiſſe Veteres multis neceſſariis vocabulis: nam *Congaudeo* in Claſſico Authore non reperio. *Congratulor* fortè legitur in Cicerone, nam *pro Sextio* ait. *Mihi deniq; homines præcipuè congratulabantur*. ſed tamen Codices, qui emendatiſſimi cenſentur, habent, *gratulabantur*. Tandem *Condoleo* in ſenſu reali interdum legitur, in morali autem, aut metaphorico non invenitur. DICO SECVNDO. illam priorem phraſim, tranſire in hanc, *Sea muy en hora buena la promocion de tu Pariente*. Sed altera in quam tranſire poterit? An-ne in hanc. *Sea muy en hora mala el incendio, que convirtio en ceniza tu Alcazar?* Id putabat ante non multos annos Mediolani Titius, Legionarius ſtrenuus, qui in ſimili caſu, ut omnium Militum nomine condoleret Excellentiſſimo Domino Gubernatori, dixit, *Sea muy en hora mala la muerte de mi Señora Doña Fulana*, &c. & ob inſolentem eloquutionis gratiam, in riſum lachrymas, quas Vrbanitas extorquebat convertit. Nos enim, *en hora buena* cum gratulamur, dicimus: non autẽ, cum condolemus, dicimus, *en hora mala*. Vbi autem aliquem cum contemptu, & exſecratione dimittimus, ſolemus dicere, *Vaya-ſe en hora mala*. Et jam labii præcipitatio pro *en hora mala* dicit *nora mala*.

De modis Hiſpanicis, En hora buena, En hora mala.

Quid ſit nora mala?

SECTIO II.

De Rhetorica Tuſſi.

VTuntur etiam tuſſi homines, ubi dolent, ubi & aliis condolent; ubi compaſſionem, quam poſſent nudis verbis oſtendere, ornatè volunt, & per Figuras ad Polymniæ theſaurum pertinentes ingenioſè explicare. At hic ipſe Orationis ornatus, etiam eſt ambiguus, & æquivocus, & ſignum adhuc alterum, ut reſtringatur & determinetur requirit. Proderit iterum audire D. Franciſcum, qui in ſyntagmate, quod *El Mundo por de dentro* inſcribitur, defuncti viri domus, in qua Vicinæ tuſſiendo condolebant Viduæ, & ipſa retuſſiendo βηχικοῖς earum conſolationibus ſatiſfaciebat. Verba Authoris ſunt hæc.

Dat lingua orationem Grãmatica, & Rhetorica orationẽ exornat.

An Tuſſis ſit ſignum æquivocum?

Apartonos de eſta conſideracion el ruido, que andaba en una caſa, a nueſtras eſpaldas. Entramos dentro a ver lo que fueſſe. Y al tiempo que ſintieron gente començó un plañido a ſeys vozes de mugeres que accompañaban una viuda. Era el llanto muy authorizado, pero poco provechoſo al difunto. Sonaban palmadas de rato en rato, que parecia palmeado de diſciplinantes. Oianſe unos ſollozos eſtirados, embutidos de ſuſpiros, pujados por falta de gana. La caſa eſtaba deſpoxada, las paredes deſnudas; y la cuitada eſtaba en un apoſento eſcuro, ſin luz ninguna: donde lloraban atiento. Vnas dezian. &c. *Otras*. &c. *Y ella luego començaba a ſolsar el trapo, y llorando a cantaros, dezia. Para que quiero yo vivir ſin Fulano? Deſdichada naci, pues no me queda a quien volver los ojos! Quien ha de amparar a una pobre muger ſola? Y aqui plañian todas con ella; y andaba una ſonadera de narizes, que ſe hundia la quadra. Y entonces adverti, que las Mugeres ſe purgan en un Peſame de eſtos; pues por los ojos y las narizes hechan quanto mal tienen*. &c.

Deſcribuntur ficta lachrymæ.

Etiam domus nuditas ad dolorem apparentem conducit.

Quali medicina purgatrice utantur fœminæ?

Hæc

Hæc erat loci facies extrinſecùs conſiderata; verùm enim verò, quia oportebat interiùs eumdem locum reſpicere, his Magiſter verbis auditorem inſtituit.

Res omnes bifariam (extrinſecus) poſſunt conſiderari.

Oye: verás eſta Viuda, que por defuera tiene un cuerpo de Reſponſos, como por de dentro tiene un Alma de Aleluias. Las tocas negras, y los penſamientos verdes. Ves la obſcuridad del apoſento, y el eſtar cubiertos los roſtros con el manto? Pues es, porque, aſsi como no las pueden ver, cõ hablar un poco gangoſo, eſcupir, y remedar o (remẽdar) ſolloços, haze un llanto caſero y hechizo, teniẽdo los ojos hechos una yeſca. Quieres las conſolar? Pues dexaldas ſolas, y bailaran en no habiendo con quien cumplir. &c.

Llanto caſero, y hechizo.

Et placet etiam hic Quevedi verba, qua præcedentia libertate, in linguam Latinam convertere: ſi enim loqueretur Latinè, dixiſſet ſic.

In hujuſmodi occaſionibus fœmina, viſa ingeme, canunt tamen inviſa.

[Ab hac nos conſideratione ſubtraxit inconcinnus ſtrepitus, qui in domo, quæ erat è regione, audiebatur. Ingreſſi ſumus, ut cauſam illius exploraremus. Et ubi primum videri, aut audiri potuimus, occœpit ululatio ἐξαφωνη, quam poſt mariti mortem apud Viduam vicinæ viragines moderabantur. Erat luctus authenticus, & majeſtate plenæ lachrymæ. Depalmabantur & tundebantur manibus pectora; & rhythmum plagæ, & intercadentiæ obſervabant. Suſpiria audiebantur protracta, & angores propulſi; nam hæc doloris ſigna ab invito pectore extorquebat occaſio. Tota domus depoſuerat ornatum, proſtabant omnes parietes nudi; & inſelix Vidua ſe ſubduxerat ad penetrale. Erat locus obſcurus; & ibi omnes cæcè (hoc eſt, quin ſcirent ad quid? aut, cur?) lachrymabantur. Vt infauſtam conſolarentur viduam, aliæ tuſſiebant elegos, aliæ exſcreabant male digeſtas clauſulas, & quæ eruditiores viſæ, ſpuebant triſtes quaſdam Ovidii, & ad rem ſpectantes minimè, metamorphoſes. Et ipſa, quia ſyrupum, cui octolinguis Calepioi folia infuſa fuerant, abundè ſumpſerat, interpellabat cæteras, & voce interciſa hæc exſcreabat per os βηγματα, hos per nares tuſſiebat θρήνους, & has per oculos exſpuebat lachrymas. Quid Turtur ſine conſorte inſelix & miſera olim potero facere? ſub infauſto ſydere conſdeſcribitur

Deſcribitur domus unius Viduæ.

Effectus ſyrupi ex foliis Calepini Octolinguis

cepta ſum, ſiquidem mortuo Tirio, ad quem oculos convertere poſſim, non remanet. Quis derelictam ovem proteget?

> *Dixerat inſelix, & planctus, & undiq; Matrum*
> *Faucibus è falſis tuſſis acerba ſonat.*

Angelus Politianus.

Cæteræ progrediuntur cum ipſa, lugere, tuſſire, ſpuere, exſcreare, ululare; ita, ut inconcinno tumultu Echo in domus fornicibus repercuteretur. Et tunc animadverti fœminas, qua die alicui Viduæ condolent, χάθαρσιν ſumere, & quidquid in corde, aut pectore mali habent, per os, nares, & oculos expurgare & exſpuere.

χάθαρσις, *medicina eſt purgatrix.*

At à Magiſtro admonitus, & rem contemplatus medullitùs obſervavi, eamdem ut dialecto Eccleſiaſtica loquar, extrinſecùs veſtibus obumbrari *de Requiẽ*, & in corde modulari *Allelu-Ia*. Sub pulla, apta funeri chlamyde, τὸν υποδύτον πολύμιτον proferre quo paulatim preparetur ad nuptias: etſi enim nigra premat caput calãtica, illud exagitat viridibus cogitationibus. Si vis reſcire, cur obſcura ſit aula, & tenebroſo peplo univerſæ tegantur, dicam. Videri nolunt, ne ſicci, aut etiam aridi earum oculi ob noſtros compareant, & percipiamus ab invito pectore ſingultus trahi. Lugent clam, & in angulo non, ut lugeant, ſed tantùm, ut luxiſſe dicantur. Lugent, ut Hiſpanus loquitur, *por cumplimiento*; nam, ut compleant (hoc eſt, ut adſpectantibus ſatisfaciant) mentiũtur; plorant, non ut dolorem, quem non habent, exonerent: ſed, ut conſuetudini præſcriptæ deferant. Qui enim ſeriò illas vult conſolari, diſcedit; ubi enim ſolæ, & ſine arbitris remanent, tripudiant, & Defuncto agunt gratias, quod requieſcant in pace,

Veſtium mendacia.

De fictis lachrymis.

Cumplimiẽto, *ut volunt aliqui Critici, dicitur, quia cumplo y miento.*

> *Pectore nam tuſſis læto male clauditur agra.*]

Palladius Soranus.

Et eum Quevedo ſolenni hic compaſſioni interfuiſſe videtur Seneca, nam *ultimo libri de Tranq. capite*, ſic ſcribit. *Pleraq;* (agat modò de fœminis) *lachrymas fundunt, ut oſtendant* (videlicet, in tuſſi & luctu, non dolorem, quem habent, ſed quem fingunt, ſe habere) *& toties ſiccos habent oculos*, & tuſſem [*] ſiccam) *quoties ſpectator deſuit: turpe judicantes* (non tuſſire) *non flere, cum omnes faciant.*

Seneca de lachrymis falſis & fictis.

*] Eſt morbus, qui vocatur *toſſeca*.

SE-

SECTIO III.

De Sputo.

Sputum, i. Sputus, us.

SPutum Tuſſim comitari videmus, & ideò ne Articulum ſpecialem ſibi vindicet, hic exponatur. Eſt autem *Sputum*, ſaliva, quæ ſpuitur, aut veriùs, quæ exſcreatur: nam Lactantius *lib.4.* hoc nomen maſculinis accenſet, & ait, *Dabant autem Deo alapas manibus inceſtis, & impuro ore exſpuebant venenatos ſputus.* Vocat ergo ſputus. quos Hiſpanus *gargajos*.

Occurrit verſus Theocriti Idyll. 6. quem, qui ſe doctos judicant, non intellexiſſe videntur. Inquit enim.

ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς
ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

Ne ſubirem invidiam, ter in meum ſinum expui.

Hunc verſum proverbialem eſſe, ait ex Eraſmo Scapula, & citat Idyll. 21.

Sed quid eſt,

Ter in ſinum exſpuere?

Ab *ſputo* Siſenna *Sputatilicus, a, um.* adjectivum deduxit. Agebatur enim reus quidam Chritilius, C. Ruſcio accuſante, & eumdem defendente Siſenna. Crimina, quæ objiciebantur, eſſe ſputatilia inquit Siſenna: quo vocabulo eſſe nullius prorſus momenti voluit dicere. Tunc autem C. Ruſcius, perculſus inſolentia vocabuli *Circumvenior*, dicebat, *Iudices, niſi ſubvenitis. Siſenna, quid dicas, neſcio. Metuo inſidias.* Sputatilica? *Quid eſt hoc?* Sputa, *quid ſit, ſcio*; tilica *neſcio. Maximi riſus* (puta, *debentur Novo Nomenclatori*) *ſed ille tamen Familiaris meus, rectè loqui putabat eſſe, inuſitatè loqui.* Ergo *Sputatilicus, a, um.* inuſitatum nomen eſt. Ergo maximo irriſu excipiendus, qui nova fingit ſine neceſſitate, vocabula. Ergo inuſitatè loqui, non eſt benè loqui.

Sputatilicus, ca, cum. *an ab Sputo ducatur?*

Cicero de Claris Oratoribus.

Quid ſit benè loqui?

ARTICVLVS XVI.

ΦΙΛΕΜΑΤΟΛΟΓΙ'Α.

De Oſculorum Collocutione.

TRIA ſunt nomina, inter quæ diſcrimen gliſcit reperire Donatus; videlicet *Oſculum*, *Baſium*, & *Suavium*. Illi enim, qui proficiſcitur, aut redit ad ſuos amicos, dantur oſcula: & filio à matre baſia: ſuavia autem ob voluptatem ab amica. Suadet hanc vocum acceptionem Vatum illuſtrium Eruditio: Nam in Salutatione, & Valedictione *Oſcula* dantur. [Ovidius libr. 1. triſt. eleg. 13.

Et quaſi diſcedens oſcula ſumma dedi.

Et iterum lib. 3. eleg. 5.

Et ſingultatis oſcula miſſa ſonis Excepi. &c.

Si cum Aldo lego, & vocem *ſingultantis*, quam libri impreſſi habent, erroris manifeſti condemno. Cicero *libr. 3. Ad Appium Pulchrum* ſcribit, *Filium mater oſculata eſt.*] Recipiebantur à cognatis & amicis, innocentis amoris gratia, *Baſia*. [Martialis lib. 2.

Baſia dimidio quod das mihi Poſthume labro,

Laudo, licet demas hoc quoq; dimidium.]

Et denique ab amaſiis libidinis ergo *Suavia*. [Horatius epod. 3.

Manum puella ſuavio opponat tuo.

Plautus in Aſin. *Tu labellum abſterges, potius quam cuiquam ſuavium facias palam.* Et tam laſciva erat apud Antiquos iſta vox, ut Amaſiæ olim vocarentur *Suavia*. Terentius in Eunuch. *Thais meum ſuavium.*

Hæc vocum diſcretio nonnullis Viris Eruditis non placet: nam etiam ob voluptatem *Oſcula*, & *Baſia* recipiuntur & dantur. Cicero ad Attic. *Atque utinam continuò ad complexum mea Tullia, & ad oſculum Attica poſſem currere.* Et Suetonius à

Clau-

Suetonius in Claudio ca. 16.

Claudio prohibita fuiſſe *oſcula* ait; Ergo laborabant voluptatis infamia. Et eadem etiam nota *Baſia* poſſem inurere. Catullus enim ſic adloquitur Lesbiam. *Da mi baſia mille*: deinde *centum*. Et mox, *Non tantum ſciat eſſe baſiorum numerum*. &c. Plautus *in Aſin. ſcen. 2. act. 5.* eodem ſenſu *Nauteam bibere malim, ſi neceſſum ſit, quam uxorem oſcularier*, &c Tertia, quoniam Cicero *Lentulo lib. 1.* dicebat, *Eum ſe vidiſſe cum alieno oſcularier*: & Plautus *in Aſin. ſcen. 3. act. 3.* conſonat dicens, Niſi *eſt oſculando impudicitior*, & *in Curcul. ſcen. 1. act. 1.* etiam, *Vidit eos oſculantes*. [*]

*] Suavium, ferè eſt oſculum ob voluptatem datum. Hiſp. *beſo de enamorados*, Horatius Epod. 3. *Manum puella Suavio opponat tuo*. Sed & ſolet *Suavium* dici ipſa amaſia. Terentius in Eunuch. *Thais meum Suavium*.

An Oſcula dicantur, & ſcribantur?

Oſcula non dantur modo, ſed & dicuntur, & ſcribuntur. Cicero ad Attic. lib. 16. *Attica, quoniam hilarula eſt, meis verbis ſuavium des*. Et hodie in literis, quas ſcribimus, manuum oſcula mittimus benevolentiæ & amicitiæ gratia.

Cur Oſculum φίλημα *vocetur?*

Porrò in Oſculo Amorem contineri, nomen ipſum inſinuat; nam Græcè φίλημα vocatur. Contineri & Honorem uſus & conſuetudo oſtendit. Cicero *Appio Pulchro, lib. 3.* ait: *Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem, Epiſtolam verò oſculatus*. Quæ verba legiſſe videtur Juſtus Lipſius, nam *Centur. 1. Epiſt. 9.* Victori Giſelino ſic ſcribit. *Legi tuas: ad os oppreſſi, & ad pectus. O qua penna tibi me ſiſtat. Ego ille conſtanter dejicior una cogitationis hac plaga*. &c.

SECTIO I.

An-ne Oſculum Cultus, & Adorationis ſignum ſit?

Adoro unde dicatur?

An ſit oſculari adorare?

OSculari ſumitur pro *adorare*: non enim *adoro* provenit ab *oro*. Sed eſt verbum deductum à cultu, quo *ad ora* apprimimus, quæ veneramur. Capite Exodi XX. ubi Hebræus habet לא תשתחוה להם, interpretatus eſt Vulgatus; *Non adorabis ea*, Græcuſque Interpres poſuit οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς. *Non exoſculaberis ea*. Et proderit audire Hugonem Grotium, qui in hujus loci expoſitione hanc vocem dilucidat his verbis.

De ſignificatione verbi שחה

[Vox Hebræa שחה ſatis eſt generalis: neque verò animi actum deſignat, ſed corporis; ſive is fiat caput inclinando, ſive inclinando corpus totum, ſive curvandis genibus, ſive ſubſidendo in poplites, ſive qui maximus eſt honos, procumbendo. Græci Interpretes per προσκυνεῖν hanc vocem ſolent vertere, non ſine cauſa. Nam ſicut apud Orientis populos veneratio oſtendebatur variis flectendi corporis formis, ita apud Græcos manum ad os admovendo, quod propriè eſt προσκυνεῖν, à κύω & inde κυνέω, quod eſt *oſculor*. Nec aliud ſignificat Latinum *adorare*, non ab *orare*, id eſt, *precari*, factum, ut imperiti homines exiſtimant, ſed ab eo quòd *manus admoventur ori*. In Gloſſis, *Adorat*, προσκυνεῖ. Alibi προσκύνησις, *adoratio*, *ad veneratio*. *Manum ori admovere* dixerunt Plinius, Tertullianus, Apulejus φιλῆσαι δεξιὰν, *manum oſculari*. Lucianus περὶ θυσιῶν. Idem περὶ ὀρχήσεως libro κύσαι χεῖρα, *manum oſculans*. [a] Idem in Demoſthenis encomio apertè quod dixerat *oſculari manum*, mox dixit προσκυνεῖν. Euſtathius ad 5. Od. προσκυνεῖν παρὰ τὸ κύειν, ὅ ἐστι φιλεῖν, *ab oſculando*. Quod in epigrammate veteri eſt,

προσκυνεῖν.

Quæ apud Hebræos & Græcos venerationis ſigna fuerint?

Κύω, & Κυνέω.

Προσκύνησις. *Adoratio*.

a] Hiſpanus cum dicit, *Beſo à v.m las manos*, manum ad ſuum os admovet, non autem alterius manum oſculatur.

Ingreſſus ſcenam populum ſaltator adorat.

Idem eſt quod apud Phædrum, *jactat baſia tibicen*. Mos hic venerationis quàm ſit antiquus ex Iobo apparet 31. 26. Sed quod in plerisq; vocibus evenit, ut non maneant in ſenſu originis ſuæ, quin imò ut adoptivus ſenſus prævaleat, idem huic Græcæ voci προσκυνεῖν accidit: cœpit enim uſurpari de quovis geſtu reverentiam quandam reſtante. Itaque id quod προσκυνεῖν *adorare* dixit Matthæi interpres 8. 2. idem eſt πεσεῖν ἐπὶ τὸ πρόσωπον, *procidere in faciem*. Lucæ 5. 12. ſi quod apud eundem Matthæi interpretem eſt προσκυνεῖν *adorare*, 9. 18. id Marcus dixit πίπτειν πρὸς τοὺς πόδας, *procidere ad pedes*, 5. 22. interdum apertioris ſignificatus cauſa alterum altero addito explicatur: ut πεσόντες προσεκύνησαν, *procidentes adoraverunt*, Matth. 2. 11. ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι, *ſi cadens adoraveris me*, Matth. 4. 9. πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας προσεκύνησεν, *procidens ad pedes ejus adoravit*, Act. 10. 25. πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον προσκυνήσει τῷ Θεῷ. *cadens in faciem adorabit Deum*. 1. Cor. 14. 25. Chryſoſtomus ad Epheſ. 5.

Iacere baſia in teſſeram venerationis.

Adorare eſt in faciem procidere.

Adorare eſt ad pedes provolvi.

Interdum refertur actio, & additur ſignificatio.

κάμπτειν ἑαυτόν.

προ-

προσκυνεῖν exponit per *κάμπτειν ἑαυτὸν*, *ſe flectere*. Sic in hiſtoria honorati ab Iacobo Eſavi, ubi eſt in Hebræo ישתחו Ioſephus & Græci ponunt *προσεκύνησε*. Idemq; faciunt in hiſtoria umbræ Samuelis quam honore afficiebat Saul. Atque inde factum, re externa ad internam relata, ut interdum, ſed rarius animi actum ea vox ſignificaret, ut voces *θυσία Sacrificium*, *προσφορὰ oblatio*, aliæque ſimiles. Vide Ioh Evang. 4. 23. Hoc verò loco haud dubiè ſignificatur omnis actus, quo honos habitus demonſtrari ſolet.

ישתחו. *Saul Samuelis umbram veneratur.*

Θυσία. Προσφορά.

Oſculorum diviſio.

IN varias claſſes oſcula poſſunt dividi: alia enim ſunt Religioſa, alia filialia, alia familiaria, alia ſervilia, alia libidinoſa: & ferè tota differentia à parte, quam quis oſculatur deſumitur. Sumo pro fundamento verba Ariani, qui *Diſſert. lib. 2. cap. 20. ſic ait*: ἠξίωται δημαρχίας; πάντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται· ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς καταφιλεῖ· ἄλλος τὸν τράχηλον, οἱ δοῦλοι τὰς χεῖρας. *Tribunatum adeptus eſt? Ecce obvii omnes gratulantur, alius oculos oſculatur, alius collum, ſervi manus.* Ecce oſculum, quod benevolentiæ ſignum eſt, per locum, qui ſuaviatur, reſtringitur, ita ut amicitiam Veteres oſculando faciem; ſervitutem oſculando manus ſignificarent. Et hinc intelligetur, cur Homerus Eumeum heri ſui Telemachi manus & non faciem exoſculantem introducat. *Odiſſ. 16.* ſic inſit.

Quid faciei, & quid manibus impreſſa ſignificent?

Cur Eumæus domini ſui manus ſit oſculatus?

Κύσσε δέ μιν κεφαλήν τε καὶ
ἄμφω φάεα καλὰ,
Χεῖρας τὲ ἀμφοτέρας.

Progredior & ad verbi *Adoro* derivationem recurro. *Ador* genus frumenti eſt, quo in Sacris Veteres utebantur. Hinc verbum *adoro*. Priſcianus, cui Nonius aſſentitur dicens. *Ador frumenti genus, quod epulis & immolationibus ſacris pium putabatur; unde &* adorare, *propitiare religiones, poteſt dictum videri.* Alii ducunt ab *oro*, ita ut compoſitum ſit ex verbo oro & præpoſitione *ad*, ita ut idem *adoro* ſit, ac *oro ad*. Hanc derivationem admiſit Servius, nam exponens illud Virg. *Æneid.* 10.

Vnde Adoro proveniat?

Quid Ador ſit?

An adoro à præpoſitione ad, & verbo oro ducatur?

—— *Volens vos Turnus adoro.*

ait. *Illud* ad *vacat, & eſt metri cauſa additum.* Ergo putabat Servius ibi idem eſſe *orare* & *adorare*. At contra Servium militat ipſa Cenſura; non enim ſine dedecore Virgilii diceretur eſſe in illius numeris verba ſine pondere: nam tales Hiſpani voces, quæ, ut compleant pedes interſeruntur, quin ſint ad conceptum dilucidandum neceſſariæ, *ripio* dicimus; & hunc Poëticum nævum vix in tyrone toleramus. Accedit orationem non neceſſariò in adoratione inveniri; interdum enim fit ſine ulla oratione adoratio, unde Elephas, Phœnix (ſi ulla eſt) & alia animalia Solem adorare dicuntur, non orare: nam oratio, aut ſupplicatio ſolis hominibus competit. Ego autem ſic vocem *adorare* intelligo, ut putem *ad ora movere* illâ ſignificari. Nec caret exemplo hæc deductio: nam ex vocibus *ad alterum*, aut *ad alteram* prodiit verbum *adultero*: quod ut bene monet Calepinus *componi videtur ex* ad, *&* alter, *ſeu* altera, *quod ille* (adulter) *ad alteram, & hæc* (adultera) *ad alterum ſe conferat.* Sic etiam *adpectoro* eſt ad pectus moveo; *adplumbo*, ad plumbum (ad perpendiculum, Hiſp. *a plomo*) erigo: *adplano*, ad planum reduco: *admœnio*, ad mœnia hoſtes promoveo, obſideo: *adaggero*, ad aggerem adjicio, &c. nec non *adjuro te*, ad juramentum te cogo, &c. Ergo *adoro* erit *rem ad ora admoveo*: hoc eſt, oſculor, exoſculor, &c. Græcè *προσκυνέω*, quod etiam huc pertinere videtur. Firmat me in hac vocis derivatione Iuſtus Lipſius, qui *Elector. lib. 2. cap. 6.* Sic ſtatuit: *Ego Latinis ipſis hinc cenſeo formatum* adorandi *verbū: quia manus* ad ora *admovebāt non ab* ador (*frumenti id genus*) *quod cenſet Grammaticorum acumen.*

Ripio in verſibus quid?

An adoratio ſine oratione poſſit fieri?

An ſoli homines orent, & nō ſoli adorent?

Vnde adulter *dicatur?*

Vnde adpectoro? adplumbo? adplano? adaggero? admœnio? adjuro?

Vnde adoro *proveniat?*

προσκυνέω

Adorare igitur, aut oſculari ut ſic, cultum ſignificat, & per modum & terminum reſtringitur, & determinatur. PRIMO enim Oſculum dividitur, in dictum, inſinuatum, commutatum & datum. Oſculum porrò dicit, aut ſcribit, qui ait lingua, vel calamo, *Tuas manus*, aut *Tuos pedes exoſculor*. Oſculum inſinuat, qui ſuam propriam manum oſculatur. Commutat, qui loco oſculi amplexum exhibet. Dat, qui reverà alterum oſculatur. SECVNDO Oſculum dividitur ratione materiæ ſeu termini; aliàs enim in fronte, in ore, in collo, &c. aliàs in manu, &c. aliaſque in pede recipiuntur vel dantur. Faciem oſculantur amici, manum ſervi, pedem creatura. Ergo ipſum-

Quid ſignificet Oſculum, & quomodo dividatur?

De modo oſculandi.

De re, quam oſculamur.

An oſculis loqui poſſimus?

ſummet oſculari, loqui eſt: adeoque, idem eſt faciem oſculari, ac dicere, *Te veneror & colo ut amicum:* & oſculari manum, erit dicere, *Te ſuſpicio & honoro ut debet ſervus dominum*. Et tandem oſculari pedem erit dicere, *Te adoro ut verum Deum.* Et ſi circumſtantiæ reſtringentes accedant. *In te adoro Deum, & te ſuſpecto ut Dei Vicarium*, &c.

Quid illa ſignificent?

Quid ſint εὐλογία?

Manuum oſcula Hiſpanicè *beſſamanos* dicimus: an Græcè εὐλογία? Sic putarunt non pauci è noſtratibus, qui Regulæ S. Benedicti Lemma illud. *Quod non debeat Monachus literas vel Eulogia accipere ſine juſſu Abbatis.* Vertunt, *Que el Monje no puede recibir cartas, ni beſſamanos, ſin licencia de ſu Abbad.* At εὐλογίον aliud diverſum eſt; dicitur enim ἀπὸ τȣ̃ ἐλογȣ̃, quod ſonat *benedictionem, bonum verbum*, &c. Bona profectò verba donis interdum præſtare, vel æquivalere aſſerit S. Benedictus Cellerarii qualitates & virtutes deſcribens, inquit enim: *Humilitatem ante omnia habeat: & cui ſubſtantia non eſt, quæ tribuatur ſermo reſponſionis porrigatur bonus, ut ſcriptum eſt: ſermo bonus ſuper datum optimum.* Et quidem publicæ benedictiones & gratulationes vocari *bona verba*, conſtat ex illo Diſticho:

S.Benedictus in Regul. c. 54.

Quid ſint bona verba.

S.Benedictus in Regul. c. 31.

Proſpera lux oritur, linguiſq; animiſq; favete:
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

Salus etiam dicitur: unde in Romanorum Epiſtolis, S.P.D. hoc eſt, *ſalutem plurimam dicit*, legimus. Et hanc ob rem Hiſpani Epiſtolis exteriùs inſcribimus *A Fulano ſalud.* Cum autem τύπτω ſit aliorum apud Græcos Grammaticos verborum παράδειγμα, notandum eſt in Activæ Infinitivo habere præter alia hæc tempora. Præſ. τύπτειν. *verberare* Aoriſt.II. & Futur.II. τυπεῖν. *verberaſſe*, ſeu *verberaturum eſſe*. Ex quibus patet, quid εὐπράττειν, & εὐλογεῖν ſint. Priori illa voce in Epiſtolarum ſuperſcriptionibus utebatur frequenter Epicurus, & ejus etiam loco majoris claritatis gratia ſubſtituiſſe, σπȣδαίως ζῆν ἄριςον. pro quo paſſim ſcribitur χαίρειν. Quas à priſcis uſurpatas, & jam iterum à Iunioribus reſumptas, ſalutandi formulas dilucidè ut ſolet, *Polymnia.*

De τύπτω *aliorum verborum paradigmate.*

Quid εὐπράττειν *ſit?*

Quid εὐλογεῖν.

Σπȣδαίως ζῆν ἄριςον.

Χαίρειν.

Petrus Gaſſendus exponit *tom. 6. pag.26.b.* in Epiſtola ad Erycium Puteanum. Sanè ipſe Gaſſendus in literis ad Ludovicum Valleſium Principem Optimum *pag.* 95.*a.* 102.*a.* 107.*b.* 108.*b.* 117.*a.*-118.*b.* 122.*b.* 127.*a.* 132.*b.* 134.*b.* 143.*a.* 156.*a.* 163.*a.* 166.*a.* 167.*a.* 168.*a.* 169.*a.* 170.*a.* 171.*a.* 174.*a.* 175.*a.* 179.*b.* 181.*b.* 184.*a.* 187.*b.* 191.*a.* 194.*b.* 199.*b.* 202.*b.* 206.*b.* 209.*b.* 212.*a.* 214.*a.* 218.*a.* 219.*a.* 221.*a.b.* 223.*b.* 224.*b.* 226.*b.* 236.*a.* 240.*a.* 245.*b.* 349.*b.* 251.*a.* 254.*a.* 257.*a.* 259.*a.* 261.*a.* 263.*b.* 264.*b.* 266.*a.* 278.*a.* 280.*a.* 292.*b.* 295.*a.* 296.*b.* 305.*a.* 311.*a.* 313.*b.* 315.*b.* 316.*b.* 319.*b.* 321.*b.* 324. εὐπράττειν expreſsè ſcribit: & in cæteris literis, quæ in libro *eidem* inſcriptæ proſtant, etiam εὐπράττειν ſubintelligo. Cum autem *à pag.* 338. *ad* 390. literæ Principis Valleſii ad Gaſſendum ponantur, & in ipſis non εὐπράττειν, ſed in una aut altera εὐλογίζειν, & in cæteris εὐλογεῖν, colligo hanc eſſe differentiam, ut inferior Superiori εὐπράττειν, ſed εὐλογεῖν dicat inferiori Superior. Firmant hanc differentiam Epiſtolæ Chriſtinæ Suecorum Reginæ Sereniſſ. Potentiſſ. Sapientiſſ. quæ *pag.* 317. 321. 329. 331. *&c.* leguntur: & una Ioſepho Mariæ Suareſio, Illuſtriſs. & Reverendiſs. Vaſionenſium Epiſcopo, quæ ponitur *pag.* 328. nam etiam in his εὐπράττειν Gaſſendus ſcribit. Hanc autem differentiam Samuel Sorberius ignoraſse, aut ſaltem neglexiſſe videtur, quoniam εὐπράττειν *pag.* 499.*b.* & χαίρειν *pag.* 508.*b.* imò etiam χαίρειν, καὶ εὐπράττειν, *pag.* 526.*a.* 528.*a.* ipſi Gaſſendo inſcribit: cui *pag.* 409.*b.* Conſtantinus χαίρειν & *pag.* 393. Erycius Puteanus Σπȣδαίως ζῆν ἄριςον. Et Gottifredus Wendelinus ὑγιαίνειν καὶ ζῆν. Fortè ὑγιαίνειν καὶ ζῆν.

Quomodo ad Principem Valleſium Gaſſendus ſcripſerit?

Quomodo ad Gaſſendum Valleſius?

Quomodo ſuperior inferiorem: & quomodo inferior ſuperiorem ſalutet.

Petendi & dandi benedictionem mos.

Habemus in Sancta Regula. *Vbicumq; autem ſibi obviant Fratres, junior à priore* (ſeniore) *benedictionem petat, &c.* iterumque. *Siquis autem Frater, pro quavis minima cauſa, ab Abbate, vel à quocumque priore* (ſeniore) *ſuo corripiatur, &c. mox ſine mora tamdiu proſtratus in terra ante pedes ejus jaceat ſatisfaciens uſq; dum benedictione ſanetur illa commotio.* Et ideò in dialecto Regulari, qua utimur, cum junior dicit ſeniori *benedicite*, vel more Græco *benedicere*

S. Benedictus in Regul. cap. 63. & 71.

a] Græci frequenter infinitivo abſoluto vtuntur.

[a] diceret, ſi Græcè loqueretur *συγχαίρειν* : & ſenior reſponderet, *εὐλογεῖν*.

SECTIO II.

Non Deorum, tantùm, ſed & amicorum facies Græci & Romani Veteres oſculis honorabant.

An Hercules fuerit Gentiliū Deus?

OSculabantur, ut diximus, amicorum faciem : & hinc colligo, quod Hercules ab illis fuerit poſitus inter Hetoas, aut Semideos; nam ſi Deum crediđiſsent, ſuaviis ejus pedes, aut genua honoraſsent. Cicero in Verr. lib. 5. *Ibi ex ore ſimulachrum ipſius Herculis, quo non facilè dixerim me quidquā vidiſſe pulchrius uſq;eo; judices, ut rictū ejus, ac mentum paulò ſit attritius; quod in precibus, ac gratulationibus* (veriùs *gratationibus*, ut Lipſius *Elector. libr.* 2. *cap.* 6. *pag.* 634. *b.* benè correxit) *non ſolùm id venerari, ſed etiam oſculari ſolent.* Obſervavit inſolentiam venerationis Lipſius, & ait. [Quod tamen rariùs factum, ut Cicero ipſe indicat, &c.] At ego putarem nunquam factum, niſi eo tantùm caſu, quo Viros illuſtres colerent. Hinc patet in illo ad ſuam Amicam Diſticho,

Cur ejus facie oſcularentur Veteres?

Tange manu menſam, tangunt quo more precantes,
Optabis merito cum mala multa viro :

Ovidius correctus.

non *menſam*, ſed *mentum* Ovidium dixiſse: quoniam illa tangendo amici mentum eidem abblandiebatur, & tangendo proprium, Deorum implorabat auxilium : *nam antiquis Græcia*, monente Plinio, *in ſupplicando mentum attingere moris fuit*.

Mentum tangere, quid?

Principes, qui oſculis dignati ſunt alios, aut ſibi dari permiſerunt, ab humanitate laudati. Crevit hic uſus ſub Auguſto. Oſcula quotidiana Tiberius, aſserente Suetonio, interdixit edicto: ſed tamen repulſam à Romanis paſso, nam ita invaluit conſuetudo, ut ex illa Martialis occaſionem habuerit ſuos numeros cōdiendi multis ſalibus. Plinius dilaudat his verbis Trajanum. *Gratum erat cunctis, quod Senatum oſculo exciperes, ſicut dimiſſus oſculo fueras.* Et ex Suetonio conſtat, Neronem odia populi fuiſse promeritum, *quod neque adveniens, neque proficiſcens, quemquam oſculo impertiret.* Galba voluit videri humanior : ait enim idem Author. *Manè Galbam* (Otho) *ſalutavit; atque conſueverat, oſcula exceptus, etiam ſacrificanti interfuit.* Et apud Latinum Pacatum Theodoſius, *Ille, cohoneſtatus affatu, ille menſa beatus, ille oſculo conſecratus eſt.* Et eo venerunt oſcula, ut non jam amoris, ſed urbani cujuſdam cultus, ſicut etiamnum in Gallia, exhiberentur. Apte Philo Iudæus. φίλημα δὲ διαφέρει τοῦ φιλεῖν, τὸ μὲν γὰρ ψυχῆς εὑρέσιν ἁρμοζόμενον εὔνοια, τὸ δὲ φιλεῖν καὶ ἐπιπόλαιον δεξίωσιν. χρείας τινὸς ἐς ταυτὸν συναγούσης ἔοικεν ἐμφαίνειν. Hæc oſculandi conſuetudo non repetitur in Hiſpania, & ideo pacis oſculum, quod non niſi cum dedecore (Hiſp. *con deſcortezia*) omitteretur apud Gallos, cum inſolentia, & ſcandalo apud Hiſpanos exhiberetur.

Oſcula tolerata: aucta: interdicta.
Data amicitiā conciliant, odia ingerunt negata.

Id probatur exemplis.

Oſcula ex urbanitate data

Diverſi Gallorum & Hiſpanorum mores.

SECTIO III.

Servis Domini manum præbebant oſculandam.

Ethnici oſculabantur Deorū manus.

QVIA ſervi manum Domini oſculabantur ad Deos tranſtulit ceræmonia devotio, ad Principes, & Imperatores adulatio. De Diis Lucretius.

—— Tum portas propter, aëna
Signa, manus dextras oſtendunt attenuari
Sæpe ſalutantum tactu, præterque meantum.

Ecce tam aſſidua Deorum manibus oſcula imprimebantur, ut illæ atterentur, immò attenuarentur, ut Lucretius notavit.

An Divinitas ſit extrinſeca Denominatio?

Deorum cultū ad Principes tranſtulit indiſcreta & ſuperſtitioſa aſſentatio; admiſit dominantium temeritas; quoniam Priſcorum opinione Divinitas in extrinſeca denominatione ponebatur. Martialis.

Qui finxit varios pario de marmore vultus,
Non facit ille Deos; qui rogat, ille facit.

An homini ſit liberum Deum facere?

Eſſe ergo Deum, ad Antiquorum mentem, non erat habere nobiliſſimas virtutes, & prærogativas, ſed adorari. Quo ſuppoſito errore, quia liberum illis erat, hunc adorare, ſeu manum oſculari, ſic & liberum erat, cum vellent, & quos vellent, Deos ex hominibus facere. Faciebant quo-

quoties honores exhibebant Principibus, quos cultui priùs Divino præſcripſerant. Hinc in ſummum adulatio ſuccrevit: & quoniam ſupplicantes in templis Deorum manus exoſculabantur, occœpit populus manum Imperatoris, & poſteà etiam Procerum oſculari. De Catone Plutarchus. Ἐπεὶ δὲ τέλος εἶχεν ἑ στρατεία τῷ Κάτωνι, προεπέφθη οὐκ εὐχαῖς· ὃ κοινόν ἐστιν, οὐδὲ ἐπαίνοις· ἀλλὰ δάκρυσι καὶ περιβολαῖς ἀπλήστοις ὑποτιθέντων τὰ ἱμάτια τοῖς ποσὶν ᾗ βαδίζοι, καὶ καταφιλούντων τὰς χεῖρας, ἃ τῶν αὐτοκρατόρων ὀλίγοις μόλις ἐποίουν οἱ τότε Ῥωμαῖοι. *Poſtquam finiit Catonis militia, non votis, neque laudationibus, quod tralatitium eſt, eum dimiſere; ſed cum lachrymis multis & complexibus, veſtes pedibus ejus ſubſternentes, quà incederet, & manus ejus deoſculantes; quæ paucis omninò Imperatorum ejus ævi Romani tribuebant.* Hinc lux Hiſtoriæ Chriſti: inquit enim Matthæus cap. 21. 9 Ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ· ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδους ἀπὸ τῶι δένδρων· καὶ ἐστρώννυον ἐν τῇ ὁδῷ· οἱ δὲ ὄχλοι· οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες· ἔκραζον λέγοντες, ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος, ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου: vel ut habet Lucas capit. 19. 38. Λέγοντες. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος Βασιλεὺς ἐν ὀνόματι Κυρίου, hoc eſt. *At plurima turba ſtraverunt ſua veſtimenta in via: alii autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via: at turbæ præcedentes, & ſequentes clamabant dicentes, Hoſanna filio David, Benedictus, veniens* (Rex: ſic habet S. Lucas) *in nomine Domini*, &c. Vide iterum Matth. 23. 39. Marc. 11. 9. Luc. 13. 35. Ioann. 12. 13. Ecce, qui ramos arborum, & qui veſtes ſubſternebant in via, manibus loquebantur, & dicebant

Summa vulgi militaris, adverſus Catonē devotio.

An advenientis pedibus veſtes ſubſternere, loqui ſit?
An ſit dicere Tu es Rex?

Quid ſit ramos cædere?

Bernardus *in 2. ſerm. in Dominic. Palmar. pag. 66.*

Tu Rex es verus, Davidis & inclyta proles,
Nomine qui Dominè nunc benedicte venis.

Et quoniam aliud eſt proprias veſtes exuere, & ad triumphantis pedes ſternere, & aliud alienarum arborum ramos cædere, & viam ornare, aliter iſti, & aliter illi loquebantur; de quo argumento exſtat apud D. Bernardum Melliflua Acroaſis, quam attentè interlegere poteſt erudita devotio. *Polymnia.*

Candidati adulationis gratia iis, à quibus ipſorum dependebat promotio, etiam oſculo manuū illorum qui dignitates collaturi, clementiam affectumque implorabant. Seneca Epiſt. 119. *Alius eorum manus oſculis conterit, quibus deſignatus contingendam manum negaturus eſt.* Et Valerius. *Cum ædilitatem Curulem adoleſcens* (Scipio Naſica) *peteret, manumque cujuſdam ruſtico opere duratam, more Candidatorum tenaciùs apprehendiſſet, joci gratia interrogavit eum, an manibus ſolitus eſſet ambulare.* An-ne hodiè inter Chriſtianos aliqui manibus ambulant? Ambulant Eleemoſynarii: quorum unus dicebat cum Davide, *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.* Quod enim avaritia compreſſerat, dilataverat Charitas. Hæc virtus nos conducit per viā 1. Ioann. 5. 6. *Et hæc eſt Charitas ut ambulemus ſecundum mandata ejus.* Hæc & dilatat cor. Epheſ. 3. 17. *In Charitate radicati, & fundati, ut poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, & ſublimitas, & profundum.* Chryſoſtomus 3 *caput Epiſtolæ ad Epheſios* exponens. *Hoc curemus dilecti, ut Charitatem Dei cognoſcamus; nempe, quæ ſit illius latitudo, longitudo, profunditas & ſublimitas. Magnum hoc eſt! nihil quippe nobis ita proderit*, &c. Ita ille *homil* 7. & hæc deniquè ambulat, immò pervolat manibus. Vide Florilegium Langii, & tres vel quatuor authoritates Patrum opportunas invenies.

Eorum, qui collaturi erant munera, manus oſculabantur candidati.

Digreſſio.
De Eleemoſynariis.

Charitas dilatat cor.

Charitas erga proximum manibus exercetur.

Etiam in ſago hujuſce adulationis indicia, Vopiſcus in Aureliano. *Poſt hæc Valeriani dicta ſurrexit Aurelianus, atq; ad manus acceſſit, agens gratias militaribus verbis.* Et Capitolinus. *Fuit Maximinus ſub homine impuriſſimo tantùm honore præditus Tribunatus: ſed nunquam ad manum ejus acceſſit, nunquam illum ſalutavit*, hoc eſt, *nunquam ejus oſculatus fuit manum*. Tacitus Hiſt. lib. 1. *Ruere cuncti in caſtra, laudare militum judicium, exoſculari Othonis manum.* Et lib. 15. Annal. *agere grates Diis, genua ipſius advolvi, & dextram oſculis fatigare.* Et in Tiber. Suetonius c. 72. *Chariclem Medicum, quod manum ſibi oſculandi cauſa apprehendiſſet.* Appuleius. *Pontianus pedes noſtros advolutus, flens, & manus noſtras oſculabundus*, &c. Tranſi-

Manum etiam Imperatoris milites.

Vſus in abuſū degeneravit.

 vit

vit in abuſum diſſolutionemq, uſus iſte, nam eo res venit, ut etiam nobiles vilium manus, ſi illorum auxilio indigerent, oſcularentur. Seneca. *Hoc ego deprehendam, alienorum ſervorum oſculantes manum.*

Vtram manus partem oſcularentur? Vtram in oratione cœlo objicerent?

Sed utram manus partem: an-ne palmam, an-ne alteram partem oſculabantur? Plinius. *Dextra oſculis averſa appetitur, in fide porrigitur.* Vtram cœlo exponebant. Horatius. *Cœlo ſupinas ſi tuleris manus.*

Anne poſtumus, an verò poſthumus ſit ſcribendum?

SED, quid innuere, aut dicere Martialis voluit, illo nunquam ſatis intellecto Epigrammate.

Baſia das aliis, aliis das Poſtume dextram,
Dicis: Vtrum mavis, elige? malo manum.

An Celius, Celeſtius, Celeſtinus debeãt per diphthongũ ſcribi?

Et primò occurrit nomen *Poſtumus.* Et inquiro, An-ne benè à Martiale, & aliis ſine aſpiratione ſcribatur? Porrò *poſthumus*, ſi appellativum eſt, eum ſignat, *qui poſt humum*, & non poteſt adſpiratione carere: at verò, ſi nomen proprium ſit, ut monet Calepinus, poteſt habere aliam originem, & aliter etiam pronunciari, nam tametſi *Cœlum*, aut *Cælum* ſcribi debeat, *Celeſtius*, *Celeſtinus*, *Celius*, & alia ſimilia nomina, quia propria ſunt, apud plurimos diphthongo carent.

Qualis fuerit Poſtumus?

Ajo ſecundò in communi Poſtumum opinione hominem fuiſſe, qui teterrimo oris fœtore laborabat: & hanc ob cauſam maluiſſe Martialem ab illo manu tangi, quàm ore invadi. Sed hæc interpretatio, ut pote obvia & paſſim admiſſa à Grammaticis, nihil gratiæ, aut acuminis reconditioris habet. Et hanc ob rem

Pulchra Auguſti exclamatio.

Dico tertiò Herodem ita in infantes ſæviiſſe, ut & proprium filium occidi juſſerit: & Auguſtum exſecrando hoc ſcelere audito exclamaſſe, *Mallem equidem in domo Herodis eſſe porcum, quàm filium.* Quæ poterimus verba ad numeros ſequẽtes reducere.

Ignoſcit porcis, gnatumque occidit Herodes?
Ejus, quàm gnatum, malo fuiſſe ſuem.

Vtra iniquior ſit, ſervi, an amici conditio?

Igitur, ſi dixerimus, Poſtumum fuiſſe falſum fratrem, & intimos amicos prodidiſſe, & mancipia & homines viles exaltaſſe, tunc ſic poterimus Martialis interpretari Diſtichum. *Alios loco amicorum habes, ut eos perdas: alios in ſervorum numero, ut ad dignitates promoveas: ſi mihi optioni locus eſſet, poſſemque alterutram conditionem eligere, in tuorum ſervorum mallem, quam in amicorum numero recenſeri.* Conceptus ergo in Epigrammate à Martiale reconditus, hanc aut aliam ſimilem hiſtoriam reſpicit.

SECTIO IV.

Quale genus Adorationis ſit Manum propriam exoſculari?

Oſcula interdũ inſinuata, non data.

INterdum majoris reverentiæ gratia non Principis manum inferior, ſed ſuam propriam oſculabatur: qui poſteà cultus in Sacris habitus. Ritus ratio ex quadam ſpecie Humilitatis ſumitur: qui enim ſe dignos crederent, qui ore profano Deos oſcularentur: manum priùs ad Numen motam, ac ſi illud tetigiſſet, ori admovebant; & ſic putabant ſe Deos religioſius & reverentiùs exoſculari. Plinius innuit hunc morem fuiſſe communem ævo ſuo. *In adorando*, ait, *dextram ad oſculum referimus.* Minutius Felix in Octavio. *Cæcilius ſimulacro Sarapidis denotato, ut vulgus ſuperſtitioſus ſolet, manum ori admovens, oſculum labris impreſſit.* Nota modum loquendi, non enim ut ait, ore Cæcilius fuit oſculatus manum, ſed manu os. In Apologia priori Appulejus. *Nulli Deo ad hoc ævi ſupplicavit; nullum templum frequentavit: ſi fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum laboris admovere.* Et libr. 5. Mileſiar. de Pſyche idem Anthor. *Multi denique civium, & advenæ copioſi, inacceſſæ formoſitatis admiratione ſtupidi, & admoventes oribus ſuis dextras primore digito in erectum pollicem reſidente, ut ipſam prorſus Deam Venerem religioſis adorationibus venerabantur.* Eodem ſenſu Martialis.

An hoc modo ſint culti Dii? An ore manum, an verò manu os exoſculemur? De orantium digitis; qualem habuerint diſpoſitionem?

Roma ſalutavit voce, manuque Deum.

Appulejus. *Orantium ille habitus eſt, ut manibus extenſis in cælum, precemur:* & lib. de Mund. Ariſtoteles. Πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐχὰς ποιούμενοι.

An Orientales Idola ſua adoraverint manu?

Ritus hic videtur ab Oriente, & Aſia in Græciam, & Latium veniſſe, Exclamat Iob. 31. 26. *Si vidi Solem*

cum

um fulgeret, & Lunam incedentem clare: & letatum eſt in abſcondito cor meum; & oſculatus ſum manum meam ore meo. Et quid mali, ſi manum exoſculatus ſuam fuiſſet? Reſpondet. *Eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſſimum*. Ergo idem erat coram Sole, aut Luna ori admovere manum, ac illum, aut hanc adorare. Eodem ſenſu intelligi debent illa verba 3. Reg. *Quorum genua non ſunt incurvata ante Baal: & omne os, quod non adoravit eum oſculans manum*. Quo reſpiciens Sanctus Hieronymus in Ruffinum ait. *Qui adorant, ſolent deoſculari manum, & capita ſubmittere*. Apud Iſaiam 44. 19. hæc lego. *Non recogitant in mente ſua, neque cognoſcunt, neque ſentiunt, ut dicant. Medietatem ejus combuſſi igni, & coxi ſuper carbones ejus panes. Coxi carnes, & comedi: & de reliquo ejus idolum faciam. Ante truncum ligni procidam: Pars ejus cinis eſt: cor inſipiens adoravit illud, & non liberavit animam ſuam, neque dicet, Fortè mendacium eſt in dextera mea. Memento horum Iacob, & Iſrael*. &c. Sed quid eſt *Idolum facere*? Reſpondebit Martialis.

An etiam Hebræi, qui in Ethniciſmum lapſi?

Quid ſit Facere Idolum?

> *Qui finxit ſacros Pario de marmore vultus,*
> *Non facit ille Deos; qui rogat, ille facit.*

Dij Gentium ligni.

Et quid importat, *Eſſe in dextra mendacium?* Dicam. Erat Adorationis ceremonia. Ante truncum ligni (hoc eſt, ante Idolum, quod plerumq; erat ex ligno dedolatum) procidebant: & in illud intendentes, manum propriam oſculabantur. Et hæc ipſa manus exoſculatio erat ſignum, quo illud eſſe verum Deum proteſtabantur. Manu igitur loquebantur Ethnici: & ut benè illos incriminatur Iſaias, manu etiam mentiebantur: illa enim verba ad Idolũ directa, *Tu es verus Deus*, ſive labio, ſive manu dicantur, ſunt mendacia, & ſacrilega.

An loqui manu? an etiam mentiri poſſimus?

Hanc inflexionem corporis (cultum Deo ſoli debitum) ſibi temerè arrogabat Alexander. Sabellicus *lib.6.Enn.4.* [Poſt res in Aſia geſtas, cum jam Indicam ſuſcepiſſet expeditionem, cepit in tanto rerum ſucceſſu gloriæ cupidus, ut jam non aliter, quàm proſtratis humi corporibus ſe ſalutari pateretur.] Ecce volebat ut Deus coli: & Adulatores hac inflexione corporis, eumdem Deum eſſe mentiebantur. Quid autem illi facerent proſterni juſſi? Adnuerent, an veriùs renuerent? Ne adnuerent, Demades ſuaderet, & Evagoras: Caſſander autem, ne renuerent. Hiſtorias addo. [Demadem Oratorem miſſum, quòd Alexandrum Deum dixiſſet, decem talentis Athenienſes mulctarunt, Evagoram verò, quod Regem eumdem adoraverat, interfecerunt.] Eſt ergo periculoſum Regibus adulari. [Caſſander, Antipatri filius, Babylonem veniens, cùm barbaros venerabundos (humi proſtratos) Alexandrum ſalutantes (adorantes) conſpexiſſet, vir in libertate nutritus Græca, atque hujus ſpectaculi hactenus inſolens, in cachinnum effunditur. Ea tamen re Rex ita exardet, ut arreptum crinibus caput ejus, ambabus manibus vehementer ad parietem contuderit. *Plutarchus* in Alex.] Eſt ergo periculoſum Regibus non adulari. Ergo, cùm neutrum ſecurum ſit, quid viro prudenti conſulitur? ut

An proſternere corpus, loqui ſit?
An illum, cui hoc reverentia exhibetur, eſſe Deum proteſtaris?

Quo ritu coli voluerit Alexander?
Demades, & Evagoras, quòd Alexandrum adoraverint. Caſſander, quod non adoraverit, puniti ſunt.

Politicum Monitum.

> *Exeat ab aula, ſi velit eſſe pius.*

Hoc etiam hiſtriones ritu populũ adorabant. Et Nero, ut omnibus ſuis numeris hiſtrionem exprimeret, Tacit. *lib.16. Annal.* aſſerente; *poſtremo genu flexus, & cœtum illum manu veneratus*, &c. Et apud Suetonium Claudius. *Eoſdem ſpectacula edentes, ſurgens & ipſe cum cætera turba voce, ac manu veneratus eſt*. Et lib. 1. Hiſt. *Nec deerat Otho protendens manus adorare vulgum, jacere oſcula, & omnia ſerviliter pro dominatione*.

An, & qualiter hiſtriones populum adoraverint?

An jaciantur oſcula?

Alii non ad os, ſed ad oculos alterius manum admovebant. Appulejus lib.4. *Tandem denique reverſus ad ſenſum præſentium, arrepta manu Fotidis, & admota luminibus meis. Patere, oro te, inquam, dum dictat occaſio, magno & ſingulari me affectionis tuæ fructu perfrui, & impertire nobis unctulum indidem, per iſtas tuas papillas* (lego *pupillas* cum Lipſio *Elector. lib.1. cap.18. pag.608.a.*) *mea mellitula; tuumque mancipium irremunerabili beneficio tibi perpetuò pignora*.

De manu admota oculis.

SECTIO V.

De Genuum Oſculo. Quibus indulgebatur?

An, & quid ſignificat genua oſculari?

OSculari genu majoris obſequii, & reverentiæ nota, ab adulatione erga Principes initium ſumpſit, & fuit ſenſim ad Deos tranſlatũ. Ammianus libt. 28. *Ex his quidam, cum ſalutari pectoribus oppoſitis cæperunt, oſculanda capita in modum taurorum minacium obliquantes, adulatoribus offerunt genua ſuavianda, vel manus.* Et quidem ſine ulla adulationis umbra Petrus, nimio terrore perculſus provolvitur ad genua Domini noſtri Ieſu-Chriſti. Hiſtoriam Lucas 5. 8. recenſuit, & expoſuit his verbis. *Venerunt, & impleverunt ambas naviculas, ita ut pene mergerentur. Quod cùm videres Petrus.* προσέπεσε τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ. *accidit(adhæſit) genubus*(procidit ad genua) *Ieſu: & dixit.* &c.

Adulationẽ ne an etiam devotionem ſignificet?

Eſt hoc quid medium inter oſculum manus & pedis: quod poteſt exemplis antiquis & modernis ſuaderi. Selinus Ottomanus, Turcarum Imperator, qui iandem obiit Anno 1518. exercitum direxit in Cairum. Expeditionem totam recenſet Comes Alphonſus Loſchius in Compendio Hiſtorico. Ego autem, quia eſſe brevis deſidero, ex pag. 195. has pauculas lineas exſcribo.

Selini Imperatoris expeditio in Cairum.

Con bell'ordinanza, paſſato il quarto giorno di ripoſo ne' padiglioni ſpinſe l'eſercito, commettendo la vanguarda nell'entrar della porta detta Boſſuella à Ianus Baſsà. Con poco contraſto entrò nella Città, mà portatoſi nell'aperto delle ſtrade, ritrovò tal'incontro, & oppoſitione, che ſe non veniva il Baſsà ſoccorſo dall'iſteſſo Selin reſtava con la gente Giannizzera oppreſſo, e trucidato. Lo ſpatio di trè giorni continui, & trè notti, ſi combattè con tale oſtination delle parti, che aglutinati combattendo à corpo à corpo ſino allo ſpirare dell'anima, con le mani, co' denti, urti, e ſtrida ſi dimenavano, ne cedevano terra, o luogo, ſe non era coſperſo di ſangue, del quale non fù contrada, benche ignota, che bagnata non foſſe. Reſtarono in fine Vincitori li Turchi, de i quali ne perirono quantità innumerabile. Li miſeri Cairoti in maggior parte furono à filo di ſpada tagliati, molti de quali gettate l'armi, e datiſi sù la fede à Selin furono nulladimeno perfidamente ammazzati. Gazzele, veduto diſperato il regnare de' Mamalucchi, de i quali non rimaſero, che poche reliquie, ſi preſentò à Selin, à cui bacciato il ginocchio, nella di lui clemenza ſi ripoſe. Accolto quello con ſegni d'amore, e di molta ſtima diedli nel campo Turcheſco honorata condotta.

Invadit Civitatem.

Ingreditur.

Periclitatur: & defenditur.

Conflictus perſeverat triduò.

Stat victoria à Turcis.

Occiduntur Cairenſes, etiã contra fidem promiſſam.

Gazzelius ſe ſponte Selino concredit: & ejus oſculato genu, benignè ſuſcipitur?

Ecce Gazzelius ne ſe æquaret Victori, & ne in ſe ipſo infortunio contemptibilem redderet: manum oſculari non auſus, dedignatus ad oſculum pedis recurrere, mediam inivit viam, & oſculando genu, *ſe eſſe Principem quidem, ſed Principi majori ſubditum*, Politicè profeſſus eſt.

Aliam addam hiſtoriam; ut quid *oſculari genu* importet, luculentiùs oſtendam. [Dum Coſaeci ſub annũ 1644. bellum contra Polonos gererent, ab illis fuit Magnus Tartariæ Chamus, vir quidem ferox, & inſtructus numeroſo equitatu. Intercedebant Europæ Principes, ut inter illos pax honeſtis & congruis articulis iniretur: & ut ad illam expeditiùs accederent, armiſtitium admittitur. Colloquii hora decernitur: acies utrinque diſponuntur: prodeunt in medium Principes, Poloniæ Rex manſit in equo: etiam Tartariæ Chamus: Hic, ut cum Virgilio loquar,

De Coſacorum & Polonorum bello.

Regum colloquium.

—— *Regem dictis affatur amicis.* — Virg. Æneid. 8.

Et dexteram exhibendo ſubjungit.

Accipe, daq; fidem: ſunt nobis fortia bello
Pectora, ſunt animi, & rebus ſpectata juventus.

Pauci Proceres, qui Coſaco aderant, ſe demittunt ex equis, & Regis pedem exoſculantur: tandem etiam deſcendens ex equo ſuo Coſaccus, ulnis femur Regis amplectitur, & genu fuit exoſculatus.] Ergo Coſacorum ςρατηγὸν, modeſtiam amans, nec ſe Regibus æquat; nec ad ordinis inferioris conditionem demittit; ideoq; nec manum tangit, nec oſculatur pedem, ſed mediam viam init, & ſoli Poloni Regis genu os adfigit. Habeo à D. Carolo Franciſco, tunc Centurione, qui fuit præſens.

Coſacus Poloni, non pedem, ſed genu oſculatur.

SECTIO VI.

De Genuflexione. Quem Cultum importet; & cui ſit debita?

An apud Phœnices colátur genuflexione Reges.

FLectere plus eſt, quam oſculari genu; & ideò conſiderandum eſt, qualis ſit cultus, qui genuflexione exhibetur. Sicut voces, ſic ceremoniæ ſignificant ad placitum, & illis quibus λατρείαν exhibemus, creaturas celebrare non poſſumus. Sanè Genuflexio, & alii ritus ſimiles in Phœnicia Regibus debebantur. Euripides.

Γονυπετεῖς ἕδρας προσπιτνῶ
Σ᾽ ἄναξ τὸν οἴκοθεν νόμον σέ-
βουσα.
Supplex te, Rex venerans genibus
Patrio advolvor de more tuis.

Etiam apud Carthaginenſes.

Scriptor vitarum Illuſtrium virorum in Conone. *Neceſſe eſt, ſi in conſpectum veneris, venerari te Regem, quod* προσκυνεῖν *illi vocant.* Græci ſæpe pro eo dicunt προσπίπτειν. Et de Legatis Carthaginenſium Livius. *More adorantium (accepto credo ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant) procubuerunt.*

Immo & apud Hebræos.

Sed & Hebrei alienum à Religione non putarunt coram ſuis Regibus genuflectere. Ioſephus de Davide Saulem Regem venerante, προσκυνεῖται αὐτὸν πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον ὡς ἔθος. *Veneratur eum pronus cadens, ut moris eſt*, quod & fecit Nathan coram Davide 1. *Reg.* 1. 23.

Quos etiam imitátur Chriſtiani.

Etiam corã imaginibus Imperatorum genua flectere, aut procumbere, irreligioſum non putarunt Chriſtiani: At poſtquam ſtatuis ſuis falſorum Deorum imagines Iulianus addidit, ut vel ſic illas adorare Chriſtianos cogeret, debuerunt rem Theologi altiùs præmeditari.

Iulianus Imperator, ſuis imaginibus imagines Deorũ adjungit.

An tunc poſſent Chriſtiani corã ſtatuis genufle-ctere?

Erant, qui dicerent, adhuc poſſe Cæſaris ſtatuas honorari: nam coram tabula, in qua præter Chriſtum, & latrones crucifixos, ſunt Ethnici milites, carnifices, equi, arbores, ſaxa, &c. genuflectimus, & tamen nemo ſuſpicatur hac ceremonia nos, vel malum latronem, vel carnifices, vel Iudæos, vel equos, vel aliam rem adorare, ſed omnes ſciunt, illam genuflexionem noſtram ad ſolum Chriſtum dirigi.

Sententia aſſerens.

Ergo ſimiliter, etſi Iuliani ſtatuæ in veſtibus millena idola picta haberent, veneratione Civili poſſent coli: & tunc hæc reverentia extrinſeca non ad idola in veſte picta, ſed ad ſolam ſtatuam, & per illam ad Imperatorem referretur. Et horum ſententia Theologorum locum habere poſſet, ſi illæ imagines in Iulianææ aut etiã aliarum ſtatuarum veſtibus eſſent pictæ per accidens: & ideò prudentiores & doctiores tenuerunt, debere Chriſtianos mori potiùs, quàm venerando ſtatuas coadorare Idolorum imagines: illa enim Genuflexio per Imperatoris Edictum reſtricta eſſet ſacrilega.

Sententia negans.

Chriſtianorum conſtantia in Iuliani Apoſtatæ perſequutione.

Et plerique omnes hanc ſententiam amplexi, maluerunt Apoſtatæ Imperatoris indignationẽ incurrere, & damna graviſſima ſubire, quàm ſtatuas illas honorare; ut narrat S. Gregorius Nazianzenus.

Quomodo colebantur Reges Perſiæ?

Persae coram ſuis Regibus proſternebantur: at Græci ſe tantùm in ſacris coram Deo proſternebant. Et inde dubium excitabatur, *An Græci in Perſia poſſent, ſicut lingua Perſica, ſic etiam uti Perſicis ceremoniis?* Erat communis negativa ſententia; & quidam Chriſtianus, qui aſſerenti adhærens Regem more Perſico venerabatur, fuit multis ſcandalo, & mutavit ſententiam, quod cultum illum aliovorſum interpretando trahi videret.

Quomodo Græca Principes?

Debemus enim colere Principes, non tamen ita, ut illos æquare Deo putemur.

Quomodo Principes colendi ſint?

Tertulianus ad Scapulam. *Colimus Imperatorem ſic, quomodo & nobis licet, & ipſi expedit: ut hominem à Deo ſecundum* [a] *& quidquid eſt, à Deo conſequutum, & ſolo Deo minorem.* Et adverſus Gentes ſcribens. *Temperans Majeſtatem Cæſaris infra Deum, magis illum commendo Deo, cui ſoli ſubjicio: ſubjicio autem, quem non adæquo.* Et mox. [*Dicam planè Imperatorem* Dominum: *ſed quando non cogor, ut* Dominum *vice* Dei *dicam.*] Vox enim *Dominus* latè patet, & ſignificat *herum* & *Deum*. Cùm meo arbitrio relinquor, Imperatorem voco *Dominum*, quia hæc vox per perſonam loquentem contrahitur: nam à Chriſtiano non niſi Chriſtianè debet dici: at, ſi Tyrannus jubeat, ut vox *Dominus* vice vocis *Deus* uſurpetur, per præceptum reſtringitur, & quia Deum ſignificat, Imperatori accenſeri non poteſt.

a] Non dicit, quod vult Tertullianus: qui enim eſt ſolo Deo minor, *primus à Deo* vocari debet, non *ſecundus*.

Civilis-ne an ſacra Ceremonia ſit genuflexio?

Dicis non benè aſſeri à nobis genuflexionem apud Hebræos eſſe civilem ceremoniam, quam poterant exhibere Principibus. Et ut ſacram

& re-

& religioſam eſſe oſtendas, ais incriminari in Teſtamento Veteri illos qui genua flexerunt coram Baal; & eos laudari, qui genua flectere, coram eo non voluerunt. Vide *libr.3. Reg.*19.18. Præterea, Apud *Iſaiam* 45.24. dicit Dominus. *In memetipſo juravi. Egredietur de ore meo Iuſtitiæ verbum, & non revertetur: quia mihi curvabitur omne genu* (me ut Deum cognoſcent, & adorabunt omnes) *& jurabit omnis lingua.* ET CLARIVS apud Danielem 6.10. juſſerat enim Darius ne intra triginta dies aliquid vel à Deo, vel ab homine, niſi à ſe peteretur: & Daniel *feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Ieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo, ſicut & ante facere conſueverat.* Nota illud *apertis feneſtris*, nota illud *& adorabat*: nam Deus, quem colimus, non eſt Princeps tenebrarum, ſed Princeps lucis: & ideò poſtulat, non ut clam, ſed ut palam eum adoremus. Præterea, illa vocula *&* non ibi ponitur conjunctivè, ſed appoſitivè; idem enim ſignificat, ac *id eſt*, ut ſenſus ſit. *Flectebat genua, id eſt, adorabat.* Hoc ſenſu accepta fuit à Plauto in illo verſu, *Annos eſt natus jam ſexaginta, & ſenex.* Ibi enim *habere ſexaginta ætatis annos*, & *eſſe ſenem*, non ſunt duæ res, quæ conjunguntur, ſed eſt una, & eadem, quæ diverſis verbis ſignificatur. ADDAM ex Michææ 6.6. unam lineam. Ait enim. *Quid dignum offeram Domino? Curvabo genu Deo excelſo.* Ergo genuflexio importat cultum dignum Domino: ergo & λατρείαν; nam δυλεία indigna eſt Domino, tribuitur enim ſervis Domini. PRODEST audire Matthæum 17.14. ſcribentem. Acceſſit ad eum (Ieſum) *homo γενυπετῶν ἀυτὸν*; genupetens ipſum (*genibus provolutus ante eum*) adorans eum; *& edicens: Domine miſerere filio meo, &c.* SIMILE verbum apud Marcum 1.40. legitur: ibi enim: *venit ad eum leproſus deprecans eum, & γενυπετῶν*, genupetens (*genuflexo*) adorans, *dicit ei: Si vis, potes me mundare.* ET INFERIVS, cap. 10.17. *Accurrens quidam, & γενυπετήσας ἀυτὸν* genupetens eum (*genu flexo ante eum*) adorans eum, *rogabat eum, Magiſter bone, quid faciam ut vitam æternam κληρονομήσω hæreditem? genuflectere*, & aliud diverſum *genupetere*; quoniam genuflectere dicitur, qui poſtquam erecto corpore acceſſit, flectit genua: genu autem petere, qui in loco diſtante genuflectit, & poſteà ſe genibus promovet. LEGO apud Lucam 22.41. Θεὶς τὰ γόνατα ponens genua (*poſitis genibus*) adorans *orabat*. SIMILEM modum dicendi reperio Actor. 7.60. qui Ariæ Montani diligentiam aufugit, nam intactam Verſionem Vulgatam reliquit. Ibi enim *Stephanus* θεὶς τὰ γόνατα ponens genua (*poſitis genibus*) adorans *clamavit voce magna, Domine, ne ſtatuas illis peccatum hoc.* ET INFERIVS cap. 9.40. Tabitham à mortuis fuiſſe excitatam recenſetur his verbis. *Ejiciens autem foras omnes Petrus*, θεὶς τὰ γόνατα, *ponens genua* (adorans) *oravit: & converſus ad corpus dixit, Tabitha reſurge: illa verò aperuit oculos ſuos, & videns Petrum reſedit: dans autem illi manum, erexit eam.* HVC ETIAM pertinent, quæ cap. 21.5. leguntur. Et θέντες τὰ γόνατα, ponentes genua (*poſitis genibus*) adorantes *in littore oravimus.* ROMANOS Paulus cap. 14.11. his verbis *Vivo ego, dicit Dominus; quoniam mihi flectet* (flectetur) *omne genu* [*cæleſtium, & terreſtrium & infernorum*] *& omnis lingua* (me) *confitebitur* (Deum) *Deo.* Et hic obiter nota illa, quæ claudit [ ] quadrata parentheſis in Latino Vulgato non legi. LATRIAM ſimiliter important illa ejuſdem Apoſtoli verba ad Epheſios 3.14. ſcripta. *Flecto genua mea ad Patrem* (Adoro Patrem) *Domini noſtri Ieſu Chriſti*, &c.

Præter hos omnes locos, qui intentum tuum manifeſtè probaviſſe videntur, adhuc alium producis, qui rem elatiùs & liquidiùs evincat Sanctus Paulus ſic ad Philippenſes declamat. *In nomine Ieſu omne genu flectatur, Cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.* Atqui ecce. Quid confitetur omnis lingua? Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſſe Deum: id enim, ut etiam alibi notavi, importat illud *eſt*, quod ſubſtantivè & identicè ſumitur. Et quorum eſt hæc omnis lingua? Cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Et quomodo loquuntur Æthereæ, terreſtres, & ſubterraneæ creaturæ? Genu-flectendo. Ergo genu-flexio

eſt

Darij de nullo colendo Deo decretum.

An clam ſit adorandus Deus?

Vocula, &, ſi ſumatur ἐξηγητικῶς, ſignificat id eſt

An ad latriam ſpectet genuflexio?

Quid ſit γονυπετῶν?

An genu petere, genuflectere ſit?

Stephanus orat pro inimicis.

Tabitha à mortuis excitatur.

Videtur plus eſſe flectet, quàm flectetur: ſponte enim genua flectimus, & poſſunt invitis genua flecti. Si vis, utere diſtributione accommoda, ita, ut Cæleſtes, & terreſtres flectant genua: & inferis ſeu dæmonibus, vel nolentibus genua flectantur.

Exponitur locus Apoſtoli.

Ad Philipp. cap. 2.10.

Verbum eſt identitatem ſignificat, ſi ſubſtantivè ſumatur.

eſt loquutio, eſt confeſſio, eſt moraliter vox: & genu eſt moraliter lingua. Ergo, ſi audito Sacro-ſancto nomine Jeſu, Petrus exclamet, *Dominus noſter Ieſus-Chriſtus eſt Deus*. Et Ioannes tacitus *genu flectat*; dicendi ſunt, duo ſigna æquipollentia præſtitiſſe; quoniam genuflexio eſt adoratio, & per nomen Ieſu, quod auditur, reſtricta eſt adoratio Domini noſtri Ieſu Chriſti.

An genuflectere ſit loqui?

Genuflexio eſt ceremonia indifferens, quæ poteſt in Sacris & in Politicis adhiberi.

Reſpondeo Genuflexionem eſſe ceremoniam cultui Sacro & Civili communem; & ideò per perſonam *cui* reſtringi: nam, ſi exhibeatur Deo, Religioſa eſt, ſi Imperatori, Regi, Principi, &c. Politica. Ajo, omnia, quæ in Objectione dicta, ad duas conſequentias reduci; quarum ERAT PRIMA. *Nemo poteſt coram Idolo genuflectere: Ergo genuflexio importat latriam: Patet; niſi enim exhibita Deo eſſet latria, non eſſet exhibita ſtatuæ idololatria*. ERAT SECVNDA. *Deus vult ſibi exhiberi. Ergo Genuflexio includit in ſuo conceptu latriam*. Et hæ duæ rationes diſſolvuntur hoc modo. AD PRIMAM conceſſo antecedente nego conſequentiam: Dæmonem enim, ne quidem duliæ cultu poſſumus honorare: quam ob rem non ſolùm idololatria, ſed etiam idolodulia execrabilis eſſet. AD SECVNDAM reſpondeo Genuflexionem ſecundum ſe, latriam non eſſe: at verò ad Deum directam & reſtrictam per perſonam *cui*, in latriam verti.

De Idolodulia: an ſit licita?

SECTIO VII.

De Pedum Oſculo. An ſoli Deo debeatur? An illa coli Homines poſſint?

PEdum oſculo Deos coluerunt Veteres: hucuſque honorem per tyrannidem uſurparunt Imperatores Regeſque, qui ſe eſſe Deos, aut Deorum gnatos delirarunt: quam ob rem *oſculari pedem* ſumitur pro *adorare*. Dionem audi: Cajus enim, ut ait, ἐφίλει ὀλιγίστους τοῖς γὰρ πλείστοις καὶ τῶν συμβουλευόντων ἢ τὴν χεῖρα ἢ τὸν πόδα προσκυνεῖν ὤρεγε. Vertit Lipſius. *Pauciſſimos oſculatus eſt: pleriſque autem, etiam Senatorum, vel manum, vel pedem præbuit adorandum*. Ecce in voce προσκυνεῖν, in qua ego audirem *oſculum, latriam* ipſe, & *adorationem* intellexit: & mentem ſuam nobis explicuit hoc Scholio. [Dico *adorandum*, & ita Græcum verbum eſt, ut videatur ex eo elici, non os quidem admotum pedibus, ſed dextram (nempè prius admotam pedibus) eamque deinceps ad os relatam.] Hinc patet verbum *adoro*, ſub ſignificatione qua hic accipitur, non ab *oro*, & *ad* componi, ſed à voce *ad ora* (ut ſit *ad ora admoveo*) derivari.

Dei antiqui oſculo pedum venerabantur.

Quid adorare pedem ſit?

Polymnia.

Vnde dicatur adorare?

Maximinus, ut ait Capitolinus, *in ſalutationibus ſuperbiſſimus erat, & manum porrigebat, & genua ſibi oſculari patiebatur; nonunquam etiam pedes*. Idem in Cajo Caligula Dio fuerat incriminatus. Πομπώνιος Σεκοῦνδος τότε ὑπατεύων παρὰ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ καθήμενος ἐπικύπτων συνεχῶς αὐτοὺς ἐφίλει. *Pomponius ſecundus* [a] *tunc Conſul, pedes Caligulæ adſidens, identidem ſe inclinans eos oſculabatur*. Addam & Corippum, Africanum Grammaticum, qui *libr. 1. de laud. Iuſtini* cecinit.

De Imperatore Maximino.

a] Σεκοῦνδος & nō Δεύτερος, dixit Dio, ut moneremur, propria hominum, locorum, &c. nomina, etſi aliàs ſignificativa ſint, debere retineri & non verti.

Conſenſuſq; ſui manifeſtans vota Senatus
Creverat, orabat Dominos, & poplite flexo
Plurima Divinis ſupplex dabat oſcula plantis.

Corippus Africanus reſtituitur.

Vbi notari illud *creverat*, & illud *Divinis* deſidero: quoniam *lib. 1. de Arte Grammatic. cap. 28.* Gerardus Ioannes Voſſius de primo monet planè legendum *Creber adorabat Dominos*: & de ſecundo exiſtimo eodem ſenſu hic *plantas Divinas* dici, quo ab aliis *manus Divinæ* vocabantur: qui enim Imperatores *Divos* dixit, *Divina* ille, quæ ſpectabant ad Imperatorem appellavit. Quod ſuadebo, cùm agamus de Manu.

De manibus Divinis & plantis.

Interim, idem Capitolinus teſte Ioſepho Langio *in Florilegio verb. Honor.* & iterum *verb. Ornatus* narrat, Maximum Seniorem Cæſarem nunquam ad oſcula pedum quempiam admiſiſſe: dicebat enim, *Dii prohibeant, ut quiſquam ingenuorum pedibus meis oſcula figat*.

Modeſtia Maximi Imperatoris.

Et hodie in toto Oriente moris eſt, ut qui ad Regem admittuntur, coram eo proſternantur, & oſculentur pedem. Hoc Perſiæ Regem cultu veneratur, qui prima vice ad eum accedit: hoc eſt, qui extra ur-

Aſiæ Reges ſuos ſubditos ad oſculum pedes admittunt?

bem Regiam fuerat, & revertitur: nam, ſi poſtea pluries ad Regem veniat, ad pedes Regios non jubetur provolvi. Sic Petrus della Valle, in ſua Perſide, & alii, qui Eoas regiones peragrarunt.

An à Viris ſanctis, qui illa inhabitant loca ſancta poſſint extrinſecè denominari?

VErſus ille 7. Pſalmi 131. *Introibimus in tabernaculum ejus: Adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes ejus*: agit de re futura: videlicet Chriſti Domini Nativitate, & dixiſſet Hiſpanicè. *Entraremos en ſu tabernaculo: y adoraremos el lugar en que ayan eſtado ſus plantas*. Rebus enim attactus reverentiam conciliat: unde non ſolum veſtes, ſed terram, quam viri ſancti preſſerunt pedibus, venerari ſolemus. Poſſem multa exempla proferre, ſed duo tantùm adducam: alterum ex Gentili, & alterum ex Hiſtoria Eccleſiaſtica. OCCVRRIT PRIMO Atticus, cujus præclara verba in ſuo Lipſiomnemate [a] anniverſario Erycius Puteanus produxit: habet enim in margine, *Hunc locum à magno & docto Principe Ioan. Fern. Velaſco, Magiſtro Equitum Caſtellæ, &c. in libro* Hiſtoriæ Iacobææ *expreſſum, ſuave hic mihi fuit uſurpare*. Et in corpore. [*Legere Lipſium quiſque volet, ubi ſcripſiſſe intelliget; cogitare, ubi quandoque docuiſſe. Libare veſtigia ſuave erit: pium præſenti adfectu tanti Viri cineres venerari*. Movemur enim (Attici ſententia utar) neſcio quo pacto locis ipſis, in quibus eorum, quos diligimus, ut admiramur, adſunt veſtigia. *Exemplum ipſius Attici videamus*. Me quidem, *inquit*, illæ ipſæ noſtræ Athenæ: non tam operibus magnificis exquiſitiſque antiquorum artibus delectant, quàm recordatione ſummorum Virorum; ubi quis habitare, ubi ſedere, ubi diſputare ſit ſolitus: ſtudioſeq; eorum ſepulchra contemplor. *Fiet in Lipſio, quem tanti ferè eſt conditum Lovanii, quanti docuiſſe. Non Tumulum, ſed Pharum lucentem cenſeo: & hoc ſplendore ad tranquillitatem bonarum Artium Iuventutem undequaque convocandam*, &c.] OCCVRRIT SECVNDO, P. Franciſcus Carriere, qui in Digeſto Chronologiæ Papalis, Adriani I. qui anno DCCLXXII. ad ſummum Sacerdotium adſumitur geſta referens, exponit quanta ſit Rex Carolus venaratione proſequutus locum (templum) in quo Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli corpora etiamnum conſervantur; inquit enim. [Adrianus legationem mittit ad Carolum Magnum Francorum Regem, qua eum rogavit, ut ſicut ejus pater Pipinus, ita ipſe ſubveniret Eccleſiæ oppreſſæ à Longobardo. Movet Carolus exercitum, & Longobardum à faucibus montis Cinicii divinitùs excuſſum Papiæ obſedit. Pendente obſidione venit Romam: Papa ad atrium S. Petri opperitur eum: Rex omnes gradus ſigillatim deoſculatus eſt; ac demum benignè eum amplexibus ſuſceptus populo acclamante, *Benedictus, qui venit in nomine Domini*.]

D. Ioannes Fern. de Velaſco laudatus.

a] Μνήμη eſt memoria, & inde Erycius Puteanus τὸ Λιψιό-μνημα deduxit. An bene? Affero; tametſi multi contradicant.

Omnes ex naturali inſtinctu loca, in quibus fuerunt Venerabiles viri veneramur.

Adrianus I. Summus Pontifex.

Carolus Magnus Eccleſiæ periclitanti ſuccurrit.

Papia obſidet Longobardum.

Romam venit.

Omnes templi S. Petri gradus ſigillatim exoſculatur.

Cum magna acclamatione ſuſcipitur.

Et quidem hæc ipſa oſculandi loci ſacri limina, & gradus ceremonia, apud Ethnicos antiquiſſima eſt, & etiamnum obſervari videmus. Appulejus. *Exoſculatis veſtigiis Deæ, quæ gradibus hærebat argento formata, ad ſuos diſcedunt Lares*. Quo videtur reſpexiſſe Tibullus, dum cecinit.

Non ego, ſi merui, dubitem procumbere templis,
Et dare ſacratis oſcula liminibus.

Hunc oſculandi limen morem, etiam nunc conſervari in Oriente conſtat ex Petro Valle, qui *Epiſt.* XII. *datæ Spahanii*. 23. *Febr.* 1621. *num.* VIII. agens de Dacanii Regis *Legato pag.* 19. Sic inquit. *Il giorno, che fece l'entrata, con ſolennità, e con buon' accompagnamento, per quanto comportava l'aſſenza della Corte; nell' andare alla caſa aſſegnatali, paſſando inanzi alla Porta del Rè, ſceſe di Cavallo, & andò à baciar la ſoglia della Porta del Palazzo, che da loro è tenuta per coſa ſacra conforme un tempo fà, sò pur di havere ſcritto: onde, non ſolo hanno per peccato il calcarla col piede, e paſſando vi ſopra la trapaſſan con le gambe; come à punto facevano i noſtri antichi Gentili, che eſſi ancora, ſecondo Varrone adotto da Servio nel ſuo Comento alla Egloga ottava di Virgilio, havevan per ſacra la ſoglia delle porte, e la tenevan conſecrata alla Dea Veſta; mà di più, molti che ſono aſſai divoti, uſano queſta ceremonia di baciarla, e ne ſperano ancor gratie, come da un luogo Santo*.

Dacanii Regis Legatus ingreditur Spahanium.

Deſcendit ex equo, & oſculatur limen portæ Regiæ.

Idem olim feciſſe Ethnicos conſtat ex Varrone apud Servium.

Alii in majoris devotionis ſignum non ſolùm limina oſculabantur, ſed ad illa ſerpendo, toto proſtrato corpore, promovebantur. Hujus ritus *libr.* 5. *Sylvar.* Statius meminit.

Per terram repere.

Nunc

Digitized by Google

—— *Nunc anxius omnis aris*
Illacrimas, ſignaſque fores & pectore terges
Limina.] ſic enim legi debet, & non *Lumina*.

Terram capillis verrere.

Et fœminæ cultus ſaerioris gratia, excutiebant capillis pulverem, qui fortè liminibus hæſerat. Thebaïde quarta idem Statius.

Te ſine ſat dubium cœtu ſolante timorem
Fallere, & inſultos aris advertere crines.

Senſus hiat; nec enim congruè verba conveniunt inter ſe. Sic illa reſtituit, aut corrigit Lipſius.

Te ſine ſat dubium calatho ſolante timorem
Fallere, & incultos aris adverrere crines.

Moris enim erat, ut religionis gratia nobiles fœminæ aras crinibus verrerent. Livius libr. 26. *Matronæ circa Deum delubra diſcurrunt crinibus paſſis aras verrentes.* Dixerat lib. 3. *Strata paſſim Matres, crinibus templa verrentes veniam irarum cœleſtium exſpoſcunt.* Appulejus libr. 5. Tunc Pſyche uberi fletu rigans Deæ veſtigia, humum *verrens crinibus ſuis*. Lucanus libr. 1.

Hæ lacrimis ſparſere Deos, hæ pectora duro
Afflixere ſolo, laceraſque in limine ſacro
Attonitæ fudere comas.

a] Sed quomodo fœminæ ædes ſacras verrebant crinibus? Puto non poſſe id fieri realiter: & ideò moraliter fuiſſe factum; ita ut illæ inſinuaverint geſtu & motu ſe paſſis capillis terram verrere.

Et Polybius: αἵδε γυναῖκες παραπορευόμεναι τοὺς ναοὺς, ἱκέτευον τοὺς Θεοὺς πλύνουσαι ταῖς κόμαις τὰ τοῦ ἱερῶν ἐδάφη τοῦτο γὰρ ἔθος αὐταῖς ἐστι ποιεῖν, ὅταν τὶς ὁλοσχερὴς τὴν πατρίδα καταλαμβάνῃ κίνδυνος. Et in panegyrico ad Maximianum Mamertinus. *Matres Italæ penſa manibus abjecerunt, parvos liberos abreptos ad templa traxerunt; ibi ædes ſacras paſſo capillo ſuo quæque verrebant.* [a] Variam apud D. Petrum Calderon, Poëtam noſtro ævo celebrem, eruditionem reperio. Hunc morem Veterum concipiens animo, promovit: juſſitque, ut ſicut mulieres crinibus, ſic & viri barba ſacra veſtigia verrerent. Tom. 3. in Comœdia, quæ *La hija del Ayre* inſcribitur, [æ] part. 2. act. 3. fol. 159. col. 3. introducit Chatum dicentem.

Pedes barba verrere.

æ] *Semiramis*, ut vult Calderon, eſt nomen Chaldæum, & *Filiam aeris* ſignificat. Chriſtianus Matthias in *Theatro Hiſtorico*, pag. 27. b. ait *Diodorus Siculus ſcribit* Semiramidem à *columbis altricibus dictam*, *nam Aſſyrij Columbam* Semiramidem *vocant*.

Muy bien deſpachado vâ,
No lo arriendo la ganancia:
A mi libranza me atengo,
Mereſida por mis canas.
Ya mis canas a barrer
Me da; Gran Señor, tus plantas;
Pueſto, que barre, y no beſa,
Polymnia.
Quien tiene eſcoba por barba.

Ecce Semiramidos, quam eſſe Ninum, ejus filium, putabat, pedes, quos crinibus fœminæ, barba Chatus verrit, ut hoc cultu ſuam erga tantum Regem devotionem & affectum oſtendat.

SECTIO VIII.

De Barba Colloquutione.

Vltimum illud Tetraſtichon, quod in fine præcedentis Sectionis ponebatur, nos monet, ut aliquid de Barba dicamus.

Sanè barba loquuntur homines: aliter enim tenderi ſolent Senes, aliter Viri; aliter Religioſi, aliter Sacerdotes, aliter Sæculares: aliter etiam Nobiles, aliter Plebeii & Ignobiles: ut Poëtæ diverſis in locis cecinere.

An loqui per barbam poſſimus?

Mentem aſperam & ingenium barbarū & indocile Barba horrida ſolet ſignificare. D. Ludovicus de Gongora in Polyphemi ſui ſtroph. 8. cecinit.

De Barba incompta.

Negro el cabello, imitador undoſo
De las eſcuras aguas del Letheo,
Al viento, que lo peina proceloſo,
Vuela ſin orden, pende ſin aſeo;
Vn torrente es ſu barba impetuoſo,
Que aduſto hijo deſte Pyrineo,
Su pecho inunda, tarde, mal o en vano,
Surcada aun de los dedos de ſu mano.

Quales fuerint crines & barba Polyphemi?

Non eſt mirum, ſi *Montis filium* vocet, quem paulò ante *Montem* dixerat: canebat enim in præcedenti Octaſticho,

Cur vocetur membrorum mons?

Era un Monte de Miembros eminente. &c.

at neſcio cur ad Pyrineum, cum inter Siciliam, & hunc Montem, qui Hiſpaniam à Gallia diſterminat, tota Italia interſedeat. An Ovidium exceſſerit in elegantia Gongora, ſi interrogare velit aliquis, D. Garcias Coronel reſpondebit, dicens, *La incurioſidad* [*] *deſaſeo, y aſpereza del cabello y barba pondero bien nueſtro Poeta; no ſe, que le igualaſſe Ovidio, que pretendio eſto miſmo*, libr. 13. Metamorph.

Vter (Gongora, an Ovidius) de Polypheme eloquentiùs ſcripſerit?

Iam rigidos pectis raſtris Polypheme capillos,
Iam libet hirſutam tibi falce reſidere barbam.

Fuit autem Polyphemus (Græcè Πολύφημος) Cyclops, Neptuni ex Thoa Phorci filia filius, immanis corpore, de quo *lib. 5. Tuſc.* Cicero. *At verò Polyphemum Homerus cùm immanem ferumq; finxiſſet, cum Ariete etiam colloquentem facit, ejuſque laudare fortunas, quod quo velles*

Quis Polyphemus fuerit?

De Polyphemi & Arietis colloquio.

vellet attingeret. Rectè id quidem : nihilo enim erat ipſe Cyclops, quàm aries ille prudentior. De illo etiam Virg. 3. Æneid.

Nam qualis quantuſq; cavo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes.

De Barba hirſuta.

Multa & varia ſunt, quæ de hoc Cyclope, quæ etiam de cæteris Poëtæ veteres & juniores ſcribunt : illa nos intermittimus, nam de Barba tantummodò in hac Sectione diſputamus.

Mens ſevera innoteſcit ex barba.

Sanè ſtuporem mentis etiam hirſuta & incompta Barba, apud alios ſignificat. Strozius.

Pectoris indicium licet horrida barba ſeveri
Præbeat.

Eſt interim modus in rebus, ſicut enim hirſuta & neglecta barba Aulicum & Palatinum dedecet, ſic nitida, perpolita, & bene pexa, ignaviæ militem incriminatur.

Virg. in Bucolic.

Hirſutum ſupercillumque, prolixaque barba.

Idem lib. 3. Georgic.

Stiriaque impexis induruit horrida barbis.

Sillius Italicus lib. 13.

Stant aures ſummoq; cadit barba hiſpida mento.

Calphurnius.

—— Quibus aſpera mento
Barba jacet.

Sidonius.

Barba concavis hirta temporibus.

Seneca.

Quàm fœda jacet barba præſtetur fides.

Conradus.

Squallido vultu & fruticante barba.

Mantuanus.

Dentibus ora putes, rigidaq; horreſcere barba. &c.
Corpora, & ardentes oculos, barbamque comantem.

Virg. lib. 2. Æneid.

Squallentem barbam, & concretos ſanguine crines.

Mollis barba, quæ?

Mitem è contrario animum Barba decenter nutrita & pexa, innuit. Lib. 5. Lucretius.

Et pariter mollem malis dimittere barbã.

De prima ſyllaba quantitate in voce Mala

Et unde ſit illud *malis* primæ quantitas explicat : hic enim producitur, & in *malus, a, um* corripitur: & in *mala* pro mandibula ſemper protrahitur.

De barba neglecta.

Mœroris cauſa nonnulli Barbam negligunt. Lucanus lib. 2.

Paſſus erat, mæſtãq; genis miteſcere barbã.

Et Ovidius libr. 1. Faſtor.

Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam.

Et Virg. in Operis Divini tertio.

Cum ſubitò e ſylvis macie confecta ſuprema,
Ignoti nova forma Viri, miſerandaque cultu
Procedit : ſupplexq; manus ad littora tendit.
Reſpicimus. Dira illuvies, immiſſaque barba
Conſertum tegmen ſpinis, at cætera Grajus.

De barba illorum, qui ſunt injuriam paſſi.

Hodie inter lugubres cæremonias ſolent obſervare, qui lugent (Hiſp. *los que traben luto*) ut nec barbam radant, nec crines tondeant. Et inter ſolennia Hiſpanorum Iuramenta invenimus, ut qui aliquam atrocem ſint injuriam perpeſſi, menſæ mappa opertæ aſſidere non poſſint, nec barbam radere.

De barba colore An ætatem diſtinguat?

Barba alba ætatem prodit, quæ enim in adoleſcentia erat aurea, in ſenecta caneſcit. Virg. Eglog. 1.

Libertas, quæ ſera, tamen reſpexit inertem
Candidior poſtquam tondenti barba cadebat.

Et lib. 6. Æneid. his coloribus Charontem exprimit [a]

Portitor has horrendus aquas & flumina ſervat
Terribili ſquallore Charon, cui plurima mento
Canities inculta jacet; ſtant lumina flamma.
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipſe ratem conto ſubigit, veliſque miniſtrat.
Et ferruginea ſubvectat corpora cymba,
Iam ſenior; ſed cruda Deo viridiſq; ſenectus.

a] Alexandriæ in Ægypto Veſpillo, in alteram ripam transfert cadavera : & etiamnum vocatur *Charon*. Vide Petrum della Valle.

Hiſp. *Viejo verde.*

Et lib. 9. ejuſdem Operis.

Terga fatigamus [b] haſta; nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.
Canitiem galea premimus, ſemperque recentes
Convectare juvat prædas, & vivere rapto.

b] Quantitas ultimæ ſyllabæ oſtendit *haſta* eſſe in ablativo.

Et lib. 10.

Canitiemque ſibi, & longos promiſerat annos.

De Lauſo occiſo, & ejus parente libr. 10.

Agnovit longè gemitum præſaga mali mens
Canitiem immundo deformat pulvere, & ambas
Ad Cælum tendit palmas & corpori inhæret. [c]

c] Iacebat in terra Lauſi pater : Ergo *corpori inhæret*; vel, ut alii legunt, *corpore inhæret*, erit Hiſpanicè *ſe encorporò*: quoniam *encorporarſe en la cama* ille dicitur qui panſis cruribus in lecto ſedet.

Et lib. 12.

—— It ſciſſa veſte Latinus
Conjugis attonitus fatis, urbiſque ruina.
Canitiem immundo perfuſam pulvere turpans.

Eo

An authoritas & doctrinæ opinio deſumatur à barba?

Eo venit aliquorum apprehenſio, ut exiſtiment à barbæ magnitudine dependere opinionem doctrinæ. Antiquum eſt hoc præjudicium; nam olim Poëta Græcus ſic cecinit.

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν,
Καὶ τράγος εὐπώγων, εὖ στολός ἐστι Πλάτων.

Id eſt, ut Thomas Morus tranſtulit.

Si promiſſa facit ſapientem barba, quid obſtat,
Barbatus poſſit quin caper eſſe Plato.

An satri doctiſſimi cenſendi ſint?

Et de eodem argumento hoc Ammiani reperitur Terraſtichon.

Οἴῃ τὸν πώγωνα φρενῶν ποιητικὸν εἶναι·
Καὶ διὰ τοῦτο τρέφεις φίλτατε μυοσόβην;
Χεῖρον ἐμοὶ πείθεις ταχέως, αὐτὸς γὰρ ὁ πώγων,
φθειρῶν ποιητὴς, οὐ χὶ φρενῶν γέγονεν.

Interpretatio.

An apud Italos Præceptores barbati ſint?

Credis, quod barba prudentia creſcat, eoque
Quali vel muſcas pellere poſſis, babes.
Rade mibi credens ſylvam, quæ nutriet uſque
Vermiculos, Mentem nam dare nulla poteſt.

Tranſivit ad Romanos à Græcis conſuetudo hæc; nam in Italia etiam nutriebant barbam, qui inter doctos recenſeri volebant. Eos Satyr. 4. irridet Iuvenalis exclamans,

Barbatos licèt admoveas mille inde Magiſtros.

De Cynicis. An, & cur nutrierint barbam?

Barbam nutriebant Cynici, qui Philoſophiam verſatilem profitebantur. Erant quæ non placebant improba; & quæ placebant, bona, aut ſaltem prudenter toleranda. Hanc eorum inconſtantiam his modulis Poëta vetus perſtrinxit.

Pſeudophiloſophorū Dogma in Medicina, Quod ſapit, nutrit: & in Ethica, Quod places, licet: & in Politica, Qui potentior, potior: Hiſp. Callan las Gañones, donde dan voces los Cañones.

Τοῦ πωγωνοφόρου κυνικοῦ τοῦ βακτροπροσαίτου.
Εἴδομεν ἐν δείπνῳ τὴν μεγάλην σοφίην.
Θέρμων μὲν γὰρ πρῶτον ἀπέσχετο καὶ ῥαφανίδων.
Μὴ δεῖν δουλεύειν γαστρὶ λέγων ἀρετήν.
Εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα βολβόν
στρυφνὴν, πινυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον.
ᾔτησεν παρὰ προσδοκίαν, καὶ ἔτρωγεν ἀληθῶς.
Κοὐδὲν ἔφη βολβὸν τὴν ἀρετὴν ἀδικεῖν.

Illos Thomas Morus ſic tranſtulit:

Barbati Cynici, Baculoque vagantis egeni.
In cena magnam conſpicimus Sophiam.
Scilicet hic raphanis. Cynicus primum atq; lupino,
Ne virtus ventri ſerviat, abſtinuit.
At niveum poſtquam bulbum conſpexit ocellis,
Iam rigidum & ſapiens excutit ingenium.
Flagitat, atque avidè, ſpem præter, devorat omnem,
Virtuti bulbus, nil ait, officiet.

Hinc hodie Iuriſperiti in Vniverſitatibus, & Tribunalibus, ut à Theologis, & Medicis ſecernantur, barbam alunt. D. Ludovicus de Gongora.

An barba à Theologis & Medicis Advocatos diſtinguat?

He deſeado deſde niño;
Y antes, ſi pudo ſer antes,
Ver un Medico ſin guantes,
Y un Abogado lampiño.

Hoc Tetraſtichum etiam legitur in D. Franciſci de Quevedo Carminibus: illud igitur alter ab altero mutuatus eſt.

SECTIO IX.

De Barba unguentis delibuta.

Et ex occaſione ediſſeruntur nonnulla de negativa, & poſitiva hujus Vitæ felicitate.

Barba olim unguento tingebatur.

VNguento olim Barba perfundebatur. Teſtis ſit mihi Rex Propheta, qui Pſalm. CXXXII. ſic cecinit. *Ecce quàm bonum, & quàm jucundum, habitare fratres in unum. Sicut unguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron, Quod deſcendit in oram veſtimenti ejus; ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion.* Et quod ob Cultum, & Religionem fiebat apud Hebræos, hoc ex luxu, & impietate præſtabant Ethnici. Feſtivus, & hilaris ſic concinuit Anacreon.

Οὔ μοι μέλει Γύγαο [a]
Τοῦ Σαρδίων ἄνακτος,
οὔθ' αἱρεῖ με χρυσὸς,
οὐδὲ φθονῶ τυράννοις,
Ἐμοὶ μέλει μύροισι
Καταβρέχειν ὑπήνην,
Ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι
Καταστέφειν κάρηνα.
Τὸ σήμερον μέλει μοι,
Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδε;
Τὸν ἄργυρον τορεύσας
Ἥφαιστέ μοι ποίησον,
Ποτήριον δὲ κοῖλον
Ὅσον δύνῃ, βάθυνον.
Ποίει δέ μοι κατ' αὐτοῦ

a) Sunt hi verſus Iambici Dimetri Catalectici, minores communibus Dimetris una ſyllaba. Habere debet ſeptem ſyllabas, hoc eſt, pedes tres & cæſuram: nempe in prima ſede jambū aut ſpondeum: in ſecūda & tertia ſemper jābos. Vel aliter à pedum caliginoſa doctrina præſcindēdo erit, qualem notulæ ſubſequentes requirunt.

σ - υ υ - σ prima & ultima longa vel brevis eſſe poteſt: corripi debent tertia & quinta: ſecūda, & quarta & ſexta produci.

Μὴδ'

Μηδ' ἄϛρα· μηδ' ἁμάξας,
Μὴ ϛιγνὸν ὠρίωνα,
Ἀλλ' ἀμπέλȣς χλοώσας,
Χαὶ βότρυας γελῶντας
σὺν τῷ καλῷ Λυαίῳ.

Quos Numeros Thomas Morus ſic tranſtulit.

a] Anacreon, Latinè à Moro redditus, per Glyconicos verſus (hoc eſt per ſpondeum & dactylos binos decurrit.

Non eſt cura mihi Gygis, [a]
Qui Rex Sardibus imperat.
Aurum non ego perſequor,
Reges non miſer æmulor
Cura eſt barba ſuavibus [b]
Vnguentis mihi perfluat.
Cura eſt, ut redolentibus
Cingam tempora floribus.
Cura ſunt hodierna mî,
Nam quis craſtina noverit?
Tornato bene Mulciber
Argento mihi poculo
Iam nunc effice concavum,
Et quantum potes imbibum.
Et fac illud, ut ambiant,
Non currus, neque ſydera,
Orion neque flebilis:
Vites fac virides mihi,
Botri fac mihi rideant
Pulchro cum Dionyſio.

b] Tametſi lex Grammatica poſtulet, ut primum *u* liqueſcat in *ſuavis*: ratio Metrica hic prævalet, jubetque vocem *ſuavibus* quadriſyllabam eſſe.

Duo his carminibus proponit Barbam unguento dilibutam, & Pocula vitium cælaturis ornata. Et quidem, tam Pocula, quàm Barba loquuntur. Vnguentum ſanè adeſſe ſolennem diem teſtatur, libro enim ſecundo Martialis cecinit,

Pange toros, pete vina, roſas cape, tingere nardo;
Ipſe jubet mortis te meminiſſe Deus. [c]

c] Sanctiſſimo illo Lemmate *Memento mori,* abutebantur Ethnici, vociferantes *Gaude, dum vivis; poſt mortem nulla voluptas.*

Etiam celata Pocula ſolennem adeſſe diē vociferantur: ſervabantur enim ut in feſtivo die ſervirent.

Et quia de Poculis mentionem fecimus, placet aliquid addere de eorum ornatu. Aſſero Cælatores olim alios ad Majeſtatem, aut Cæleſtia ſyſtemata, aut Terreſtria poculis inſculpſiſſe certamina; alios ad Voluptatem non illa ſolum vino oppleſſe, ſed & extrinſecus vitium & racemorum cælaturus ornaſſe. Notum eſt illud Enharmonicum Menalcę & Damœtæ Certamen, quod Virgilius Eglog. III. numeroſè deſcribit. Vitulam Damœtas exponebat pro Certaminis præmio; vel, ut Maro loquitur, pignore. Non acceptat Menalcas, & de poculis pulchris, & curioſis contenditur.

Pignus pro præmio.

Men. Verum id quod multò tute ipſe fatebere majus,
(Inſanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, cælatum Divini Opus Alcimedontis;
Lenta quibus torno facili [*] *ſuperaddita vitis*
Diffuſos edera veſtit pallente corymbos.
In medio duo ſigna, Conon & quis fuit alter,
Deſcripſit radio totum qui Gentibus Orbem;
Tempora quæ meſſor, quæ curvus arator haberet.
Nec dum illis labra admovi, ſed condita ſervo.

*] alii legunt *fragili.*

In Muſico Menalca & Damœta certamine Victoria præmia va

Dam. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
Et molli circum eſt anſas amplexus acantho;
Orpheaque in medio poſuit, ſylvaſq; ſequentes.
Nec dum illis labra admovi, ſed condita ſervo.

Legerat Homerum Maro, apud quem Odyſſ. I. ita exclamat Vlyſſes.

De Vita humana felicitate.

Οὐ γδ' ἔγω γέ τι φημὶ τέλος χαριέϛερον εἶναι·
Ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα·
Δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκȣάζονται ἀοιδȣ̃
Ἥμενοι ἑξείης, παρὰ γὰρ πλήθωσι τράπεζαι
Σίτȣ καὶ κρειῶν, μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
Οἰνοχόος φορέησι, καὶ ἐγχείη δεπάεσσιν,
Τȣ̃τό τί μοι κάλλιϛον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι.

Negativè & poſitivè poteſt conſiderari: quatenus & malorum carentia, & bonorum affluentia homo in hac vita Beatus redditur.

Quos verſus ſic Georgius ille, qui paſſim dicitur Anonymus, interpretatur.

Illa quidem longe eſt finis gratiſſima rerum,
Perpetuo vacuam curis traducere vitam.
Vt ſi cum populi convivia læta frequentent,
Auſcultent Cythara luſus, juveneſq; canentes,
Stentque cibis juxta menſæ dapibuſq; repletæ,
Inſuper apportans pleno & cratere miniſter,
Infundat pateris dulciſſima munera Bacchi.
Hoc mihi nil quicquam jucundius eſſe videtur.

Beatitudinem Negativam ponebat ob oculos Horatius dicēs, Beatus ille, qui procul negotiis. *Poſitivam, quæ in ſpiritualibus gaudiis conſiſtit Homerus, homo miſer & cæcus, ut hic vidiſtis, in voluptate corporea cæcè collocat.*

Παλλαδᾶ.

Δὸς πιέειν, ἵνα Βάκχος ἀποσκεδάσειε μερίμνας
Ῥηγνυμένας καθαραῖς ἐν ὑάλοις φιάλαις.

Gerard. Bucold.

Da potū, ut curas animo diſpellat Iacchus
Multiplices duro (quæ nocuere) mero.

Quid boni vinum præſtare ſoleat?

Ma-

Μακεδονίου.

Ηθελοι ού χρυσόν τε, καὶ ἄστεα μυρία γαίης.
οὐδ' ὅσα τὰς θήβας, εἶπεν ὅμηρος. ἔχειν.
Α'λλ' ἵνα μοι τροχόεσσα κύλιξ βλύσσοι Λυαίῳ
χείλεος ἀενάῳ νάματι λουομένου.
Χὶ γεραρῶν συνέπινε φίλων χορὸς οἱ γὰρ περισσοὶ
Α'νέρες ἐργατίναι κάμνον ἐφ' ἡμερίσιν.
αὐτὸς ἐμοὶ πολὺς ὄλβος ἀεὶ φίλος. οὐδ' ἀλεγίζω
τοῦ χρυσέων ὑπάτων, τὴν φιάλην κατέχων.

Gerard. Bucold.

An inbibendū agris ſit?

Non aurum optavi, non oppida plurima terra,
Non quas Thebarum dixit Homerus opes,
Sed mihi ut orbiculata Lyæo pocula ſpument,
Vndaque perpetuo labra liquore fluant.
Turba ſenum veneranda bibant ſua vina ſedendo,
Dum vineta colant ruſtica turba ſua.
Iam dudum hæc mihi viſa eſt vita potiſſima, regis
Non moror auratos, pocula plena tenens.

Et contra Medicos, qui putant ægroti valetudinem à vini abſtinentia pendere, ſic luſit quidam ingenioſus Anonymus.

Χθιζὸς ἐμοὶ νοσέοντι παρίστατο δήϊος
Ιητρὸς, δεπάων νέκταρ ἀπειπάμενος.
Εἶπε δ' ὕδωρ πίνειν ἄν ἐμώλιος. οὐδ' ἐδιδάχθη
Ο'ττι μένος μερόπων οἶνον Ομηρος ἔφη.

Interpretatio.

An poſſit, debeat-ve aliquando locū medicina exhiberi?

Aſtitit ægroto Medicus mihi nuper iniquus,
Me vitare meri pocula plena volens.
Scilicet edoctus necdum fuit illud Homeri,
Qui ſcribit Baccho robur in eſſe virum.

Et potuiſſet citare Ovidium, dicentem,

Temporibus medicina valet: data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Tanti enim vinum habet, ut vini nomen κατ' ἐξοχὴν ſumere auſus fuerit pro pharmaco.

SECTIO X.

De Sancta Maria Magdalena.

Recenſetur, & dilucidatur Evangelica Hiſtoria. An unguento, capillis, & lachrymis fuerit loquuta?

EX præmiſſis Sacri Evangelii verba poterunt illuſtrari: ait enim S. Lucas 7. 36. Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Φαρισαίου ἀνεκλίθη. Καὶ ἰδοὺ γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς, ἐπιγνοῦσα ὅτι ἀνάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Φαρισαίου, κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου. Καὶ στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀπίσω κλαίουσα, ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι, καὶ ταῖς θριξὶ τὸν κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμασσε, καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤλειφε τῷ μύρῳ. *Et (Ieſus) ingreſſus in domum Phariſæi diſcubuit. Et ecce mulier in civitate, quæ erat peccatrix, cognoſcens, quod accubuit in domo Phariſæi, afferens alabaſtrum unguenti. Et ſtans ſecus pedes ejus retro flens, cœpit rigare pedes ejus lachrymis, & capillis capitis ſui extergebat, & oſculabatur pedes ejus & ungebat unguento.* *Maria Magdalena Chriſti Domini pedes lachrymis lavit, & capillis terſit.* & ipſemet Chriſtus paulò inferiùs, Phariſæi inurbanitatem reprehendens, omnes has cæremonias dilucidat. Et Ioannes *cap.* 11. 2. agens de duabus ſororibus, Martha nimirùm & Maria, ut univerſis innoteſceret, quænam eſſet hæc ipſa, illam deſcribit ſic. ἦν δὲ Μαρία· ἡ ἀλείψασα τὸν Κύριον μύρῳ καὶ ἐκμάξασα τοὺς πόδας αὐτοῦ ταῖς θριξὶν αὐτῆς. *Erat autem hæc Maria, quæ unxit Dominum unguento, & exterſit pedes ejus capillis ſuis.*

An fuerit Martha ſoror?

An plures Chriſti Domini pedes unxerit, & abſterſerit?

Et, ut ex *cap. ſeq.* colligitur, pluries id fecit. Quoniam in domo propria, cum hoſpitio recepiſſet Ieſum, λαβοῦσα λίτραν μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου, ἤλειψε τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐξέμαξε ταῖς θριξὶν αὐτῆς τοὺς πόδας· ἡ γὰρ οἰκία ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου. *Accipiens libram unguenti nardi piſtici (fidelis, Hiſp. fino) multi pretii, unxit pedes Ieſu, & exterſit capillis ſuis pedes ejus; & domus impleta eſt odore unguenti.* Exclamavit Iudas: (nam ſicut hodie hypocritæ vitia fovent

Quale ſit unguentum nardi piſtici?

Cur Iudas exclamaverit?

vent ſub virtutis ſpecie, ſic avaritiam ipſe ſuam obumbrabat Charitatis fulgore :] & religioſam actionem Magdalenæ prodigalitatis incriminatus, hoc reſponſo à Chriſto Domino dimiſſus eſt. Ἄφες αὐτήν· εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτό. *Sine illā : in diē ſepulturæ meæ conſervavit illud*. Ergo in hac ſancta fœmina pedū oſcula, unguentum, capillos, & lachrymas conſideremus.

An lachrymæ vociferentur?

Lacbrymæ (nam ab his volo incipere) in ſummo ſilentio loquuntur, & ita humanitùs vociferantur, ut audiantur in Cœlis. S. Ambroſius libr. 9. ſuper Lucam. *Lachrymas Petri lego, ſatisfactionem non lego : ſed quod defendi non poteſt, ablui poteſt. Lavant lacbrymæ delictum, quod voce pudor eſt dicere, vel confiteri : Lachrymæ veniam non poſtulant, ſed obtinent*. Et ibid. *Flevit amarè, ut lachrymæ lavarent delictum : ita ſimiliter lachrymis dilue culpam. Non invenio quid dixerit, ſed quod flevit*. Auguſtinus ad Probam. *Abſit ab oratione multa precatio, ſed fervens perſeveret intentio. Nam multum loqui, eſt in orando rem neceſſariam ſuperfluis agere rebus. Multum autem precari, eſt eum, qui precatur, diuturna cordis pulſare : nam plerumque hoc negotium plus gemitibus, quàm ſermonibus agitur : plus fletu, quàm affatu*. Quò reſpiciens S. Benedictus ſic definit, *Non in multiloquio, ſed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum nos exaudiri ſciamus*.

Quanta ſit lachrymarum efficacia?

S. Benedictus in Regulæ capite XX.

Sed quomodò potuit Magdalena Chriſti pedes attingere? Sanè, ſi Hebræi aſſediſſent menſæ, ut in Europa facimus, non potuiſſet illa Chriſti Domini pedes exoſculari : ſed neque potuiſſet id facere, ſi ſediſſent in terra, ut hodiè Turcæ, Perſæ, & alii Populi, qui in Aſia faciunt : cæterum, more Græco & Latino recumbebant, potuit liberè accedere, pedes ungere, & lacbrymis devotis rigare. Tomo primo Apparatus Vrbis & Templi Hieronymus de Prado & Ioannes Baptiſta Villalpandus in cap. 23. Ezechielis Expoſitione. pag. 291. ut penicillo exprimant modum, quo Chriſti ævo recumbebant Iudæi, duas Picturas exhibent, in quarum altera Ioannes ſupra Domini pectus decumbit, & in altera lavat lachrymis, & capillis pedes Domini abſtergit Magdalena : & nos ad illas brevi hoc Scholio manuducunt. *Vtriuſq; cœna*, inquiunt, *ſubſequentes Figuras adjecimus; tum, ut horum locorum notitia ſatisfacere meliùs poſſit ipſa accubitus Imago ob oculos poſita : tum, quia omnes, quotquot circumferuntur hujus rei imagines, non omnem rei difficultatem exhaurire videbantur; quarum uberiorem Commentorium aliquando [*] ſi Deo volente vita ſuperſtes fuerit, edemus*.

Aliter hodie Europæi & Aſiatici aſſident menſæ, & aliter olim accumbebant Hebræi, Græci & Romani.

Proderit etiam conſiderare delineationes, quæ apud Philandrum triclinia Græcorum repræſentant. Vide Vitruvium à Ioanne de Laet illuſtratum & anno 1649. Amſterodami editum libr. 6. cap. 5. pag. 111. & 112. &c.

An, & cur ad Chriſti pedes accedere Magdalena potuerit?

*] Hoc autem Commentariū nunquam prodiit.

SECTIO XI.

Exponuntur illa Regis Prophetæ verba, Et inimici ejus terram lingent.

HOdie, dum Matutinum legerem, incidi in Pſalm. LXXI. (qui feria IV. ſecundi Nocturni quintus eſt) & meditari incepi illos verſus.

Orietur [a] *in diebus ejus Iuſtitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna*. Hoc eſt, in æternum.

Et dominabitur à mari uſq; ad mare : & à flumine uſq; ad terminos, orbis terrarum.

Coram illo procident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent.

Reges Tharſis & Inſulæ munera offerent : Reges Arabum & Saba dona adducent,

Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſervient ei, &c.

An & quomodo Romæ Iudæi ad pedis oſculum à Summo Pontifice admittantur?

Pſal. LXXI. dilucidatur.

a) Ad laudem Principis N erecta fuit Inſcriptio *Orietur*, &c. præſcripſerunt Æmuli, ut eſſet *Morietur*, &c. fueruntque ab ingenio laudati.

His numeris Propheta Rex Domini noſtri Ieſu-Chriſti Majeſtatem deſcribit. Cætera benè intelligo, & ſingula in diverſis concionibus dilucidavi : & in illis tantùm verbis, *Inimici ejus terram lingent*, maximam difficultatem invenio.

Pono primò, hæc verba non fuiſſe, dum Chriſtus viveret, verificata : nam Chriſtiani erant pauci, & intra terminos Palæſtinæ contenti : non ergo ſub illud tempus omnes ei Reges, ſed neq; omnes gentes ſervierunt.

Multa Prophetia de Chriſto in Vicario ejus verificantur.

Pono ſecundò Dominum noſtrū Ieſum-Chriſtum, prout tulerunt tempora, à diverſis, & Europæ ignotis, Regibus Oratores & obedientiam per Romanum Pontificem, ſuum in terris Vicarium, ſuſcepiſſe. Ergo Davidis verba in Chriſti Vicario locum habent. Et hinc colligo, Verſum illum,

Quinam ſint in rigore loquendo Chriſti inimici?

illum, *Et inimici ejus terram lingent,* hinc ſenſum reddere. *Coram ejus Vicario, & inimici ejus terram lingent.*

Mogoris imperium ubi ſit? An Ethnici & Mahometani Chriſtum colant?

Et qui ſunt ejus, ſi ſincerè loquamur inimici? Non Ethnici, qui Chriſtum inter Deos Romæ habere voluerunt: & in Mogoris (eſt potentiſſimus Imperator inter Perſas, & Sinas) Oratorio etiamnum habent: Non Mahometani, qui eum ſummis offerunt laudibus; & ubi Politicæ rationes non obſunt, Chriſtianos diligunt. Supereſt ergo, ut Iudæi, Chriſti Domini inimici dicantur: ipſi enim Chriſti nomini infenſiſſimi ſunt & qua licet, in perniciem Chriſtianorum conſpirant: noſque redigerent in cineres, ſi vires voluntati eſſent ſimiles. Odium hoc demonſtrant in Chriſti perſonam & doctrinam evomitæ. Ioannes Baptiſta Ionas [qui anno 1625. ex Iudaica perfidia ad Fidem Orthodoxam converſus, verbo & calamo contra Rabbinos egit:] in Procemio ante Evangelia, quæ in Hebræum ſermonem fideliſſimè tranſtulit, poſito ſic inquit. [*In ſcribendo Chriſti nomine* (Iudæi) *affirmant hoc nomen* ישו, IESVS, *non derivari à radice* ישע, *quod ſonat*, genus humanum à peccato primi hominis ſalvavit, *ideoque dicitur*, IEHOSCIVHA, *aut* IESCIVHA: *ſed Hebræi ex malignitate ipſum Ieſum vocant* IESV, *cujus nominis litera ſonant ſecundum ipſos* delebitur, *videlicet* nomen ejus, & memoria ejus. *Dicunt enim literam* Iod *ſonare Imach*, delebitur; *literam* Scin, *ſcemó*, nomen ejus; *& literam* Vau, *vezichró*, & memoria ejus.] Sanè Radix, *Iaſciah*, habet generalem ſignificationem, & *ſalvare* ſonat: & ad talem perſonam (D. N. Ieſum-Chriſtum) reſtricta, eſt *talem, & taliter ſalvare*, nempe, ut vertebat Ionas, *genus humanum à peccatis per ſuæ paſſionis merita ſalvare*. Et hoc credere Iudæi nolunt; & ideò illum non Ieſciuha, *Salvatorem*; ſed *Ieſu*, hoc eſt, *cujus nomen, & memoria delebitur*, ut dicebamus. Sed non ſolùm in Chriſti perſonam, ſed etiam in doctrinam Iudæi inſolentes inſaniunt: nam ibidem prædictus Ionas ait, *Thalmudiſta, qui poſt Evangelium vixere, cùm rei veritatem celare vellent, hac de cauſa non legunt hanc vocem cum* Beth, *ſed cum* Vau, *nam cùm* Vau *ſignificat* tortum: *vel pro*

Ioan. Bapt. Ionas Evangelia in linguam Hebraicam convertit.

De IESV nomine unde derivetur?

Quid ſignificet Radix ישע?

De Evangelio. An Hebraice per ב *an vero per* ו *ſcribendum ſit?*

Even *legerunt* Avon, *quod ſonat* peccatum, *ad Evangelii veritatem occultandam, ut Iſaias prædixit, & nos peculiari capiti explicamus.* in Sabat. cap. 16. *cujus initium eſt* בל כתב *habetur*. Evangelia comburentur, & libri Hæreticorum (*quo nomine intelliguntur ab eis Chriſtiani*) & Liber Legis Moyſis ab Ethnico ſcriptus cremabitur cum nominibus ſacris, quæ ibi continentur. [b] *Rabbi Mehir nominabat Evangelia* peccatum manifeſtum, *& Rabbi Iochanum* Injuriam apertam, *atque hi ambo Rabbini, & qui Antonini Pii tempore vixerunt, ita ſuos diſcipulos inſtruebant ad celandam veritatem, ex odio, quo Chriſtum proſequebantur. Sic & tantum huic odio indulgent, ut mutent voces ſubſtantialiter: ideoque non oppugnant noſtram vocem, ſed eam quam ipſi excogitarunt*, &c.

Even & Avon, quid ſignificent?


b] Plato in Crat. *Libri etiam boni, ſceleratorum hominum, ut memoria illorum auferatur, ſunt tollendi Græcorum lege.*

Ergo, ſiquidem perfidi Iudæi ſunt inimici D. N. Ieſu Chriſti: ipſi ſunt, qui ſpeciali condemnati ſententia *coram eo* (aut coram ejus Vicario) *terram lingent*. Sed quando?

Non pedem Pōtificis Iudæi, ſed quam preſſerat, terram lingunt.

Raró, & non niſi ob gravia negotia Summus Pontifex Iudæorum Conſules ad audientiam admittit. Habet ſupra pedem Crucem Pontifex, quam oſculantur Chriſtiani, qui coram illo procidunt. Verùm enim verò Pontifex; tum, quia indigni ſunt, ut ad pedum oſculum admittantur; tum, quia illi morderent potius Crucem, quam oſcularentur, quando Iudæus in terram provolutus os Pontificio pedi admovet, illum Pontifex ſubtrahit, & terram, quam Chriſti Vicarius pede preſſerat, Iudæus lingit. Hanc Vrbanus VIII. ceremoniam, non à libris inſtructus, non à Magiſtro rituum monitus, ſed cœlitùs illuminatus obſervavit, dum ob nova tributa Iudæos conquerentes audiret. Non eos in μυχῷ, ubi Chriſtianos ſolet, ſed in προμυχῷ, dum egrederetur coram populo & Miniſtris ſibi adeſſe permiſit. Nec mireris tam parvi Romæ fieri Iudæos; nam in tota Germania eos, ne quidem communi patibulo Tribunalia dignantur: ubi enim Chriſtianus pendet, qui eſt Chriſti charactere inſignitus, & tametſi peccaverit, ἐξομολόγησι Chriſto, & morte ſatiſfecit Reipublicæ, non debet pendere Chriſti hoſtis, cujus anima in in-

Μυχός & προμυχός *la camera, y la antecamera*, exprimi Latinè non poſſūt.



ſerno comburitur. [Patibuli in Germania figura eſt A BCD: in eo Chriſtianus ſuſpenditur ab E, Iudæus ab F.]

Patibuli figura in Germania.

D. Ioſephus Ciantes, qualis? quantus?

Id quod de Vrbano VIII. dixi, narravit mihi Illuſtriſs. D. Ioſephus Cianres, Marſicenſium Epiſcopus. Fuit Patritius Romanus, & Ordinis Prædicatorii Religioſus: magno fructu conciones contra Iudæos in Vrbe habuit: S. Thomæ libros in linguam Hebraicam convertit, & in lucem emiſit; & ad Epiſcopatum promotus, ſanctiſſimè vixit, & plenus gloria & honore anno 1670. obdormivit in Domino.

SECTIO XII.

De Iudæ oſculo:

An oſcula ſignificent quidpiam naturaliter? An ad placitum ſoleant ſignificare? An & mentiri poſſint? An & voces reſtringere?

S. Benedictus in Regul. cap. 4. num. 25. & cap. 53.

OSculis loqui homines, vidimus: ſunt enim oſcula, ſi caſta, naturalia quædam benevolentiæ ſigna: & ſi laſciva, ſunt naturalia ſigna propudioſæ libidinis, & in hoc non pendent ab hominum placito. Anne & poterunt mentiri oſculo? Poſſe & ſolere ſupponit S. Benedictus, indicens cap. 4. *Pacem falſam non dari*: & tamen *cap. 53. veram dari* præcipit: inquit enim. *Vt ergo nunciatus fuerit hoſpes, occurratur ei à Priore, vel à fratribus cum omni officia Charitatis, & primitùs orent pariter, & ſic ſibi adſocientur in pace. Quod pacis oſculum, non priùs offeratur, niſi oratione præmiſſa propter illuſiones diabolicas.* Vocatur *pacis oſculum*, quod æquipolleat verbis, quibus ſalutamus amicos, & eis ſalutem, & pacem optamus. Et quidem formula ſalutandi apud veteres *Pax tibi* fuit: & illa utitur Chriſtus, cum ait: *Pax vobis.* Luc. 10. 5. & 24. 36. Ioann. 14. 17. & 20. 21. 26. quam ob rem amicum exoſculari, ſine ullius verbi prolatione ſignificat, *Pax tibi.* Mentitur igitur, qui pacis præbet oſculum, animo maligno & inimico. Tale fuit Iudæ oſculum: cujus ſacrilegam proditionem his verbis *cap.* 26. 48. S. Matthæus deſcribit. Ὁ δὲ παραδιδοὺς αὐτὸν ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, λέγων· ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι κρατήσατε αὐτόν. Καὶ εὐθέως προσελθὼν τῷ Ἰησοῦ, εἶπε. Χαῖρε ῥαββί, καὶ κατεφίλησεν ὁ γὰρ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; & ut addit Lucas *cap.* 22. 48. Ἰούδα φιλήματι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως; [*At tradens (qui tradidit) eum dedit illis ſignum, dicens.* Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, prehendite (tenete) eum. *Et confeſtim accedens ad Ieſum dixit*: Ave (Gaude) Rabbi. *Et oſculatus eſt eum. At Ieſus ait illi.* Amice: in quo ades? (ad quid veniſti?) *& ſubjunxit.* Iuda, oſculo filium hominis tradis, &c.

Oſculo Chriſtū Iudas tradidit.

Oſculum Φίλημα. Φίλος. Φιλεῖν.

Oſculum, quod ab *ore* Latinus nuncupat, Græcus φίλημα dicit, à verbo φιλεῖν, *amare*; unde φίλος *amicus*, amicitia enim in amore conſiſtit. Erit ergo φίλημα, *amicitiæ ſignum*: & quia ſignum amicitiæ erat *pacis oſculum*, ideò pro illo uſurpatur. Ergo res ipſa (oſculum) duas habebat ſignificationes: alteram naturalem quodammodò, & communi omnium hominum apprehenſioni conſentientem, alteram ad placitum, & à conventione deſumptam. Vi prioris ſignificationis æquipollet his verbis. *Iſte eſt meus amicus*; & vi poſterioris huic: *Iſte eſt quem vendidi; apprehendite, & tenete eum.* Ecce oſculum, quod aliud omninò diverſum ſignificaturum erat, à privata militum & Iudæ concordia habet, ut priorem notionem amittat, & ad aliam transferatur, & contrahatur.

Res ipſa quæ eſt oſculum habet duas ſignificationes.

Caſus proponitur.

Et hîc opportunè hic Caſus conſcientiæ proponetur. [Erant inter Cajum & Didacum ſimultates, & querimoniæ multæ: & tamen quia ſic poſtulabat urbanitas, Cajus inviſit Didacum, & ait Χαῖρε, *Ave, Gaude* & ei reſpondit Carolus, ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; *Amice, in quo ades?* Et Cajus. *Mentiris per tuum collum, Carole. Ego enim nec Iudas ſum, nec proditor; nec unquam traditionem commiſi.* Turbantur Circumſtantes & interrogant; An injurioſa fuerint verba Caroli? An illa Græca ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; an illa etiam Latina *Amice, in quo ades? ad quid veniſti?* cenſenda ſint æquipollere his, *Tu es unus Iudas. Tu es unus proditor.*

Verba Caroli.

NO-

N O T A.

De Lingua.

Eſt incerta natura: & in ntramque partem proſiliens. Sapè enim ad contumelias evomendas, aut ad idyllia decantanda, in ore Adulatoris, non à ratione, ſed ab ntilitate reſtringitur.

Nil melius, & nil pejus eſt lingua.

NOtum eſt illud Æſopi antiquum Apophthegma. Iuſſus enim emere quod judicaret optimum, non niſi linguas emit: & juſſus, ut reverteretur, & compararet peſſimum, emit linguas ſimiliter: ut nos moneret

Nil Mundi in vaſto reperiri gurgite lingua
Nobilius-ve bona, mobilius-ve mala.

Non Regiam domum ſolum, ſed Civitatem aut Provinciã integram poteſt perturbare mala lingua.

ut diſcamus, mortem & vitam eſſe in manibus linguæ: docet enim quotidiana experientia malas frequenter linguas magna Regũ turbaviſſe palatia, & diſcrimini expoſuiſſe Rempublicã. Et bonas ſimiliter linguas diſcordes conciliaſſe inimicorum animos, omniaque ad priſtinam concordiam reduxiſſe. Et hoc ultimum Maro habebat præ oculis, cum procellis perturbatum oceanum comparat populo tumultuanti: & agens de Neptuno, ſic infit.

Et contrà bona eloquentia & gravitate poteſt animos diſſentientes componere.

—— Levat ipſe tridenti
Atq; rotis ſummas levibus adlabitur undas.
Ac veluti magno in populo, cùm ſapè coorta eſt
Seditio, ſævìſque animis ignobile vulgus,
Iamq; faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat,
Tum pietate gravem ac meritis, ſi fortè virum, quem.
Conſpexère ſilent, arrectiſq; auribus adſtant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora poſtquam
Proſpiciens Genitor, Cæloq; invectus aperto
Flectit equos, curruq; volans dat lora ſecundo.

Eadem improbus lingua calumnias & adulationes effundit.

Sed & in malis linguis contrarii paſſim percipiuntur effectus, expuit enim adulationes, & calumnias pro varia temporum opportunitate. Exponit id Satyri Fabula; quæ deſcripta priùs verſibus Græcis, & Latinè ab aliquibus reddita, & Belgicè à Catzio repoſita; tandem à Lupo de Vega in ſuo Licentiato Burguillos, *pag.* 17. *b.* his numeris exornatur Hiſpanicè.

Satyri Fabula.

Por convidado un Satiro tenia
Vn hombre, a cuyo roſtro eſtando atento
Conſiderò, que con un miſmo aliento
Calienta el frio, y la comida enfria.
A las fieras deſpues, guardaos, dezia,
De un animal, que con diverſo intento
Trocando ſolamente el movimiento
Varios efectos de una cauſa cria.

Fabula Moralitas dilucidatur.

Tal es la lengua, ſi aborrece, o ama,
Que lo que ama, alaba, y engrandeze,
Y vitupera aquello que deſama:
Iulio, aqueſta fiera Antandro ſe parece,
Que porque no ſe envidia, no ſe infama,
Y porque no ſe vè, no ſe aborrece.

Improbi, ut ament, aut vituperent, non ratione, ſed affectu reguntur.

ARTICVLVS XVII.

ΟΜΟΛΟΓΙΑ.

De Humerorum Colloquutione.

Lati humeri ſunt ſignum fortitudinis.

HVmeros Græci ὤμυς appellant, & ὠμοπλάτας ſcapulas. Illos magnos has latas illuſtribus, & generoſis Viris poſt Ariſtotelem Maro aceenſuit: nam numeri ſequentes ipſius ſunt.

Talis prima Daris caput altum in prælia tollit,
Oſtendit humeros latos.

De vero Platonis nomine.

Et rurſus.

Hæc fatus; latos humeros ſubjectaq; colla.

Inter antiquos Græcos ob humerorum latitudine *Plato* fuit appellatus, cùm priùs ex avi nomine *Ariſtoteles* nominaretur. Fuit Athleta fortiſſimus: & quia apud Ariſtionem Argivum, qui erat Magiſter Pugilũ, ſuis omnibus condiſcipulis longè antecelleret, ejuſmodi appellationem fuit conſequutus.

Qualis fuerit? De Tiberii humeris.

Inter Latinos ex eodem capite fuit laudem Tiberius Imperator promeritus, cujus magni humeri diu, & generosè ſuſtinuerunt Imperium.

De Laodamante.

Valere ab humerorum latitudine ad ingenium & mores conſequentiã, conſtat ex Homero, apud quem Leodamas quanta ſit Vlyſſis fortitudo colligit, dicens,

De humerorum pilis.

—— *Quantum ſuris, humeriſq; toriſq;*
Colligere eſt, non ſegnis inerſq;

Vnde increpat Laodamantem Vlyſſes.

—— *Si membra tibi dant grandia Parcæ,*
Inarticulati & imbecilles humeri.

Pili humeros minimè exornant. Ad Alexandrum ſcribens Ariſtoteles ait, *Multitudo pilorum ſuper utroque humero ſignificat ſtultitiam & fatuitatem*. Piloſus humeris Socrates fuit; & ideò uxoribus de ſe jurgantibus dicebat, *De fœdo, deformiſſimo, recalvo, piloſo humeris, & repando cruribus imprudenter contendere*. Ita Hieronymus ad Iovinianum: & ad rem Iuvenalis,

Quid ſignificent?

De Caligula.

Hiſpida membra quidem, & dura per brachia ſeta
Promittunt atrocem animum.

qualem habuit Caligula, qui præcipuos amicos ſuos veneno ſuſtulit, fratrem interemit, Sillanum ſocerum ad ſecandas novacula fauces compulit, & crudeliſſimè occlamabat, *Vtinam Populus Romanus unam cervicem haberet*, ut uno totum ictu delere poſſet.

De ejus crudelitate.

Qui humeris moventur incurvati animo ſunt elato & ſuperbo, volunt enim imitari Leonem, quem ſic incedere Naturales ſcribunt. Ariſtoteles, *Ambulat Leo tardè & magnificè; atque ſe ipſum in humeris dum ambulat, quatiens*. hoc eſt ut *libr. 2. cap. 55.* interpretatur Porta, *humeris ad ſingulos paſſus commotis*. Alibi Leonis inceſſum gradatum eſſe Ariſtoteles ſcribit: & inceſſum gradatum eum eſſe aſſerit Porta, in quo pes ſiniſter non tranſit dextrum, ſed ſubſequitur: quem incedendi modum κατὰ τὸ σκέλος Græci nominant.

De incurvis humeris.

De inceſſu gradato. Quid ſit?

AR-

ARTICVLVS XVIII.

ΝΩΤΟΛΟΓΙΑ.

De Dorſi Colloquutione.

Quid Dorſi nomine intelligatur?

TOtam poſteriorem corporis partem à collo uſq; ad os ſacrum *Dorſum*, & Græcè Νῶτον dicitur: & ad inanimata transfertur. Livius *libr.* 1. *decad.* 5. dixit *Dorſum montis*. & duriores in mari arenas (quales ſunt, quæ in canali Anglicano proſtant, & à nobis *los bancos de flandes* vocantur) dixerunt Antiqui *Dorſum maris*; & ita Servius Virgilii verſum illum exponit.

Dorſum montis.

Dorſum maris. Los bancos de Flandes.

Virg. Æneid. 1.

Namque inflicta vadis, dorſo dum pendet iniquo.

Priſci dixere *Doſſum* unde *jumenta doſſuaria*, quæ ſarcinas dorſo ferebant. Varro *libr.* 20. *cap.* 10. & alii.

Doſſum. Doſſuarius, a, um.

SECTIO I.

In Lucta dorſo terram metiri, eſt ἐπινίκιον *ad laudem hoſtis canere.*

De Palio luctæ præmio.

INter Certamina, quæ glorioſo celebrantur Pentathlo, Lucta celeberrimum erat. Græcè nominabatur πάλη, unde victoriæ præmium πάλιον, nomen in eadem ſignificatione ab Italis & Hiſpanis receptum, qui tamen originem ejus non percallent. [Palium ergo dici debet, non Pallium.] ſuas habebat leges; nam *in genua corruere* (ſicut & hodie) non erat vinci: erat tamen, ſi Hiſpanicè loqui velimus, *un deſaire*. Vnde tametſi ſummo applauſu Demoſtrati nomen audiretur in Græcia, Milo præponebatur, cujus ne genua quidem Hoſtis in lucta potuit flectere. Sequens epigramma perpende.

Cur Palium ſcribendum ſit non Pallium?

Non cenſebatur victus, qui in genua lapſus.

Φιλίππου.

Τὸν ἐκ σιγυνάπης εἰ κλύεις Δαμόστρατον,
Πίτυν λαβόντα τὴν κατ' ἰσθμὸν ἑξάκις
Τοῦτον δέδορκας οὐ κατ' εὔγυρον πάλην
Ψάμμος πεσόντος νῶτον οὐκ ἐσφράγισεν.
Ἴδ' αὖ πρόσωπον θηρόθυμον, ὡς ἔτι
Σώζει παλαιὰν τὴν ὑπὲρ νίκας ἔριν.
Λέγει γὰρ χαλκὸς, ἀβάστιε με λυσάτω.
Χ' ὡς ἔμπνοος νῦν ἕβδομον κονίσομαι.

Interprete B. Gu.

Cretum ſinope ſuſpicis. Demòſtratum,
Clarum relata pinu ab Iſthmo ſexies, [a]
Hunc cerne cujus orbico in certamine
Nullus cadentis terga fœdavit cinis. [b]
Tuere vultum rurſus ut vigent adhuc
Virtutem avitam ſervet ad victorias. [c]
Et fatur: O me ferrei ſinant pedes,
Spirantis inſtar dimicabo ſeptimum.

De Demoſtrato, qui in ſex certaminibus ſuit adeptus victoriam.

Demóſtrato fuit Milo prælatus, utpotè, qui ærea ſtatua honoratus, cui inſculpebatur iſtud Diſtichon,

Μίλωνος τόδ' ἄγαλμα καλὸν, ὅς ποτε Πίσῃ
Ἑπτὰ νικήσας, ἐς γόνατ' οὐκ ἔπεσεν.

De Milone, qui nunquam in genua ceciderat.

Eodem B. Gu. Interpr.

Signum hoc Milonis præclari nobile Piſa hic
Vicit ſeptenos: in genua haud cecidit.

a] Ἰσθμία inter quatuor ſacra certamina numerabantur, & quinto quoquo anno in Græcia agitari ſolebant. Hujus certaminis Victores coronabantur pinu. De inſtitutione & dedicatione horum Ludorum diverſæ ſunt Scriptorum ſententiæ. Archias Poeta illa inſtituta fuiſſe exiſtimat ad honorem Palæ-

Iſthmia, quæ ſint, & cur ab Iſthmo dicta fuerint.

monis

Cui conſecrata? Plutarchus in vita Theſei.

monis: Plutarchus Theſeum Inſtitutorem fuiſſe, illaque Neptuno conſecraſſe, aſſeverat; inquit enim. *Theſeus, Primus Neptuno Certamen inſtituit; gloriarique eſt ſolitus ob Herculem Iovi, ob ſe verò Iſthmia Neptuno celebrari.* &c. Dicta autem fuerunt *Iſthmia* à Pelnponneſi iſthmo, in cujus faucibus, non procul à templo Neptuni, habebantur.

Cur cineres ſpargerentur?

b] Arenam cineribus aſperſiſſe videntur; ut, qui cadebant, notarentur cineribus, ut non poſſent ſe fuiſſe collapſos negare.

Majores poſteritatibus vires virtutemque, quaſi in hereditatem tranſmittunt.

c] In vultu virtus, & in virtute filii parentum fortitudo relucet. Horat. Carm. lib. 4. Od. 4.

Fortes creantur fortibus: & bonis
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquila columbam.

SECTIO II.

De Tergi Verſione.

Quid ſignificet?

Eu phraſes Volver las eſpaldas, *&* Eſtar de Eſpaldas *explicantur.*

VOlver las eſpaldas *actio eſt, quæ realiter & civiliter conſideratur. Priori intellecta modo, eſt *dorſum obvertere*: & poſteriori, eſt *poſtulatam rem maximâ cum inurbanitate negare*. Similiter *Eſtar de eſpaldas*, eſt *dorſo obverſo manere*, quod coram majore aut æquali non permittit Vrbanitas. Apud Leonē de Caſtro in ſuarum miſeriarum enarratione Philibertus.

Propuſele mis ſervicios,
Contè Vitorias ganadas
Contra Arrianos en la Grecia,
Contra Hugonotes en Francia,
Contra Turcos en Sicilia:
Contra Moros en Granada:
Contra Envidias en Palacio,
Contra Trayciones en caſa.
Y quando Reſolucion
Suave y benigna eſperaba;
La Reſpueſta que me diò,
Fuè, volverme las eſpaldas.

Et Lupus de Vega *in ſuâ Laura Apollineâ Sylva V. pag. 46. b.* Caliſtûs fabulam numeroſè deſcribit; & poſtquam modum, quo illam Iupiter decepit, & vitiavit, accinuit, ſic progreditur.

Sibi ipſi diſplicet peccator poſt crimen commiſſum.

Y como ſigue el arrepentimiento
A las executiones de los Vicios,
Partióſe luego el Robador violento,
Y deſcortes (de ſu deſprecio indicios)
Dió, la eſpalda a la Nympha, el pecho al viento.

Gentilium Dii, adulteri, mendaces, perfidi.

Triſte Caliſto (como ſiempre queda
Quien ſiente mas la injuria, que los daños)
A llorar ſe metió por la arboleda,

No ya de un hombre, mas de un Dios engaños.

Veteres ergo Ethnici, ubi talia venerabantur Numina, delirabant.

Cur Angliæ Rex Iacobus ſit vocatus?

Conqueritur Caròla, quod ſibi ſemper dorſum obvertat Gaſcon. Et, ut major notabiliorq; cenſeretur, *Caròla*, voluit dici, non *Cárola*. Et quidem non carebat exemplo, Angliæ enim Rex, ut aliter quàm privati homines denominaretur, volebat *Iácobus* & non *Iacòbus* nominari. Sanè in libro, qui *Los Cigarrales* inſcribitur, *fol.* 205. *d.* carmina ſequentia leguntur.

Pauperes & miſeros peregrinos, *Gavachos* in Hiſpania vocamus.

Carola. *Gaſcon, ha venido el Duque?*
Guaſc. *Quien lo pregunta.* Car. *Quien anda*
Buſcando achaques por verte,
Gavacho de mis entrañas
Vn ſiglo ha, que eſtoy ſin ti,
Eſto de tener en caſa
Dueño nuevo deſcomulga [a]
De los pajes las criadas.
Y tu como no me quieres,
Por occaſiones que aya,
Aunque hecha un Argos me veas [::]
Por corredores y ſalas,
Sin volver a mi los ojos;
Como ſi yo te enjuriara;
Como ſilla de doſel [b]
Te hallo[c] *ſiempre de eſpaldas.*
Gaſc. *Hagaſe alla: no me toque;*
Carol. *Ay traidor aſſi me tratas*
Pues porque? Gaſc. *Como es Caròla* [d]
Sopean muchos ſu enſalada.

::] *Argus* centum habere oculos à Poetis antiquis fingebatur hinc *hecha un Argos* (Lat. *in ipſum Argum verſa*) dicitur, quæ ut inveniat, quem quærit circũſpicere, ubique non ceſſat.

Domeſtiquez, quid ſit?

a] *Domeſtiquez* ſumitur pro familiaritate, quod eximia ſit inter domeſticos. Si superveniunt hoſpites hæc familiaritas ſopitur, & ideò uſa aut abuſa Eccleſiaſtica phraſi ait, tunc famulas excommunicari; videlicet, quia interdicitur communicatio. Et hic moneri debent Studioſi Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, *Excommunicationis* nomine, non ſemper intelligi poſſe Canonicam; nam Proſcripti & in exilium miſſi ſunt civiliter Excommunicati: & illam, de qua Sanctus Benedictus in Regula, quæ Monachum à cæteris in menſa & choro ſeparat, & conſcientias non tangit, Canonicam non eſſe certum eſt, nam excommunicare eſt actus Apoſtolicæ Iuriſdictionis, Abbateſque, antequam Ordo à Summis Pontificibus approbaretur, carebant hujuſmodi juriſdictione. Sed de hoc uberiùs in noſtra Theologia Regulari.

De excommunicatione domeſtica. *De Civili, aut Politica.*

S. Benedictus cap. 23. 24. 25. 26. 27. *De Monaſtica, ſeu Regulari.*

Doſel, quid ſit? *Cur nomen in lingua latina non habent?*

b] *Doſel* non fuit notum Veteribus, & ideo vocem propriam apud Ciceronem, Virgilium, & alios illius ævi ſcriptores non habet. Illud *Baldachinum* Recentiores appellant; Et panditur in Aulis Principum. Et ſub illo unica tantùm ſella, & hæc obverſa muro, ponitur, ut moneamur, uni illam Principi ſervire poſſe.

Volver las eſpaldas *eſt negare.*

c] Incivile & inhumanum negandi genus eſt, nolle aſpicere ſupplicem; ſeverius, aut etiam crudelius ipſi dorſum obvertere.

d] Hiſ.

Carlos. Carla. Carlota. Carola.

d] Hiſpanis *Carlos* eſt, qui Latinis eſt *Carolus*. Nulla, quam ſciam, *Carola* aut *Carla* nominatur: ſed à *Carlote*, quod idem eſt ac *Carlos* fœmeninum deducitur, nam fœmina *Carlota* vocatur. Ab hoc nomine *Carola* parum diſtat, & ſic libuit Poetę hanc ancillam vocare.

Endivia. Eſcatola.

ἴντιβος, cicorii longi genus, in Italia *Endivia*, & *Eſcarola* in Hiſpania vocatur. Et herbæ crudæ oleo & aceto & ſale maceratæ, *Enſalada*. Ante annos paucos magnus quidam Magnus Prælatus, ac ſi non eſſent feria, in quibus poſset tempus & ingenium impendere, totus erat in novis componendis vocabulis, quæ omnia exprimerent determinatè, & ideò, quæ eſt nobis *Enſalada*, & videtur ſalem tantùm exprimere, ipſi erat *Salacherboliſ*, quòd ſale, aceto, herbis, oleo que componatur.

Enſalada. Salacherbolis.

ARTICVLVS XIX.

ΒΡΑΧΙΟΝΟΛΟΓΙΑ.

De Brachiorum Colloquutione.

Movendi in Concione brachia modi præcipui recenſentur.

ETIAM Brachiis loquuntur homines; & ita Brachiis, ut dum perorant, alii natare in flumine, alii ligna ſerrare, alii apud Chalybes ferra in incude quatere, & minori labore alii texere, alii acu pingere, & volare alii per inania videantur. [*Hay algunos*, nam & Hiſpanica lingua me juvat, *que el' Pulpito ſe columpian, otros que ſgrimẽ, otros que arrullan. Y eſto, ſin faltar otros, que danzan, baylan, caſtañetean: y fuera de propoſito juegan los brazos con movimientos poco proporcionados.*]

Latinus per circumloquia po... propter ante... verbis reponere has linoas non poteſt.

Et omnes iſti motus proveniunt à Natura, aut ab Arte, Si ab illa, innuunt in Oratore dicendi modum incorrectũ, & indiſciplinatum: ſi ab hac ſpecialem affectum, quem ab Auditoribus ſciri deſiderant.

SECTIO I.

Exponitur Emblema, Brachium, non Gladius.

De Cauſa Principali & Inſtrumentali.

ETSI brachia inſtrumentis juventur, horum potentia, & virtus à cauſa principali procedit. Pulchrum occurrit Lemma, quod proderit dilucidare. Brachium nudum, quod ictu gladii taurum in duas partes divideret, pingebatur in tabula, cum hac Epigraphe, *Brachium, non Gladius*. Et quid Politicè ſignificabat? In Legentium mentes revocabat hiſtoriam, quæ, quia pluries accidere poteſt, & de diverſis dicitur, Semphronio, & Titio impræſentiarùm accenſeatur. Rem enarro.

Tauriludium Hiſp. El juego de toros.

In Tauriludio Titius beſtias feroces trucidavit, & medias nonnullas diviſit. Obſtupuit Princeps, qui præerat ſolennitati, &, ut alii etiam ſimilia perpetrarent, oravit ſe donari illo enſe: nam attribuebat vires ferro, quę debebantur brachio. Riſit opinationem Philippi, Magni Principis, Titius: miſit peritum gladium, & hoc epiſtolium adjunxit.

Non debent laudes gladio adtribui, quæ ſunt debita brachio.

Poſtulas noſtrum gladium: remitto;
Non tamen ſolus poterit, Philippe,
Quanta ſperabis Populi Britani:
Grande theatrum.
Fallor, aut erras, gladium petendo;
Namque debebas mea poſtulare
Brachia, dextram validam, toroſos,
Atq; lacertos.
Penna nil fortis reboat, ſed uſus,
Struthio: nil ſunt gladii, ſed uſus:
Brachia hæc clares dederunt triumphos,
Non tamen enſes.

Enſis, quo multos Achilles occidores, Therſita eſſet impedimento.

Et hoc Apophthegmare utitur noſter Lupus de Vega *in Lauri Apollinea Sylva VI. pag. 57.* Certamen Enharmonicum Satyri, & Apollinis ingenioſè deſcribens: ſicut enim virtus illa Herculis, quæ tot monſtra devicit, non conſiſtebat in clava, ſed in brachiis; ſic & concentuum & harmoniarum elegantia, quæ audientes

tes demulcet, & recreat, non conſiſtit in fiſtula, ſed in arte, & digitis, quibus in eam immiſſus gubernatur ſpiritus. Lupi verba ſunt hæc.

Multà interdū vitia non corriguntur, quoniam non cognoſcūtur: quæ corrigerentur, ſi cognoſcerētur,

Tañia Palas un dia
Una ſonora flauta
Pero la Dioſa incauta
Atenta a ſu dulzura, y melodia
No reparava en la fealdad que hazia
(Como muchos, que cantan, [✿]
Que porque no ſe miran, no ſe eſpantan)
La boca deſcompueſta,
Con que los conbidados a la fieſtà
A riſa provocava;
Porque el roſtro, que a Boreas imitava,
Y los ojos hazian
Las diferencias miſmas que furtian
De los inquietos dedos, a quien dieron
Principio los martillos, que puſieron
A Iubal en cuydado,
Si dellos el Diatonico fue hallado [*]
Y fue Tubalcain a quien ſe deve.
Corrida Palas de penſar que mueve
La riſa de los Dioſes, baxa apriſa,
Y en el criſtal de un Rio,
Que no reconocio feudo al Eſtio,
Viò la materia de la juſta riſa
Por lo mas ſoſſegado de las olas,
Sonroxando la fuerça las mexillas [a]
Del color que del trigo en las orillas
Nacen las amapolas,
Groſſero aſeyte al roſtro de la tierra
A quien tan preſto el Sol las ojas cierra,
Y con a quel diſguſto arroja ayrada
La dulce flauta, que deſpues hallada
De un Satyro, que Muſica ſabia,
Soberbio al miſmo Apolo deſafia,
Qual vemos con la lyra de Felicio,
Al ignorante Satyro Salicio,
Salicio rudo y feo
De Gotico preciado ſemideo,
Que dize, que concive
Los dulces partos que Felicio eſcrive;
Penſando, como algunos, que en la eſpada
De lindo corte, y guarnicion dorada
Eſta la valentia,
Siendo del braço que la rige y guia.

*] Dubitat, & merito Lupus de Vega, An in Fabri Ferrarii officina (ut vulgo creditur) Muſica fuerit nata?

a] In Lupi obſequium intellectum captivans, patiar verbum *ſonroxar* eſſe Hiſpanicum: illud enim nunquam aliàs audivi, nuſquam legi.

An Harmonia felicitas in Inſtrumenti perfectione, an in Cantoris ſcientia, & dexteritate conſiſtat?

Sicut Tibia, quę in ore, & digitis Palladis cū ſumma audientiū voluptate, & admiratione audiebatur, in ore, & digitis inepti & imperiti Satyri ſonat amarè, & incoocinnè: ſic ſimiliter Enſis, qui manu Achillis motus proſternebat contrarios, ſi à Therſite vibretur, virtute, & potentia nudabitur,

✿] Eſt commune Cantorum vitium, quod evitare nequeunt, qui inſtrumenta inflant, quæ dicuntur *Vocalia*, deſigurare vultum, & ad ſtantibus præbere occaſionem ridendi. D. Franciſcus de Quevedo in Syntagmate, quod inſcribitur, *El ſueño de las calaveras*, videtur voluiſse reddere Hiſpanicè illud Triſtichum

Tuba mirum ſpargens ſonum,
Per ſepulchra regionum
Coget omnes ante thronum.

inquit enim. *Pareciome pues que veia un Mancebo, que diſcurriendo por el aire daba voz de ſu aliento a una trompeta, affeando con ſu fuerça en parte ſu hermoſura. Hallo el ſon obediencia en los marmoles, y oi dos en los muertos. Y aſſi al punto comenzo a moverſe todo la tierra, y a dar licencia a los hueſſos, que anduvieſſen unos en buſca de otros,*

Vultus decori officiunt inſtrumenta vocalia,

SECTIO II.

De Amplexibus.

Sint-ne Amicitia Teſſera? An ſint aliquando mendaces?

AMplexu, quos amamus, proſequimur. Ovidius Faſt. lib. 2.

Hujus in amplexus Iupiter, inquit, erat.

& ideo *amplecti* aliquando eſt *amare*. Cicero famil. Epiſt. libr. 5. *Libenter amplector talem amicum*. Et Seneca cap. 17. de conſol. ad Elb. *Illius te arctiſſimis amplexibus adliga*. Sanè, qui Latinè *Amplexus*, & Hiſpanicè *Abbrazo* dicitur, Græcè ἐπιπλοχὴ à Polybio, & ſi mutuus ſit, ἀντεμπλοχὴ à S. Baſilio vocatur. Nomen autem Hiſpanicum ab ipſis brachiis ſumitur; quæ enim brachiis cognatos, & amicos amplectimur, *amplexus* nominamus *abrazos*.

Amplexus eſt amicitiæ ſymbolum.

Abbrazo. ἐπιπλοχὴ ἀντεμπλοχὴ.

Brachia loquūtur.

Et quidem multa amoris indicia tacente lingua exhibent brachia. Audiunto.

Parte XXXIV. Comœdiarum numero X.

Iſabella: *Que pretende Vuexcelencia.*
Blanca. *Mis brazos tienen de ſer*
Los que te han de reſponder.
Iſab. *Siempre es una mi obediencia.*

Ita

Ita in Tragœdia *Lo que lo tocca el valor*, compoſita à Mirademeſcua.

Ar, quoniam omnia humana periculis, fallaciis, & mendaciis exuberant; non ſemper reperitur in amplexu ſinceritas, & ideò *in Symp.* Plutarchus ſcripſit *πλίκειν μηχανὰς ſtraere machinas* vel *dolos nectere*. Et hinc non multum abludere videtur Latinus, ſunt enim *Plector* & *Amplector* affinia, & *Plector* eſt verbum læthale. Horatius 1.ep.2.

πλίκειν μηχανὰς. fallere.

Quidquid delirans Reges, plectuntur Achivi.

Cur à Plector *derivetur* Amplector?

Et Ovidius eleg.5.lib.3.Triſt.

Inſcia quod crimen viderunt lumina plector.

Et quidem mendaces & proditorios eſſe interdum amplexus, multæ Hiſtoriæ perſuadent; ſed quia notoria efficaciùs demonſtrant, proponam cædem Cæſaris, nam dum incautum Principem oſculaturi, & amplexuri, manum apprehendunt, & brachiis vinciunt, omni viam defenſioni præcludunt. Audiunto Hiſtoriam.

Quomodo fuerit in Senatu occiſus Iulius Cæſar?

Tenian cercado a Ceſar con achaque de negociar: y entre todos Talio Cymbro le rogaba por un hermano ſuyo deſterrado; y por llegarſe con buen color, valiendoſe todos los otros de la ceremonia del ruego, pidiendole lo proprio le tocaban los pies y el pecho, y aſſian de las manos, y con beſſos le tapaban los ojos. Ceſar deſpidió la interceſſion, y embaraZado con las ceremonias, ſe levantó para librarſe de ellas por fuerza. Entonces Talio Cymbro con las dos manos le quitó la toga de los [a] *hombros, y Caſca, que eſtaba a ſus eſpaldas, ſacando un puñal, el primero le dió en un hombro una herida pequeña: y aſſiendole de la empuñadura Ceſar exclamando en alta voz dixo en latin,* Malvado Caſca, que hazes? *mas en Griego pidió a ſu hermano, que le ſoccorrieſſe. Y como ya fueſſen muchos los que le accometian a Ceſar, y mirando a todas partes para defenderſo, viendo que Bruto deſnudaba la eſpada contra el E diciendo,* Y tu tambien Hijo?] *ſoltó la mano, y el puñal de Caſca, que tenia aſſido, y cubriendoſe la cabeça con la toga, dexó ſu cuerpo libre a los Homicidas.*

a] Qualis fuerit Toga, multi interrogant, & quia picturæ & ſtatuæ antiquæ variant, nondum ab ſcriptoribus bene docemur. Interim ſcimus dictam fuiſſe à tegendo, quod ſuper alias veſtes poneretur, & totum corpus obtegeret: erat talaris & tam fœminis, quam viris cōmunis: & fuiſſe videtur illi ſimilis, quæ hodie *Ropa de levantar* in Hiſpania vocatur.

Volui totam Tragœdiam, & eam Quevedi verbis recenſere: nam eſt ſcitu digniſſima, & quæ in fruſta dividatur incongruè; & quia ſubtilis & perpolitus tanti ſcriptoris Calamis ſingulatim motus brachiorum exprimit, quos nos impræſentiarum explicare debemus.

Cercado a Ceſar] Ecce veram Principis negligentis Imaginem! Cingit obſidione Civitatea hoſtiles, & domi à falſis amicis cingitur, & obſidetur. Vt rem privatam augeant & divitias accumulent Miniſtri infidi, Principis nomine extorquendo tributa, illud reddunt exoſum. Quem oſculis adulationis excœcant, apprehenſis adorationis ritu manibus, præpediūt priùs, ne ſe poſſit defēdere: & amplexantes poſtea dejiciunt [*a brazo partido le derriban*] Et, ſi minùs ſufficiant brachia, utuntur tibiis, & dum venerationis gratia pede retrogrado impedimenta amovent, illum proſternunt [*dan con el en tierra, hechandole una cancadilla.*] Hæc omnia ab Adulatione proveniunt. *En ella*, in ſuo Diſcurſu ait idem Author, *halla eſpadas la Ira, maſcaras el Enojo, caras la Traycion, novedades el Embeleco, diſfrazes la AzechanZa, joyas el Soborno, galas y reboços la Ambicion, la Maldad pueſtos, y la infamia caudal.* Et ulteriùs progrediens. *Humillabanſe eſtos a Ceſar, para derrivarle; llegabanſe a el para appartarle de la vida: y llevabanle* [N. B. Quid? Perſonam. Et cum ipſa? Majeſtatem-ne, & pompam. Has quidem importabant, ſed fictè: verè autem?] *en los abbrazos las heridas: y en los beſſos la ceguera.*

Quomodo à Miniſtris Principes circumveniantur?

Tributa reddunt invisum Principem, & tamen illa ex majore parte manibus Miniſtrorum adhærent.

Effectus Adulationis recenſentur.

Simulata & mendax Humilitas eſt ſummè pernitioſa in Republica.

Amplexabantur, & exoſculabantur Cæſarem Senatores. Loquebantur brachiis, & oſculis; & iiſdem mentiebantur. Cognovit ſerò ſuum periculum Cæſar; voluit remedium adhibere, non potuit; nam pericula, quibus ſerò conſulitur, ſunt pericula ſine remedio.

Brachiis & oſculis committuntur mendacia.

Et tanta honeſtate fucantur, aut etiam colorantur Brachiorum ingenioſa Mendacia, ut illa ad Cælum & Divos Poëtæ antiqui & juniores tranſtulerint, & auſi fuerint authoritate Iupitris [*] qualificare. Multos ille decepit. Vſus aliena ſpecie fuit, ut eas amplecteretur: & comprehenſas poſteà nexu brachiorum tenuit, ut experirentur improviſa mendacia. Alii alias fraudes narrent, mihi enim recenſere ſufficiet Calixtus adlucinationem.

*] Placet hic cum aliquibus Veteribus & Recentioribus *Iupiter, Iupitris*, & non *Iupiter, Iovis*, declinare.

Erat una ex præcipuis, quas in Dianæ choro pingebant Charites, & exornabant Gratiæ. Illam Iupiter,

De Nympha Caliſto.

Qua fuerit?

ubi venit & vidit, concupivit: & quia Suadæ diffidit, curas commiſit Fraudi. Sub Dianæ ſpecie apparuit. Adſtat, affatur, adſidet: amplexatur, oſculatur, adhæret; & promovet adulterium per gradus. Et tunc

Quomodo fuerit decepta & vitiata à Deo Iupitero?

Caliſto, que no alcanza
La cauſa del engaño,
Attribuyó el Amor a lo Privãça
Pero llegãdo luego el deſengaño,
En los brazos de Iupiter ſe mira,
No ſe, ſi oggradeciendo la mentira. [a]
Que aunque la reſiſtencia
La Caſtidad es fuerza en la violencia,
Como los brazos nunca ſon diſcretos,
Mas pueden, que la fuerza, los effetos.

Diana adſumpſit ſpeciem.

Ecce indiſcreta ſunt brachia; inurbana, incivilia: loquuntur, eloquuntur, mentiuntur.

Ad vivum, quod ajunt, depingitur Fœminarum ingeniū.

Hic Fœminarum Genium vividis coloribus depingit Lupus. Cum maximè volunt, cupiunt videri invitæ; & ſe coactas feciſſe id dicunt, quod tacitè ſolicitabant. Scitè Virgilianus Damœtas.

Quo illa modo latere ſoleant?

Malo me Galatea petit, laſciva puella,
Et fugit ad ſalices, & ſe cupit ante videri.

Et Ovidii in Arte blandi incendii Diſcipulus.

Pugnabat Cloris, tanquam quæ vincere nollet.
Vincitur & procax improbitate ſua.

Quo pugnaret?

Et nunc Lupo teſte Caliſto,

An Caliſto grata fuerit deceptio?

En los brazos de Iuppiter ſe mira;
No ſe, ſi aggradeciendo la mentira.

Duos ultimos verſus, qui claudunt ſtropham, non intelligo; nam, ut exiſtimo, illæ voces *fuerza* & *effetos* componi potiùs, quàm contraponi debent; hujuſmodi enim effectus à violentia naſcuntur; & hanc ob rem auderem dicere Lupum ſcripſiſſe ſic.

Lupus de Vega reſtituitur.

Como los brazos nunca ſon diſcretos,
La fuerza puede mas, que los affetos.

An violentia ſit amore potentior?

Quod enī nō extorſit affectus (Amor) violentia indiſcreta conſequitur.

SECTIO III.

De Brachiorum Rhetorica in communi; & de Ænigmate in particulari.

HAbent Brachia ſpecialem Grammaticam, ſpecialem Rhetoricam. Mentis arcana reſerant; & explicata labiis motu ſuo condecórant & ornant. Mihi materia ſuppetit, ut per paginas plures diffundar; tempus deficit. Ergo, ut aliquam ſaltem Figuram exhibeam in ſpecimen, de Ænigmate nonnulla ſubſcribam.

Cur tantum agamus de Ænigmate?

Eſt autem Αἴνιγμα, obſcura, & clauſa quædam allegoria, in cujus recluſione conceptus ingenioſus ſcintillet: ubi enim nullus conceptus conditur & reconditur, nulla eſt Gratia; & quod ſine Gratia dicitur, aut ſcribitur, vitium eſt Orationis, non virtus. Dicitur ab αἰνίττω, *obſcurè loquor*. Brachiorum ergo Ænigmata, erunt, illi eorumdem motus, qui obſcuram habent intelligentiā. Lupus de Vega libr. ſupr. cit. Sylva X. in Fabula Narciſſi & Echus. pag. 92.b.

Quid Ænigma ſit?

Vnde dicatur

An poſſit in brachiis reperiri?

De Amor en fin, no de eſperança loca [a]
Remitiio las palabras a los braços;
Qual ſuele con enigmas de ſus laços [a]
Yedra en el olmo texer verdes amoree.
Mas como por las margenes eſtivas
Con rubricas laſcivas
La facil Nuez a rebentãdo flores
Al enceñado del Iardin aſſida
Tiene muerte veloz y hermoſa vida;
Aſſi la Nympha aſſida y deſpreciada,
Se vio contenta, y ſe volvio turbada.

Narciſſi & Echus Fabula.

Illa verba, *Remitio las palabras a los brazos*, brachia loqui evidenter perſuadēt.

a] Sicut Vlmum Ædera, ſic Echo Narciſſum amplectitur: nam amplexus uterque eſt ænigmaticus. Amplexus, ſuperficie tenus conſideratus, Spem, & Amorem indicat; at edera muros, quibus adhæret, diruit; & arbores, quas circumdat exſiccat. [Audi Feſtum, qui omnes de vocis origine opiniones recenſens, ſic ſcribit. *Hedera dicta, quod hereat, vel quod edita petat, vel quia id, cui adhæreſcit, edat.*] Sic & Echo brachiis puerum amplectitur, illi adhæreſcit; ad alta adſpirat, ſed tamen à vacuo aere pendentes machinas, quas ardor Amoris erexerat, in cineres & fumum convertit. Spe ſanè non ducitur; noſcit enim Narciſſi ingratum Geniū, & ſpe caret. Sed neque duci Amore poteſt, quoniam hic eſt reciprocus, & qui aliter putat, inſanit. Ergo, ſi ignotæ ſignificationis ſunt amplexus iſti, *Ænigmatici* meritò vocari poterunt.

Vnde dicatur Edera? Varia referuntur ſententia.

Amor eſt reciprocus: unde ait Ovidius, *Vis, ut ameris? ama.*

AR-

ARTICVLVS XX.

ΠΗΧΥΑΙΟΛΟΓΙ'Α.

De Cubitorum Colloquutione.

An cubito aliquam admonere poſſimus?

VBI verbis non poſſumus, eos qui nobis in Senatu, aut in conſeſſu adhærent, cubiti commotione monemus. Eſt valde antiquus hic loquendi & admonendi adſtantem mos, nam abiit in proverbium apud Veteres Græcos, apud quos κατὰ πῆχυν ἐπιδίδου, *à cubito didicit, ſecundum cubitum profecit*, qui ubi linguâ non potuit, cubiti truſione admonetur rem aliquam, quam debuiſſet advertere. Vt dilucidarem hanc doctrinam poſſem hiſtorias aliquas teſtis oculatus adducere; ſed quia Eruditio Novitia delectatur veteribus, proponam quamdam appoſitiſſimam, quam his verbis *in ſui Legati diſcurſ. 1. fol. 82. b.* D. Ioannes Antonius de Vera recenſet. *Dixo Tacito: No sêr licita ni ſeguro, eſcudriñar los ſecretos de los Principes, y verificoſe en Tiberio, quando con ſu caro, y paniaguado artificio reuſava acetar el Inperio, que ſiendo inportunado del Senado reſpondió: Que ſentia flacos ſus onbros para tanto peſo, i que ſeria mejor dividir entre muchos la ocupacion, à que un Senador (menos hondo, que para tratar con tan artificioſo Principe era meneſter) Replicó que eſcogieſſe pues, la parte que del govierno admitiria; a cuio partido, turbado Tiberio (que lo deſſeava todo) Reſpondió, No ſer licito eſcoger parte, a quien no deſſeava alguna. Ni lo es (replicó el Senador, advertido por ventura de algun codo) que el Senado conſienta eſſa diviſſion, que ſi vine en tu parecer, fuó porque vieſſes la dificultad que tiene eſcoger uno, i dexar otro, paraque ella te obligaſſe à conocer, que el cuerpo de la Republica es uno, i uno ſolo el que ha de governar: mas no baſtó (dize Tacito) la ſatiſfacion tan à tiempo dada, paraque toda la vida no le fueſſe odioſo.*

Quam ſit antiquus hic modus loquendi & monendi?

Fingit ſe nolle imperare Tiberius.

Quidum incautus Senator aſſentitur: ſed illicò cubito admonitus diſſentit.

Et ideò fuit inviſus Tiberio donec vixit.

Polymnia.

Et hîc inſtituuntur Politici, ut cognoſcant, quales ſunt Principes, quibus cum agunt. Imperare ambiunt; & tamen orari volunt, ut Imperium acceptare dignentur. Recuſant Majeſtatem *tanquam qui vincere nolint*: & injuriâ ſe affici ab illo æſtimant, qui ſuis verbis credit, petitioni aſſentitur.

Proponitur ingenium Principum Politicorū.

Sed ad rem noſtram. Senator ille incautus alterius truſus cubito errorem commiſſum admonitus, multa breviter didicit. Ille ergo motus cubiti tacitè loquebatur. Et quid dicebat? *Vide, quid incautè reſponderis. Tiberius enim, Princeps vafer & callidus, vult Imperium adſciſcere; & quòd nos, ſe invitum, non ſui, ſed noſtri gratiâ, illud tandem acceptare credamus.*

Quàm multa illi incauto Senatori Cubitus dixerit?

Reperio etiam ſilentem quandam Cubiti vociferationem in Iuvenalis ſextâ Satyrâ à D. Franciſco de Quevedo in numeros Hiſpanos converſâ & à D. Ioſepho Antonio caſtigata. Decurrit per Tetraſticha Heroica, & his Heptaſyllabis [a] clauditur.

Iuvenalis Sat. 6.

Y aqui dadola de el codo [b]
La dixo Euterpe muy fria,
Señora Doña Thalia,
Pienſa cantarſelo todo.
Ella dexó ſu Cancion,
Y en chança volvió a ſu quexa.
[*Ya heché la pulga en la oreja,*
Haga agora operacion.]

Qui verba gravida, & quæ Semphronius illorum acrimonia punctus debeat perpēdere & conſiderare, dicitur in Hiſpania, *que le heche una pulga en la oreja a Fulano.*

a] Hos numeros, quos *Verſos de Romance* ſolent Noſtrates dicere, Poetarum Vulgus *octoſyllabos* nominat; nam ſæpè octo ſyllabas habent: cæterùm, ſi omnes in computum ſyllabæ veniant, numero carebunt hi Numeri, erunt enim inæquales, & tamen Μέτρον ſine numero reperiri non poteſt. Verſus ſubſequentes conſidera.

Palacio es peligroſiſſimo
Mar, donde muchos perecen;
En el vive el Socarron,
Y los ſinceros padecen.

Generis ejuſdem omnes ſunt: ergo & æquales. Sed quomodo? nam in primo Grammaticus

Quinam ſint, & quot ſyllabas habeant, quos Verſos de Romance *vocamus?*

An, & cur hi Verſus ſint æquales?

Syllabæ, quæ ultimum accentum ſequũtur, debent non numerari.

novem ſyllabas numerat: octo in ſecundo, & quarto: ſeptem in tertio. Reſpondeo, primum Proparoxytonum eſſe: ſecundum & quartum Paroxytonum: tertium oxytonum, & omnes eſſe æquales, quoniam, quidquid ſit de Grammatico, ſyllabam, aut ſyllabas, ſiquæ ultimum accentum ſequantur, Rhythmographus non admittit in numerum. Et ideò, quæ numerandæ ſunt, ab iis, quæ in computum non veniunt, charactere diſtinxi. Ergo hi verſus Heptaſyllabi ſunt. Ergo Decaſyllabi, & non Hendecaſyllabi vocari debent illi, qui à nobis paſſim *Verſos de Soneto* vocantur.

Verbum Hiſpanicũ Dar multa ſignificat. Dar de codo.

b] Apud Hiſpanos *dar* eſt *percutere*, dicimus enim *A Iuan Fulano lo dio con una piedra; le dio una eſtocada; le dio de palos; lo dio de eſpaldarasos*, & denique *lo dio de codo*. Ergo hic illa cubiti truſio, æquivaluit huic verbo, *Tace*. Et demonſtratur, nam Thalia, hoc admonita ſigno, ſtatim tacuit.

De Nemeſeos ſtatuâ, brachii dexteri cubitum manu ſiniſtra ſuſtinentis.

Quæ ſit Nemeſis?

IVſtitia, quæ Diſtributiva & Vindicativa à Latinis vocatur, à Græcis nominabatur Νέμεσις, conſtituta divinitus præmiorum & ſuppliciorum Arbitra. Statius libr. 13.

Cæleſtum pro Cæleſtium.

Eſt Dea, quam Nemeſin dicunt,
Dea magna, potenſque
Quæ bona Cæleſtûm [*] *conceſſu*
cuncta Deorum
Poſſidet.

Α'δράςεια. Ρ'αμνȣ́σια. *Vocum ratio.*

Olim Α'δράςεια & Ρ'αμνȣ́σια paſſim nominabatur: *Rhamnuſia* quidẽ à Rhamnunte Aſiæ oppido, in quo & templum & ſimulachrum decem cubitorum magnitudine è ſolido lapide à Phidiâ Agoracriti nomine & expenſis conformatum habebat. *Adaſtia* autem à Rege Adaſto, qui primus eam invênit, & ſacrificiis honoravit. Antimachum audire proderit.

Quiſnam, & quantam hujus Deæ Statuam ſinxerit?

Εςὶ δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεὸς; ἣ τάδε πάντα
πρὸς μακάρων ἔλαχεν. βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος
Αδρηςος ποταμοῖο παραὶ ῥόον αἰσήποιο,
ἔνθα τετίμηταί τε καὶ ἀδρήςεια καλεῖται.

Eſt quædam Nemeſis, Dea magna, cui omnia quædam hæc
Sunt data ſorte Deum. Aſt huic primus condidit aram
Adraſtus juxta Æſopi ſacrata fluenta.
Atque inibi colitur, tenetque Adraſtia nomen.

Rem totam nihilominùs myſticè intelligit Plato, inquit enim, Nemeſim, Divini Iudicii eſſe Genium; huncque præeſſe Mortalibus, velut Iudicis Superioris Vicarium, qui eos à vitiis deterreat, & Virtutum amorem concilier; obſequenteſque illectationibus ſuis blande foveat, obluctanteſque turbinibus aſſiduis terreat. Et videtur hic Genius ille eſſe, quem *Socratis Dæmonem* appellare ſolemus.

Vide Textorẽ in Epith. verb. Nemeſis.

An diſtamen rationis ſit Nemeſis?

Dæmon Socratis, quis?

Voluit autem Phidias, ut manu ſiniſtrâ dexteræ cubitum Statua ſuſtineret. Quâ brachiorum diſpoſitione Eruditis, ut multa dicerent, & ſcriberent, anſam ſeu occaſionem præbuit.

Nemeſeos Statua manu ſiniſtra dexteri brachii cubitum à Phidia ſuſtinere jubetur. Et cur?

Εἰς ςήλην Νεμέσεως.

Η Νέμεσις πῆχυν κατέχω. τίνος ȣ̃νεκα λέξης;
πᾶσι παραγγέλλω μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον.

Contineo Nemeſis cubitum, qua cauſa, requires?
Nam cunctis iubeo rebus adeſſe modum.

Frœnum addidere alii Artifices qui poſt Phidiam Nemeſios ſimulachra firmarunt. Anonymus.

Cur etiam frænum habeat?

Η Νέμεσις προλέγει τῷ πήχει τῷ τȣ̃ χαλινῷ.
μήτ' ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν.

Innuit hoc Nemeſis cubito, frænoq; gerendis,
Sit modus in rebus, dictaq; frænum habeant.

ARTICVLVS XXI.

ΧΕΙΡΟΛΟΓΙ'Α:

De Manuum Colloquutione.

Quid in Concionatore præcipue Vulgus imperitum collaudet?

SIcut in Harmonico Cantu Fides & Organa cum Voce in intenſione & extenſione Numerorum conveniunt: (committeretur enim diſſonantia inconcinna, ſi vocis eſſet & Muſici Inſtrumenti diſcordia) ſic ſimiliter Manuum motus & totîus corporis diſpoſitio ſe debent rei, quę dicitur; & modo, quo dicitur, attemperare. Vnde Plutarchus *in Demoſth.* bene aſſerit exercitationē in Arte Oratoriâ nullîus eſſe momenti, ſi ratio Pronunciationis negligatur. Cognovi ingenioſiſſimos & eloquentiſſimos Concionatores, qui carebant applauſu, quòd eſſent in actione frigidi, & vocem haberent ingratam: contrà alios, qui tametſi nîl boni dicerent, quia clarâ & ſonorâ voce erant prædiri, ab ignorantibus (& hi plurimi ſunt) honorabantur. Sic humana decurrunt. Quoniam, ut bona fabula aliquando exſybilatur hiſtrionis male repræſentantis vitio; ita bona oratio diſplicet, ſi ineptè, quod interdum contingit, referatur. Eraſmus *in ſimil.* componit cum halitu pronunciationem: ut enim eodem halitu, ſed aliter emiſſo, calefacimus ac refrigeramus, etiam eâdem oratione aliter pronunciatâ movebitur & frigebit affectus. Sunt qui, cùm orare deberent, cantant, ſunt qui latrant, aut mugiunt: & cuidam ex his C. Cæſar adhuc prætextatus; *Si dicis, cantas; ſi verò cantas, male cantas.* Et, ſi geſtum reſpiciam, ſunt qui in cathedra natent; ſunt qui volent; ſunt, qui ſerpant, aut jaceant.

Vocis ſuavitas eſt Oratori maximè neceſſaria.
Eadem Concio, Oratio, Comœdia, ſi bene dicatur, placet, & , ſi malè non placet.

Fuerunt multi, qui vocem habuerunt & vehementem & ferream: & hi in deſperatis cauſis optimè patrocinantur, ait enim Hiſpanus; *El que mal pleyto tiene, A vozes le mete.* Talis fuit Stentor de quo Homerus *Iliad.* ε.

Magno vocis torrente fuerūt præditi Stentor, Peſcenius Niger Imp. Ericus Rex; Thraſybulus Dux; & multi alii.

Στέντορι εἰσαμένη μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ,
Ὃς τόσον αὐδήσασκ᾽ ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα.

Vide Eraſmum *in adagiis.* Peſcenius Niger Imperator in campo aperto loquens, aut ad milites dicens, per mille paſſus audiebatur. Cœlius *libr. 19. cap. 12. A. L.* Similia de Erico II. Danorum Rege *libr. 12.* narrabat Saxo. Quàm ſordidus fuerit Alcibiades, & quanto jure exoſus populo, ſciunt omnes, qui cauſas ob quas fuerat proſcriptus, meditantur: interim dum cauſa ipſîus in exercitu ageretur, Thraſybulus claſſis Dux, qui tonare dicebatur, non loqui, tanto impetu fuit vociferatus; ut non potuerint Accuſatores à vulgo militari intelligi, & ideò ab exilio tandem debuerit revocari.

Alcibiades qualis fuerit? Proſcribitur, & revocatur.

SECTIO I.

De Manu univerſim: & de Muſâ ejus directioni præpoſitâ.

De Polymnia.

INter Parnaſſi Numina, quæ decantata à Veteribus Carminum Omnipotentia Albo Dearum inſcripſit, & *Muſarum* nomine condecoravit, Polymnia occurrit, in quâ multa eſſent conſideranda.

Primò occurreret nomen: & Quęſtio Critica, An-ne Πολύμνεια, à magnitudine memoriæ (hanc enim μνείαν Græci dicunt) an verò Πολύμνιαν, à canticorum multitudine, (nam cantica Græci vocant ὕμνους) Cùm autem Græci non ament duarum νν concurſum, & in dictione mediâ non adſpirent vocales,

An-ne à μνεία, memoria, *an verò ab* ὕμνῳ cantico, *ſeu laude dicatur?*

les, vox *Polyhymnia* relinquatur Latinis, qui eam finxerunt, & nos cum Græcis voce *Polymnia* utamur.

Et quid præſtat hæc Muſa? Extat apud Virgilium eruditum Epigramma, quod incipit, *Clio geſta canens*, &c. In hoc ſingulis Muſis propria accenſentur, & Clius miniſterium verſu ultimo dilucidatur. Sunt pleni doctrinæ iſti numeri.

Signat cuncta manu, loquiturq; Polymnia geſtu.

Manus eſt lingua altera.

Nota illud *cuncta*, quoniam manus eſt lingua altera, quæ ſufficeret, & interdum ſufficit, ut colloquantur homines inter ſe. Sicut à lingua, ſic ſimiliter pendêre à manu Mathematicas ſcientias pronunciavit Homerus.

Homerus. Citatur à Merſenno in Geneſ. cap. 4. verſ. 21. column. 1614.

Χειρῶν ἀπολλυμένων ἔρρει πολύεργος Ἀθήνη.

Quid ἔρρω ſit?

Quàm neceſſaria manus ſint?

Eſt autem ἔρρω *ire in malam rem*. Hiſp. *irſe nora mala*, hoc eſt, *irſe en hora mala*. Et χειρῶν eſt Genitivus abſolutus, cui Ablativus abſolutus Latinorum æquivalet. ut ſenſus ſit, *ſublatis manibus it in malam rem multa-faciens Minerva*, quam ſententiam Merſennus reduxit ad hos numeros.

Defectis manibus pereant quoque Palladis Artes.

An ω corripi poſſit?

Et hic proderit obſervare, in prima dictione ω contra naturam corripi, ut χειρῶν ἀ, conſtituat dactylum; non enim tam religiosè Græci, quàm Latini ſyllabarum quantitates obſervant.

De Mechanicis Artibus, quas Factivas vocamus.

Profectò verum eſt, quod Homerus cecinit, in Mechanicis Artibus; nec enim dedolarentur ligna, inciderentur lapides, formarentur ſtatuæ, pingerentur imagines, ſcriberentur libri, ſi manibus univerſi carerent. [Et hanc ob rem Artemidorus Conjector Arte manu ſignificari ea de cauſa dicit, quod earum opera Artes exerceantur. Et Cicero ait, *Natura dedit homini manus multarũ rerũ miniſtras*. Vide Pierium Valerianum *lib. 35. pag. 328.*] Sed præter Facultates Factivas, etiam ipſa Rhetorica, & Dialectica, elumbes eſſent, niſi manibus adjuvarentur. Quo reſpiciens *cap. 8. de Hominis Fabrica*, totum, ait, oratorium ſermonem fore ἄναρθρον *expertem articulationum* [*] ſi colloquentium manuum ope deſtitueretur.

An Rhetorica & Dialectica indigeant manibus?

*] Ne lege ἔναρθρον. *bene articulatum*.

Occurrunt duo Veterum Hieroglyphica, quorum Horus, & alii Authores meminerunt. Vt enim quid quid dicitur lingua, poſſe ſignificari manu Ægyptii aſſererent, Linguam, & Manum depingebant; Græci Cor, Manumq; ut ſciremus, omnia cordis ſecreta manibus deſignari; unde *Ode 4.* Pindarus, Χεῖρες δέ καὶ ἦτορ ἴτον.

Cur Lingua & Manus ſimul adpingerentur?

Cur Cor & Manus?

Commendat manuum ſpeculativam & practicam magnificentiam, illud Diſtichum,

Qua, & quanta præſtare poſſit ſola Manus?

Pugnat, ludit, amat, bacchatur, vertitur, adſtat,
Illuſtrat verum, cuncta decore replet.

Vnde alius Poëta exclamat,

—— Mirabilis Ars eſt,
Quæ facit articulos ore ſilente loqui.

Manu loquitur Apollonius, & tumultuantes ſedat.

Commendat etiam pulchertimam manuum eloquentiam Apollonius, qui in ſeditione, cùm lingua propter vulgi clamores nil proficeret; qui non potuit audiri, viſus profuit; geſtibus enim loquens, eloquentia manuum, & gravitate vultus ita tumultuantes compoſuit, ut ſeditio ceſſaverit. Turnum manu loquentem in Heroici Operis duodecimo introducit Virgilius; canit enim.

Turnus manu adloquitur Rutulos.

Involvens ſecum disjecta per agmina Turnus
Sic urbis ruit ad muros, ubi plurima fuſo
Sanguine terra madet, ſtridentque haſtilibus auræ,
Significatq; manu, & magno ſimul incipit ore.
Parcite jam Rutuli. &c.

Plura habebis inferiùs, cum de præcipuis manuum motibus in ſingulari diſputabo.

Comædi Chirologi.

Comœdia tacita.

REdibit de Comœdiis ſermo; ſed noto breviter in uſu fuiſſe apud Antiquos tacitas, in quibus univerſæ Perſonæ non lingua, ſed manu, aut geſtibus aliis, colloquerentur.

Deliades, quæ, & quales fuerint?

Deliades, quæ erant Miniſtræ Apollinis, ideò exactè & perfectè nutibus omnium gentium mores repræſentabant (Hiſp. *los remedaban*) ut ipſimet adſtare, agere, & loqui viderentur. Homerus in Hymno ad Apollinis laudem conſtructo.

Remedar, *eſt* aliorum actus repræſentare.

Ὕμνον ἀείδουσιν, θέλγουσι γὰρ φῦλ᾽ ἀνθρώπων
Πάντων δ᾽ ἀνθρώπων φωνὰς καὶ κρεμβαλιαστὺν

Mi-

Μιμεῖσθαι ἴσασιν πάιν δέ κεν
αὐτὸς ἕκαςος
Φθέγγεσθ' οὕτω σφιν καλὴ
συνάρηρεν ἀοιδή.

Id eſt. *Hymnum tacentes canunt demulcentque nationes hominum. Omnium autem hominum voces & ſtrepitum* (geſtum) *imitari norunt, ut diceres utique ſingulis loqui adeò illis apta eſt vocis ſine voce adumbratio.*

Voces ᾠδὴ, ᾠδεῖον κωμωδία, ἀείδω λέγω ἀοιδὴ &c. dilucidantur.

Cætera pervia ſunt & tantùm voces ſecunda, & ultima indigent expoſitione. ᾠδὴ ἡ. profectò ex *canticum*. ᾠδὸς ὁ *cantor* ᾠδεῖον τό. *locus, in quo canitur*. Κωμωδία ἡ. *Comœdia*. Τραγωδία, *Tragœdia*. &c. & hinc ἀείδω quod tametſi habeat α privativum, eſt *cano*, & Poëtis convenit. ſicut Oratoribus λέγω. Ergo ἀείδω, vi originis eſt *non cano*. vi acceptio is eſt *cano*. unde ἀοιδή. *Cantus tacitus*. Sed cur hæ voces ultimæ circumſtantias repugnantes conciliant? Declarabo, Quia, qui manibus loquuntur aut canunt, ſimul loquuntur tacentque, adeoque ſilent ſimul & canunt. Deliades igitur, quoniam canebant manibus. ἀείδειν ab Homero dicuntur & earum ſermo expreſſus geſtibus, non ᾠδὴ, ſed ἀοιδὴ *cantus tacitus*. Et hunc Homeri verſus ſenſum potiùs, quàm literam, conſiderans, Latine reddo.

An ſimul quis loqui & tacere poſſit?

De eloquentia Deliadum.

> *Deliades tacitu manibus modulantur honores,*
> *Quos varii Phœbo Populi clamore recenſent,*
> *Et tam perfectè, ut Græcum, Pannumq; Scythamq;*
> *Cantantem numeros, oculis te audire putares.*

Audire oculis.

Et his accenſe Tatium (vocetur ſic) qui ſolo geſtu Martem Veneremque de amore colloquentes, tandem in adulterium lapſos, Vulcanum protendentem inſidias, & interceptos omnium Deorum exponentem conſpectui, Martem furore & rabie accenſum, ſuffuſam nimio pudore Venerem, & ſolutionem deprecantem, ſolo manuum, pedum, & aliorum membrorum geſtu tam exactè expreſſit, ut Demetrius in hanc vocem proruperit, ἀκούω ἄνθρωπε ἃ ποιεῖς οὐκ ὁρῶ μόνον ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν. *Audio, o homo, quæ facis; nec video ſolum, ſed etiamnum ipſis manibus mihi videris loqui.*

Tam aliena à ratione ſūt hæ Deorum fabulæ, ut Plinius, cùm eas rideret, & non haberet, à quo Verum addiſceret, omnē illis tande negaverit Divinitatem.

Hæc (nempè, χειρολογία) quæ ſub initium erat Gratia, & Honeſtatis comes, ſucceſſu temporis, ut ſolent omnia bona, in laſciviam turpitudinemque degeneravit, iàm effuſa inſolentia, ut Arnobius libr. 2. ſcribat, *Animarum alta multitudo laſciviens, incompoſitos corporum diſſolveretur in motus, ſaltitaret, & cantaret; orbes ſaltatorios verteret; & ad ultimum clunibus & coxendicibus ſublevatis lumborum criſpitadine fluctuaret*. Quod, & Iuvenalis Satyr. 11. & Martialis lib. 5. epigr. 80. incriminantur. Sed, quia audiebant.

Chirologia in laſciviam degenerat.

> *Solamen miſeris ſocios habuiſſe Penates.*

Cur Ethnici ſuis Numinibus vitia omnia adſinxerint?

ut, ſi non invenirent, ſaltem prætenderent excuſationem in peccatis, obſcœnos, & impuros hos actus adfinxerunt Numinibus, unde libr. 7. Author citatus ait, *Quin & ipſos Deos ludere, laſcivire, ſaltare, obſcœnas compingere cantiones, & clunibus fluctuare criſpatis.*

Multa quidem huc concernentia poſſem dicere; ſed (omitto Brydalicam turpem, & Gyngras ad tibias ſaltatas, & gymnopœdiam cum coronis thyreaticis, & pœanibus. Dactylum à Græcis πολιτικὸν dictum, quem Corybantes clypeolis æneis inter ſe concurrentes exprimebant, ne Iupiter in Creta cuſtoditus vagitu ſe proderet, teſte Diomede Grammat. libr. 3. Eclatiſma, in quo calcibus in altum jactatis humeros impetebant; Italicam ex ſicinnide, & cordace conſtantem, & à Batyllo compoſitam, cujus cantus ad tibiam ἐμμέλεια dicebatur, & alias ſaltationes, atque cantilenas, quæ ſæpius ab eo nomen deſumebant, qui illas invenerat, vel qui in eis cel brabatur, ut apud Iul. Polluc. *l*. 4. Athen. *l*. 14. & alibi Heſychium, Lucianum περὶ ὀρχήσεως. Rodigin. Plutarch. paſſim Etymologici authorem, Platon. 7. *de leg*. & alibi, Arnob. & Meurſium, qui nuper de orcheſtra ſcripſit, legere poteris.)

Verba Merſenni ſunt loc. cit

Cur ſtrepitum Corybantes excitaverint?

Unde ſaltationes & cantilena nomen ſumpſerint?

Muſici Chirologi.

Diviſio Muſices, in Inſtrumentalem & Vocalem.

Muſica dividitur in Inſtrumentalem & Vocalem. Inſtrumentalis dicitur, quæ inſtrumentis fit; ad eamque non ſolum campanæ, quæ percutiuntur, & chordæ, quæ feriuntur; tympana, quæ pulſantur, pertinent; ſed & tibiæ, tubæ, & cornua, quæ inflantur. Vocalis autem eſt, quæ voce formatur.

Et

An notæ harmonicæ ſignificationi vocum debeant correſpondere?

Et quidem Muſica ſignificationi vocum attemperari debere certum eſt; cùm enim res feſtinando agitur, notæ fuſæ adſumuntur; & cum cunctando, longæ: dum aliquis extollitur, ad ſuperiora puncta adſcenditur; & dum deprimitur, deſcenditur ad inferiora. Et denique animorum concordia, uniſonantia vocum repræſentatur. Quod tametſi ubivis ingenioſè obſervetur, in illa clauſula *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cœlis, Pater, Verbum, & Spirituſſanctus: & hi tres unum ſunt*, feliciter interdum accidit. Illam enim modulantur tres Voces, quæ paulatim uſque ad vocem *cœlis* ſe ſubrigunt, & per conſonantias ſuaves decurrentes, ubi ad finem (*unum ſunt*) perveniunt, fiunt uniſonæ.

1. Ioann. 5. b. 7.

De modo cantandi.

Sed, quia non ſemper ad manum Voces erant, quæ comitarentur inſtrumenta, ſupplebant Antiqui Voces Manibus, &, ſi cantabant voce, adhuc Manuum motu Muſicam exornabant. Mileſius. *Muſicus, dum cantu utitur*, (& *cantus* nomine intelligit inſtrumentalem Muſicam) *manus geſticulationem ad vocis ſonum accommodat; & viciſſim, quæ manu figurat, eadem vocalibus inſtrumentis modulando perſpicua reddit. Sed, & in choris pſallentes*, [*] (χοροῦ διδάσκαλοι) *niſi manuum geſticulationes pſalmorum tono adcommodent, quæ comitari pſallentes ipſos videantur de ſe ridiculum ſpectaculum præbent.*

*] Hæc verba, ſi velis eò detorquere poteris, ut χοροῦ διδάσκαλοι, pollice in Manus articulis puncta notantes, ob oculos Cãtorum notas ponerent, quas deberent cantare.

Vocis Etymon.

SI ab Hebræa voces Linguarum cæterarum proveniant, à Radice אמן, AMAN *fidelem eſſe*, veniet אמן EMEN, *Veritas*, & inde vox Latina *Manus*, & Germanicæ *Man*, & *Aleman*.

Vnde Manus dicatur?

Manus profectò à Veritate dicitur, quia verax eſt, & linguam, ſi mentiri audeat, manifeſtè convincat. Quo reſpicientes olim, in Titium, qui ſacrilegè negaſſe debitum proprio chirographo convincebatur, ſic ludebamus.

De quodam, qui ore negarat debitum, & tamen ſua poſteà ſcriptione convincebatur.

Dum verum ore negas, id ſchedula ſcripta fatetur:
Eſt ergo, ut video certior ore manus.
Differs à reliquis tellus, quos ſuſtinet; illis
Eſt quoniam ſimplex lingua, duplexq; manus.
Aſt tibi lingua duplex, hominum nam decipit aures;
Simplex, nam nullum decipit illa, manus.

Et à veritate etiam habet Germanus vocem *Man*, quâ in dictis, & factis admonetur conſtantiæ. Vnde adagium, Ein wort, ein wort; ein man, ein man. Et ex eadem radice provenit *Aleman*, pro Germano, einen teutſchen auff, richtigen menſchen, qui non agit ſubdolè; Homo ſincerus, & ἀνυπόκριτος, qui nullo modo eſt hypocrita. derohn falſch iſt; alman conſtans: in omnibus & per omnia fidelis. Ita Cruciger.

De Germanicis vocibus, Man, & Aleman.

Quid illa importent?

Prætereà, IAMAN, ſignificat *à dextris eſſe, declinare in dexteram*: unde IAMIN, *Manus dextera*. Et hinc Latina vox *Manus* quæ alterutram manum ſignificat. Et Græca μάννος, ὁ. *armilla manuum*. Hiſp. *la manopla*. Et quia elevando manum dexteram jurabatur, ὀμνύω. & ὄμνυμι ſonant *jurare*.

Veteres manum elevando jurabant.

Iuvat etiam Radix, MANA, *numerare*. unde MENA, Græc. μνᾶ, ᾶς, ἡ, Lat. *Mina* pondus 60. ſiclorum μνάσιον, menſura quædam capax duorum medimnorum. Μὴν, μηνός ὁ. *Menſis*. Μήνη, *Luna*. &c. Μένος τὸ. *Animus*. atque etiam *Mens*. Ergo, ſi à numerando *Manus* dicta, dicemus dediſſe nomini occaſionem Veterum Arithmetica, quæ manibus expediebatur. Ergo, ſi hinc Germanicum *Man* deducatur, qui in noſtra Hiſpania, *Hombre de cuenta y razon*, dici ſolet, *Man* in Germania nominabitur.

An Manus à numerando dicta ſit?

Antiqui manibus numerabãt

Denique MANAH, eſt afferre, porrigere, dare; & hinc id quod datur *munus*, & inſtrumentum quo illud *datur* ſeu porrigitur, *Manus*.

Munus. Manus.

Si intra Linguæ Latinæ terminos diſcurſum continere velimus, dicam dividi Criticos, vocemque *Manus*, alios *à manando*, quod quaſi è brachiis manus manent, alios *à manendo*, quod in illis maneant, deducere.

An vocis Manus *ſit origo Latina?*

Nec primam derivationem ob ſyllabæ menſuram rejicias, ſicut enim *Manes* dicuntur à manendo, & protrahunt primam, quam *maneo* corripit [*] à manando poterit dici *Manus*, licèt corripiat primam, quam *mano* protrahit. Et hæc ipſa derivatio, Mag. Tirſo de Molina perplacuit, in Voluminis enim, quod

De quantitate vocum Mano, Maneo, *Ma*nes, Manus. *&c.*

*] In Lucretii illo verſu, *Et nigras mactant pecudes, Manibuſque, Diiſq;* prima vocis *Manes* corripitur.

Ci-

Cigarrales dicitur, libro primo (fol. 195.) Hiſpanæ vocis *Mano* quærit Etymologiam, jubetq; ut à verbo *Manar* derivetur. Sic enim ſcribit.

Hiſpanica vocis derivatio.

Ay Rey: ay Padre: ſi el principio mio
Tu ſangre fuè, y es cierto, que intereſſo
De ella el Amor, por quien vivir confio,
Si a queſta Mano, que obediente beſo,
Por affrentar larguezas de Dario,
Con que al Monarcha Macedon excedes,
Se llama MANO, *por manar mercedes.*

Vocis Græcæ χεῖρ *quæritur etymologia.*

TANDEM vocem Græcam conſidero, & χεῖρα, quam *libr. 4. de part. animal. cap. 10.* ὄργανον πρὸ ὀργάνων Ariſtoteles nominat, ἀπὸ τῆς χρήσεως *ab utilitate* dictam aſſero, quoniam ſine inſtrumentis nihil facerent homines, & ipſa eſt inſtrumentum Animæ, quo præmovet univerſa inſtrumenta.

Hebrææ Radices ex quibus venire poteſt nomen χεῖρ.

Sanè חרר CHARAR eſt *calefacere, adurere*, חרה CHARA, *iraſci*, חרה CARA, *ſcinedre, fodere*, גרע GARA, *incurvari* קרא QARA, *vocare*. &c. Nomen igitur χεὶρ, ab his radicibus prodire poterit, nam manum manu calefacimus; manu, ſi ira ferveat, ulciſcimur; manu res ſcindimus, & campos fodimus; manu incurvamus recta, & tandem, ſicut volumus loqui, illum manus motu advocamus.

SECTIO II.

De Chironomia in genere: & de tribus ejuſdem ſpeciebus in particulari.

Quid ſit Chironomia. Χεὶρ. Νόμος. Χειρονόμος. Χειρονομεῖν. *Chironomia diviſio.*

XEIPONOMI'A, eſt Ars, quæ manibus leges præſcribit: & qui hanc Artem profitetur, nominatur χειρονόμος. nam χεὶρ *manum* importat, & νόμος *legem*. Et hinc prodiit verbum χειρονομεῖν, *manus juxta leges movere*.

Et quidem poteſt & ſolet Chironomía dividi in diverſas ſpecies, ſed præcipuæ ſunt tres: quarum ad Tripudium, Prima ad Convivium, Altera, & Tertia ad Declamationem ſpectat.

De Chironomia Tripudiatrice.

Prima fuit cum hominibus nata, & tam generali lege extenſa, ut nulla ſit in toto Mundo Natio, apud quam *Polymnia*. non colantur Tripudia. Chironomos habuerunt Græci, & ab illis Romani, aut etiam alii. Satyr. VI. Iuvenalis.

Chironomum Ledam mollè ſaltante Batillo. &c.

Et quidem apud Romanos, integris adhuc Vrbis moribus, in ſolo theatro tripudiabatur: quod etiam nunc Perſæ obſervant: nam ſaltandi artem apud ipſos ſolæ meretrices addiſcunt. Sed & dixerat ipſe Vates in quinta.

Structore intereà (nequa indignatio [*] deſit)
Saltantem ſpectas; & χειρονομοῦντα *volanti*
Cultello, donec peragat dictata Magiſtri
Omnia, nec minimo ſanè diſcrimine refert
Quo geſtu lepores, & quo gallina ſecetur.

*] Videtur hic *Indignatio* pro cauſa indignationis ſumi.

DE vocibus *ſaltans*, & *ſtructor* hæc habeto.

De Chironomia Tripudiatoria.

Alio tripudiaſſe modo viros, & alio fœminas, colligitur ex Seneca *cap. 15. de Tranquill.* dicente. *Virilem in modum tripudiare, & moveri ad numeros* (Gallicè *a la cadence*) *ſolitus Scipio.*

Salio, is dat in ſupino *ſaltum*, unde naſcitur frequentativum *ſalto, as*, quod propriè eſt Hiſp. *ſalto*, Græcè πηδάω. Hic autem ſumitur pro *Saltare ad numeros, ſeu Tripudiare*. Græcè ὀρχέομαι.

De Sempronia. Quæ, & qualis fuerit?

Præter alias fuit ſuo ævo Sempronia in tripudiandi ſcientia celebris. Saluſtius in Catil. *Sed in his Sempronia multa virilis audaciæ commiſerat. Hæc mulier genere atque forma, præterea viro, liberiſque ſatis fortunata fuit, literis Græcis, atque Latinis docta: pſallere, & ſaltare, & cantare, elegantiùs quàm neceſſe eſt probæ, multaq; alia, quæ luxuriæ inſtrumenta ſunt.* Ergo in hoc genere ſicut mediocrem eruditionem laudat Cicero, ſic eximiam in nobili matrona condemnat.

Hiſpani autem inter *Bailar*, & *Danzar*, Sicut Græci Latiniq; inter *Comœdiam*, & *Tragœdiam*, diſtinguunt, ita ut apud ruſticos & plebeios *ſe baile*, & apud Proceres & Summates *ſe danze*. Ciceronem pro *Murana* dicentem, *Nemo ferè ſaltat ſobrius?* Reſpondebo magnæ Principis verba, quæ ſemel audivi, reponens. *Tripudium ſanè jocus eſt; & ideò tolerabiles videntur priores illi* (los que bailan) *nam jocosè jocantur: verùm enim verò poſteriores* (los que danzan) *qui ſeriò jocantur, quis toleret?*

Magiſter Tripudii.

Tripudii Magiſtrum *Structorem*

Catullus epig. 58. *Quo nos decet (alias docte) etiatis celare tripudiis,*

Iuvenalis appellat. Et,ſiquidem licita ſunt & honeſta tripudia, ni aliqua accidentaria circumſtantia inficiatur extrinſecùs, oportet ut ſint in Civitate benè moderata Magiſtri, qui hanc Artem Adoleſcentes doceant. In illa enim utilitatem Quintilianus agnoſcit. *Nam Lacedæmonios quidem etiam ſaltationem quamdam, tanquam ad bella quoque utilem, habuiſſe inter exercitationes accepimus*. Et eam ob rem eadem Proceres imbuuntur: olim enim, ut Macrobius *lib. 3. Saturn.* teſtatur, *Filii Senatorum in ludum ſaltatorium commeabant, & ibi crotala geſtantes ſaltare diſcebant*. Erant autem *crotala*, quæ nos *caſcabeles*, aut etiam *ſonaxas* vocamus.

Quintilianus lib. 1. cap. 11. *An Ars ſaltatoria ſit utilis?*

Crotala.

Caſcabeles, Sonaxas.

At iſtos Iuvenalis Indignatio non exercet; ſed Magiſtros, qui adſunt & dirigunt ipſum tripudium. Digeſtus vetus compactus holoſerico ſtat aula in ipſa, in qua celebratur tripudium (Hiſp. *el ſarao*) & ut παννυχίαχης, cui non obedire religio, *adelante, atras, vuelta*, & ſimilia, exclamat; & in hunc non Iuvenalis tantùm, ſed ſpectatores univerſi indignantur. Cur enim voce præſtat, quod χειρέμβολῳ [*] aut alio tacito ſigno poſſet: tripudiantes enim (ubi opus) admonere ſufficeret, qui cæteris moleſtus eſſet?

Digeſtum vetus *eſt nomen libri*. *Quid præſtet Magiſter in tripudiis?*

*] Eſt autem χειρέμβολον, ſignum, quo Navarchus etiam in ferventi conflictu, militibus & ſervis imperat: tunc enim, quia tubarum clangor, & diſploſorum tormétorum fragor, & propugnantium clamor & ululatus vocem audiri non permittit, ſolo ſilentis manus motu, quæ fieri debeant, aut omitti ſucclamat. Vlpianus *leg. 1. D. de naut. caup. & ſtab.* utitur hoc vocabulo; ſic enim ſcribit. *Quamquam ipſe, vel Navicularius, vel Magiſter id faciat, quod Græci χειρέμβολον appellant*. Vide Alciatum *in Parerg.* Eſt igitur χειρέμβολον, ſignum, quod datur manu.

Quid ſit χειρέμβολον? Cur manu loquatur Navarchus?

Et hinc incipio intelligere Pſalmi CXXII, illos verſus, *Ad Te levavi oculos meos, qui habitas in Cælis. Ecce ſicut Oculi ſervorum in manibus Dominorum ſuorum, ſicut Oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ, ita Oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum donec miſereatur noſtri*, quorum videtur ſenſum Vatablus non penetraſſe; illos enim hoc ſcholio dilucidat. *Ad manum] id eſt, ad opem. q. d. ut ſervi exſpectant opem ab heris ſuis*. Doctrina Commentatoris bona eſt, vera eſt, at non hoc in loco à Pſalte expreſſa. Quoniam, qui ut ſuæ alibi Obedientiæ promptitudinem exprimeret ſimpliciter dixerat *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*, hic figuratè eloquens, cauſam pro effectu metonymicè ſumens, ſe habere oculos in manibus Domini aſſerit: quoniam apud Hebræos voce loqui ſervis dedignabantur Domini, & ideò ἐχειρόλεγον, *manibus loquebantur*.

Pſalm. CXXII. dilucidatur.

Quid reſpicere manum Domini ſit? An implorare auxilium? An obedire? Pſalm. 56. 8. Pſalm. 107. 2. *Quo modo olim ſervis Domini loquerentur?*

Sanè ille de quo (teſte Sancto Patre noſtro in Regulæ cap. V.) dicebat Dominus, *In auditu auris obedivit mihi*; nam more communi loquebatur: ſi ad hanc voluiſſet conſuetudinē manibus imperandi reſpicere, potuiſſet dicere, *In adſpectu mea manus obedivit mihi*. Et ubi Sanctus Pater, *Iubentis vocem factis ſequuntur, veluti uno momento prædicta Magiſtri juſſio, & perfecta diſcipuli opera, &c. explicantur*. ſcribebat, potuiſſet ſcribere, *jubentis manum* (Græcè χειρέμβολον, ſignum manus) *factis ſequantur, & veluti uno momento manus motu inſinuata Magiſtri juſſio, & juſſio perfecta diſcipuli obedientia concurrant*.

Pſalm. 17. 45.

S. Benedictu in Regulæ c. 5

C*ommoria* vocari poterant Catilinæ Convivia, quoniam invitati, ut conviverent, ſolebant commori; ibi enim à decoris & ſpecioſis pueris venena interdum peſſima illis propinabantur. Ciceronem audiunto. *Hi pueri tam lepidi & delicati, non ſolum amare & amari, atque cantare & ſaltare, ſed etiam ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerunt*.

De Chironomia conviviorum. Commorium *dicta vox, quid ſignificet?* Cicero in Catilinam.

Quia Choreæ honorabant convivia, ne dum accumberent, carerent συνδείπνιοι ſpectaculo, luxus Χειρονομοῦντα (& hac voce uſus fuit Iuvenalis) introduxit, (nos *Trinchante* vocamus) qui ad numeros cultellos morans, appoſitas carnes ſecaret. Carebat apud Latinos nomine, & ideò Græcum adſumpſit Iuvenalis. Hodiè Chironomi ſerviunt Principibus, & ſumma agilitate & dexteritate aves interſecant; at harmonicos numeros in manuum motu non obſervant.

An Latini habeant nomen, quo χειρονομοῦντα *poſſint ſignificare?*

Quid in conviviis olim fuerit?

HAS ergo duas Chironomias aliis uberiùs dilucidandas relinquentes, veniamus ad Tertiam, quam nobilitas & excellentia in primo loco collocat, & illam accuratiore diligentia expediamus. Ipſa vocari poterit Declamatoria, & præbere occaſionem excitandi aliquas Difficultates.

De Chironomia Declamatoria.

Inquiram ergo PRIMO, *An inter Artes recenſenda ſit hujuſmodi Chironomia?* & SECVNDO, *An præſcribat Canones, quos qui deficiendo aut excedendo temeret, debeat in Parnaſſo damnari?*

Proponuntur duæ Quæſtiones

AD PRIMVM Chilon negativè reſpondet: Artes enim Mechanicæ manibus exercentur, & Liberales omnes, qualis eſt Oratoria, quæ intellectu concipiunt, & incipiunt, voce perficiunt & abſolvunt. Laertius *libr. 1. cap. 4.*

Quid Chilon ad Primum reſpondeat.

Fuit autem Chilon, Philoſophus Lacedæmonius, & unus ex ſeptem ſapientibus, ut lib. 7. cap. 32. teſtatur Pli-

Qui, & quot ſuerunt ejus dicta.
An homines gaudium occidat?

Plinius. Ei tria χρισόδοξα (ſententiæ aureæ) debentur; quæ Delphis in Templo Apollinis ſunt conſecrata. videlicet, *Noſce te ipſum. Ne quid nimis. Qui ære alieno, aut litibus gravantur, ſunt miſeri.* Obiit prægaudio ex filii ſui victoria in Olympicis ludis obtenta recepto. Et ejus funus tota lachrymis Græcia proſequuta eſt.

Artium diviſio in Contemplativas, Operativas, & Factivas.

Et confirmari poſſet Chilonis erudita Sententia; quoniam Artes in Contemplativas, Operativas, & Factivas debent dividi. Et ſunt Contemplativæ, quæ ſola mente, ſine ſenſuum externorum concurſu exercentur. Operativæ autem vocantur quæ in artificioſo motu membrorum corporalium conſiſtunt: & tandem dicuntur Factivæ, quæ faciunt artefactum aliquod, quod abſoluta operatione permanet.

Arithmetica eſt Contemplativa.

Primi generis eſt Arithmetica: ut enim ſciam 2. & 2. dare 4. non oculis, non auribus, non aliis ſenſibus indigeo; nec manus pedes-ve impendo; ſed veritatem hanc ſolius mentis lumine naturali percipio.

Etiam eſt Geometria.

Etiam huc ſpectat Geometria, ut enim videam Triangulum non poſſe conſtare quatuor lineis, mihi potentiæ Animæ interiores ſufficiunt, quin opem auxiliumque ſenſuum exteriorum implorem.

De Artibus Factivis.

Sunt Artes Tertii generis, quæ Artefactum permanens poſt operationem relinquunt: ut Ferraria, Lignaria, Sculptoria, Pictoria, Architectonica, & aliæ ſimiles.

De Operativis.

Interſunt, quæ ad genus ſecundum ſpectant, videlicet Operativæ, quarum objectum eſt actio materialis corpori immanens, quæ extra corpus nil omninò operatur. Et tales ſunt quæ pedes, quæ manus, quæ caput, quæ oculos ad leges movere præcipiunt.

Qualis ſit Oratoria?

Cum autem Oratoria pronunciandi ſit Ars, non debet cum Tripudiatoria, quæ pedes dirigit, neque cum Chironomia, quæ impendit manus, nec cum aliis affinibus & cognatis confundi: eſt enim Ars præclara, quæ tantummodò lingua exercetur.

An exercentur ſola lingua?

Et, quia ſunt etiam Artes aliæ, quæ ad linguam pertinent opere pretium erit illas accuratè ſecernere.

De Vocalibus Artibus.

Lingua ſanè exercentur Grammatica, Logica, Rhetorica, Metrica, Muſica. Omnes Operativæ ſunt, & priores in poſterioribus ſolent includi.

Polymnia.

Quæ ſint, & quomodo differant inter ſe?
Quid Grammatica; & quid Logica, & Rhetorica præſent?

Loqui docet Grammatica, hoc eſt, conceptus intellectus exponere credat Auditor, aut non credat. Logica dat dictioni efficaciam, loquitur enim appoſitè ad ſuadendum. Ergo Grammaticus carere poteſt Logica; non autem Grammatica Logicus. Ornatum dat dictioni Rhetorica, & ita etiam ſuccollitur Grammatica, ut ſine illa inveniri non poſſit.

Quænam, & quot ſint Scholaſticæ Gratiæ?

Et hæ ſunt tres illæ Scholaſticæ Charites, quæ ſe manibus vinciunt, & deſiderant individuam ſocietatem habere. Omitto Metricam, & Muſicam: nam inter Sonum, Vocem, Dictionemque notam [a] diſtinctionem ſuppono: & Muſicam præbere ſono numeros, Metricam Voci, neutramque dependere [b] à Dictione conſtantiſſimè affirmo.

Et redeundo ad Chilonem, videretur ipſe rationi conſentaneam opinionem tueri, ſicut enim, qui tripudiat ἐντορίζειν non debet, ſic nec Rhetor debet χειρονομεῖν, ludere manibus.

Reſolutio.

His tamen non obſtantibus, *non ſolum poſſe, ſed & debere χειρονομεῖν (movere artificioſè manus) Oratorem pronuncio*: nam declamaret modo mortuo, ſi hæreret immotus ut Statua. Subſcribo Principi Græcorum Oratorum Demoſtheni, qui tria præcipuè aſſeruit ad Orationis efficaciam, & ornatum requiri: & percontanti *Quid eſſet inter illa primum?* reſpondit *Actio*.

Quænam ſint illa tria, quæ à Demoſthene in Oratore requiruntur?

Et roganti, *Quid proximum?* reſpondit, *Actio*. Et petenti, *Quid tertium?* etiam reſpondit, *Actio*: tantum videlicet modo dicendi tribuens, ut in eo totum poſitum exiſtimarit Actio enim multa complectitur, & omnia eloquentia requirit, nempè vocis moderationem, oculorum vigorem, manuum motum, vultus habitum, & denique totius corporis geſtum. Alexander ab Alexandro *libr.6. cap.* 14. [c]

Relego lineas ultimas, & occaſionem inde nactus, ſubſequentes ſcribo.

Oratio triplex: purè interna, purè externa, & mixta.

Præter Orationem purè Mentalem, Mixtamque, quæ vocem cum contemplatione conjungit, dari purè Vocalem D. Thomas, & ex eo Ægidius Coninch, & alii Viri docti perſuadent. Addo nunc genua flectere, elevare, manus, aut etiam oculos eſſe actum Religionis exter-

næ, & eſſe Orationem Virtualem. Suadet hoc clariſſimè illa Hiſtoria, quæ exod. 17. c. recenſetur his verbis, [Venit autem Amalech, & pugnabat contra Iſrael in Raphidim. Dixitque Moyſes ad Ioſve. Elige viros, & egreſſus pugna contra Amalech, & cras ego ſtabo in vertice montis, habens virgam Dei in manu mea. Fecit Ioſue, ut loquutus erat Moyſes, & pugnabat contra Amalech: Moyſes autem, & Aaron, & Hur adſcenderunt ſuper verticem collis. Cumque levaret Moyſes manus, vincebat Iſrael; ſin autem paulum remiſiſſet ſuperabat Amalech. Manus autem Moyſi erant graves. Sumentes igitur lapidem poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit: Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus ejus ex utraque parte: & factum eſt ut manus ejus non laſſarentur uſque ad occaſum Solis. Debilitavitque Ioſue Amalech & populum ejus in ore gladii.] Ecce præter Orationem Mentalem, & vocalem; etiam illa Numinis Divini imploratio, quæ fit manus tollendo in Cœlum, eſt grata Domino. D. Iſidorus Clarius aſſerit Amalech eſſe nepotem Eſau; & hoc Aſceticum Monitum in gratiam Monachorum ſcribit. [Sicut multum prodeſt intenta Iuſti precatio, ſic obeſt remiſſio; quod ſi quando infimitas earnis deprimit, quod per manus Moſis graves ſignificatur, innitendum eſt Petræ, quæ eſt Chriſtus, cujus nos & virtutes roborant & exempla. Debent & proximi quique nutantibus opitulari, tanquam Aaron, & Hur. Invaleſcit autem Ioſue in pugna contra Amalech, quando Moſes erigit manus ſuas, ac ſpiritualiter intelligitur.]

An ſicut lingua ſic & manibus oramus poſſimus?

Monitum Religioſum.

Et ad omnia, quæ ex Chilone adducuntur, uno verbo reſpondeo, non illum χειρονομίας uſum damnaſſe, ſed abuſum.

Quid Veteres Iunioreſque in Chironomia Oratoria condemnent?

Ad ſecundum reſpondeo, *habere Χειρονομίαν præſcriptos Canones, in quos jam deficiendo, & jam excedendo Oratores impingunt*. Et habemus exemplum in Pantomimis illis, quos inter ſeſe voluit Auguſtus Imperator committi. Eorumq; geſtibus conſideratis alterum *ſaltatorem*, & alterum *interpellatorem* eſſe aſſeruit, Quibus nominibus, ut ex Suetonio lib. 4. Apopth. ait Eraſmus, quod alter immodicè geſticularetur, (ecce exceſſum) & quod alter non jam geſticulari. Sed ſaltantem interpellare (ecce defectum) inſinuavit.

Poteſt in defectu & exceſſu peccare.

Videlicet, ſaltando & interpellando.

a] *Sonus* in aeris fractione conſiſtit, à quibuſcumque corporibus ille frangatur. *Vox* eſt ſonus cauſatus ab animantis ore: quam ob rem inſenſibilia dicuntur ſonum edere, non autem vociferari. *Dictio* eſt vox ſignificativa; voces enim nihil ſignificantes ad cenſum dictionum non] pertinent.

Quodnam ſit inter ſonum, Vocem, & Dictionem diſcrimen?

b] Metra & Rhythmi ſunt accidentia vocis, nec indigent dictionibus ut conſtruantur; voces enim, quas ſubſcribo, expertes ſunt ſignificationis, & tamen Metra, & Rhythmos conſtituunt. Illas conſidera.

An Metra poſtulat, ut ſignificationem voces habeant?

Merticor protem tenerint abeſſes
Pantinam Cellans puger archigloſſes,

In ipſis Sappho Verſuum, quos invenit, & ſuo nomine, ut à cæteris ſecernerentur, ſigillavit, numerum & menſuram ſyllabarum invenies. Et Rhythmorum Inventor, accentuum, & conſonantiæ collaudabit decurſum. Stat ergo, & Metricam & Rhythmicam poſſe exerceri vocibus nihil prorſus ſignificantibus. Firmat id Lyſidas Virgilianus, qui dicit.

Sapphici ſunt Verſus quos Hiſpani de ſoneto vocamus; ſed non contrà.

Quid quæ te pura ſolum ſub nocte canentem
Audieram. Numeros memini, ſi verba tenerem.

Virgilius Eclog. 9.

Vbi, ut vides, numerorum, & non verborum recordatur: A verbis igitur numeri non dependent.

Harmoniæ autem ſunt accidentia Soni, nam præter Dictiones, & Voces, etiam aerem chordarum, fiſtularum, &c. commotione repercuſſum afficiunt.

An Harmonia Muſica requirat vocem?

c] Huic eſt ſimile Apophthegma de bello; nam Imperator N. exornaturus & promoturus in provinciam vicinam & confinem numeroſum exercitum, conſuluit Martem, ut à bellorum Numine diſceret, quænam ut ſuccederet proſperè requirerentur? Et tria omninò requiri reſpondit Imperatori Mars; Primo nimirũ loco, *Pecuniam*: *Pecuniam* loco altero, & deniq; tertio *Pecuniam*, ut moneremur omnes in ſola *Pecunia* belli robur, & potentiam conſiſtere.

Tria ad bellum feliciter gerendum maximè neceſſaria.

SECTIO III.

De Grammatica Chironomia.

EST Axioma notiſſimum, *Silent leges inter arma*: nam horum efficacia (juſta ſint, aut injuſta) in violentia conſiſtit. Multa profectò Ius Canonicum (Hiſp. *El Derecho del Canon*) oculatiſſima providentia diſponit, ait illis Potentia Armorum (Hiſp. *El Derecho del Cañon*) ſeſe cœca violentia opponit, & quæſtionem Iuris in Facti quæſtionem defigurat; ſunt enim hodie *ultima Regum ratio* [a] militaria tormenta. Quod non ignorarunt Veteres Summi Pontifices: nam Bonifacius VIII. Regulam hanc præſcribit. *In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa*. Ex Iuſtitia autem & Violentia reſultat duplex Chironomia, altera Civilis, altera Militaris.

Leges non poſſunt obſervari inter arma.

Vltima rati Regum quæ?

Regula LXXVIII.

EST autem hæc ultima, Artificioſa quædam Methodus movendi

De Chironomia Militari.

vendi benè manus in bello. Et quia Deus eſt exercituum Dominus, ipſe etiam eſt verus, & ſummus Artis Militaris Magiſter: eſt enim, ut ad tubarum & tympanorum ſtrepitum modulabatur David, Διδάσκων χεῖράς μου εἰς πόλεμον, *Qui doces manus meas ad bellum*. Vnde poſteà, ut dignum pendat tanto Præceptori Minerval, ait, Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεός μου, ὁ διδάσκων τὰς χεῖράς μου εἰς παράταξιν, τοὺς δακτύλους μου εἰς πολέμον. *Benedictus Dominus Deus meus, qui doces manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.*

Eius Summus Magiſter, quis?

Pſalm. 17.35.
Pſalm. 143.1.

Minerval quod penditur Deo, eſt gratiarum actio.

Hinc Hiſpani, ut militem, aut alium quemcumque virum fortem laudemus, *que es hombre de buenas manos* dicimus: & Virgilio aſſentimur, quoniam acie utrimque diſpoſita, dum Superiores Teſſerarii (Hiſp. *los Sargentos mayores*)

Manuum bonarum Vir, quis nominetur?

Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis

coordinant, eos ipſe alloquitur, & ſic inquit.

Arma acri facienda viro: nunc viribus uſus;
Nunc manibus rapidis. &c.

Virgilius Æn. libr. 8.

Maronem ſequitur Lupus de Vega, dicens.

En vueſtra mano eſta tener Victoria:
Porque ſi con valor quereis moverlas,
Teſtigos podran ſer hoy las eſtrellas,
Que todos mereceis laurel y gloria.

Gladiis orare poſſumus, & orationibus pugnare.

Sanè *Militia eſt vita hominis ſuper terram*: & ſicut gladiis probi Milites orant, ſic & Aſceræ Religioſi precibus & hymnis configunt: quo Davides reſpexiſſe videtur, dum cecinit, *Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum*. Ergo quia de armis inferiùs fusè diſputaturus ſum, de Manuum Oratione impræſentiarùm diſſeramus.

EST autem altera Chironomia, Ars quædam colloquendi per manum. *Colloquendi* conſultò dico, non *loquendi*; aliud enim eſt manu ſine concurſu vocis loqui, & aliud loquelam, ore formatam, manum motu exornare.

Quæ ſit ars loquendi, & quæ colloquendi per manum?

Habet ſuos Canones Chironomia, quos Natura docet, & neſcimus lingua, aut calamo repræſentare. Et dari in hac Arte tales eſſe Canones demonſtratur clariſſimè, quoniam, ſi non darentur in Chironomia Canones peccata (Barbariſmi, & Solœciſmi) nunquam committerentur; inquit enim Apoſtolus, Vbi non eſt Lex, nec eſt prævaricatio. Et tamen, ut notamus quotidie, manu & geſtu Barbariſmi, nec non Solœciſmi patrantur.

An habeat Canones?

Vocalis Barbariſmus committitur, quando aut novum vocabulum ineptè fingitur, aut ab aliena lingua ſumptum inconcinnè ad Regulas Latinas trahitur. Erit ergo Barbariſmus in geſtu geſtus barbarus; nempè, cum quis novum & inſolentem geſtum format, aut qui in alio loco poſſet fieri, in locum importunum tranſplantat. Rem dilucido exemplo.

Quando fiat Barbariſmus Vocalis?

Quid in Manuali?

In Teſtium aliquando Penatium quia in dicendo mentum obtorquebat, Cæſar ita jocatus eſt. *Hære tantiſper; & dices, quod vis, cùm nucem fregeris.* Notavit, ut conſpicis, barbaros, & inconcinnos perorantis mores; geſticulationes enim, quæ fortè in ruſtico tolerarentur, at in Iuriſconſulto nullo modo poterant tolerari. Et ſic in illum nugari voluit Cæſar: nam qui habet in ore nucem duram, mentum, ut eam rumpat, intorquet.

Cæſaris Iocus in Penatium.

Solœciſmus vocalis, non materiam, ſed formam ipſam concernit; committiturq; quando materia (ipſummet vocabulum) eſt bona, & apta, ſed tamen in Grammaticæ leges impingit. Nam ſi aliquis nomini *Iter* accenſeret Accuſativum *Itinerem*, non peccaret in materia (non enim barba, ſed elegans & recepta eſt vox *iter*) ſed in forma (nam in Accuſativo habet *Iter*.) Erit ergo Manualis Solœciſmus motus manus, qui ſecundum ſe nec ſit indecens, nec incompoſitus, ſi adhiberetur proprio in loco, peccat autem in leges, quia contra quam deberet, elicitur.

Quid ſit Solœciſmus Vocalis? Quid Manualis?

Vt hanc doctrinam exemplo opportuno perſuadeam, Polemonis Sophiſtæ meminerim, qui Philoſtrati Athenienſis fuit filius, & Xenocrati in Schola ſucceſſit. [*] electus in certamine Pantomimorum Arbiter, juſſit illos prodire. Præter alios, quorum geſtus, & vox in recitando perplacuiſſet, comparuit Theodomirus (vocetur ſic) & occœpit

De Polemone.

*] Eum Diogenes multa ſcripſiſſe teſtatur, at Suidas ait nullũ ſcriptum reliquiſſe.

An manu poſſit ſolœciſmus committi?

Iup-

Digitized by Google

Iuppiter has lachrymas, miſeras has
Terra querelas
Suſcipe; & innocuo, quam peto, defer opem.

Et quia Iovem invocans manū deorſum demiſit, & Terram alloquens manum ſurſum erexit, inclamavit Polemon, *En manu ſolæciſmum ineptus homuncio perpetravit*, Et cæteris ad præmii participium admiſſis Theodomirum excluſit.

De tormentis majoribus fuſis juſſu Cardinalis Richelii.

a] Cardinalis Richelius paucis antequam moreretur menſibus tormenta bellica cum hac Inſcriptione, *Vltima ratio Regum* fundi juſſit multaque ex illa potuit & Invidia & Sinceritas Conſequentias inferre. Saltem unum in Arce Mediolanenſi proſtat, quod cum aliis intercepimus apud Ticinum.

An Manus Barbariſmum committat?

NON ſolum ſolœciſmos manibus, ſed & Barbariſmos committimus. Ioannes Matos Fragoſus in Comœdia, *Pocos baſtan, ſi ſon buenos*. [part. 34. num. 4.] pag. 162. generoſum Militiæ Principem, à ſuis deſertum exclamantem inducit.

Nobilium Lemma in acie, Callar, y obrar. Ergo, qui aliter procedit perpetrat Barbariſmum.

Princeps. *Ha Soldados alentaos,*
Que ſoccorro os vendra preſto,
Omnes. *Mas ſeguro es el preteſto*
De volvernos a las naos.
Princ. *O mas peligroſo caos!*
Pueblo vil, que es del abyſmo,
Cuyo ciego barbariſmo,
Si a explicarme me accommodo,
Manos nada y lenguas todo,
Es un monſtruo de ſi miſmo.

Manibus eloqui & rhetoricari.

Et quidem generosè & prudenter: Tacent in caſtris Nobiles; manibus enim eloquuntur Milites, & cum eas ſtrenuè movent, doctiſſimè rhetoricantur. Si quando autem lingua mortes pronunciant, quas manibus inferre deberent, barbariſmum committunt, quia barbarorum ritu, pauca præſtant, & plurima vociferantur.

Et huc videbatur reſpicere Emanuel, qui in Comœdia, quæ *La Virgen de la Aurora* inſcribitur, ingenioque Auguſtini Moreti, & Hieronymi Cancri debetur, & part. XXXIV. num. 8. invenitur ſic inquit.

In duello, non linguis, ſed manibus Viri ſtrenui loquuntur.

Eman. *Las eſpadas lo han de hablar,*
Que aqui ſon lenguas las manos.
Didac. *Si Dios lloviera villanos*
Viles. Eman. *Reñir y callar.*

SECTIO IV.

De Lexico Chironomia.

De χειρογλοσσα, & Κωφογλώσσα. Mutorum lingua. Eſt difficillima

SIcut ſunt varia linguæ Idiomata (puta, Hebraicum, Græcum, Latinum, Germanicum, &c.) ſic etiam Χειρόγλοσσα poteſt in varias dialectos diſtribui. Et hæc aliàs Κωφόγλωσσα, *lingua mutorū propria* dicitur; nam per varias articulationes digitorum, & motus corporis mentis conceptus exprimit. Et quidem in Comœdia muti perſonam benè agere, arduum eſt: & ſanè tam difficile, ut licèt crebrò cœcos & claudos in ſcœnam introduci viderimus, rarò mutus in theatro compareat; quia rarò actor, qui eum repræſentare poſſit, reperitur. Interim ſemel, aut iterum vidi in Hiſpania muti perſonam feliciſſimè exprimi. Et notavi non ſemel Ruſticos, quæ neſciunt lingua, geſtu (ad Idioma naturale ille pertinet) exponere: Et huc reſpiciens Calderon, in Comœdia, quæ *La hija del Ayre* dicitur, act. 2. pag. 128. de milite, quem hoſpitio ſuſceperat, Chatus, tametſi ruſticus, ingenioſè conquerebatur.

Multi Ruſtici veriùs geſtibus, quàm lingua loquuntur.

Moſtrabale mala cara
Yo (baſtaba la que tengo)
Y buena Syrena, ſi es,
Que la ſuya puede ſerlo.
El que no eſtaba muy ducho [*]
En entender bien a geſtos,
El de ſyrena entendia,
Y no el mio. Con a queſto
Comia como un deſcoſido,
Que es poco como un hambriento.

*] Ecce geſtibus Chatus, & Syrena loquitur. Vt hoc eſt tam commune inter Sylveſtres homines, ut coram me Abbas N. dixerit. *Etſi Matrimonium verbis celebrari deberet, validè illud per geſtus à noſtris Ruſticis celebraretur; nam per geſtus loquuntur, & in eorum idiomate vix habent verba præter geſtus.*

Inter corporis motus pulchriores ſunt, notioresq; qui ad Manum pertinent; & hac ex cauſa ad hanc Muſam ſpecialiter Χειρολογία: quæ docet nos ut per motum digitorum loquamur, ſpectare cenſetur. Non eſt animus impræſentiarùm ediſſerere omnes loquendi modos artificiales; varia enim digitorum diſpoſitione tot, & plures formare poſſumus characteres, quot in Abecedario reperimus: & hanc ſectati methodū muti, & ſurdi in lingua materna (in Græca, Hebræa, Latina: &c. in Hiſpanicâ, Gallicâ, Belgicâ, Anglicâ, &c.) non ſolùm inter ſe, ſed etiam nobiſcum poſſunt loqui, Immò & noſtro ævo (quod non paucas Artes, &

De χειρολογια. An, & quomodo ſurdi, & muti loqui poſſint?

ſcien-

Quid ſit χειρολογεῖν.

ſcientias priſcis ignotas Mundo, & Scholæ peperit) quidam Magiſter prodiit, qui mutos & ſurdos χειρολογεῖν (*loqui per manum*) docuit: & inter alios vidimus ab ipſo inſtitutum magnum Principem,

> —— *Qui, quod Natura negarat*
> *Humanæ lingua, manuum illud motibus hauſit.*

At eſt animus proponere Brevem Theſaurum, in quo, ſi non omnes præcipui tamen, Manuum motus, deſcribantur, & ſingulorum notio, dilucidetur.

A Deo omnia debent exordium ſumere.

A *Jove principium*, dicebat Poëta Ethnicus, cujus verba emaculans, *A Jeova* (Vero Deo) *exordium ſumo, ejuſque auxilium, & favorem imploro*. Et, ut externo, ſigno internam devotionem teſtificer, manus in altum elevo; canit enim Virgilius Heroici Operis primo.

> —— *Duplices tendens ad ſydera palmas.*

& Statius Theb. 10.

> —— *Tollens madidas ad ſydera palmas.*

Manus in altũ elevare, quid ſit?
Qua præſtet, manuum, An oculorum elevatio?

Si quidem Veterum Ethnicorum ſententia efficacior erat orandi, & ſupplicandi modus manus elevare, quam oculos, Vnde Caſſandra, quia illas non poterat, hos ſubrigebat, ut auxilium cæliùs conſequeretur. Virg. Æneid. 2.

> *Ecce trahebatur paſsis Priameïa Virgo*
> *Crinibus à templo Caſſandra, aditiſq; Minervæ;*
> *Ad Cælum tendens ardentia lumina fruſtra;*
> *Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.*

Porrò cœremoniæ externæ in Oratione devotionem fovent, & ad ornatum conducunt: interim non debemus putare illas ſolas ſufficere, Seneca Epiſt. 41. ad Lucill. *Non ſunt ad Cælum elevandæ manus, nec exorandus Æditnus, ut nos ad aurem ſimulachri, quaſi magis audiri poſsimus, admittat.* [*] *propè eſt Deus in te.* Et Cicero libr. 1. de Legib. *Ad Divos adeunto castè, Pietatem tenento, opes amovento, ſiquis ſecus faxit, Deus ipſe vindex eſto.* Quam ob rem ſcribit D. Benedictus cap. 20. Sanctæ Regulæ. *Domino univerſorum cum omni humilitate ſupplicandum eſt. Et non in multiloquio, ſed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum nos exaudiri ſciamus.*

[*] Lege ſi velis, *prope*, inquit enim Propheta Rex Pſal. 144. 18. *Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum: omnibus invocantibus eum in Veritate.*

Et legitur die Paſchatis in tertio Nocturno.

Manus ſiniſtra in ſymbolis hanc Vitam mortalem & caducam ſignificat: *Dextera* alteram, quæ cæleſtis eſt, & æterna. S. Gregorius Papa *homil. 21. in Evang.* duas Quæſtiones proponit: nempe, *Cur mulieribus, quæ emerunt aromata, ut venientes ungerent Ieſum, Angelus apparuerit?* & *Cur in dextera parte ipſe ſederit?* Et ad Priorem reſpondet. *Illæ autem mulieres Angelos vident, quæ cum aromatibus venerunt. Quia videlicet illæ Mentes ſupernos Cives adſpiciunt, quæ cum virtutum odoribus ad Dominum per ſancta deſideria proficiſcuntur.* Et his poſteà verbis Poſteriorem decîdit. *Notandum*, inquit, *nobis eſt quidnam ſit, quod in dextris ſedere Angelus cernitur. Quid namq; per ſiniſtram niſi vita præſens, quid verò per dexteram, niſi perpetua deſignatur? Vnde in Canticis Canticorum ſcriptum eſt: Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Quia ergo Redemptor noſter jam præſentis vitæ corruptionem tranſierat, rectè Angelus, qui nuntiare perennem ejus vitam venerat, in dextera ſedebat. Qui ſtola candida coopertus apparuit: quia felicitatis noſtræ gaudia nuntiavit.* &c.

Quænam Animæ Angelos viſuræ ſint?

De Manu Dextera, & ſiniſtra.

Quid ſignificans?

Quid elevare digitum ſit?

Elevare dextera indicem eſt promittere: unde apud Pædagogum pueri, cùm ſe illam culpam ob quam puniti ſunt, non eſſe iterum admiſſuros polliceri jubentur, indicem elevant.

Quid ſit digitũ à dextera in ſiniſtram vibrare?

Sic elevatus digitus poteſt duobus modis: nempe à dextera in ſiniſtram, vel ab oculis in partem anteriorem, & contra, oſcillari, & vibrari. *Si nutes priori modo*, negat: & fuit noſtro ſæculo celebris quædam oratio, quæ eſſe debuerat Apoſtolica concio, & trãſivit in ſatyrã infamatoriã, in qua Prorex N. ad ſingulas incriminationes indicem in latera excutiebat, & illum excutiendo publicè rem negabat. Quibus continuis negationibus perturbatus Orator, *Ergo ego mentior*, imprudenter exclamat: adnuit capite Prorex, adnutumque populi riſus comitatur. Deſcendit è cathedra Concionator confuſus, & irriſus; & ſuo exemplo nos monet, magnam in Eccleſiaſte prudentiam & pietatem requiri, & ſecreta peccata, & quæ viros magnos concernunt, non poſſe in-

Concionatores eſſe debent prudentes.

cri-

criminari publicè : ſæpè enim contingit, ut aliter fieri non poſſint, quæ peſſimè fieri dicuntur : diverſa ſunt in Politica Practica eorum, qui rationes ſubduxerunt, & computus examinarunt, judicia, ab illorum ſententiis, qui Reipublicæ vires ignorant, nec ſciunt qua lege, & modo impendatur, & hauriatur ærarium.

Politica Practica eſt vulgo ignota.

Quid Index antrorsú motatus *importet?*

Si poſteriori modo nutet index, hoc eſt, *ſi iterum, iterumq; ab oculis antrorſum propellatur*, minatur : & hic manus motus ſolet verba minacia comitari. Videtur lingua & manu furorem animi expreſſiſſe Philippus, cum exclamavit, *Sciunto Romani non omnium dierum ſolem occidiſſe* : nec enim movere linguam furor potuit, quin ſimul dexteram oſcillaret. Cauſa indignationis hæc fuit. Accuſatus à Theſſalis, apud Romanorum Legatos de eorumdem propudioſis motibus, & alienis à vero calumniis querebatur, & cùm nihil proficeret, accenſus ira, ore, & manu commonuit, *ſuperventurum eſſe diem, in quo tandem ulciſceretur Romanorum ſuperbiam*. Er his ipſe minis utriuſque gentis (Romanæ, & Theſſalæ) fremitum excitavit. Titus Livius 4. *Decad.libr.9.*

An Sol omnium dierum occiderit?

Dare manum *varias acceptiones & ſignificationes habet.*

Dar con alguno.

Etiam in Lingua Hebræa, Græca, & Latina diverſas ſignificationes habet verbum Dare.

DAre alicui manum, uno modo latinè dicitur, multis autem Hiſpanicè : quoniam *Dar con alguno*, ſignificat aliquando invenire, ut ſi quis dicat, *Buſcaba a Pedro todo el dia, pero ultimamente dí con el.* hoc eſt, *Petrum quærebam tota die, at illum tandem inveni.* Eſt & transferre, aut ad alium locum perducere, ut ſiquis dicat, *Se levantó deſpues un viento, que dió con nos otros en las coſtas de Hirlanda.* hoc eſt, *Deinde excitatus eſt ventus, & tantus, ut nos in littora Hiberniæ perpulerit.*

Dar de mano.

Dar con la mano.

Si nomen *manus* exprimatur, adhuc variè ſignificat : quoniam hæ quatuor phraſes, *Dar de mano, Dar con la mano. Dar mano.* & *Dar la mano* differunt inter ſe. Prima enim (*Dar de mano*) eſt negligere & à protectione ceſſare. Altera (*Dar con la mano*) eſt manu percutere, & univerſim loquendo, lapide, aut armis indeterminatis percutere, eſt *Dar con algo.* Tertia (*Dar mano*) permittere, non enim ſonat poſitivum influxum, quam Vltima (*Dar la mano*) importare videtur : dicimur enim *dar la mano*, cum aliquem juvamus, ne cadat; &, ſi jam fuerit prolapſus, ut reſurgat.

Dar con algo.

Dar mano.

Dar la mano.

Et denique ſi phraſis, *Dar la mano* accipiatur Politicè, univerſim loquendo eſt paciſci : & ubi de bello diſſeritur, inire pacem. Occurrunt ſelectiſſima exempla : proponemus nonnulla : & primum ex Sacratis Hiſtoriis.

Puniverat Dominus ſceleratum Achab. Ejus filios, demum, cognatos, & amicos deleverat juxta verbum Eliæ. Et tandem 4.*Reg.* 10. 15. Iehu, quo tànquam inſtrumento Iuſtitia utebatur Divina, *invenit Ionadab filium Rechab in occurſum ſibi, & benedixit ei; & ait Iehu ad eum. Numquid eſt cor tuum rectum cum corde meo, ſicut cor meum cum corde tuo? Et ait Ionadab. Eſt, eſt. Si eſt, inquit, da mihi manum tuam. Qui dedit ei manum ſuam, & levavit eum ad ſe in currum, dixitq; ad eum, Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. Et impoſitum currui ſuo duxit in Samariam : & percuſſit omnes, qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, donec deleret eum juxta verbum Domini, quod loquutus eſt ad Eliam.*

Dant ſibi manus Iehu, & Ionadab, in Amicitiæ teſtimonium.

Deletur tota domus Achabi.

Hoc conciliandi animos more, & ineundæ pacis ritu, ab initio Hebræi, & etiam poſtea fuerunt uſi. Vt habetur 1. *Machab.*6.57. ad Regem & exercituum Principes Lyſias. *Deficimus quotidie, & eſca nobis modica eſt; & locus, quem obſidemus, eſt munitus; & incumbit nobis ordinare de regno. Nunc itaque* demus dextras hominibus iſtis, *& faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum,* &c. *Et placuit ſermo in conſpectu Regis & Principum : & miſit ad eos pacem facere : & receperunt illam. Et juravit illis Rex, & Principes,* &c.

Non ſemper in bello meliores ſunt conditiones, quæ obſidens.

Dare dexterã *eſt dare pacem*

Et ſimilia *cap.* 11.49. leguntur. *Viderunt, qui erant de civitate, quod obtinuiſſent Iudæi civitatem ſicut volebant; & infirmati ſunt mente ſua, & clamaverunt ad Regem cum precibus dicentes :* Da nobis dextras, *& ceſſent Iudæi oppugnare, nos & civitatem. Et projecerunt arma ſua, & fecerunt pacem : & glorificati ſunt Iudæi in conſpectu Regis,* &c.

Poſt datã dexteram *arma debent deponi, aut etiã proiici.*

In eodem cap. verſ. 63. *Rogaverunt Gazenſes Ionatham*, & dedit illis dextram. *Et accepit filios eorum obſides, & miſit illos in Hieruſalem,* &c.

Et paulò poſt (verſ.65.) *Et applicui t*

Si-

Digitized by Google

N. B. Inter vitam & libertatem & bonorum conſervationem diſtinguit moleſtiores ſubtilitas: & dare dextrâ hoc ultimum non videtur includere, ſed tantùm illa duo priora: nam viſti poſt datâ dexteram manent vivi, & liberi, ſed dimittuntur, & bonorum poſſeſſione privantur.

Simon ad Bethſuram, & expugnabat eam diebus multis, & concluſit eos: & poſtulaverunt ab eo dextras accipere, & dedit illis: *& ejecit eos, & inde cepit civitatem, & poſuit in ea præſidium*, &c.

Poſtea Simon, Ionathæ frater, ſummus Sacerdos, Princeps, & Dux Iudæorum 1. *Machab.* 13.43. obſedit, & expugnavit Gazam civitatem gentili Deorum ſuperſtitione infectam. *Et adſcenderunt, qui erant in civitate, cum uxoribus, & filiis ſupra muros, ſciſſis tunicis ſuis, & clamaverunt voce magna poſtulantes à Simone* dextras ſibi dari; *& dixerunt*: Non nobis reddas ſecundum malitias noſtras, ſed ſecundum miſericordias tuas. *Et flexus Simon non debellavit eos: ejecit tamen eos de civitate, & mundavit ædes, in quibus fuerunt ſimulacra; & tunc intravit in eam cum hymnis benedicens Dominum.* Ecce Gazenſes ritum materialem reſpicientes clamabant, & dicebant Simoni. *Accipe, daq; manum dextram*, &c. qui ſi ritus illius ſignificationem voluiſſent exprimere, dixiſſent; *Accipe, daque fidem*, hoc eſt, *ſimus amici: ineamus pacem; & fidelem inter nos ſtatuamus concordiam.*

Idem ſignum poteſt materialiter, & formaliter, ſignificari.

Similis eſt hiſtoria, quæ à *verſ.* 49. recenſetur. *Qui erant in arce Hieruſalem prohibebantur egredi, & ingredi in regionem, & emere, ac vendere, & eſurierunt valde, & multi ex eis fame perierunt: & clamaverunt ad Simonem*, ut dextras acciperent, *& dedit illis*, & *ejecit eos inde; & mundavit arcem à contaminationibus: & intraverunt in eam*, &c.

Nota illa duo verba, dedit, & ejecit.

Perfidiam in cæde Oniæ commiſſam 2. *Mach.* 4.32. recenſet Hiſtoriographus his verbis. *Ratus autem Menelaus accepiſſe ſe tempus opportunum, aurea quædam vaſa ex templo furatus, donavit Andronico, & alia vendiderat Tyri, & per vicinas civitates. Quod cùm certiſſimè cognoviſſet Onias arguebat eum, ipſe in loco tuto ſe continens Antiochiæ ſecus Daphnem. Unde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat, ut Oniam interficeret. Qui cum veniſſet ad Oniam*, & datis dextris, & jure jurando (*quamvis eſſet ei ſuſpectus*) *ſuaſiſſet de aſylo procedere, ſtatim eum perēmit, non veritus Iuſtitiam, Ob quam cauſam non ſolùm Iudæi, ſed aliæ quoque nationes indignabantur, & moleſtè ferebant, de nece tanti viri* *injuſta*, &c. & hi præter principalem *dandi dexteram* ritum; NOTO (1) illud verbum *certiſſimè*, ut ſciant, qui proximum velint corripere, debere in dubio, aut in probabilitate tacere, nec debere aliquem reum agere, antequam certiſſimè conſtet, eum crimen commiſiſſe. NOTO (2) illud verbum *apud Daphnem*; ut conſtet, quanta ſit Aſyli religio. Locus erat Ethnicus, & tamen in illo Iudæus ſervabatur ſecurus, & aſylus. Ergo, quia immunitas loco ipſi conceditur, etiam Iudæi, Ethnici, & Mahomerani in noſtris templis eſſe debent aſyli, hoc eſt, tuti, & ſecuri. Antonius Cotonius *in ſumm. Dianæ verb. Immunitas num.* 14. [Immunitate Eccleſiæ, & loci ſacri de rigore Iuris & in terminis Conſtitutionis Gregorianæ, omnes perſonæ gaudere poſſunt in delictis non exceptis, etiamſi Infideles ſint aut Iudæi: quia nimirùm Iura has perſonas non excipiunt, & ad Gentilium Aſyla cujuſcumque Religionis perſonæ tutò confugiebant. Ratio autem eſt; quia immunitas non eſt conceſſa perſonis, ſed loco. [NOTO (3) vitam, aut quamcumque aliam rem, de qua homines *dando dexteram* pacti ſint, non ſolùm ex Veracitate, ſed ex Iuſtitia deberi: & hoc demonſtrant illa Sacræ Paginæ verba, *non veritus Iuſtitiam*, & illa, *de nece injuſta*. Et ratio eſt, quia per contractum, ſicut alter adquirit jus ad talem rem, ſic alter ad talem: & contra Iuſtitiam operatur, qui proximū privat re, in cujus eum poſſeſſione ex Iure conſervare tenetur.

Polymnia.

Aurea templi vaſa Menelaus ſuffuratur, & vendit, &c.

Templū Daphnæ erat aſylum Antiochiæ.

An in dubio debeat corrigere fraternè proximum?

In Ethnicorum templis Iudæi erant ſecuri.

In noſtris etiam gaudent immunitate infideles.

Non perſonis, ſed loco privilegium conceditur.

An fides, quæ per dextræ traditionem *datur, ex ſola veracitate, an etiam ex Iuſtitia obliget?*

Capite XI. ponuntur binæ Regis Antiochi literæ, & in prioribus, quæ ad Lyſiam ſunt; *Benè igitur feceris, ſi miſeris ad eos*, & dextram dederis; *ut cognita noſtra voluntate, bono animo ſint, & utilitatibus propriis deſerviant.* In poſterioribus verò, quæ ad Iudæorum Senatum diriguntur; *His igitur, qui commeant uſque ad diem trigeſimum menſis Xantichi*, damus dextras ſinceritatis, *ut Iudæi utantur cibis, & legibus ſuis, ſicut priùs; & nemo eorum ullo modo moleſtiam patiatur de his, quæ per ignorantiam geſta ſunt*, &c.

Fortè Xantichus *eſt, quem Æthiopes & Abyſſini vocant,* Iachatith, *vel* Lahatich: *nam ſæpè*), *ut X profertur.*

Et cap. ſequentis verſu 11. *Cumq; pugna valida fieret, & auxilio Dei proſperè ceſſiſſet, reſidui Arabes victi petebant à Iuda*; dextram ſibi dari, *promittentes ſe paſcua daturos, & in*

Pax ſub onere & tributo conceſſa.

cæteris profuturos. Iudas autem arbitratus, verè in multis eos utiles, promiſit pacem, dextriſq; acceptis, *acceſſere ad tabernacula ſua*, &c.

Poſidonius, ſi Græcum nomen ſit, per ſimplex ſ ſcribi debet; ſi Latinum, per duplex ſſ.

Et cap. XIII. 22. *Iterũ Rex ſermonem habuit ad eos, qui erant Bethſuris*, dexteram dedit, accepit, *abiit*, &c.

Et poſteà cap. XIV. 19. *Quam ob rem præmiſit Poſidonium, & Theodotium, & Matthiam*, ut darent dexteras, atque acciperent. *Et cum diu de his conſilium ageretur, & ipſe Dux ad multitudinem retuliſſet, omnium una fuit ſententia, amicitiis adnuere*, &c.

An Iudæis Petrus, & Gentibus Paulus fuerit concionatus?

Imponam finem huic *de dextra traditione* diſcurſui, verba adducendo, quæ *ad Galatas* 2. 7. leguntur. *Cum vidiſſent, quod creditum eſt mihi Evangeliũ præputii, ſicut & Petro circũciſionis (qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatum circumciſionis, operatus eſt, & mihi inter Gentes) & cum cognoviſſent gratiam, quæ data eſt mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur Columnæ eſſe*; dexteras dederunt mihi, & Barnabæ Societatis; *ut nos in Gentes, ipſi autem in Circumciſionem: tantum, ut pauperum memores eſſemus, quod etiam ſolicitus fui, hoc ipſum facere*, Et hic NOTA (1) fruſtra ex hoc loco velle Novatores oſtendere, Petrum non eſſe Principem Apoſtolorum; aliò enim tendunt verba Pauli, ut P. Angelus Petrica à Sonnino *in ſua Turris David libr. 2. diſp. 1. p. 50. a §. ad illud Dextras &c.* eruditè perſuadet. NOTA (2) etiam inter amicos ad ſtabiliendam ſocietatem dari manus. Quam ob rem Chryſoſtomus hunc locum exponens, ſic infit. *O prudentiam eximiam! O concordiæ demonſtrationem irrefutabilem! Oſtendit, & illorum doctrinam ipſius eſſe, ipſius doctrinam illorum eſſe*. Vnde quidam Iunior, ut exprimeret Sanctum Thomam eſſe fidiſſimum Sancti Auguſtini Interpretem, & alterius-utrius doctrinam utriuſque eſſe, *datis manibus* (meliùs Hiſpanicè) *dados de las manos*) hos duos ſummos Doctores, quos eſſe columnas Orthodoxæ doctrinæ profitemur in tabula pingi curavit. NOTA (3) quantam habuerit S. Petrus, & cæteri Apoſtoli de pauperibus curam, ut ipſi illam D. Paulo commendaverint. Diſcant igitur noſtri ævi Apoſtoli (Epiſcopi) ſi quis pauperes negligunt, non uti, ſed abuti redditibus: qui non ad eorum alendam ſuperbiam & pompam, ſed ad tolerandos pauperes, à fundatoribus legati ſunt. Moneo tamen, me *pauperum* nomine ſemper intelligere veros pauperes: qui non poſſunt ſibi neceſſaria lucrari; non verò homunciones ignavos, quos in nequitia ſua fovet aliquorum divitum indiſcreta devotio; nam contra hos velut contra morbos Reipublicæ, paſſim à Regibus, & Principibus ſevera Decreta publicantur.

Apoſtoli columnæ Fidei.

An Petrus ſit Princeps omniũ Apoſtolorum?

Amici etiam ſibi mutuò dant manus.

Sanctorum Auguſtini & Thomæ Doctrina in punctis ſubſtãtialibus coincidunt.

Debet habere cura pauperũ.

Quinam pauperum nomine intelligendi ſint?

Dare manum eſſe ſignum pacis & amicitiæ Humana Hiſtoria teſtimoniis firmatur.

Præter Authores Sacros etiam in Ethnicorum libris hujus εἰρηνικοῦ ſigni exempla frequentiſſimè invenio. Apud Virgilium *Æneid.* 8. Teucros Pallas clementiſſimè recipit, & ait Æneæ.

> *Egredere, ò quicumq; es, ait; coramq; parentem*
> *Alloquere, ac noſtris ſuccede Penatibus hoſpes;*
> *Accepitq; manu, dextramq; amplexus inhæſit.*
> *Progreſſi ſubeunt lucum, fluviumq; relinquunt.* &c.

De Pallante & Ænea.

Et mox generoſo, & benigno Pallanti.

> *Accipe, daq; fidem: ſunt nobis fortia bello*
> *Pectora, ſunt animi, & rebus ſpectata juventus,*
> *Dixerat Æneas.* &c.

Et Æneid. 10. inter alia vociferatur Iuno.

An manu Pax orari poſſit?

> *Quid ſoceros legere, & gremiis abducere pactas?*
> *Pacem orare manu, & præfigere puppibus arma?*

Hinc conſtat aliud eſſe *pacem orare*, aliud *pacem inire*: oratur enim pax, ubi manus offertur, inîtur verò, ubi acceptatur.

Quid in Nummis, aut teſſeris ſignificent duæ manus?

Hinc poſteà Romani conſervarunt hunc ritum: & in ſymbolis ubi duas manus dexteras (datam, acceptamq;) pingebant, pacem ſignificabant. Hoc ipſi modo inibant fœdera; hoc coram ſuis Diis Pacificis ſacrificabant. Gel. Rhod. *libr. 4. cap.* 3. Pierius Valerianus *lib.* 35. Plinius *lib.* 1. *cap.* 45. Livius *lib.* 23. Virgiliuſq; *libr.* 8. & 11. & ſæpè alibi.

De Numa Pompilio.

Numa Pompilius, qui Symbolis Moralibus delectabatur, Fidem collocavit in dextera; ut ſcirent omnes idem eſſe dexteram, ac Fidem dare. Vnde illa verba Æneæ, quæ paulò antè produximus, *Accipe daq;*

Fi-

Digitized by Google

Manus fidem ſignificat.

Fidem. Metaphorica ſunt, & redderentur Grammaticè, *Dextram Accipe, daque manum*. Livius *lib.* 1.

De Artabano.

Artabanus, Parthorum Rex, aſſerente Ioſepho *Antiquit. libr.* 18. *cap.* 12. ut pacem cum Anileo initam confirmaret, ei manum dedit.

De Maſiniſa, & Sophoniſva.

Tanto odiò Romanos perſequebatur Siphazii Regis uxor, nomine Sophoniſva, ut tandem à Maſiniſſa capta, voluerit quæcumque extrema pati, modo nulli traderetur Romano. Bono animo eſſe jubet Victor: ſe eam nulli Romano traditurum promittit; & ut ſecuram & quietam illam redderet, dedit ei manum. Livius *lib.* 30.

De Iuliano & Nebridio.

Iulianus non potuit extorquere à Nebridio, ut ſibi cum cæteris contra Cõſtantem promitteret Fidelitatem. Erat enim illi eximiis beneficiis obſtrictus, & notam ingratitudinis averſabatur. Irruunt in illum milites; & occidiſſent prorſus, niſi illum protexiſſet Iulianus. Submiſſas ὑπεραστισῇ ſuo agit gratias Nebridius; & ut ſecurior ſit, manum poſtulat. Illam Iulianus negat dicens.

Cur negaverit Iulianus manum?

Si eã hoſti dedero, quid retinebo, ut poſſim amicos honorare. Amian. Mart. *l.* 21

An manus poſſit dari moraliter? An etiam manuum oſcula?

Non realiter ſolùm, ſed & moraliter dabantur manus; nam, ſicut hodie mittuntur per internuncios *manuum oſcula*, & Hiſpanus ſcribit, *A Fulano dareis mis beſamanos*; ſic & olim mittebatur per interceſſorem manus datio. Conſtat ex Quinto Curtio, qui *lib.* 5. *in fin.* Darii mortem accuratè deſcribit, & inter alia recenſet, Alexandro ob favores honoreſq; ſuæ matri & filiabus, quæ erant captivæ exhibitos, ultimas jam jam moriturum Darium egiſſe gratias, & dixiſſe. *Manum hanc accipe, Polyſtrate; & ſicut eam à me accipis, ſic illam meo nomine; & meam in illa Fidem, Magno Alexandro porriges; orabiſq; poſtulans, ut meam vindicans mortẽ, cauſam agat Regibus univerſis communem*. Et quidem Regibus univerſis cauſa communis eſt Regicidii vindicta [a] Et Darius [b] iterum, iterumq; immò etiam tertiò ab Alexandro victus, incurrit tantam indignationem apud ſuos, ut tandem ab iiſdem fuerit captus & trucidatus. Claudianus *in epiſtola ad Adrian.* aſſerit

De Dario & Alexandro.

Cur, & à quibus occiſus Darius fuerit? à quibus etiam Xerxes, & alii?

Darium famuli manibus doluiſſe peremptum.
Polymnia.

Et ſimilia de Xerxe, & aliis Principibus victis narrantur.

An danda ſit rarò amico manus?

Et quia res communi uſu vileſcunt, ut hæc dexteram dandi & accipiendi cœremonia, honorem, & majeſtatem debitam conſervaret, Samiis juſſit Pythagoras, ne niſi rarò, & in rebus eximiis manum darent. Vide D. Chriſtophorum de Benavente *in ſui Legati cap.* 23. *pag.* 543.

An in fœderibus propinandus ſit ſãguis?

Scio hujus cœremoniæ innocentiam apud Perſas, Armenos, Scythas, Medoſque ritu interdum ſpurio maculari. Gemiſt. Plet. *libr.* 2. *de reb. Græcor. & Perſar.* Tacitus *lib.* 12. *Annal. cap.* 10. Solinus *Polyſtor. ca.* 20. Secabant ſibi venas, propriumque ſanguinem in teſtimonium amoris mutui propinabant. Hunc Lydii ſanguinem è venis, quæ apud humeros ſunt, educebant: ex iis, quæ in fronte, Carmani: ex aliis alii. Sed, & ſcribebant ſanguine fœderum inſtrumenta, edocti à Dæmone, apud quem Magorum ſanguine ſcribuntur contractus. Vide Petrum Damianum *Serm.* 1. *de Nativit.*

An, & apud quos ſanguine Pacis inſtrumẽta ſcribantur?

Recenſetur caſus valde particularis, ut cognoſcatur, quãta apud Germanos ſit datæ manus ſecuritas.

Et hodie apud Germanos tanta eſt datæ *manus* religio, ut cenſeatur infamis, qui violaverit, ſi quid fuerit data manu pollicitus. Cur hunc caſum non ponerem, ut præcedenti doctrinæ fidem faciam? Anno 1644. cùm Reverendiſs. D. Salemitani nomine Monaſteria viſitarem, Bavariæ, hæſi tantiſper in Furſtenveldenſi, ubi non paucos viros doctos inveni. Et ibi narravit mihi Prior, ſenem quemdam nobilem, & illuſtrem ſibi crimen aliquod ſordidum confeſſum eſſe: & poſt abſolutionem dixiſſe, *Domine Pater promitte mihi, te eſſe ſervaturum ſecretum*. Exponit ſecreti naturalis vires Prior, Sacramentalis ſigilli religionem expendit, cenſuras pœnaſque contra hoc Secretum violantes in Iure Canonico fulminatas ediſſerit, &c. audit ſumma attentione omnia nobilis, & ſubjungit, *Da mihi ergo manum, ut poſſim manere ſecurus*. Quid grandius dici poterit, ut quanta ſit Germanorum *datæ manus* fidelitas cognoſcatur?

An nomini Parricidium poſſint ſimilia conformari?

a] A nominibus *pater* & *cædes*, dicitur *Parricidium*, hoc eſt *patris-cædes*. Hoc ſolo uſi ſunt Veteres, at non exprimunt, quæ poſſent, deberentque, ſi etiam eadem lege dixiſſent *Matricidium*, *Fratricidium*, &c. *Regicidium*, *Tyrannicidium*, & alia ſimilia vocabula.

b] *Darius* producit penultimam à Græcia

De modulo vocis Darius.

enim Δαρεῖος per ει circumflexam ſcribitur. Mantuanus.

> *Nec quà morte ferunt Perſam cecidiſſe Darium. &c.*
>
> *Quid genus Æneadum, quid nigri regna Darii.*

An fuerit niger?

Niger *eſt infelix.*

An peccata ſint nigra?

Nec patiar hunc accuratiſſimum Poetam nigros Perſas exiſtimaſſe; ſciebat enim eſſe albos; ſumit autem hanc vocem metaphoricè, eo videlicet ſenſu, quo exclamat Hiſpanus cũ dicit, *Ay negro de mi*: hoc eſt, *Heu me miſerũ.* Eſt & nomen *nigrum* epithetum, quod peccato in Hiſpania adhæreſcit, unde Pater Caſtroverde, Eccleſiaſtes Eximius, in Mercatores impios, qui ſervos & ancillas commiſcent, ut proles multiplicent, & adquirant mancipia, quæ vendant. *Si os ſueſſedes al Infierno por negros de vueſtros pecados, os podria tener laſtima; pero no os la tengo, quando veo, que os quereis condenar por los pecados de vueſtros negros.*

Advocare manum; non tamen eodem modo ſuperiorem, quo inferiorem ſolemus.

MAnu etiam advocamus, quem volumus: ita, ut ille ipſe motus æquivaleat his verbis, *Venias huc*: hac tamen differentia; ut deorſum palmã habeamus, cùm inferiorem, ſurſum, cùm ſuperiorem, aut æqualem accerſimus.

Antonij Perezij periſtromata.

Manum ori apponendo amicum admonere ſolemus; & tunc hæc ipſa manus appoſitio ęquivalet huic verbo *Tace*. Huc reſpexit Antonius Perez, negotiis graviſſimis, & quæ ſummum ſecretum requirerent, implicitus, ex auro, & ſerico pretioſa περιςρώματα Mediolani contexta domi ſuæ expoſuit, in quibus Minotaurus labirynthum ſiniſtra indigitans, & dexteræ digitum ori admovens, imaginabatur: hoc emblemate inſinuans totum labyrinthum Politicum dependere à ſecreto, & iſto violato illum illicò diruendum eſſe.

Quid ſignificaverit in illis os digito premens Minotaurus?

An in hac vita, quæ vera videntur, ſint falſa: quæ falſa videntur, ſint vera?

Hic ſilentium ſignificandi mos etiamnum eſt in uſu: ad quem convertens Liſippus oculos (apud D. Petrum Calderon *in Comœdia, quæ inſcribitur*. En eſta vida, todo es verdad, y todo es mentira, *act. 2. pag. 11. a.*) non reſpondet Foeæ, & his verbis, cur non poſſit, exponit.

> *Cierta Deidad, que eſotra vida guarda:*
>
> *Tu no la ves, yo ſi: la vi enojada y bella,*
>
> *Con el dedo en los labios los mios ſella:*
>
> *No me afflijas pues ves, que te obedeſco:*
>
> *No me amenazes, pues por ti enmudeſco.*

Sigillum ori admovere *quid ſit?*

Priſco apud Græcos, aut etiam Latinos ritu Principes, quando volebant aliquid ſub ſecreto auſcultari, ori Miniſtri admovebant ſigillum: quæ actio tametſi omninò muta, æquivalebat huic præcepto. *Audias hoc ſub ſigillo naturalis ſecreti.*

Cælius *digito indicans Dulcium, manum ſub pallium miſit*, & quid quæſo ſignificavit? Eſt adagium jam ubique receptum, *Manum habet ſub pallio*. Hoc eſt, *Eſt iners, languidus, & ignavus*. Et ducitur à geſtu Rhetorum; qui, ſi languent, manum occultant ſub pallio; ſi commoveantur, proferunt.

MAnus extenſio ſicut & Adnutus, eſt rei poſtulatæ conceſſio: & id probatur clariſſimè ex Martiale, in cujus *libro de ſpectaculis lib. 1. epigramm.* XX. hanc Hiſtoriam ſupponit.

Quid ſignificet Manus extenſio?

Proprios, & ſibi peculiares duos gladiatores alebat in Aula Domitianus. Myrino alteri nomen (de quo *libr. 2. Epigramm. 29.* etiam agit) & Triumpho alteri. Erant eximii viribus, verſatiſſimiq; in uſu gladii. Poſtquam ergo multa Pugnantium paria in arenam deſcenderant, muneris Quæſtorii actum Populus, in partes diviſus poſtulabat. Alia Myrinum, Triumphum alia petebat. Utrumque ſe daturum & commiſſurum Imperator exporrecta manu ſignificavit. Quod ipſum hoc Martialis celebravit Tetraſticho.

Gladiatorum, qui Domitiano chari, nomina.

Quæſtorii muneris actuariũ, quid?

> *Dum peteret Pars hæc Myrinum, Pars illa Triumphum,*
>
> *Promiſit pariter Cæſar utraque manu.*
>
> *Non potuit melius litem finire jocoſam.* [*]
>
> *O dulce Invicti Principis Ingenium!*

Gladiatores per jocum in arenam immiſſi oſtendebant crudelitatem adſpectantium.

*] O crudelis, & barbara hominum educatio, apud quos per ludum jocumq; homines occidebantur.

ELevabant manum Veteres in Iuramentis; & probatur clariſſimè *ex cap. 13. 22. Geneſ.* Venienti enim Abramo à cæde Codorlahomor, & Regum, qui cum eo erant, occurrit Rex Sodomorum, & ait [*] *Da mihi animas, cætera tolle tibi.* Et illi Abramus (nondum erat vocatus Abrahamus) *Levo manum meam ad Dominum Deum excelſum, Poſſeſſorem Cæli, & Terræ, quod à filo uſque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt, ne dicas, Ego ditavi Abram.* Iſidorus Clarius verbum *Levo* dilucidans, ait, *Modus* ju-

Elevare, manum, jurare eſt.

*] Eſt Pentametrum, ſi vox *nunc*, aut alia monoſyllaba inter *mihi* & *animas* profeſratur.

jurandi eſt. Hæc ergo Patriarchæ verba, *Levo manum meam ad Deum*, æquivalent his, *Iuro per Deum*. Et ſimilem jurandi modum *Daniel.* 12. 7. & *Apoc.* 10. 5. & aliis in locis reperies.

Alrera phraſis, *A filo uſq; ad corrigiam caligæ*, benè intelligitur. Eſt *à capite ad pedes, à maximo ad minimum*, ait Clarius. & tamen non benè exponitur verborum rigor. Vbi Latinus habet à filo, Hebræus habet מחוט, MIHVT: Græcus ἀπὸ σπαρτίȣ *à filo ſubtegminis*; Hiſpanus diceret, *Deſde el cordon del ſombrero haſta la cinta del çapato*.

Quid HVT, filum ſignificet?

INter Proverbia Militaria circumfertur hoc Diſtichum.

Quando manus ſpumantis equi tenera (Aulice) caudam
Expilare poteſt, vellere firma nequit.

Et ſumit lucem ab Hiſtoria, quam *lib.7.cap.* 3. apud Maximum Valerium legimus. Volebant enim Luſitani, utpotè generoſi, & ſtrenui, universâ acie cum Romanis confligere, Sertorio eorumdem Duce illis contradicente. Vt autem, quos verbis non poterat, exemplo aliquo ad ſuam Vir Prudens opinionem perduceret, duos ob oculos illorum conſtituit equos, validiſſimum alterum, alterum languidum, & infirmum. Iubet & adeſſe duos viros ſenem infirmumq; alterum, alterum adoleſcentem & robuſtum. Vt fortiſſimi equi caudam paulatim expilet jubet Seni; ut macilenti, & infirmi caudam evellat, jubet Adoleſcenti. Præſtat, quod ſibi imperatum eſt Senex: Iuvenem autem, & vires & potentia deficiunt. *Et ita gens barbara aſpera, & Reipublica difficilis* (inquit Valerius) *in exitium ſuum ruens, quam utilitatem auribus reſpuerat, oculis pravidit.*

Aliud eſt caudam equi expilare, & aliud evellere.

Qua perorando non poterat, faciendo Sertorius Luſitanis perſuaſit.

SCyllurus (Græcè Σκίλλȣρος, & Σκύλλȣρος dicitur) cum eſſet morti proximus velletque filiis octoginta, quos relinquebat ſuperſtites, Politicum Monitum pro teſtamento conſignare, juſſit faſcem ſagittarum afferri, & unicuique indixit, ut illum, ſi valeret, confringeret. Illis autem poſſe id fieri negantibus, ipſe, tametſi debilis, & ægrotus ſingulas, ſeorſim ſumptas, facili negotio confregit. Plutarchus.

Major eſt virtus unita, quã virtus ipſa diviſa.

Et ſanè prudentiſſimus Vir, multum, nil dicens, dixit: monuit enim ſuos filios neminem, &, ſi fortiſſimũ, contra eos, ſi in unione & concordia permanerent, prævaliturum fore: &, ſi ſe ſepararent, & dividerent, à quolibet, etſi debili, vincendos eſſe.

Quid ſine verbis ſuos filios Scyllurus moribundus monuerit?

SIgnari manu, aut digitis. nota phraſis eſt. Vnde in proverbium abiit,

Et pulchrum digito monſtrari, & dicier, Hic eſt.

Quo præter alios utitur Iacobus Gretſerus *lib.* 2. *inſtit. Linguæ Græcæ cap.* 1. *pag.* 7.

Quid Manu, aut Digitis ſignari ſignificet?

Elevare digitum eſt polliceri. Apud D. Antonium Moreto *tom.* 30. *Comœd. pag.* 88. *a.b.* hæc invenio.

Agneſ. *Pues dile, que venga luego*
Que tiene franca licencia
De mi Señora. Martinus. *Eſto es hecho.*
Y noſotros en que altura
Quedamos? Agn. *Ya nos veremos.*
Mart. *De veras?* Agn. *Y muy de veras.*
Mart. *Tu nombre.* Agn. *Ines.* Mart. *Alça el dedo.*

Inter pueros, qui rem promiſit, politicè jurare cenſetur, ſi digitum elevat.

EMpuñar la eſpada, eſt gladii manubrium manu apprehendere, & ſecundum circumſtantias, diverſas patitur expoſitiones. In Bruto ſuo pag. 48. Quevedus. *Dixôſe luego, que Ceſar venia ya en la litera, y en el camino a viſta de Bruto y Caſſio, Popilio Lena (el que los havia ſaludado como ſabidores de la* [a] *conjuracion) hizo parar la litera* [b] *y atendiendo cuydadoſos los dos, ſe detuvo hablando con Ceſar en ſecreto grande rato: y no oiendo la platica Caſſio, ni Bruto, ſoſpechando, que ſeria darle noticia de ſus intentos, algo ſe cayeron de animo. Y corso Caſſio y otros receloſos de eſta platica, empuñaſſen* [c] *las eſpadas, congeturando Bruto de las acciones* [d] *de Popilio, que le pedia para ſi alguna coſa con vehemencia, y que no los delataba, deſengañando los aſſeguró a todos de la ſoſpecha, que los azeleraba. Poco deſpues Lena, deſpidiendoſe de Ceſar, le beſó la mano, declarando con las poſtreras palabras, que le havia pedido alguna merced para ſi.* In quibus verbis multa poſſent notari: ego autem adnotabo quæ ad noſtrum argumentum conducunt.

Empuñar la eſpada, *quid ſit?*

Popilius Lena conſcius Conjurationis erat, at non erat conſcius temporis a Conjuratis parricidio præſcripti, nam ſi ſciebat poſt mediam horam eſſe occidendum Cæſarem, quo tructu erat ſibi & illi moleſtus beneficia effectu caritura implorando?

[a] Nocturno tempore ſemper in caſtris *datur nomen* à Principe, ut commilitones ſecernan-

Quid ſit darè nomen in caſtris?

nantur ab exteris, & exploratoribus. Datur nomen Vigilibus, qui ſunt in excubiis; qui ſuperveoientes, ſi illud proferant, permittunt tranſire, & non aliter. Sanè, quoniam omnis conjuratio nox eſt, in qua multa apparent, & pauca illuminant, utuntur ſigno aliquo ſecreto conjurati, ut cognoſcantur inter ſe. Et hic videtur Brutus, dediſſe aliquod verbum quo in ſalutatione uteretur, quod eſſet ioſolens; nam, ſi aliis poſſet eſſe commune, perturbaret.

Conjurati ſigno ſpeciali utuntur inter ſe.

Quanta fuerit Principum Antiquorum humanitas?

b] Hæc circumſtantia ſummam fuiſſe demonſtrat Imperatorum & Regum veterum humanitatem. Nemo hodie rhedam gregarii Nobilis audebit ſiſtere.

Quid tunc pugno capulum gladii apprehendere ſignificaverit?

c] Enſium apprehendendo manubria (Hiſp. *empuñando las eſpadas*) monebant Brutum eſſe in mora periculum; tunc tunc debere parricidium committi, ne fortè conjuratione detecta univerſi perirent.

Populi verba audiebat Cæſar, geſtus Brutus conſiderabat.

d] Et hic Cæſarem, & Brutum conſidera. Ille audiebat, hic videbat Populum: & tametſi non perciperet verbum, in oculis vidit, quæ dicebantur, juſſitque Caſſio, & alteri, ut omnem ſiniſtram ſuſpicionem deponereot.

Ecce manibus Lena, manibus Caſſius, & cæteri colloquebantur.

An-ne, & manibus homines poſſunt mentiri? Profectò poterunt, nam poſſunt, & ſolent affirmare, & negare. Ergo id ut certum & indubitatum internittens, interrogo, *An manuum geſtu Milites rhetoricentur?* & ago de Militibus in particulari; nam in ſuis ipſi actibus vivaciores videntur.

An manibus committantur mendacia?

An ſiant Hyperbolæ, & aliæ Figuræ Rhetoricæ?

Tametſi aliæ Figuræ, & Rhetorici decoris Gratiæ manuum motu aliquando reluceant, eſt cæteris ſenſibilior Hyperbole, nam aliqui in inceſſu & vibratione manuum ita ſunt arrogantes, ut videantur adſtantibus precario vitam, & ſalutem concedere, Parcaſq; ad nutum aut coercere, aut inmittere. At hæ Hyperbolæ, quas *Rodamontadas* Vulgus vocitat, non longè à Mendaciis, ſi benè perpendantur, excedunt. Et Therſitem in exemplum produco, qui, ut ſcripſit Velezius,

Calo el ſombrero,
Metio mano a la eſpada,
Y dixo, Voto a Chriſto,
Y no huvo nada.

Deſperationis ſignum eſt mordere digitum.

M*Ordere digitum* deſperabundi homines ſolent; & hic mos per ſæcula perennaſſe videtur, nam in Homero lego,

—— Βατραχ.
Ἀλλ' ἐπὶ λέκτρον ἰὼν ἄκρον δάκτυλον [a] καταδάκνω.
Conſcenſo lecto ſummum mordeo digitum.

Et in literis Sanctangelii 18. Novembr. 1670. datis. [*Morì l'Huomo fulmineo* [b] *il quale fu privato di vita da un Paſtore d'animali immondi con una pietra poſta in una fionda. Queſto conſtituito in agonia mordeaſi il dito pollice, lamentavaſi ad alta voce dicendo. Eh! che un' huomo da niente mi hà ammazzato!*]

Quid ſignificet ἄκρος?

a] Nomen ἄκρος, *ſummum*, & *extremum* ſignificat, & hic accipitur pro pollice; iſte enim digitus eſt, qui io deſperatione (Hiſp. *en un deſpecho*) mordetur.

De nominibus, quæ viarum graſſatores, ut timeantur, adſumunt.

b] Singuli latronum in regno Neapolitano duces, ut horrorem incutiant, nomina, aut ſono, aut ſignificatione terribilia præ ſe ferunt. Multas expenſas debuerunt Salernitani, & Campanienſes facere propter eum, qui voluit *Infernalis* dici, & tota illa provincia graſſabatur. Alius, qui *Briareus*, aut *Centumvir* audiebat, apud Sanctangelum iter-agentes ſpoliabat: & eo è medio ſublato, *Tigris*, *Taurus*, *Leo*, & alii ſimiles ſequuti ſunt: & iſtorum exemplo, hic ultimus, quem à Paſtore occiſum diximus, *Homo Fulmineus* vocabatur.

Quid ſit Me tiene haſta aqui?

QVI ſignificare vult magno ſe tædio, & impatientia alicujus tolerare inſolentias, ſi Hiſpanus ſit manu tangit guttur, & ait, *Me tiene haſta aqui*. In Comœdia, cui titulus *El Santo Chriſto de Cabrilla*. Authore D. Auguſtino Moreto. [Et habetur part. XXXIV. num. 3.] exclamabat Catreñus.

Eſſe picaro me tiene
Haſta aqui, Señor Centeno.

Quæ verba, niſi manu eorum ſignificatio compleatur, non poterunt, etſi audiantur, intelligi.

Quid ſignificet manus inducta in ſinum?

Et quid nobis dicere volebat Manlius, cùm oculos in Fanium dirigens, manum in ſinum intulit? Fortè ſi cum aliis ageret, vix intelligeretur; ſed quia ſciebat nos legiſſe Theocritum, hoc nobis geſtu *tenacem & avarum Manlium eſſe* tacitus inſinuavit. Cecinerat ille in Charitibus:

—— Νενίκλωται δ' ὑπό περδέων
Πῶς δ' ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχων πόθεν αὔξεται ἄθρει
Ἄγυρος.
—— *Lucrique cupidine victus,*
Inq; ſinu unuſquiſq; manus habet, illud & unum
Spectat, qua ratione ſibi aucta pecunia creſcat.

At hodie faciliùs, & melius manum comprimendo avarum tenacemq; ſignificamus.

Quid manu aperta, & quid clauſa?

HInc patet quid voluerit ſignificare Zenon, quem iterum Sect. V. adducam, ibi enim de hoc argumento uberiùs, & exactiùs tractabo) cum Rhetoricam palmæ, Dialecticam autem pugno ſimilem eſſe dicebat, eo quod latiùs loquerentur Rhetores, Dialectici verò parciùs & compreſſiùs. Cicero *lib. 2. de Finib.* & in *Orat. de Brut.* Quintilianus *lib. 2. cap. 21.* Et hinc obiter collige, quia fruſtra fiunt per plura, quæ per pauciora poſſent, Parcum eſſe Naturæ Genium, & Philoſophiam tam Realem, quàm Moralem, ſi nimia formarum, aut formalitatum ubertate luxuriet, malà ſuccollari Dialectica.

M*Anus palma ſurſum verſa patrocinium, & acceptionem,* deor-

De manu ſurſum & deorsū verſa. Quid ſignificet?

deorſum deſpectum averſionemq; ſolet ſignificare. D. Ioannes Antonius de Vera y Zuniga *in ſuo Legato diſcurſ. 1. fol. 42. a;* hæc ſcribit. *Suelen algunos Embaxadores con valores mal ſazonados dar a la mano occaſion de lograr con ellos concepto o accion ayroſa. Tal la diò el Embaxador de Carthago a Andromacho, que poniendo la mano la palma arriba, y luego volviēdola a baxo le diò a entender, que ſi no hechaba de Taurominio, los de Corinthio, que amparaba, que la Ciudad, que en ſu proſperidad ſignifica la mano vuelta azia orriba, ſe la pondrian los Carthagineſes vuelta azia a baxo. A lo qual riendo Andromacho, valiendoſe de las miſmas ſeñas; les dixo, que ſe partieſſen luego poniendo la mano azia arriba; o que a ellos, y a los navios, en que havian venido, los volverian, como el volvia la mano.*

Non relegit hæc Author, nam ſi unus erat legatus, nō erant plures quibus responderetur.

Priùs naſcentur in iſta palma comæ, *dicitur de re impoſſibili.*

PLacet adjungere pulcherrima verba Craſſo Romano Conſuli à Vaguiſe Parthorum Oratore dicta. Cum enim ille ad eorum terminos militem copioſum promoveret, nec intentionem ſuam ſufficienter exponeret, legatunt Oratorem Parthi, qui mentem ejus diſceret, cauſam rogaret, & tandem diceret. *Bellum hoc, quod minaris, vel Senatus conſcientia & conſenſu inſtituitur, vel à tua privata voluntate procedit. Si primum, injuſtum & ſacrilegum eſt: Pax enim, utrimque jure jurando confirmata, intercedit; & nos nunquam articulis in concordia poſtulatis defuimus. Si ſecundum, monemus, non in ſacrilegiis, ſed in glorioſis votis hunc florentem exercitum, & ſenectutem tuam poſſe impendi & expendi.* Et illi Craſſus. *Reſpondebo Seleucia.* Erat autem Seleucia Metropolis Parthorum Regia. Quibus auditis ei Legatus manus palmam oſtendit, dicens, *Prius in hac naſcentur coma, quàm tu Seleucia muros videas.* Vide eumdem D. Ioannem Antonium *diſc. 2. fol. 142. b.*

Interdū exercituum Ductores ſuorum Principum amicos, ſocioſque ob privatam avaritiam invadunt.

Manum manu fricare, *quid ſit?*

Qui amici manum manu demulcet, abblanditur, & tacitus videtur dicere,

Propoſitis, quoniam res poſtulat, annue votis.

Et cùm viciſſim fit, concordia in votis ſimilibus ſignificatur. Hinc prodiit Græcum illud Adagium, Χεὶρ Χεῖρα νίπτει. *Manus manum fricas*, aut ut alii interpretantur, *lavat.* Vnde ſcire poterimus, quid velit ſignificare Gnejus Pollioni dicens, Μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς, *Ne mihi vacuam abſtergas* (ſubintellige Χεῖρα, *manum*) nam hæc verba æquivalent his, *Ne mihi abblandiaris*. Illa enim non eſt adſequutus Langius verb. Minæ, dixit enim, *Apparet eſſe cominantis alapam.*

Et quid, Ne mihi manum frices?

Loco illius Adagii, *Manus manum lavat*, habet Hiſpanus, *Hazme la barba, y hareteel copete*, ſimilitudine à barbitonſoribus ſumpta, qui ſe alterno officio tondent: & pertinet ad innominatos contractus, qui, quia proprio deſtituuntur vocabulo, *Fac & faciam*, ſeu *Da & dabo*, dicuntur.

Adagium Hiſpanicum.

Mentum ſuum manu tenere, cogitabundi hominis eſt; at *manu apprehendere mentum alterius*, eſt invadentis, qui alterum nec loqui, nec abire permittit. De primo Homerus Odiſſ. 4.

Ἀλλ' Ὀδυσσεὺς ἐπὶ μάσταχα
χερσὶ πιέζε.

Sed Vlyſſes os ſeu mentum manibus compreſſit,

Quid ſit Manu mentum tenere?

Sic P. Iacobus Gretſerus *lib. 3. cap. 9.* tranſtulit. Interim præter mutationem literæ Δ in Λ, in nomine ὀδυσσεὺς *Vlyſſes*, quæ forſan ab ſcriptura (quoniam hæc literæ figura potiùs, quàm pronunciatione ſunt ſimiles) provenire cenſenda eſt; vox illa μάσταχα, vel aliqui malunt μύσταχα, quæ ignotæ ſignificationis eſt, ſi Hiſpanicè ſit *los moſtachos*, (*los vigotes*) paulò aliter animum diſtractum, & varia meditantem exprimet. Caret Latinus nomine correſpondente, & ideò μάσταχας dicit eſſe pilos, qui in labio ſuperiori enaſcuntur.

Cur Vlyſſes à *Latinis dicatur, qui à Græcis* ὀδυσσεὺς *nominabatur?*

Los vigotes. Los moſtachos

De violentia, qua quis alium per mentum rapit, & quatit, Thryphiod.

Μύσταχα δ' ἀῤῥήκτοισιν ἀλυκτοπέδῃσι μεμαρπὼς εἶχεν ἐπικρατέως.

Labrum, ſeu mentum firmis vinculis comprehenſum tenebas.

Et Homerus Odyſſ. ↓

Ἀλλά με κεῖνος ἑλὼν ἐπὶ μάσταχα χερσὶν, οὐκ εἶα εἰπέμεναι.

Sed ille me mento apprehenſum non ſinit loqui.

Alium mento apprehendere, *quid ſit?*

Silentii ſignum manu datur: & hoc frequentiſſimum eſt; unde, & Paulus Apoſtolus hoc utebatur ſigno, ut ſilentium indiceret; nam *in Act. Apoſt. 13. 16.* legimus. ἀναστὰς γὰρ Παῦλος, καὶ κατασείσας τῇ

Manu ſilentiū indicitur.

χειρὶ

χειρὶ, εἶπεν. *Surgens autem Paulus, & ſilentium-indicens manu, ait.* [Et canitur die tertio Paſchatis in Miſſa.]

Dixi digitum ori admotum, non ſolùm ſilentium ſignare, ſed indicere: & quia hiſtoria ſcitu digna, & opportuna occurrit, illam ſubſcribo. Sebaſtiani Ziani Ducis Venetorum auſpicio ex Conſtantinopolitana Vrbe ad erigendum S. Marci Templum Architectus, evocatur. Præter ampliſſima munera in auguſtiſſimo tẽpli loco ſibi ſtatuam poni requirit. Aſſentiuntur Patres: & Græcus homo, quoniam plura & plura poſtulabat quotidiè, & non omnia impetrabat, ſuperbia & impatientia elatus dixit, *Magnificentius pulchriuſq; templum extruxiſſem, niſi inter ipſum opus occurriſſent plura, quæ me prudentiorem reddiderunt.* Quæ verba ex levitate & arrogantia dicta, graviter audita ſunt à Duce; nam ſubridens repoſuit, *Et nos de ſtatua ponenda prudentiores reddemur.* Quam ob rem, non ubi deſiderabat Græcus, ſed in veſtibuli fronte marmoream ſtatuam erexerunt, manu, ad os admota, quaſi illi loquendi temeritatem exprobraret. Ignatius lib. 6. cap. 5.

Erigitur Templum S. Marci Venetiis.

Architecti arrogantia & temeritas.

Manus ori admota quid ſignificet?

SECTIO V.

De Rhetorica Chironomia.

OMnia, quæ hucuſq; dicta fortaſſis videri Philomuſo poterunt pertinere ad Grammaricam: nonnulla adhuc ſubſcribamus de Geſtu, qui ab Oratoribus dilucidatur: Rhetoricæ enim partes, quinque ſunt: Inventio, Diſpoſitio, Eloquutio, Memoria, & Pronunciatio. Ad hanc ultimam pertinet, Dictio, Corporis diſpoſitio, Modus proferendi, & Motio manuum. De quibus breviter diſputaturus ſum. Nec extra chorum tripudiare cenſebor, quoniam in Manu Humana, rerum Parens Natura, Scientias collocavit Eximias, & inter eas, de qua nunc diſputamus, Rhetoricam. Et, ut id dilucidè & curioſè perſuadeã, occurrunt Ciceronis verba, quæ allegantur à multis, & à paucis benè dilucidantur. *Zeno*, inquit, *omnem vim dicendi in duas partes tributam eſſe dicebat: Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno ſimilem eſſe; quòd latiùs loquerentur Rhetores, Dialectici verò compreſſiùs.*

Quinque partes Rhetoricæ.

Cicero libr. 2. de Finib.

Quæ inter Rhetoricam & Dialecticam differentia intercedit, manu aperta & clauſa, optimè à Zenone ſignificatur.

Et quidem manu, non ſolùm loquuntur, ſed etiam eloquuntur Homines: quoniam apud P. Marinum Merſennum *in Geneſ. cap. 4. verſ. 21.* hæc verba Demetrii reperio. Ἀκούω ἄνθρωπε ἃ ποιεῖς· οὐχ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν, *Audio, ô Homo, quæ facis; nec video ſolùm, ſed etiam ipſiſmet manibus mihi videris loqui.* Non ergo ſola lingua, ſed etiam manibus loquuntur homines. An etiam manibus Rhetoricantur? Manuum profectò motus dicendi efficaciam adauget; videntur enim Oratores inculcare in animos dextera, quæ impreſſerant lingua. *In ſua Corona Gothica ad ann. 418. pag. 40.* proponit Conſilium Conſtantii, qui tali artificio propoſuit Gothis Pacem, ut eam perſuaſerit, quin ſe illam ambire, aut deſiderare inſinuaret. Vltima apud hunc Authorem Declamationis verba fuerunt hæc. *No es poca gloria, que Vencedores, y triumphantes los Romanos de todas las Naciones, remitan a nueſtro arbitrio la Paz o la Guerra. Eligid Voſotros la que fuere mas conveniente al honor y conſervacion deſte Sceptro; que yo diſpueſta tengo eſta Mano para exercitar la una, o firmar la otra.* Et addit Hiſtoriographus. *Eſtas ultimas razones repreſentadas vivamente con el movimiento de la mano, y con las acciones del ſemblante, dexaron perſuadidos a los Oyentes, que convenia la paz, y aſsi con acuerdo de todos ſe hizieron las capitulationes.* Nota illud *perſuadidos.* Cum igitur Grammatica, Logica, & Rhetorica in Suaſoria Oratione concurrant, & manuum motus eloquantur, & ſuadeant, cenſendus eſt Saavedra judicaſſe has tres Nobiles Scientias exerceri à Chironomo.

An manibus loquantur homines?

Qua arte Conſtantius Gothis pacem perſuaſerit?

Quantam illius verbis motus manus efficaciam addiderit?

Quanam Artes Oratoriam exornent?

PRima itaque Chironomi, qui rhetoricari deſiderat, cura *Vocis* reſpicit moderationem: debet enim non cantare, ſed dicere. *Cantamus* autem, quando eum tono Muſico pronunciamus: *dicimus* verò, quando voce utimur naturali, qualis in Harmonicis locum habere nequit: aliud eſt enim voce alta loqui, aliud cantare: & ſunt, non ſolùm Concionatores, qui canora voce in ſuggeſtu declamant, ſed & multi, qui in privato colloquio modulantur. Adlaborandum eſt, ne hoc diſcipuli vitium in pueritia conci-

INVENTIO.

Quid ſit dicere? & quomodo à cantare differat?

cipiant; nam facili negotio hauritur, & dediſcitur non ita facili. Curam hanc Inventioni ſufficio, nam ſicut res convenientes invenire, & eligere tenetur Communis Rhetorica, ita hæc vocum tonos rebus dicendis conſentaneus invenire, & diſcernere, ne fortè audiat ab Arbitris, *Si dicis, cantas; ſi autem non dicis, ſed canis, malè cantat.*

DISPOSITIO

ALtera ejuſdem Φροσόφȣ cura concernit corporis diſpoſitionem; nam ſolicitè procurare debet, ut hæc externa corporis habitudo diſpoſitioni argumentorum, de qua fusè tractant Scriptores, reſpondeat. Manuum enim, brachiorum, & totius deniq; corporis modus, motuſque eſt quaſi fidejuſſor vocis; qui ſingula, quæ dicuntur, adfirmat. Sic cum hominem ſuperbum deſcribimus, totum corpus erigimus, cùm modeſtum, & humilem, humeros colligimus, & caput inclinamus.

An corporis motus conſignificent?

Hinc eſt eadem verba poſſe cum modeſtia, ſuperbia, & humilitate pronunciari. Modeſtia medium tenet: nam modeſtè loqui dicimur, cum loquimur ſicut cæteri ſolent. Superbia poſtulat, ut ſicut oculos, & caput erigimus, ſic etiam caput erigamus. Humilitas, paucis rem expedit, caput inclinat, oculos dejicit, vocem remittit. Superbum loquendi modum in quodam Epigrammate, quod in noſtræ Rhythmicæ pagina 101. legitur, D. Hieronymus Cancer ingenioſè deſcribit.

Quid requiratur ut ſit modeſta loquutio? quid ut ſuperba? quid ut humilis?

De humili loquutione.

Humilem D. Benedictus. *Paucis rem expedit*, dicebam ego: & ipſe cap. VI. Sanctæ Regulæ. *Si qua requirenda ſunt à Priore, cum omni humilitate & ſubjectione reverentia requirantur, ne videatur plus loqui quàm oportet.* Ergo in D. Benedicti Lexico, cum humilitate & reverentia agere, eſt non plus loqui, quàm oportet. Addidi: *caput inclinat, oculos dejicit, vocem remittit.* Et S. Legislator, *Oſtendit nobis omnẽ exaltationẽ genus eſſe ſuperbiæ: quod ſe cavere Propheta indicat, dicens. Domine, non eſt exaltatum cor meum: neque elati ſunt oculi mei,* &c. *Nonus Humilitatis gradus eſt, ſi linguam ad loquendum prohibeat Monachus, & taciturnitatem habens, uſque ad interrogationem non loquatur, monſtrante Scriptura*, Quia in multiloquio non effugies peccatum: *& quia*, Vir linguoſus non dirigetur ſuper terram. *Decimus Humilitatis gradus eſt, ſi non ſit facilis ac promptus in riſu: quia ſcriptum eſt*, Stultus in riſu exaltat vocem ſuam. *Vndecimus Humilitatis gradus eſt, ſi, cum loquitur Monachus leniter, & ſine riſu; humiliter cum gravitate, vel pauca verba & rationabilia loquatur: & non ſit clamoſus in voce, ſicut ſcriptum eſt*, Sapiens [a] verbis innoteſcit paucis. *Duodecimus Humilitatis gradus eſt, ſi non ſolùm corde Monachus, ſed etiam corpore humilitatem videntibus ſe ſemper indicet: id eſt, in opere, in oratorio*, &c. *inclinato ſit ſemper capite, defixis in terram aſpectibus*, &c. *dicens ſibi in corde ſemper illud, quod publicanus ille Evangelicus, fixis in terram oculis dixit*. Domine non ſum dignus ego peccator levare oculos meos ad Cœlum. *Et iterum cum Propheta*. Incurvatus ſum, & humiliatus ſum uſquequaq; *&c.*

S. Benedict. *in Reg. cap. 6.*

De S. Benedicti Lexico.

Idem ibid. cap. 7.

Pericula loquacitatis.

Dedecet Monachos cachinnari, & vociferari.

a] Illud *paucis*, ablativi eſt & vocem *verbis* afficit. Et quid, ſi uſurparetur in dativo, & diceretur, verbis (dũ loquitur) paucis hominibus, factis autem (dum operatur) innoteſcere pluribus: hoc eſt, potiùs ſapientiam in factis, quàm in verbis cognoſci.

ELOQVVTIO.

TErtia Chironomi in Oratione cura Eloquentiam concernit: manualem ſcilicet, quæ inconcinnos & incompoſitos motus reprobat, & excludit. Hac olim carebat Manlius Sura, quem in agendo diſcurſantem, manus jactantem, togam jam dejicientem, jam deponentem rurſus, hinc Populum, inde Senatum proſpectantem, & frequenti, & inconcinno motu humeros & caput converſantem Domitius Afer, Vir ſanè eruditus & celeber, irridebat dicens, *Illum, non agere pro roſtris, ſed ſatagere*. Oratores enim dicuntur *agere*: & eos, qui fruſtra aliquid conantur, *ſatagere*. Eraſmus *lib. 6. apophth.* ex Quintiliani *lib. 6. cap. 4.*

Etiam in geſtu elegantia obſervatur.

Quinam Oratores agant, & quinam ſatagant?

MEMORIA.

An Manus ad Artem Memoriæ pertineat?

CVRA Penultima, quæ ad Φρόσωφον ſpectat, Recordationem reſpicit, & ideò Lector ingenioſus interrogat, *Cur de Memoria acturi ſimus, ubi de Manu diſputamus?* Nam Manum Author Priſcus cum Memoria conjunxit, & nos Artem Memoriæ in Manu ipſa, ut expeditior ſit, collocamus. Exclamat ille ὅπȣτις ἀλγεῖ ἐκεῖ, καὶ χεῖρ ἔχει. *Vbi quis dolet, ibi manum habet*. Et ibi dolemus, ubi injuriæ, aut infortunii recordamur. Vnde Themiſtocles Simonidi Artem Memoriæ pollicenti reſpondit. *Si Oblivionis Artem pollicereris, tuam Scholam adirem: nam memini ſæpè, quæ nolo; nec poſſum oblivisci, quæ volo.* Cicero *lib. 2. de Orator* Plutarch. *in Græc. Apoph.*

Vera, Memoriæ, an Oblivionis Ars nobis ſit addiſcenda?

Plato in Cratylo.

Η μνήμη, inquit Plato, παντί πυ μλωύει ὅτι ἐςι ἐν τῆ ψυχῇ, ἀλλ' ου φορά. hoc eſt juxta communem Interpretem, MEMORIA, *vel ſuo nomine Græco cuivis oſtendit, quod manſio quædam ſit in Anima, non autem motio*. At meliùs poſſet quiſpiam Interpretis verba caſtigare, & ſic dicere, MEMORIA, *ut ſuo nomine Græco* μνήμη, *ſi à verbo Latino* maneo *deducatur, cuivis inſinuat, quod* manſio *quædam ſit in Anima, non autem motio*. Nec mirum videri alicui poterit, ſi hoc nomen Plato à fonte Latino deduxerit; cùm, quia multa ſunt in Græco Theſauro vocabula è Latino deſumpta: tum, quia non facilè reperies verbum Græcum, quod *manere* ſignificet, & nomen μνήμη potuerit generare.

An Græcum Memoriæ nomen (nempe Μνήμη) à Lingua Latina proveniat?

An Memoria à manendo dicatur?

Arbitramur, libr. 17. Dionyſius Siculus ſcribit, *res memoria facilè retineri, quando per ſua veluti capita diſpoſita, finem principio adnexum habent*. Ergo in Senatu Iuriſconſultus, in Schola Præceptor, & in Templo declamaturus Eccleſiaſtes, Primò ſibi è diverſa materia (ferro, plumbo, cupro, argento, & auro) annulos varios elimari procuret: & in eos diverſarum figurarum (triangulares, quadratos, ovales, rotundos, &c.) & variorum colorum (nigros, albos, virides, rubros, cæruleos, flavos, &c.) lapides induci jubeat, & hunc eſſe Δακτυλομνήμης generalem apparatum pronunciat. Deinde, quando fuerit Dicturus, puncta Orationis ſuæ, velut per capita diſponat, punctiſque ſingulis juxta argumentorum qualitates, annulos convenientes adfingat. Et tandem ſiniſtra manus digitos, ab auriculari incipiendo, annulis ornet, eo nimirùm ordine, quem Orationis poſtulat diſpoſitio, ut propriis ſuis coloribus lapides ponant ob oculos puncta dilucidanda. Modus hic valde eſt facilis, & mihi frequenter inſervit.

Pravius ad Artem Memoriæ Apparatus.

Quales Annuli ſint præparandi?

Quomodo in manu diſtribuendi?

Sunt prætereà annuli, qui duobus aut tribus componuntur circellis, & *Annuli Memoriæ* (Hiſp. *Sortijos de Memoria*) vocantur: quando enim volumus alicujus rei non obliviſci, unum ex his circellis dimittimus, qui ab aliis pendens, & impingens in digitos, illam rem revocat in memoriam, quæ nobis eſt curæ & ſolicitudini.

Memoriæ Annulus.

Tali annulo utebatur Maria Auguſta, Philippi Tertii filia, Quarti ſoror, & Ferdinandi III. Romanorum Imperatoris uxor, quæ ſub ſpirituali Patris Quirogæ Capucini, ſui Confeſſarii, magiſterio directa timebat Deum, & Heroicas exercebat Virtutes. Gerebat hæc circellum dimiſſum in annulo, hac lege, ut quoties in illum impingeret, ſe eſſe Chriſtianam recordaretur, & ageret Deo gratias, quòd ſe creaverit, ſuo ſanguine pretioſo redemerit, inſtrui in vera Religione voluerit, & opportuoa media dederit, ut poſſet Æternam Beatitudinem conſequi.

Maria Auguſta Imperatricis Annulus.

Quid ab eo moneretur?

Et quia deberent ita animis inſculpi, ut nunquam delerentur, illa Sancti Spiritus verba, *In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis*, Alexander VII. Pontifex Maximus, curavit fieri annulos, quos inter amicos diſtribueret, in quibus lapilli loco proſtabat Cranium, & tacitum in oculos ſuggerebat hæc verba.

Eccl. 7. & 28. Alexandri VII. Pontificis Romani Annulus.

Vive memor lethi: fugit hora: hoc quod loquor, inde eſt [a]
Ipſe jubet mortis te meminiſſe, Deus. [b]

a] Perſius 5.
b] Martialis libr. 2.

Sed & de hoc argumento Libellum aureum ſcripſit, & Romæ ann. M.DC.LIV. edidit ſine nomioe Authoris ſub hoc titnlo. *Optima Philoſophia*: MEDITATIO MORTIS. *Pia geſtatio annuli Calvariæ opere encauſtico cælati; tum, ut mortis recordatio per oculos mentem admoneat: tum, ut, quæ hic ſubjiciam, Philoſophiæ Chriſtianæ de Morte documenta, in uſum deducantur.*

Pius & eruditus Libellus de eodem Annulo.

Et quid, ſi ſuſpicari auderem Hebræos ſub Babylooiorum tyrannide & captivitate patientes, & lugentes, portaviſſe annulos, aut etiam manicas & eis inſcriptũ nomen ירושלים Ieruſalem, ut quoties eas viderent, & illud legerent, Sanctæ Civitatis recordarentur. Probat hoc ille miſer captivus, qui apud Prophetam Regem *Pſal.* 136.5. compedum, & catenarum ſtrepitui vocem attemperans modulabatur, *Si oblitus fuero tui, Ieruſalem, oblivioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui.* Quamdiu enim recordabatur ſuarũ manuum, recordaretur Hieroſolymitanæ Civitatis illarum annulis, manicis, & aliis ornamentis inſcriptæ.

An Memoria Annulis Hebræi in captivitate fuerint uſi?

Exponitur Prophetæ Pſalmus.

Et

Cur Nuncius detur Annulus?

Et generaliter loquendo, qui novum ſibi gratum, aut utile ſaltem, recipit, ut animum gratum oſtendat annulum Nuncio ſolet dare, ut ſuæ Nuncius gratitudinis teſtimonium & memoriam conſervet.

In Comœdia *La vengança en el empeño*, à Ioanne Matos Fragoſo compoſita [7. par. 34.] pag. 48.

Vt remaneat apud eum recordatio donãtis.

Famulus. *A Francia puedes paſſarte,*
O *Aragon*. Elvira. *A queſte anillo*
En ſeñal de agradecida
Recibe. Famul. *Yo le recibo*
Por timbre de mi lealtad.
Elv. *Vamos pues, Hados impios,*
Tened laſtima de mi.
Famul. *Gran dolor*. Elv. *Fuerte martyrio*.

Ecce Nuncio, qui etſi ingrata, nova attulit neceſſaria, & utilia, donatur annulus.

PRONVNCIATIO.

VLtima Rhetoris Cura eſt Pronunciatio. Et hæc modum dicendi reſpicit. Et ſubſequentia Scholia, ſi attentè legantur, tuæ poterunt Inſtructioni prodeſſe. Nam proferendi modus PRIMÒ Populum à Populo, & Gentem à Gente ſecernit: nam ipſammet linguam Latinam, alio modo, alio accentu Caſtellanus, alio Luſitanus, alio etiam Germanus, alio Italus, &c. pronunciat: ut interdum ubi duo colloquentes audimus, ex modo & tono, etſi nullum verbum prorſus intelligamus, quâ linguâ loquantur cognoſcimus. SECVNDÒ, interrogationem ab affirmatione diſtinguit; & hic loquendi tonus aſſertionem verè Catholicam convertet frequẽter in hæreſim. Catholica ſunt illa S. Auguſtini verba. *Qui fecit te ſine te, non ſalvabit te ſine te*, quæ tamen in Ioannis Calvini ore ſunt Hæretica: illa enim ſic protulit, *Qui fecit te ſine te, non ſalvabit te ſine te?* Quoniam, non jam aſſertivè ſed interrogativè prolata, in oppoſitam ſignificationem convertuntur. TERTIÒ, *proferendi modus* Ironiam à ſimplici oratione ſecernit: alio enim tono dicimus *Pulchra res*. Cũ admiramur, & verè pulchram eſſe aſſerimus; & alio, cùm his verbis rem eſſe turpem per ironiam vociferamur. Modus ſanè loquendi per ironiam, antiquiſſimus eſt.; & primus, qui illum uſurpavit, fuit Deus.

Alio tono profertur Aſſertio, & alio Interrogatio.

Et hæc interdũ vertitur in ſignificationem contrariam.

Polymnia.

De εἰρωνία, an & quomodo à ſono & pronunciatione vim habeat?

Geneſeos tertio lapſus primorum Parentum recenſetur. Ait ad mulierem ſerpens. *Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno Paradiſi?* Reſpondit illa, *Ne fortè moriamur*. Et ſerpens. *Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dii ſcientes bonum & malum*. Decipitur fœmina, & Virum in peccatum inducit. Vocantur ad iudicium à Deo, condemnantur, & Homo hac exprobratione irridetur, *Ecce Adam, quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum*. Adludit ad Dœmonis verba; & quæ ille aſſertivè dixerat, Deus per ironiam reponit, & exprimit ſenſum contrarium:

Quo poſſit Latinè vocari? An ſenſum cõtrarium exhibeat?

Eſt autem εἰρωνία, ut eam definire ſolent Rhetores, figura, quam difficulter in Scripturâ cognoſcas, tota enim in amaritudine vocis collocatur. Eam nos *diſſimulationem*, aut *irriſionem* poſſemus dicere, cùm videlicet pronunciatione ipsâ nos diverſum oſtendimus ſignificare ab eo, quod verba ipſa videntur ſonare. Exemplum producunt ex Virgilio in Operis Divini decimo.

Me duce Dardanius Spartam expugnavit Adulter.

Quàm ſint ἐρώτησις, & εἰρωνία cognata.

In quo, niſi amaritudo pronunciationis adiuverit, confiteri videbitur, quod contendit negare. At, ſi rem bene meditereis ἐρώτησιν (ſeu interrogationem) veriùs, quàm εἰρωνίαν admitti à Virgilio videbis. Sed in alterutrâ vocis modus invertit ſignificationem: ſicut etiam in illo,

Quando, & quomodo homo ignavus poſſit dici fortiſſimus?

—— *Eventus noſtra fortiſſime pugna*
Quis fuit?

quod apud Ovidium Transformationum tertio legitur: ubi univerſi Interpretes εἰρωνίαν intereſſe aſſeverant.

Corporis & manuum motus ad Pronunciationem ſpectant, illam enim decórant & exornant, ſi termini modeſtiæ obſerventur: alia enim Hiſtrionum & alia Oratorum eſt actio. Quintilianus libr. 6. cap. 4. *Afer venuſtè Manlium Suram multùm in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus jactantem, togam dejicientem & imponentem; non agere dixit, ſed ſatagere*.

Modeſtiam debent Oratores in dicendo obſervare.

SECTIO VI.

De Dexterâ.

Quænam in Mundo pars dextera, & quæ ſiniſtra cenſeatur?

An, & cur Oriens à dextris conſtituendus ſit?

QVatuor in Mundo ponuntur Cardines; Oriens, Occidens, Meridies, & Septemtrio. Et ſecundum diverſas hominis poſitiones, eſſe à dextris vel ſiniſtris dicuntur.

P. Ioannes Baptiſta Ricciolius *in Almageſto Novo. libr.* 1. *cap.* 16. *in ſchol. pag.* 22. *b.* §. *iv.* ſic ſcribit. [Quoniam Virgilius, & Ouidius in Zonarum deſcriptione, mentionem fecit partis dextræ & lævæ Mundi, explicat hac occaſione Clavius *pag.* 310. quæ ſit pars dextra, quæ ſiniſtra Mundi, & illo adhuc eruditiùs Iacobus Mazzonus *in Dantis defenſione libr.* 1. *cap.* 15. & *libr.* 3. cap. 30. ſumma doctrina eſt apud Philoſophos & Geographos dextram eſſe Orientem, quia ab illa incipit motus diurnus, ſicut in animalibus à dexterâ; vel quia deſcripturi orbem habitatum Geographi Boreales, reſpiciunt Polum Boreum atque adeò manet illis à dextris Oriens, & hoc modo nobis proponunt mappas ſuas ut nobis à dextris ſit Oriens; Apud Aſtronomos verò dexteram eſſe Occidentem, quia contemplantur Planetas, & ſydera Zodiaci potiſſimùm, ac ſe vertunt ad Auſtrum (intellige de Borealibus) quare Occidens illis eſt à dexterâ; Apud Poetas tandem dexteram eſſe Septentrionem, quia nobilior eſt multitudine ſtellarum, & habitatorum civiliorum ac doctiorum, & morâ Solis majori in ſignis Borealibus per 8. ferè dies, quàm in Auſtralibus.] Stante hac poſitione corporis illud Lucani [*]

Quo modo Mappa deſcribantur?

De hoc argumento ſcribit erudirè Philander in Cōmentariis, quibus Caput IV. libri IX. Vitruvii Pollionis dilucidat.

Cur Aſtronomi à dextris Occidentem conſtituant?

Cur Septemtrionem in dextera Poeta collocans?

Vmbras mirati ſemper non ire ſiniſtras.

de Europæis militibus verificabitur, qui Tropicum Cancri prætergreſſi Sole in æſtivo Solſtitio conſtituto videbant umbras in dexteram partem protendi: ſi enim ageret de Africanis, qui intra Torridam lecti, dixiſſet,

Vmbras mirati ſemper ſunt ire ſiniſtras.

Et illud *ſemper*, ad *ire*, non autem ad *mirati*, referret.

*] Hunc Lucani verſum non vidit Ioānes Raviſius Textor, multa enim Epitheta nomiois *Vmbra* congerit, & tamen in illis *ſiniſtrā* vocari nō reperio.

SECTIO VII.

Cur in Pontificum Bullis, in quibus appenditur Sigillum plumbeum à dextris Paulus & Petrus à ſiniſtris ponatur?

ANte Reſolutionem duo ſunt à nobis diſcutienda: Alterum, *Vtra manus ſit dignior?* & alterum, *An reverà in Bullis Petrus ad ſiniſtram ponatur?*

Manus dexteræ dignitas apud Latinos:

Profectò manum majori honore dexteram, quàm ſiniſtram, in Europâ haberi, certum eſt. Id probat Tiraquellus *de Iure Primog. in præf. num.* 13. & 14 Caſtaldus *de Imper. quæſt.* 88 *num.* 9. Ioannes Fernandus *in theſaur. verb. dextera*. Pineda *in Iob. cap.* 11. *verſ.* 9. *num.* 6, Rota *in Cæſarauguſtani. præminentiarum*, 11. *Novembr.* 1627. Pacianus *de probationib. libr.* 2. *cap.* 25. *nu.* 90. Ioannes Garcias *de Nobilit. Gloſſ.* 48. *num.* 24. Azevedus *ad Curiam Piſanam. libr.* 2. *cap.* 2. *num.* 9. Ribeira *Epiſt.* 1. *ad Hebr. num.* 20. & alij.

Etiam apud Hebræos.

Apud Iudæos etiam, qui majori honore colebantur, ponebantur à dextris. Quo reſpiciens apud Prophetam Regem, *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis*. Cui conſonat Apoſtolicum Symbolum: ibi enim Chriſtus, *Aſcendit ad Cælos: ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis*. &c. Et extremi Iudicii die Electi conſtituentur ad dexteram, & condemnati in lævam rejicientur.

Pſalm. 109. 1.

Matth. 25.

Mahometani (Turcæ, Perſæ, &c.) digniorem cenſent manum lævam. Et eos ſequuntur aliqui in Orientali Mundo Populi, ut Baronius *tom.* 2. *ad annum Chriſti* 213. & *tom.* 3. *ad ann.* 325. & *tom.* 6. *ad ann.* 451. Buratius *deciſ.* 488. *num.* 7. Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 106. *num.* 43. P. Gabriel à S. Vincentio *in Conſil. Reſponſ.* 110. *num.* 6. *pag.* 229. *b.* & alii Viri eruditi nos monent.

Apud Turcas obſervatur oppoſitum.

Ad ſecundum reſpondeo, nec convenire Authores in nominibus, quam enim ſiniſtram partem alii, alii dexteram nominant; nec ſemper Paulum habere in Bullarum ſigillis eumdem locum. Et quidem, ſi petiero, quæ ſit pars dextera hujus paginæ, alii eam in initio linearum, alii

An Authores in deſignanda parte dextera & ſiniſtra conveniant?

alii in exitu illarum conſtituent. Vnde Evangelii locum, quem omnes dicimus & judicamus dexterum, ſiniſtrum vocat P. Gabriel, inquit enim *loc. cit. num. 6.* [Sacerdos in Miſsâ legit Epiſtolam in dexterâ, & Euangelium, quod dignius eſt, in ſiniſtrâ.] & P. Gabrieli Ioannem Servilium accenſebo, qui in ſui Triglotti Dictionarii Prologo ad Lectorem inquit. [Primogenia nomina lævorſum in margine prominere.] Ecce initia harum linearum in lævâ conſtituunt, finem autem in dexterâ. At hæc, non à re perſpectâ, ſed à te perſpiciente ſumitur denominatio: & debet contrà: omnes enim Pictores, ut illud, *Sedet ad dexteram Patris omnipotentis* exprimant, Chriſtum pingunt in A. & Patrem Æternũ in B. Ait quidẽ Bellarminus *lib. 1. de Rom. Pontif. cap.* 27. non fuiſſe perpetuum in Eccleſiâ, quod ſemper in ſigillis hi duo Apoſtoli collocarentur eodem modo. At neſcio, An rem bene Bellarminus diſcuſſerit, nam hodie (7. Iul. 1676.) omnia noſtri archivi proſpectavi Diplomata, & in omnibus prorſus (nullo excepto) à dextris S. Paulum collocari conſpexi.

A -- B

NB ſæpe in ſigillis ponitur S. Paulus à dextris.

His præmiſſis ad Quæſtionem Principalem veniamus.

Quidquid fiat, non poteſt præjudicare D. Petro?

Reſpondeo, ex eo quod Paulus ponatur à dextris, dignitati S. Petri minimè præjudicari, hæc enim certa, & indubitata eſt, & à cæremoniis, & earum incertâ ſignificatione non dependet. Princeps Apoſtolorum, Petrus eſt, & Pontifex univerſalis. Bernardus libr. 2. de Conſider. clariſſimè & appoſitiſſimè. *Graditur* (Petrus) *ſuper aquas, unicum ſe Chriſti Vicarium deſignans: qui non uni populo, ſed cunctis præeſſe deberet; ſiquidem aqua multa, populi multi.* Ergo ſupponendo, ita eſſe certum, omnes prorſus Apoſtolos fuiſſe ſubditos & oves Petri, ut nullum dubium, aut controverſiam ſubeat, debemus quærere rationem, ob quam à dextris S. Paulus ponatur.

Cur Petrus juſſus ſit ambulare ſuper aquas?

An, & in quibus prærogativis Petro ſit major Paulus?

Hunc locum illi concedunt aliqui, quia, licèt minor ſit Petro in dignitate, in prædicationis miniſterio, ſcientiæ eminentiâ, & nonnullis aliis prærogativis cæteros ſuperavit: nam & ipſimet Petro prædicavit, inquit enim, *Cùm autem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat.* Hanc ſententiam *num.* 4. proponit P. Gabriel. & eam amplectitur *num.* 7. & ait [Modò Paulum poni à dextris, modò à ſiniſtris, ut hoc modo Eccleſia ſignificaret, hos Apoſtolos inter ſe pares [videlicet, in diverſis generibus.] vel certè ignorari, uter alteri præſtet: nam, etſi Petrus major ſit poteſtate [& dignitate] Paulus tamen major eſt ſapientiâ: & ſic omnibus penſatis neſcitur, quis eorum abſolutè præſtet.] Reprehenſionem illam, de quâ loquitur Paulus, non majorem in ipſo dignitatem, ſed oculatiorem providentiam innuit; erat enim quæſtio de delectu ciborũ: in qua, ut noſtrum Apologema exponit, agebatur de materiâ probabili, & ſuam ſententiam Paulus in praxi utiliorem putabat. Nec id ægrè tulit Princeps Apoſtolorum, ſed ut Epiſt. 71. ad Quint. S. Cyprianus ſcribit, *Petrus, quem primum Dominus elegit, & ſuper quem ædificavit Eccleſiam ſuam, cùm ſecum Paulus poſtmodum de Circumciſione diſceptaret, nec vindicavit aliquid inſolenter, aut arroganter adſumpſit, ut diceret, ſe Primatum tenere, & obtemperari à novellis, & poſteris ſibi potius oportere. Nec deſpexit Paulum, quòd Eccleſiæ primus* (lege, *priùs*) *perſequutor fuerit, ſed conſilium veritatis admiſit; & rationi legitimæ, quam Paulus vindicabat, facilè conſenſit. Documentum ſcilicet nobis, & concordiæ & patientiæ tribuens, ut non pertinaciter noſtra amemus, ſed quæ à Fratribus aliquando & Collegis noſtris utiliter & ſalubriter ſuggeruntur, ſi ſint vera & legitima, ipſa potiùs, quàm noſtra ducamus.* Quæ verba deberent relegere Prælati omnes, & admonitiones ſubditorum ſerena facie & animo tranquillo tolerare. Subditus enim, ubi ſuperiorem ſervata filiali reverentia corripit, non Iuriſdictionem exercet, ſed obêdit præcepto Charitatis.

Ad Galat. 2.

An Paulus correxerit Petrũ? De qua re erat inter eos diſſertatio?

Fraterna correctio dicitur, qua frater fratrem corripit: *Paterna*, qua pater filium: *Filialis*-que, qua filius patrem.

Monitum ad Prælatos.

Alii volunt, ideò à dextris Paulum collocari debere, quod ſit Gentium Apoſtolus, & Petrus ad Hebræos fuerit miſſus; & Gentes poſſidebant Imperium; & Chriſti, & Apoſtolorum ætate Hebræis, & aliis Mundi cogniti Populis, Romani Cæſares dominabantur. Hanc viam ingreſſus eſt B. Petrus Damianus *in privatis ad Abbatem Deſiderium ſcriptis*, apud Franciſcum Muſicantium

An Hebræis Gentiles præponantur?

Doct. or Hebræorum S. Petrus; Gentilium ver. S. Paulus.

Digitized by Google

tium *in libell. de Imaginibus Sanctorum Apoſtolor. Petri & Pauli*, & apud Marcum Antonium Georgium *in ſpeciali ſcripto, de Statua D. Pauli à dextris*.

D. Angelus Manrique laudatus.

Illuſtriſs. noſter D. Angelus Manrique, Magiſter meus (cujus memoriam cum reverentia ſuſpicio, & recolo; fuit enim Ciſtercienſis Ordinis Generalis, Primariuſq; in Salmanticenſi Vniverſitate Cathedraticus, & Pacis-Iuliæ Epiſcopus (vulgò de *Badaxos*) in Concione movet hanc ipſiſſimam difficultatem, & ait Chriſtum in carne paſſibili, & paſſura Petrum & alios, Apoſtolico Collegio adſcripſiſſe: at poſt Reſurrectionem, jam glorificatus D. Paulum. Hocque ſpeciale decus & privilegiũ indigitaturam Orthodoxam Eccleſiam, ſine Pontificiæ Dignitatis, & Majeſtatis præjudicio, Paulum à dextris collocaſſe, ut vel ſic non Pauli reſpectu Petri, ſed Chriſti glorificati reſpectu ſui ipſius in hoc Mundo patientis differentiam oſtenderet.

S. Petrus Chriſti paſſuri fuit Apoſtolus; Paulus Chriſti glorificati.

An locum in ſigillis dexterum ſub initium, nõ conſilio, ſed caſu ſortitus fuerit D. Paulus? ἀποσφάγισμα, cælatura ſigilli

Et quid, ſi ex errore, & non à conſilio in ſigillis ſub initium acciderit, quod tanto nunc conſilio diſcutitur, & examinatur? & ratio dubitandi eſſe potuit; quia cum in matrice (ſic dicitur activum ſigillũ) ἀποσφάγισμα cælaretur, à dextris poſitus fuerit D. Petrus, & à ſiniſtris D. Paulus, tunc neceſſariò ad lævam debuit tranſire in plumbo; typi enim, ut univerſi norunt, dexteram cum ſiniſtra pervertunt.

SECTIO VIII.

An Chirologia conſtans ſit, & perpetua, an verò variet temporibus & locis mutatis?

Aliqui manus motus habent ſignificationem naturalem: aliqui artificialẽ.

AD Naturam Signa, quæ manibus fiunt, reducuntur à multis, & ab ipſis adſcribi debent immutabilium cenſui. At ego, ut ut negari nolim, in nonnullis manuum motibus internos Animi affectus naturaliter exprimi, non patiar negari poſſe ab aliquo eſſe etiam in ipſa manu motus ad placitum ſignificantes. Et inter alios eum, qui dextera aliquem verſus mota, indicem & auricularem protendit, & digitos inter medios contrahit, in exemplum produco: hic enim nihil prorſus naturaliter exprimit, & aliud hodie innuit, quam ante duo annorum millia ſignificabat. Attende.

Illorum cõſtat, & horum ſignificatio mutatur.

Quia Aſinus, fatuum Animal, magnis auribus præditus, cum Ariſtotele ad Alexandrum Phyſiognomici inferunt, hominem, qui hoc à Natura charactere ſignatur, eſſe ſtupidum. Porta *lib. 2. cap. 7.* [Albertus ex Loxo magnas, & prominentes aures ſtoliditatem & imprudentiam ſignare dixit. &c. Vnde vulgò contra eos, qui in ſtudiis, vel moribus, vel dictis deliquerint, protenſis indice, & auriculari digitis, auriculas Aſini magnas imitantur, & ſibilum addunt. Ad hoc Perſius.

Quales ſint, qui habent longiores aures?

Quid olim ſignificabat manus, in qua index & auricularis cæteris cõtractis protendantur.

O Iane, à tergo cui nulla Ciconia pinſit,
Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas.]

At hoc hodie ſigno homines ſeu ſeriò convitientur, ſeù jocosè ſe recreent, non aures, ſed cornua ſignificant. Illa ergo digitorum diſpoſitione, qua ante duo annorum millia, *Tu es Aſinus*, Semphronio Petteſirius dixiſſet, hodie mutatis eum tempore Chirologicis ſignis, *Tu es Cornutus*, & nihil prorſus aliud ſignificaret. Quo reſpiciens aliquando ſic luſi.

Et quid hodie ſignificet?

Mutatur cum tempore manus ſignificatio.

Quæ Manus quondam fuerat figura
Aurium, Cajumque Aſinum vocabat,
Carpit uxoris modò caſtitatem,
Cornua monſtrans.

SECTIO IX.

De modo numerandi, & loquendi per Digitos.

LIbellum ingenioſum & eruditum de hoc olim argumento Græcè ſcripſit Nicolaus Smyrnæus Aſtabaſdas, inſcripſitq; Ἔκφρασιν τοῦ δακτυλικοῦ μέτρου hoc eſt. *Tractatus, de modo menſurandi (numerandi) per digitos*. Et, ut illum intelligas, digitos ſingulos ſuis ſignari vocabulis, præſcire debes.

Exponitur χειραριθμητική.

PRIMVS dicitur *Pollex*. Aliqui nomen hoc à polliceor deducunt, & Paſſeratius contra: inquit enim Polliceor deducitur à pollice & licendo; quia, qui licebatur, digitum tollebat. Cicero *2. & 3. in Verrem.*] Olim in pollice erat approbationis, reprobationiſque ſignificatio, qui enim favebat, premebat pollicem, qui contrà malè alicui cuperet, pollicem convertebat. Plinius libr. 28. cap. 2.

De digitorum nominibus.

DE POLLICE.
Ejus motu Veteres ſuffragabantur.

cap. 2. *Pollices, cùm faveamus, premere, etiam proverbio jubemur*. unde intelligi poteſt ille verſus Horatii,

Vulgus utroq; ſuum laudabat pollice ludum.

Et hoc eſt, quod χειροτονεῖν Græci dicunt, nam olim manus, aut pollicis elevatione ſuffragia ferebantur. Vocatur præterea Græcè μέγας δάκτυλος, *Magnus digitus*, Hiſp. *El dedo grueſſo*, aut *el pulgar*. Dicitur etiam ἀντίχειρ quaſi *altera manus*: interdum etiam *Hallux*, ἀπὸ τοῦ ἅλλομαι.

Μέγας δάκτυλος. ἀντίχειρ. Hallux.

DE INDICE. Monſtrari digito *quid?*

Secundus nominatur *Index*, illo enim utimur cùm aliquem indigitamus. Vnde *monſtrari digito* eſt δείνυσθαι τῷ δακτύλῳ inſignem haberi & cenſeri Lucianus in Hermonide, Horatius 4. *Carm. Ode* 3. Perſius, & alii. Et hanc ob rem à Græcis δεικτικός, ſeu λιχανός vocari ſolet. Hoc olim digito ſilentium indicebant Romani. Martialis lib. de nupt. Philomel. *Quidam redimitus puer ad eos compreſſo digito ſalutari ſilentium commonebat*. Hoc elevato digito reus petebat veniam, & hoc elevato Iudex, aut Princeps concedebat. Vnde Proverbium, *Peccaſti: digitum exſere*: tractum à gladiatoribus, qui ſi vincebantur, digiti extenſione à populo *cape ferrum* clamante, veniam deprecabatur. Hodie puerorum promiſſiones indicis elatione, velut civili quodam juramento firmantur, quando enim corriguntur, hac emendationem cæremonia polliceri jubentur.

Veniam petere. Veniam concedere.

Puerorum juramentum Politicum.

DE MEDIO. *Cur ille* Verpus, Impudicus, Famoſus, *&* Infamis, *nec non* σφάκελος *dicatur?*

Tertius, nam medius eſt, μέσος, *Medius* vocatur. Dicitur etiam *Verpus* à verrendo podice; ob quam cauſam etiam *impudicus*, *famoſus*, & *infamis* olim nominabatur. Hunc porrigere digitum erat deridere, & contemnere. Martialis

Oſtendat digitum, ſed impudicum
Alconti Dacoq; ſymmachoq;

Iuvenalis

—— Ipſe minaci
Præberet laqueum, mediamq; oſtenderet unguem,

Et Perſius.

—— Frontem atq; uda labella
Infami digito, & luſtralibus antè ſalivis
Expiat.

Sed, & hunc eumdem digitum ex Suida Ioannes Scapula σφάκελον ulcus, aut inflammationem appellat.

DE ANNVLARI. Vocatur etiã παράμεσος

Quartus, qui παράμεσος, *apud medium*, ἰατρός Medicinalis dicitur: & quia ſub initium hoc ſolo digito ferri ſolebant annuli, nominabatur *Annularis*. Agellius cap. 10. lib. 10. *In digito ſiniſtra manus, qui minimo proximus eſt, geſtantur annuli.*

DE MINIMO *qui & dicitur* Auricularis.

Quintus, qui μικρός, *parvus*; & ὠτίτης, *auricularis*, Plautus in amphitr. *Si minuſculo digito increpuerint fores*. Ratio nominum eſt, quòd reverà ſit minimus, & illo purgari ſoleant aures.

Tametsi tantùm penultimum ſiniſtræ manus annulis exornavit Antiquitas, quia ſingulos hodiè digitos annulis onerari videmus, circumfertur hic verſus

Mercator, Medicus, Stultus, Studioſus, Amator.

Quid annuli in cæteris digitis ſignificent?

Qui quinque habet dictiones, & correſpondet quinque digitis, & ſecundum qualitatem cujuſq; in quo digito annulus ſit gerendus, præſcribit. Illum enim in pollice geſtat Mercator, & indice Medicus: in medio ſtultus, ſtudioſus in medico, & in minimo Amator; & hujus verſus ſententia variis exemplis, & rationibus poterit dilucidari.

Vtimur, & dicimus ſub initium, digitis ut numeremus; utimur, ut loquamur. Χειραριθμητικὴν conſideremus priùs, & poſteà nonnihil de Χειρολογίᾳ ſubſcribemus.

De Numeris digitorum poſitione exprimẽdis Smyrnæus, ut diximus, ſcripſit ſpecialem Tractatum. Præcipua ejuſdem capita P. Nicolaus Cauſſinus Latinè reddidit, & *in libr. 9. de Eloquent. Sacr. & human. cap. 8. pag. 565.* propoſuit, quoniam Inſtitutum hujus Operis promovent, etiam hic proponentur.

In manibus, inquit ille, *ita numeros continebis: & in manu quidem læva unitates, & decades tenere debes; in dextra verò centenarios, & millenarios. Numeros autem, qui hos excedunt, notare alicubi oportet. Nam integrum tibi non erit illos manibus continere.*

An non myriadem poſſit prætergredi?

Minimo ſeu auriculari digito contracto, quatuor verò reliquis extenſis, & erectis, in ſiniſtra quidem manu unitatem ſolam contines, in dextra verò millenarium unum.

Vnitas & Millenaria. 1. & 1000.

Rurſus contracto minimo, & medico,

dico, reliquis tribus, ut dicimus, ex-
2. & 1000. *plicatis: in læva duo, in dextra duo*
millia tenes.

Tertiò autem, qui medius, & infa-
3. & 3000. *mis dicitur; compreſſo, jacentibus aliis*
duobus, ac reliquis extenſis, indice ni-
mirum, & pollice, qua continet in ſi-
niſtra quidem tria ſunt, in dextra
verò tria millia.

Porrò duobus mediis incurvatis,
4. & 4000. *nempe medio, & medico: & reliquis*
extenſis, nempe pollice, indice, & au-
riculari, ex primis in ſiniſtra qui-
dem quatuor; in dextra quatuor mil-
lia.

5. & 5000. *Rurſus tertio, mediove contracto,*
& quatuor cæteris expanſis, denotas
quinque læva, ac dextra quinque mil-
lia.

Præterea incurvatis infami, &
6. & 6000. *annulari, & reliquis exporrectis, in ſi-*
niſtra tenebis ſenarium; in altera ſex
millia.

Item minimo, auriculari ve extenſo,
7. & 7000. *& palma radici, ſeu brachiali appo-*
ſito, reliquis elevatis, deſignas ſeptem,
læva, altera ſeptem millia.

Rurſus annulari medicove pariter
8. & 8000. *exporrecto, & inflexo, donec extremam*
vola partem aptè contingat, adjacente
etiam minimo, reliquis tribus, medio,
indice, & pollice ſublatis: geſtus, qui
fit in ſiniſtra, exprimit octo, in dextra
octo millia.

9. & 9000. *Sic igitur tertio digito, ſive medio*
pariter conſtituto, atque aliis duobus
Decades & Centenaria. *ita poſitis, primo auriculari videlicet,*
& ſecundo, ſivè medico, eadem con-
formatione, in læva declarant novem,
in dextra novem millia.

Præterea pollice expanſo, non ta-
men elevato, ſed obliquè utique, &
10. & 100. *indice inflexo, quouſque in priorem ar-*
ticulum pollicis concurrerit, ita ut coa-
leſcat ſigmatis figura, reliquis autem
tribus naturaliter exporrectis, & non
ſeparatis à ſe invicem, ſed connexis,
talis geſtus in ſiniſtra denotat decem;
in dextra centum.

Ad hæc, quarto, qui index dicitur,
20. & 200. *explicato, recta tanquam æquali li-*
nea: reliquis tribus connexis, & ad
palmam quaſi figura anguli paulùm
inclinatis, pollice autem ſuper his ja-
cente, & ad Indicem ſimul admoto: in
ſiniſtra talis geſtus viginti deſignat at
in dextra ducenta.

Rurſus indice, & pollice in porre-
30. & 300. *ctum ſubinclinatis, & in apice ſum-*
mo ſibimet appropinquantibus, cæteris
tribus extenſis, & connexis, prout à
natura dicuntur: talis flexus triginta
declarat in Læva, & trecenta in alte-
ra.

Item, quatuor recta extenſis, & 40. & 400.
pollice ſuperinducto indici, inſtar lite-
ræ Γ, Gamma, ad partem ſuperiorem
exteriorem ſpectante, in ſiniſtra notat
quadraginta, & in dextra quadrin-
genta.

Porrò eodem modo quatuor explica- 50. & 500.
tis recta, & copulatis: pollice verò in-
ſtar Γ, gamma, ſi interiorem partem
flexo, ad pectus, ſivè artum indicis,
quinquaginta denotat in læva, & in
altera quingenta.

Hæc cùm ita ſe habeant, & in in- 60. & 600.
dice pollici circumflexo, ita ut index
contingat media junctura, primum,
& ſecundum articulum, & frons e-
juſdem indicis montem pollicis præ-
cingat, ſexaginta declarat in ſiniſtra,
& ſexcenta in dextera.

Item tribus ſimiliter extenſis, &
ut ſæpè diximus, connexis, pollice 70. & 700.
etiam ſuper indicem immiſſo, cum ad
ſummitatem unguis in gyrum coëunt,
cum indice ſignat ſeptuaginta in læ-
va, & ſeptingenta in altera.

Rurſus tribus innctis, erectiſque,
ut ad figuram anguli, & ad palmam 80. & 800.
proſpicientibus, pollice autem ſupra
medium, & tertium digitum inni-
tente, & incumbente curvatura, quæ
ad radicem ipſius eſt, & ad palmam
adaptato, atque indice ſuper illis cir-
cumflexo ad primum articulum, do-
nec ſummitate concidat in montem
pollicis; talis geſtus in læva effingit
octoginta & in dextra octingenta.

Denique manu palmi inſtar contra- 90. & 900.
cta, erecto pollice, ac digitis tribus
extenſis, demiſſo indice, ut à contrac-
tione flexus aſſoles, ejuſmodi geſtus
in ſiniſtra nonaginta indicat, in dex-
tra nongenta.

Sic Smyrnæus in ſua ἔκφρασι.

Mihi autem hæ digitorum po- *Cenſura de Smyrnæi Arithmetica.*
ſitiones non placent; ſunt
enim difficiles, & Artes omnes po-
ſtulant facilitatem. Accedit, quod
ſigna hæc in duas ſectiones dividan-
tur: & in primâ numerum expreſ-
ſum in ſiniſtrâ, dextera millecuplex,
& decuplex tantùm in alterâ, cùm
poſtularet Methodus ut uniformi-
tas obſervaretur. Præterea, eſt
pauperrima hæc Methodus, non
enim progreditur ultra Myriadem.

ERIT igitur operæ pretium novas
alias, & faciles digitorum poſitiones
proponere. Conſidera ſequentem
Tabulam. *In-*

Nova & facilis Methodus Numeros digitis ſignificandi.

	0	1				2			3			4				5
Index	E	ↄ	E	E	E	ↄ	E	E	ↄ	E	ↄ	E	ↄ	ↄ	ↄ	ↄ
Medius	E	E	ↄ	E	E	ↄ	ↄ	E	E	ↄ	E	ↄ	E	ↄ	ↄ	ↄ
Annul.	E	E	E	ↄ	E	E	ↄ	ↄ	ↄ	E	E	ↄ	ↄ	E	ↄ	ↄ
Minim.	E	E	E	E	ↄ	E	E	ↄ	E	ↄ	ↄ	ↄ	ↄ	ↄ	E	ↄ
Numeri	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
Litera.		B	C	D	F	G	H	L	M	N	P	Q	R	S	T	Z

Poſſent multæ aliæ digitorum poſitiones proponi, ſed hæ paucæ ſufficiũt

Digiti, qui in primam conſiderationem veniunt ſunt illi quatuor, qui exprimuntur in Tabulâ. Et eunt, aut extenſi, aut contracti, literâ E, extenſio, & litera ↄ adnotatur contractio.

Pollex ſemper extenſus eſt. In primâ columellâ nullus contrahitur: & ideò characterem (0) ſuperpoſitum habet. In quatuor ſequẽtibus unus: ut ſuperpoſitus character (1) inſinuat. Super aliis ſex columellis ponitur character (2) qui in ſingulis binos digitos contrahit. Poſteà, ſuperponitur (3) nam in aliis quatuor columnis ternos flecterit. Et tandem, ut character (4) exponit, colliguntur & contrahuntur in ultimâ omnes quatuor. Expanſo igitur Pollice ſedecim diverſas digitorum poſitiones proſpectas; & alias ſedecim habere poteris Pollice eodem contracto.

Numerare per Manum.

Pro Arithmeticis Supputationibus decem tantùm characteres ſufficiunt (videlicet, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 0.) nec enim pluribus utimur, cùm numeramus more Arabico. Nõ eſt ergo, cur plures digitorum poſitiones in ratiociniis impendamus.

Loqui per manum.

Pro Loquutione autem indigemus conſonis & vocalibus. Illas habes in Tabulâ; de his ſic ſtatuo. Pollex, ſi nullum alium digitum tangat, dat A; ſi Indicem, E; ſi Medium, I; ſi Annularem, O; &, ſi Auricularem V.

De vocalibus & conſonantibus.

De nonnullis ſuperfluis literis.

Apud Latinos K nullum uſum habet: X componitur ex C & S, & aliquando ex G & S. Litera Pythagorica, ſi eam retinere in Linguâ Latinâ volueris, contractu Medii & ultimi digiti ſignificabitur.

De characteribus dictiones integras ſignificantibus.

Aliæ ſedecim poſitiones, quas dat Pollex contractus, poterunt accipi pro dictionibus integris, & habebitur ſpecioſum eloquendi compendium. Et, quia hæc omnia manus tantummodò una exhibuit, poteris notas alias 32. alterâ manu exprimere: &, ſi utramque velis manum componere, 1024. poſitiones habebis; tot enim dant 32. per 32. multiplicatæ.

SECTIO X.

De Loquutione Angelorum.

Variæ referuntur Theologorum ſententiæ. An Dæmones loquantur per motum? An per manum?

An Spiritus (Angeli, & Dæmones) inter ſe colloquantur?

CErtum eſt inter ſe loqui Spiritus [quoniam bene gubernata Reſpublica, qualis eſt, Angelica, poſtulat, ut non omnia ſecreta omnibus manifeſtentur. Ergo eſſe debet apud Angelos modus retinendi ſecretum; & modus illud manifeſtandi, quando, & quibus unuſquiſque voluerit.] De modo autem, quo inter ſe colloquuntur, variæ ſunt Theologorum ſententiæ. De hoc argumento agit D. Thomas 1. *part. quæſt.* 107. *per totam*; & paſſim Theologiæ Profeſſores *ibid.* P. Philippus à Sanctiſs. Trinit. *ibid. diſp.* 12. has Concluſiones defendendas adſumit.

An inferiores Angeli poſſint ſuperioribus loqui?

I. *Vnus Angelus loquitur Alteri, non ſolùm Superior Inferiori, ſed etiã Inferior Superiori: immò Angelus loquitur Deo, & ſibi ipſi.* Contra nullum, ſi bene intelligatur, militat hæc Concluſio; nullus enim unquam Theologus negavit Angelis colloquutionem. Interìm uberioris doctrinæ gratiâ adducit & diſſolvit P. Philippus argumenta, quæ poſſent aut contra Concluſionis ſubſtantiã, aut explicandi modum, ab aliquo Viro docto proponi.

Rejiciuntur nonnulla Doctorum Sententia.

II. *Angelica loquutio non fit per influxum phyſicum Angeli loquentis ad audientem, qui fit vel productio notitiæ actualis in intellectu audientis, ſe merè paſſivè habentis: vel productio ſpeciei repræſentantis notitiam Angeli loquentis: vel productio aliquorum ſignorum ſpiritualium,*

quæ ſint nova ſpecies intelligibiles, aut modificationes præexiſtentium: vel productio figurarum & characterum ſenſibilium. Hæc Concluſio universìm loquendo eſt contra Scotum & ejus diſcipulos, qui *in 2. diſt. 9. quæſt.* 2. loquentem Angelum in audientis intellectu notitiam realiter imprimere aſſeverant: tametſi in explicandi ſuam opinionem modo differant; nam, quia homo cùm loquitur, non auditionem ipſam, ſed ſpeciem in auribus aliorum producit, Alenſis, Richardus & alii aſſerunt, in audientis Angeli intellectum à loquente Angelo, non notitiam ipſam, ſed ſolam ſpeciem immitti. Eſt etiam contra illos, de quibus ipſe *ibi* P. Philippus ait. [Alii denique volunt Angelicam loquutionem fieri quibuſdam figuris & characteribus ſenſibilibus in aliquo corpore ab Angelo loquente formatis.]

Quam Scotus & Scotiſtæ propugnent?

III. *Angelica loquutio fit per influxum moralem, quo Angelus loquẽs ordinat ſuum conceptum ad audientem. Hic autem influxus eſt ſufficiens ad puram loquutionem Angelicam, quæ videlicet non ſit illuminativa, & tamen neceſſariò ad illam requiſitus. Unde Angelica loquutio conſiſtit in cõceptu unius Angeli ordinato ad alium, ut ab eo cognoſcatur, ſive ut ei innoteſcat*. Hæc Concluſio ſupponit, ſolum Deum poſſe realiter aliquid producere in Angelis. Et poteſt explicari clariſſimè. Quoniam ſpecies Angelici intellectûs ſunt valde univerſales, & omnia ex ſe individua exiſtentia repræſentabunt, niſi ſubtrahat Deus ſuum concurſum. Atquì Deus, ut Reipublicæ Angelicæ perfectioni conſulat, non vult cum Angelo audiente concurrere, niſi velit ille, qui dicitur loqui. Ergo hujus voluntas eſt conditio *ſine quâ non*. Ergo Angelus loquens ad auditionem alterius Angeli non cõcurrit phyſicè, ſed moraliter. Et, ſi objicias, Angelum, cui alter loquitur, potiùs videre, quàm audire dicendum eſſe; reſpondebo ex D. Thomâ *quæſt. 9. de Verit. art. 4. ad* 12. ſcitè doceri ab Auguſtino in ſenſibus externis audire & videre differre, & in intellectu coïncidere, & hanc ob rem in Angelis audire & videre eſſe idem.

Divi Thomæ, & Thomiſtarum Opinio.

An ſolus Deus poſſit aliquid in Angeli ſubſtantiam producere?

An in Angelis audire & videre ſit idem?

IV. *Localis diſtantia nihil operatur in Angelicâ loquutione. Unde poſſunt Angeli ad quamcumque diſtantiam, etiam infinitam, ſi daretur, ſibi invicem loqui. Et hæc loquutio tantùm percipitur ab his, ad quos ordinatur*. Eſt clara & certa, ſi præcedentes admiitantur. Obeſſet enim nimia inter duos Angelos diſtantia, ſi per realem influxum formaretur loquutio. At formatur per moralem tantummodò. Ergo colloquutionem nec retardat, nec remittit diſtantia, hæc enim non præjudicat moralitatibus.

De intercapedine locali. An colloquutioni Angelorum officiat?

Interìm in Venerabilis P. Riealmi, vigilantiſſimi Specioſæ-Vallis Abbatis hiſtoriâ, quam Scholiis opportunis illuſtro, per terum quarumcumque motum Dæmones inter ſe colloqui, ſæpe reperio. Ut vel hinc colligatur non eſſe omninò rejiciendam ſententiam, quæ per Geometricos Characteres in aëre delineatos Angelorum, ſaltem viatorum colloquutionem exponit. Audiri P. Amicus poterit, qui *ſuæ Theolog. tom. 2. diſp. 15. num. 3. pag.* 126. *a.* ſic ſcribit. [Primus Modus, Angelorum loquutionem explicat per ſigna inſenſibilia ad placitum, vel per modum ſcripturæ virtute Angeli loquentis in Empyreo impreſsâ: vel per modum vocis in aëre formatæ. Ægidius *in 2. diſt.* 10. *quæſt. 3. in reſol. art.* Argentinas *ibid. art.* 2. Molina *quæſt.* 106. *art.* 1. *concl.* 2. quamvis non negent loquutionem Angelorum fieri etiam poſſe alio modo interno & ſpirituali: licèt Durandus *diſt.* 11. *quæſt.* 2. *art.* 12. anceps ſit. Fundamentum. Angeli perfectè callent hominum linguas, virtutemque habent eas exprimendi, vel per modum ſcripturæ in Cælo, vel per modum vocis in aëre, ut patet cùm homines adloquuntur. Ergo poſſunt hoc modo ſua ſecreta ſibi mutuò manifeſtare.] Nec multùm ab hac ſententiâ diſtant Rubius *in 2. diſt. 9. quæſt.* 2. *art. 2. in part. 2. art. concl.* 2. Ariminenſis *quæſt.* 2. Marſilius *quæſt.* 7. *art. 2. num.* 6. Albertinus *coroll.* 11. *ex princ. philoſ.* quibus etiam adhærent Ægidius, Argentinus, & Molina citati, & aſſentire videtur Vaſquez *diſp.* 211. *cap.* 10. aſſerunt enim uti Angelos ſignis ſpiritualibus, quæ nec ſunt actus vitales, nec ſpecies intelligibiles, ſed qualitates incorporeæ ſignificativæ rerum, de quibus loquuntur. Et his, inquiũt,

An Dæmones colloquantur per motum?

An per externa ſigna?

Sunt diverſæ Theologorum Sententiæ.

An Angeli ſciant omnes linguas humanas?

Angeli adloquuntur homines humana lingua.

An dentur ſpiritualia rerum ſigna, quæ ab actibus vitalibus & ab ſpeciebus impreſſis diſtinguantur?

An-

Digitized by Google

gelos tanquam vocibus aut nutibus, utentes, cordium ſuorum conſilia mutuò pandunt. &c.]

D. Franciſcus de Quevedo Hiſtoriam cogitatam ſcribit.

Et quidem Opinionem illam, quæ Angelos per ſigna externa loqui aſſerit, elegiſſe videtur D. Franciſcus de Quevedo in libello, qui inſcribitur, *Las Zaburdas de Pluton*. inquit enim. *En eſto me llamó un Diablo por ſeñas: y me advirtió con las manos, que no hizieſſe ruido. Lleguéme a el: y aſſomóme a una ventana y dixo. Mira lo que hazen las Feas.* &c. Signis ergo poteſt homo vocare alterum, & *Ne ſtrepitum facias* manu dicere. Diaboli ergo, qui inter ſe ſignis agunt afferente Ricalmo, ſignis (ut in hac cogitatâ recenſetur Hiſtoriâ) agebant cum Franciſco Quevedo.

SECTIO XI.

An per Manus motum Oratio ambigua reſtringatur?

Ut Quæſtio reſolvatur & dilucidetur, ex Sacris, & Profanis Literis Hiſtoriæ curioſæ recenſentur.

Tripliciter mētem aperimus motu manuū.

MAnuum motus trifariam in Declamatione conſignificat, vel enim ſuo modo eadem, quæ lingua dicuntur, reponit; vel, quæ lingua dicuntur, transfert; vel, quæ lingua non dicuntur, adjungit, & Orationem complet. REPONIT, ſi cum fortè dixeris, *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra*. Sub vocem *cælo* manum eleves, & ſub vocem *terra* illam demittas: & te exponeres Audientium riſui, qui cœlum nominans, terram oſtenderet; & terram dicens, cœlum indigitaret. TRANSFERT; ſi, quæ aliū reſpiciunt, proferat, alium reſpiciens. Sic olim Romæ Comicus, converſus ad Pompejum protulit illud Plauti, *Et tu miſeriis noſtris es fælix*. ADIUNGIT & COMPLET, ſi aliqua dicit, quæ in ſpecie non poſſint intelligi, niſi videatur manus. Dicis Medico, *Habeo dolorem hic*: & verba, niſi per manus motum reſtringantur, & manus motum ille videat, Medicum relinquent ſuſpenſum. Et hæc ipſa verba, ſi manu tangas frontem, te habere dolorem capitis indicent; & ſi manu tangas pectus, te laborare dolore pectoris; ſignificabunt. Et hæc verba, ſi ſcripta legantur, indi-

Reponendo,

Transferendo,

Adjungendo, & complendo.

Manus generalem verborum ſignificationem reſtringet.

Polymnia.

gent commentario; &, ſi horum verborum ſenſum exprimere in charta velîmus, habebimus, quod cogitemus. Vel, ſi dubitas, ſervias à calamo Principi Portugalliæ, & ſequentem hiſtoriolam auſculta. Veneramus Antuerpiam, & Conſulibus, Scabinis, & multis Nobilibus comitantur ducimur ad hoſpitium. Cameram ingreſſus illis Dominus, Veſtrâ, inquit, veniâ, dictabo ad Meam duas lineas, ne de itineris ſucceſſu ſit ſolicita, & ſtatim loquemur. Adeſt Secretarius, Vir verè eloquens, & charus Principi; quem recreationis gratia exercebat, & interdum vexabat; & Princeps ſic occœpit dictare. *Sub meridiem venimus ad Scaldim, & ingreſſi Phaſelum, uſi ſumus vento ſecundo ſub initium.* Scribit Secretarius: Pergit Princeps. *Poſt unam autem horam concitatus eſt Aquilo, qui ita turbavit maris undas, ut navis faceret ſic & ſic.* Et quando has particulas ultimas proferebat, undatim manum movens, concuſſæ vento, & undis navis motus repræſentabat. Hæret Secretarius; ridemus nos, nam calamo excipere verba, quæ audit, ſcit; manus autem motus, quos videt, neſcit: & verba, ſi nil aliud addatur, ſignificationem ſpecialem non habent. Noſtro tamen conſilio illud *ſic & ſic*, ita expreſſit, ſic  & ſic ] ita ut illæ ipſæ lineæ undulatæ expreſſæ calamo, manui correſponderent, & alterati maris motum, & navis ceſpirantis curſum ſignificarent.

Quàm ſit difficile, quæ geſtu dicuntur, ſcribere?

An ſecretarius omnia ſcribere poſſit, quæ dictantur?

An poſſit ſigna & motus manus ſcribere?

An & quid ſignum  *poſſit ſignificare?*

HIC *ego habeo*, ſimplex aſſertio eſt, & indeterminatam habet ſignificationem, quam manus contrahat. Quoniam, ſi manu frontem tetigero, eſt *Ego benè ſcio, quid debeam facere*: & ſi gladium manu apprehendero, illa phraſis æquivalebit huic. *Ille faciat, inficiat-ve, quidquid voluerit, in mea manu, & meo gladio eſt adhibere remedium*, &c. Quam ob rem, ſi ſcribere hæc ſenſa volueris, illis verbis *Hic ego habeo* aliquid debebis adjungere: puta *Hîc in mente*, &c. *Hîc in gladio*, &c. aut aliud ſimile. Hinc lux Plauto, qui *in Pſeud.* exclamat, *Hôc ſunt quinque minæ*. nam illud adverbium hîc, quod latiſſimè patêre poſſet, manu determinatur, ut crumenam ſignificet: hunc enim ille indigitabat. Huc pertinent illi verſus no-

Quid ſit Hic habeo?

Illud hic eſt genericum, & debet per manum reſtringi.

An ne loquamur motu manuum?

tiſſimi, quos Hiſpani inculcamus, ut multa fruſtrà minantis proponere perſonam volumus, nimirum,

Caló el ſombrero, metió mano a la eſpada,
Y dixo, Voto a Chriſto, y no huvo nada.

Quid illa verba Voto a Chriſto *ſignificent?*

Illa enim verba generaliſſima, *Voto Chriſto*, in ſenſus diverſos trahi poſſent. At verò per inductionem pilei, & gladii apprehenſionem reſtricta, minas evomunt, & quo breviora, plura cogitanda & timenda relinquunt. Et plura ridenda etiam poſteà, cùm poſt tam grandia tonitrua, & fulgura nullum fulmen ſequutum fuerit; hoc enim illa clauſula importat, *No huvo nada*. Quod alio ſimili caſu fecit Anaſtaſius Pantaleon. Mittebat ad Marchionem de Velada, [qui tunc erat Oranii in Africa Gubernator, &c. colebatque Palladem ſub utroque attributo, quoniam ita exercebat arma, ut cultui Muſarum non deficeret:] Codicem manuſcriptum; & in Epiſtola, quam adjunxit, ſic inquit. *Haſeme pueſto aqui, que eſte pequeño librillo va a lograr el amparo de V.E. (i eſcrivolo con el indice de la mano derecha entre las cejas) pero al fin va a tierra de Moros*, &c. Videre vellem, quo Pantaleon modo ſcriberet dexteræ indice inter ſupercilia collocato. Sed ad rem. Illa verba *Haſeme pueſto aqui*. Si nihil addatur, quod intendit Author, non ſignificant: ut enim reſtringantur ad debitam ſignificationem, poſtulant manus motum, qualem deſcribunt illæ voces, *i eſcrivolo con el indice de la mano derecha entre las cexas*. Et tunc verba lingua prolata, & motus manu expreſſus, ſimul ſumpta in hanc Latinam periodum verti poterunt. *Mihi venit in mentem, & firmam concepi fiduciam ſperandi, quod hic Libellus cum lucro & utilitate conſequetur V.E. patrocinium*, &c.

Marchio de Velada laudatus.

Quid importet Haſeme pueſto aqui? *Quid, ſi manus quieſcat?*

Quid, ſi digitus in fronte ponatur?

Hinc patet ſubintelligi motum manus minantis in illis Virgilii celeberrimis numeris. Nam poſtquam Æolus ad Iunonis inſtantiam ſolutis ventis mare Tyrrhenum perturbaverat, & multas Trojanæ claſſis naves concitata tempeſtate ſubmerſerat, Eurum, Zephyrum advocat, & ſic exclamat.

Adducuntur Virgilii numeri; qui, ſi legantur tacitè, & nō veriùs viva voce recitentur ἐνεργεία *carent.*

Tanta-ne vos generis tenuit fiducia veſtri?
Jam cælum terramq; meo ſine Numine Venti
Miſcere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego! ſed motos præſtat componere fluctus,
Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis, &c.

Vnde Hieronymus. Habet neſcio quid latentis energiæ vivæ vocis actus?

Sic Iuppiter. Et, ut eum intelligas, oportet, ut illum adeſſe concipias; adeoq; ut illum tibi ſiſtas, eumdemque non lingua tantùm, ſed & capite, oculis, & manu contra Ventorum inſolentiam exclamantem auſcultes. Porrò, cum verſum illum dicit, *Tanta-ne*, &c. caput promovet, oculos minitabundus aperit, & ſimul manum modicè elevat, apertamque ante faciem extendit. Cùm illas voces *cælum, terramque* profert, loca illa, de quibus loquitur oculis, & manu deſignat. Et tandem cum addit *Quos ego*; intendit in Ventos inſolentes oculos, erectumque indicem verſus illos oſcillat: & inclinato tantiſper capite manum demittit dicens, *ſed motos præſtat*, &c.

Quomodo debeant declamari?

Iuvat nos hæc doctrina, ut locos ſacros aliquos intelligamus; qui ſi abſint conſignificantes circumſtantiæ, explicari non poſſunt. Occurrunt multi & varii: ſed unum, aut alterum, ne ſim nimius, producam.

IN Chriſti Hiſtoriæ quarto S. Ioannes hæc habet. ἦν γὰρ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ ἰακὼβ ὁ οὖν ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. *Erat autem ibi fons Iacob: Ergo Ieſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem.* Sed dicas, obſecro? Quomodo ſedebat Chriſtus? *Sic*, ait Evangeliſta. Quid autem notat illud *ſic*? Reſpondeo verba illa per actionem reſtringi, nec aliter intelligi poſſe. Dico igitur Evangeliſtam ſedere, quando hanc hiſtoriam narrabat, ut ſenſus ſit, *Sedebat Ieſus ſupra fontem ſic, ut ego ſedeo*. Vnde qui aderant, & Ioannem ſedentem videbant, quo Chriſtus modo ſupra fontē ſederit, ignorare non poterant: nos autem, qui Ioannem ſedentem non videmus, quomodo Chriſtus ſederit ſupra fontem neſcimus: & nobis ſufficere, ſcire eum ſediſſe, putamus.

Ioan. 4. *Quid ibi importet illud* οὕτως, ſic?

Verba Evangeliſta per ejus actionem (ſeſſionem) reſtringuntur.

Et quidem vix reperitur in libris vox οὕτως, *ſic*, quin actione aliqua externa reſtringatur. Et id nos docet Plautus, qui *Aul. ſcen. 1. act. 2.* hæc ſcripſit. *Quid ais? C. Sic ſum,*

Vox οὕτως, *ſic latiſſimè patet, & niſi reſtringatur, nil expreſſè ſignificat.*

ut

ut vides. Vbi, ut conſpicis, ut ſciatur, quid illud *ſic* importet, quia non poteſt ſola aure percipi, oculi vocantur in auxilium. Conſidera illa verba Plauti, quæ *in Men. ſcen. 2. act. 4.* leguntur. *Aufer manum. Sic datur. Properato abſente me comeſſe prandium.* Sunt immorigeræ uxoris, virum increpantis, & ferientis ob comeſtum ea abſente prandium. Et idem *Pſeud. ſcen. 2. act. 1.* ſibi conſonans. *Sic datur, ſiquis herum ſervus ſpernit.* Vtrobique illud *ſic* latè patet; at verò per ipſammet percuſſionem reſtringitur.

Vox ſic per percuſſionem reſtricta.

Apud Poetas *ſic*, ſi de verbis ſit ſermo, per eadem reſtringitur & intelligitur. Vt illud Virgilii libr. 6. *Sic fatur lachrymans*, &c. pro quo Homerus dixerat, ὣς ἔφατο, & interdum ὣς εἰπών. Si de aliquo corporis motu (ſermo ſit) vocula *ſic* per illius poſitionem reſtringitur, & determinatur: ut in Virgilio *Æneid. 4.* videre eſt: canit enim,

Per ſequentes voces determinata.

Interdum etiã per actionem.

Sic veniat: inque ipſa pia tege tempora vitta, &c.
Sic, ait, illa gradum ſtudio celebrabat anili, &c.
Dixit: & os impreſſa thoro, Moriemur inultæ?
Sed moriamur ait: ſic, ſic juvat ire ſub umbras. &c.

ET hæc omnia meam mentem præparant, ut illam Amanis conducentis Mardochæum exclamationem intelligam. Hiſtoria eſt digniſſima ponderatione: quia nos inſtituit, ut nunquam iniquitatis potentiæ confidamus. Multa poteſt & ſolet ſibi polliceri temeritas; ſed quia à juſtis eſt Deus, mentitur iniquitas ſibi. Sequentes ergo lineas, cum ut intellectum erudiamus, tum ut voluntatem ad imaginem Virtutis conformemus, accuratè inſpiciamus.

Amanis Mardochæum honorantis exclamatio.

Quid illa vocula ſic ſignificet?

Profectò Aman, ſic præcipiente Rege, vociferabatur vel invitus. *Sic honorabitur, quemcumque voluerit Rex honorare.* Qui aderant, verbis pluribus non indigebant; illud enim *ſic*, quod audiebant, per pompam ſolemnem, quam videbant, reſtringebatur. At nos, qui non vidimus illam, ejus deſcriptione indigemus, ut vim ejuſdem voculæ intelligamus. Illam liber Eſther cap. 6. dilucidat: unde periodos ſequentes exſcribo. *Statimque Rex: Quis eſt, inquit, in atrio? Aman quippe interius atrium domus regiæ intraverat, ut ſuggereret Regi, & (ut) juberet Mardochæum affigi patibulo, quod ei fuerat præparatum. Reſponderunt pueri* [a] *Aman ſtat in atrio. Dixitque Rex: Ingrediatur. Cumque eſſet ingreſſus ait illi. Quid debet fieri Viro, quem Rex honorare deſiderat? Cogitans autem in corde ſuo Aman, & reputans: quòd nullum alium Rex, niſi ſe, vellet honorare, reſpondit. Homo, quem Rex honorare cupit, debet indui veſtibus Regiis, & imponi ſupra equum, qui de ſella Regis eſt, & accipere Regium diadema ſuper caput ſuum, & primus de Regiis Principibus, ac Tyrannis teneat equum ejus, & per plateam civitatis incedens clamet, & dicat, ſic honorabitur, quemcumque voluerit Rex honorare. Dixitque ei Rex. Feſtina: & ſumpta ſtola & equo fac ut loquutus es, Mardochæo Iudæo, qui ſedet ante fores palatii. Cave, ne quidquam de his, quæ loquutus es, prætermittas. Tulit itaque Aman, ſtolam* [b] *& equum, indutumque Mardochæum in platea civitatis & impoſitum equo præcedebat; atque clamabat, Hoc honore condignus eſt, quemcumque Rex voluerit honorare* Ecce, rem per illud *ſic* notatam, quæ intuitu ſimplici videri potuit, non potuit niſi multis verbis expendi. Sunt & alii multi in Sanctis Bibliis loci, in quibus vox *ſic* per actum externum reſtringitur & determinatur.

a] Quos vocat Latinus *famulos*, Hebræus dicit *pueros*, Hiſpanus *moços*, debet enim homo prudens ita in juventute ſervire, ut in ſenectute dominetur.

Quomodo Vaſſalli optimi à Regibus ſint honorandi?

b] Ergo Regia veſtis vocabatur *ſtola*.

PRoderit aliam hiſtoriam addere, in qua ὁμονομίαν, quam præſeferunt verba: tangens ſuum manu pectus Chriſtus abſtulit. *Ingreſſus* in templum Ieſus, invenit vendentes, boves, oves, columbas, &c. nummularios &c. qui ut ex ſacrificiis lucrum reportarent, Dei cultum converterant in mercaturam. Videbantur vel taciti dicere,

Ioan. 2. 14.
Verba per tactum pectoris, aut reſtricta, aut tranſlata.
An erranta authoritate potuerint expelli, qui in templo publicè negotiabantur?

Tolle lucrum, nec erunt aræ, nec Iuppiter ullus.

Tunc Dominus flagellum è funiculis formans, eos verberibus (nec enim verbis profecerat) è templo expulit, animantes ejecit; menſas ſubvertit, & monetam profudit. Erant ibidem mercatores poteſtate fulti Pontificia, & Cæſarea: nam ob lucrum, quod inde emergebat, à Sacerdotum Principibus, & Miniſtris Cæſaris tolerabantur. Et hanc ob rem, ſe non aliter è templo poſſe eiici, quàm authoritate Divina ſupponentes, occlamabant expulſi, *Quo*

ſigno,

ſigno, prodigio, vel miracula probas te Divina authoritate procedere, cum omnia hac facis? & illis tacto pectore Dominus. Λύσατε τὸν ναὸν τȣ̃τον, καὶ ἐν τριϛὶν ἐγερῶ αὐτόν. εἶπον ȣ̃ν οἱ ἰȣδαῖοι.

Templum, ὁ ναός, eſt vox æquivoca.

Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς ȣ̃τος, καὶ σὺ ἐν τριϛὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτȣ̃. Ἐκεῖνος γὰρ ἔλεγε περὶ τȣ̃ ναȣ̃ τȣ̃ σώματος αὐτȣ̃. *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi.*

Quot annis fuerit Hieroſolymitanum templum ædificatum?

Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat, de templo corporis ſui. Quæ verba ràm crudè acceperunt Iudæi, ut Ieſum eorum fuerint in tribunali incriminati, & poſteà in cruce irriſerint. Accuſationem in Matth. 26. 61. lego. Duo enim falſi teſtes ſic deponebant.

Falſorum teſtium depoſitio.

ȣ̃τος ἔφη. Δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τȣ̃ Θεȣ̃, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν. *Ipſe dixit. Poſſum deſtruere* (diſſolvere) *templum Dei, & per tres dies reædificare illud.* Et ut habet Marcus 14. 58. *Inſurgentes falſum teſtimonium deponebant adverſus eum dicentes.* ὅτι ἡμεῖς ἠκȣ́σαμεν αὐτȣ̃ λέγοντος: ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τȣ̃τον τὸν χειροποίητον, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω. *Quoniam nos audivimus eum dicentem. Quòd ego diſſolvam templum hoc manufactum, & poſt tres dies aliud non manufactum ædificabo.*

Teſtes, qui apud Marcum ſunt falſi. An etiam qui apud Matthæum?

Legis omnia, & fateris ſtatim teſtes hos, quorum meminit Marcus, falſos eſſe: at illos, quorum Matthæus meminerat, falſos eſſe non vides. Porrò poſteriorum teſtium falſitas & iniquitas, in illis Epithetis χειροποίητον, & ἀχειροποίητον: *manufactum*, & *non manufactum* conſpicitur: non enim illa poſuit Dominus: at in priorum teſtimonio, quid falſi poſſis accuſare, non vides. At vident alii. Primò enim tametſi verum ſit, Chriſtum poſſe deſtruere (diſſolvere) templum Dei: hoc Chriſtum dixiſſe non eſt verum. Non enim ipſe dixit, Δύναμαι καταλῦσαι, *Poſſum diſſolvere*, ſed Λύσατε, *ſolvite*. Quod ſufficit, ut in depoſitione temeretur veracitas. Secundò, conſideranda eſt latioris ſignificationis reſtrictio.

Chriſtus de altero, & teſtes de altero templo loquuntur.

Dixerat Chriſtus, & deponunt in tribunali teſtes, τὸν ναὸν, *templum*. Sed quod templum? Chriſtus tacto pectore dixerat τȣ̃τον, *hoc*. Et teſtes iniqui reponunt τὸν τȣ̃ Θεȣ̃, *Templum Dei*, quo nomine Hieroſolymitanum intelligebatur. Ergo dixerat Chriſtus *Hoc templum*, hoc eſt, *corpus ſuum*. Et arguitur, quod dixerit. *Illud templum Dei*, quod videlicet quadraginta ſex annis fuerat ædificatum.

Hinc patet vocem ὁ ναός, *templum*, propriè, & metaphoricè ſumi: & propriè templum manufactum, & metaphoricè corpus juſti hominis ſignificare, ait enim S. Paulus. ἢ ȣ̓κ οἴδατε, ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν, ναὸς τȣ̃ ἐν ὑμῖν ἁγίȣ πνεύματός ἐϛιν, ȣ̃ ἔχετε ἀπὸ Θεȣ̃. *An neſcitis, quoniam corpus veſtrum templum illius, qui in nobis, ſanctiſpiritus eſt, quem habetis à Deo.*

Vox templum ſumitur propriè & metaphoricè. 1. Cor. 6. 19.

Et propriè ſumitur, niſi adſit ratio & cauſa, propter quam ad alium ſenſum transferatur. Ergo ſi erigens verſus muros manum dixiſſet Chriſtus, τὸν ναὸν τȣ̃τον *templum hoc*, de manu facto loqueretur; verùm quia τὸν ναὸν τȣ̃τον tacto pectore dixerat, loquebatur de templo corporis ſui.

Et quidem vocem *Templum*, pro Viro Iuſto & Sancto accipi, tam certum eſt, ut longiori probatione non indigeat. Doctrinam hanc Corinthiis Apoſtolus tradidit dicens.

1. Cor. 3. 16. Homines juſti ſunt Dei templa.

ȣ̓κ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεȣ̃ ἐϛε, καὶ τὸ πνεῦμα τȣ̃ Θεȣ̃ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; εἴ τι τὸν ναὸν τȣ̃ Θεȣ̃ φθείρει, φθερεῖ τȣ̃τον ὁ Θεός ὁ γὰρ ναὸς τȣ̃ Θεȣ̃ ἅγιός ἐϛιν. οἵτινές ἐϛε ὑμεῖς. *Non ſcitis, quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? ſiquis templum Dei perdit (corrumpit, violat) perdet illum Deus; nam templum Dei Sanctum eſt.* Et multò adhuc clarius, & Chriſti verbis accommodatiùs, loquitur mox, dum ait. ἢ ȣ̓κ οἴδατε, ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν, ναὸς τȣ̃ ἐν ὑμῖν ἁγίȣ πνεύματός ἐϛιν, ȣ̃ ἔχετε ἀπὸ Θεȣ̃ καὶ ȣ̓κ ἐϛὲ ἑαυτῶν: *An non ſcitis, quia corpus veſtrum, templum ejus, (qui) in vobis, Sancti Spiritus, eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri.*

1. Cor. 6. 19. Vulgatus, σῶμα ὑμῶν, corpus veſtrū tranſtulit, & bene, membra veſtra.

Et in altera ad eoſdem Epiſtola: ὑμεῖς γὰρ ναὸς Θεȣ̃ ἐϛὲ ζῶντος, καθὼς εἶπεν ὁ Θεὸς ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς. *Vos enim templum Dei eſtis viventis, ſicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis.* Hæc vocis acceptio etiam apud Ethnicos reperitur, Lucretius enim, qui ante Chriſtum floruit, interioris ſecreta animi (libr. 5.) *templa mentis* ap-

Quænam dicātur Templa Mentis?

appellat. Et huc referri poſſunt Stratonici verba, quæ fortè non benè intellexit Athenæus, nec Eraſmus, qui ex illo multa exſcripſit Apophthegmata: nam cum Meliſſæ templa pretioſis gazis ornata, & cives bonis moribus exutos, & potiùs nudos, cerneret, illos increpuit, clamans, *Audite ò Templa*, ac ſi diceret; *Vos eſtis vera templa, qui morum elegantia exornari debetis*. Vnde Patres in Declamationibus ſuis frequenter incriminantur peccatores, quod corporis, & animi puritatem debitam non conſervent. Apud Aurelium Prudentium contra Symmachum, ſic inquit Deus.

Templum mentis amo, non marmoris aurea, in illa
Fundamenta manent Fidei: ſtructura nivalis [*]
Conſurgit pietate nitens: tegit ardua culmen [a]
Iuſtitia interiùs ſpargit ſola picta rubenti [b]
Flore pudicitiæ: Pudor almus, & atria ſervat.
Hæc domus apta mihi eſt: hæc meque pulcherrima ſedes [c]
Accipit, æterna, cæleſtique hoſpite digna.

*] Pietas nivalis dicitur, quod ſicut nix ex aqua, ſic ipſa ex lachrymis & cordis contritione procedat. Eſt conceptus à nobis alibi dilucidatus.

a] Eſt Canonici Iuris Regula LXXVIII. *In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa*. Interim, tametſi nonnulla præter Iuſtitiam concedi in neceſſitate interdum debeant, nulla poſſunt contra Iuſtitiam. Supponit id Poeta hoc in carmine: conſultò enim poſuit verbum *ardua*; non rùm ut moneret, non in facilibus rebus tantummodò, ſed in arduis & difficilibus Iuſtitiam obſervari debere.

Licèt non nulla interdum præter Iuſtitiam extorqueat neceſſitas, nulla tamen eſſe poterit, quæ cohoneſtet actum contra Iuſtitiā.

b] Non venit illud *ſola* à nomine *ſolus, a, um*, nam primam corripit: ſed eſt nomen ſubſtantivum: nam *ſolum, i*, habet primam brevem, & in plurali *ſola, orum*.

Quanam in vocibus ſolus, a, um, & ſolum, i, *ſyllabarum ſit quantitas?*

c] Illud *hæc*, quod iterum, iterumq; in illo verſu ponitur, ſonabit languidè, niſi manus motu juvetur.

Pronomina ſonant genericè.

PRonomina *Hic, hæc, hoc*, & *Iſte, iſta, iſtud*, ut jam ſæpè monuimus, ſunt abſtracta & generica (aut, ſi velis ſunt æquivoca) & à nomine, quod ſubintelligitur, reſtringi debent: ſæpè autem, niſi Manus concurrat, illud prorſus neſcitur, ut perſuadent ſubſequentes Hiſtoriæ.

Caji Caligulæ generoſa arrogantia.

Vociſerabatur aliquando Caligula, & dicebat. *Veniam, & iſte mecum*. Et inquirit eruditia Curioſitas, Quis ille ſit, quem ſecum venturum Caligula indignatus occlamat? Reſpondeo pronomen *iſte*, ſi aures conſulantur tantummodò, carere ſubſtantivo, cui adhæreat; in hac enim exclamatione Caji nullum reperitur ad quod poſſit referri. At, quia hic oculi auribus opitulantur, & manuū motum proſpectant, ſciunt illud pronomen *iſte*, non ad aliquem Martem, aut Herculem, ſed ad proprium referri gladium: ejus enim latè patentem ſignificationem manus, admota gladio, evidenter reſtrinxit. Audiunto Suetonium, qui curioſè, & exactè omnes circumſtantias recenſet. *Veniam, inquit, veniam; & hic mecum: capulum gladii crebrò verberans, quo cinctus erat*. Et hic obiter nota *gladii* illum nomine nō ſerrum illum modò & vaginam, ſed & ornamenta (Hiſp. *los tiros*), & ſimilia intelligere.

Suetonius in Calgul.

De voce gladius. Quid ſignificet?

Et quidem ſine manus motu, indeterminata manerent ſequentia. Plautus. *Hic dux ſit ille eſt pædagogus*. Et in Captiv. prolog. *Hic illius, ille hujus ſert imaginem*. Terentius in Eunuch. *Ite hac omnes vos: valete & plaudite*. Plautus in Curc. ſcen. 3. act. 5. *Hic hujus frater, hæc illius ſoror*. Et in Milit. 3. act. 2. *Quis illæc eſt mulier?* Et in Pſeud. ſcen. 5. act. *Iſtis tu manibus hodie argentum dabis*. Et in Moſt. ſcen. 1. act. 1. *Tu tibi* (Hiſpan. *Tente tu parati*, *iſtos habeas turtures, piſces, aves*. &c.

Manus orationem reſtringit.

Pronomen *Hic homo*, ſi pectus tuum manu tangis ad primam perſonam, ut ſit *Ego*, reſtringes. Apud Plautum in Curc. ſcen. 3. act. 2. *Solus hic homo* (& ſic loquitur ſuum pectus tangens) *eſt, qui ſciat divinitùs*, hoc eſt, *Ego ſolus rem ſcio divinitùs*.

An, & quomodo hic homo ſonet Ego?

Corydon Virgilianus Ecl. 2. ſic inquit.

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis.
Fiſtula, Damætas dono mihi quam dedit olim,
Et dixit moriens, Te nunc habet iſta ſecundum.

An adjectivo ſubſtantivum aliquando det manus?

Ergo in Damœtæ verbis illud pronomen *iſta* per manum, quæ fiſtulam offerebat, reſtrictum determinatè *fiſtulam* ſignificavit.

Verba illa Phœbi Triviæque Sacerdotis, quæ apud Virgiliū Æneid. 6. leguntur: videlicet,

Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit.

An ſine manuũ motu loquuta fuerit hæc Sacerdos?

poſtulant, ut quando prædicta Sacerdos pronomen *iſta* pronunciabat Dædali alas, ædificatas ab eo aras, & cælatas pictaſq; in parietibus hiſtorias manu oſtenderet.

Occurrunt *libr.* 9. apud cumdem Maronem iſti numeri.

Verba Hyrtacida Heroïs generoſi ad Euryalum.

Egreſſi ſuperant foſſas, noctiſq; per umbram
Caſtra inimica petunt, multis tamen ante futuri
Exitio paſſim vino, ſomnoque per herbam
Corpora fuſa vident; arrectos littore currus:
Inter lora, rotaſq; viros, ſimul arma jacere,
Vina ſimul. Prior Hyrtacides *ſic ore loquutus.*
Euryale audendum dextra: nunc ipſa vocat res.
Hac iter eſt: tu nequa manus ſe attollere nobis
A tergo poſſit, cuſtodi, & conſule longè.
Hac ego vaſta dabo, & lato te limite ducam.

Olim erat infans & balbutiens militia.

Et in prioribus cognoſco Artē illo ævo Militarem, vix ab incunabulis egreſſam balbutire; nunc enim aliter, ubi ſubeſt periculum, militibus dormire permittitur. Sanè in toga *audetur lingua*, in ſago tamen *dextra audendum*, non enim pugnis in diſputatione debemus obtinere victoriam, nec verbis hoſtem ſuperare in conflictu. *Hac iter eſt*; illud deſignat manu. Addit; *tu cuſtodi*; ſed quid? iter quod deſignarat manu. Et *Hac ego vaſta dabo*; ſic intellige, ut *dabo* ſit *faciam*, & ſenſus ſit. [Ego hanc planitiem, quam hac manu deſigno: hanc videlicet aream, quam tot vides præpeditam militibus, dabo vaſtam, id eſt, ut ait Aſcenſius, ſine obſtaculo perviam.]

An lingua, an manu in Schola & Caſtris ſit audendum?

Verbo perſonam patientem dat manus.

An dare ſit facere?

Et quomodò ſine manuum motu, aut proferri, aut benè poterunt intelligi iſti verſus?

Virgilius Æn. libr. 11.

Eſt curvo anfractu valles [a] *accommoda fraudi,*
Armorumq; dolis; quam denſis frondibus atrum
Vrget utrimq; latus [b] *tenuis qua ſemita ducit,*
Anguſtaq; ferunt fauces, adituſque maligni.
Hanc ſuper in ſpeculis, ſummoq; in vertice montis
Planities ignota jacet, tutiq; receptus,
Seu dextra, lævaue velis occurrere pugna,
Sivè inſtare jugis, & grandia volvere ſaxa.
Huc juvenis nota fertur regione viarum,
Arripuitq; locum & ſylvis inſedit iniquis.

a] *Valles* eſt in nominativo ſing.

b] Ego ſcripſiſſem] *nemus*. nā latera omnem vallem reſtringunt.

Languebunt porrò hæc carmina, niſi actione, & pronunciatione juventur. Sic Pallas, fortiſſimus miles, ſuos alloquebatur.

Pedibus-ne, an manibus miles debeat confidere?

Quo fugitis ſocii? Per vos, & fortia facta
Per Ducis Evandri nomen, devictaq; bella,
Spemq; meam Patriæ, quæ nunc ſubit æmula laudis
Fidite ne pedibus. Ferro rumpenda per hoſtes
Eſt via, qua globus ille virum denſiſſimus urget.
Hac via, & Pallanta Ducem Patria alta repoſcit.
Numina nulla premunt: mortali urgemur ab hoſte [c]
Mortales: totidem nobis animæque, manuſq;
Ecce maris magno claudit nos objice pontus:
Deeſt jam terra fugæ. &c.

c] In Araucana expeditione legimus, illius regionis incolas priùs quam Hiſpano ſe militi opponerent, duas voluiſſe Quæſtiones, apud ſe valdè controverſas, decidi. alteram, *An equus & homo in equitatu eſſet unum, & ſimul ex animal?* alteram, *An eſſent immortales Hiſpani?* Et ut viderunt ſecerni equum ab homine, & hunc morti eſſe obnoxium, ſumpſerunt arma, & intrepidè militi invadenti occurrerunt.

Sub initium, an eques eſſet unicum animal, & an Hiſpanus eſſet mortalis, ſubdubitabant Araucani.

CLaudamus hanc Sectionem producendo Hiſtoriolam (ſi fortè hoc eſt digna vocabulo, quam probari non video) quæ de Sancto N. (nam de variis narratur) recenſetur. Illam paucis propono. [Orabat apud viam Vir Sanctus: & homo quidam profugus, qui vel à ſatellitibus, ut catenaretur, vel ab inimicis, ut occideretur, quærebatur, rogat, ne eis, qui erant ſuperventuri, dicat, ſe tranſiviſſe illac. Evadit ille: manet Divus: ſuperveniunt ſatellites, & interrogant, *An aliquis tranſierit illac?* Et ipſe manum dexteram in manicam ſiniſtram inducens, reſpondit; *Nemo tranſivit hac*, nempe, per iſtam manicam.] Hæc Hiſtoria paſſim de S. Franciſco narratur, & ſex Authores fatigant, ut exponant, quē manu motum Divus fecerit, cùm dixit, *Nemo tranſivit hac*: alii enim manum in manicam induxiſſe aſſerunt, alii in caputium, alii ſcalpſiſſe aurem. Prima Sententia apud Hiſpanos obtinet, & ab Angelo *in l. qui vaſ. S. qui ex voluntate D. de furto*, & aliis Doctoribus traditur. Tuentur ſecundam Nevizanus *in ſylv.*

Caſus proponitur.

An vocalis hac per manus motum eſtringatur?

De motu, quem S. Franciſcus manu fecit, quando, Non tranſivit hac, dixit, varia proponuntur ſententia.

Sylv.nupt.lib.3.verb.Monitoria nu.3. Ioannes de Anna *in cap.qui cum fur.* Flo.*in §. ſi tibi judicium.* Afflictus *in conſiit.in qu.column.3.*& alii. Et aliis præter Angelum *in leg.§ ſi tibi judicium.* D.*de cond.ob turp cauſam.* Tertia placuit. Et hic alii Scriptores mirantur, unam, & eamdem remtàm variè à diverſis ſcribi. Et his ego *in Metametrica. Apoll. Logregriphic.Muſ.*VIII.*pag.242.b.num.*239. reſpondeo [In conceptibus, & acuminibus, non tam Hiſtoriæ veritatem, quam ingenium Scriptoris requiri. Vnde, ſive S. Franciſcus manum in manicam, ſive in caputium, ſivè aliò invexiſſe dicatur, ſemper idem conceptus manet; nam latro non tranſivit illac. Et quid, ſi id non jam S.Franciſco, ſed alii Religioſo acciderit? quid, ſi acciderit multis? quid, ſi nulli? Idem ſemper remanebit acumen.] Et huc ideò reſpiciens D. Chriſtophorus de Benavente in Advertentiis, quas Regibus, Principibus, & Legatis præſcripſit. *cap. 22. pag.504.* Quartam ſententiam addit, ſcribens, *Tãbien pudiera dezir*, No paſsó por aqui. *reſtringiendo interiormente al lugar donde tenía los pies.* licet enim per vicinum tranſiverit, per illum ipſum, in quo Divus ſtabat, non tranſiverat.

In Exemplis, Ariſtoteles inquit, non requiritur Veritas. Ergo neq; in Acuminibus aut in Conceptibus.

Chriſtophori de Benavente Opinio.

Poſito itaque hoc Caſu (vetus, aut cogitatus ille ſit) curioſus Theologus reſcire cupit, *An-ne Sanctus Franciſcus, aut quicumq; ille ſit, qui hoc modo Satellitum diligentiam eluſit, mendacium revera commiſerit?*

An vero in hoc caſu S. Franciſcus ſit mentitus?

Fortè alicui videretur officiosè mentitus: nam Reſponſio per Interrogationem reſtringitur; & Satellites *An per viam*, & non *an per manicam* ille tranſiverit, interrogabant. Ergo illa verba; *Non tranſivit hac*, per Interrogationem reſtricta, reddunt hunc ſenſum; *Non tranſivit per hanc viam*: at tranſiverat: illa ergo verba continebant obſequiosũ mendacium. Et fortaſſis putabit hinc nihil honoris, & æſtimationis Divo detrahi; nam omnes homines, etſi ſanctiſſimi, venialia commiſere peccata; & inter hæc mendacium officioſum infimum locum occupare cenſetur. Non ergo injuria Divo fiet, ſi inter alia levia, quæ commiſiſſe ſcimus, hoc tantillum ponatur. Hanc viam inivit P. Ioannes Poncius Vir verè doctus, & Seraphici S. Franciſci Ordinis Religioſus; qui profectò alia iviſſet, ſi hac percepiſſet S. Patris honori, vel in minimo præjudicari. Ipſe itaque *tom.4.in 3.ſentent.diſt.38. quæſt.unic. pag.607.a* poſtquam Hiſtoriam *num.*61.verbis Navarri *in Manuali c.*12. *num.*8. protulerat, *num.* 62.ſic ſcribit. [Ego autem ſincerè fateor mihi hæc exempla non ſuffectura, niſi aliundè ſuppeteret ad legitimationẽ hujus uſus, aut ratio, aut authoritas. Nam, ut poſteà inter ſolvenda argumenta principalia dicendum erit, non eſt neceſſe ſalvare omnia Sanctorum facta abſque peccato veniali, nec conſequenter ſequitur, ſi ipſi uſi ſint aliquo facto dictove, illud licere abſque peccato veniali. &c.]

Quomodo reſtringatur Reſponſio?

An hæc Sententia honori Sancti Patris præjudicet?

An debeamus Sanctorũ ſemper actus ab omni peccato, etiã veniali, emaculare?

At ego profectò aliter ſentio; poteſt enim & ſolet culpa, in Deum gravis, hominis honori non officere; & levis ingenuum graviter dedecorare. Eo enim venerunt corrupti gentium aliquarum mores, ut ſimplex fornicatio apud Hiſpanos, & ebrietas apud Germanos, &c. nullam infamiam inferant: & apud probos viros mendacium tam eſt grave civiliter, ut dedecus ex verbo *Mentiris* proveniens, non niſi ferro, & ſanguine ſoleat extingui. Statera legitima ponderaverat Politicam gravitatem Mendacii D. Antonius de Vera, dicebat enim, *Tan lexos de ſu dignidad y obligacion halló que era el mentir aquel Gran Embaxador, Duque de Seſſa, que muy diſcretamente dezia*, Que los rallos de los confeſſionarios no ſabia para que otra coſa ſe pudieſſen haver inventado, que para confeſſar un peccado de mentira, *juzgando por impoſſible (tal lo affeaba) que cara a cara ſe pudieſſe hazer*(videlicet,*ſe pudieſſe confeſſar.*) Ita ille *in ſuo Legato diſcurſ. 2. fol.* 112.Hanc ob rem Ego ita ex eodem fundamento definio. DICO ergo PRIMO. *Reſponſionem, ſi æquivocatione laboret, ab Interrogatione reſtringi.* Et hoc eſſe certiſſimum, & indubitatum ſuppono. DICO SECVNDO. *Non teneri hominem reſpondere, ſi rogetur privatim.* Et hæc etiam eſt doctrina communis, quæ à nemine negari poteſt. DICO TERTIO. *Divum illum potuiſſe non reſpondere*: non enim legitimè interrogabatur. DICO QVARTO. *Eumdem non reſpondiſſe de facto.* Dixit igitur,

Non omnia peccata mortalia inferunt gravem ignominiam: & poſſunt inducere gravem venialia.

Quantum vel Mentiris imperet inter Nobiles?

Cur clima ta in Confeſſionariis fuerint Crates?

An privatim rogatus reſpondere teneatur?

Nemo tenetur monere alios, ut ſciant, an, & quomodo verba reſtringat.

ac ſi à nemine interrogaretur; *Nemo tranſivit hac*: & quia illud *hac* erat æquivocum, manu reſtrinxit, ut *per manicam* ſignificaret. At illi nō adverterunt motū manus, ais. Et quid inde? non habebat Divus ille obligationem eos monendi: &, ſi incauti fuerint, ſibi imputent.

Aſſertio, Interrogatio, & Ironia non verbis, ſed vocis tono, & manus motu differunt.

Porrò; ut dicebam, ſi res benè conſideretur, inter conſignificantes circumſtantias, & vocis tonus, manuum motus, &c. meritò numerantur: nam eadem verba tali vocis tenore prolata ſunt ſeria, ſunt affirmativa: tali autem capiuntur interrogativè, tali ironicè. Aliter labia & ſupercilia oſcillat, qui commendat, & laudat; aliter, qui contemnit. Vt id clarius oſtendam, Eleonoram produco, quæ act. 3. Comœdiæ, quæ inſcribitur, *Como Amante, y como honrada*; Authore Doct. Ioanne Perezio Montalvano, voce tremula, & titubante labio ſic inquit,

An ipſumet animi fatigati & turbati impotentia, antequam vox apериatur, & verba pronuncientur, loquatur?

Vino pues, y al momento.
(No es facil proſeguir, aunque lo intento
Porque al penſarlo el alma desfallece:
Y la lengua enmudece
Al quererlo decir, como corrida
De no baſtar apena tan crecida,
Que es para pena de la miſma pena
Dexarſe referir a boca llena,
Sin que el anſia lo eſcuſe,
El dolor lo rebuſe,
O ſin que bachillera la fatiga
Se adelante a la voz y ella lo diga.)
Ma ya, que es fuerza, que lo cuente el labio
A peſar de los aſcos del agravio,
Oye, y mirame aun tiempo todo junto,
Que es circunſtantia de tan gran aſſunto,
Que a decirle no baſtan las razones,
Y ſe ayan de valer de las acciones,
Para que ſu verdad quede explicada,
Pues con lengua turbada,
Con labio balbuciente.
Arrugada la frente,
El coraçon en lagrimas deshecho,
Palido el roſtro, revoltoſo el pecho,
La voz difunta, la congeja viva,
Y qual fuente cautiva,
Que el yelo texe, y el calor quebranta,
Añudada la voz a la garganta,
Mi anſias tengo de contarte atrozes,
Con los affectos mas que con las vozes.

An geſtus & corporis motus (quos acciones Hiſpanus vocat) etiam loquantur?

Interdum ergo geſtus, & actiones externæ animi paſſiones, & perturbationes meliùs exprimunt, quàm ipſæ voces.

An expreſſiùs: quàm verba?

NOTA.

Non verbis tantùm homines, ſed factis loquuntur.

Vniverſim loquendo per manū facta hominum ſignificantur; unde loqui manibus dicimur, eùm factis, & operibus interiorem animum ſignificamus, ita Excellentiſs. D. D. Petrus Franciſcus Paſſerinus in Eruditiſſimo illo libro, qui *Problemata legalia* inſcribitur, *Syntagm.* 7. *pag.* 277. ibi enim ait. *Paſſim à Doctoribus traditur, volantatem tum verbis, tum factis declarari, cum facta quoque loquantur, ut bene dixit* Hering. de Fidejuſſorib. cap. 11. nu 54. & ſeqq.

AR-

ARTICVLVS XXII.

De Stylo.

Quid ille ſit; & quanta varietate materialiter, & formaliter multiplicetur?

Quid Stylus ſignificet?

EGimus hucuſq; de Manu: & quia *manus* nomine ſtylum Critici intelligere ſolent, particulari de ſtylo cura impræſentiarùm diſputabimus. *Stylus* ſumi ſolet pro Calamo; quia, ſicut calamo, ſic etiam ſtylo ſcribimus. Et *Manus* ſumitur pro ſtylo, aut calamo: unde Hiſpanus, cùm manuſcriptos characteres conſiderat, & à quo exarati ſint, diſcere cupit, interrogat, *Que mano es eſta?* & reſpondebit Titius, *No ſe, que mano ſea*. Et, quia majorem habet cognitionem Semphronius, *Eſta es*, dicet, *mano de Frederico*. Ergo ipſæmet literæ, quia manu ſcribuntur, manus ab Hiſpanis vocantur. Et hic loquendi modus, nec Græcis, nec Latinis diſplicuit. Paſſeratius verb. *Divinus* ſic ſcribit. [*Divina manu*. Adnotat Cujacius dictum eſſe de Reſcriptis, quæ propria manu Imperatoria obſignabantur.]

Et quid Manus?

Manus Divina quæ?

Stylus pro modo loquendi.

Etiam *Stylus* pro modo loquendi uſurpatur. Terentius in Prol. Andr. *Sed tamen diſſimili oratione ſunt facta ac ſtylo*. Vbi Donatus. *Oratio in ſenſu, Stylus in verbis* (*conſiſtit.*)

Vt igitur omnia, quæ ad Manum pertinent dilucidentur, hoc in Articulo de Stylo ſpecialis inſtituetur Oratio.

SECTIO I.

De Stylo Graphico.

Quomodo Scriba ex characterum figura & norma dignoſcatur?

DVabus linguis loquitur omnis epiſtola; Naturali videlicet, & Artificiali. Et quidem Artificialis utitur tali, aut tali lingua, & ab hominum placito pendet vocum, quas ſcribit, ſignificatio: ſloqui enim Epiſtolas, Chartas, Tabulas, immo etiam Æra & Marmora aliquando videmus. Villaizan in Comœdia, quæ inſcribitur, *Offender con las finezas* act. 3.

Characteres habent ſignificationem naturalem & artificialem.

Blanca. *Bien me holgára que el papel*
Hablara ahora por mi.
Pero pues ya le eſcribi,
Y es verdad, quanto ay en el,
Yo os le he de moſtrar Otavio.
&c.]

At Naturalis ab hominum arbitrio non dependet, ſed ſignificat, ut fumus ignem, & univerſim loquendo, ut effectus ſuam cauſam. Quid illa dicat intelligere poteris, ſi legatur à famulo: quid autem hac exponat, niſi propriis oculis videas, nunquam intelliges. Sicut facie, ſic voce, ſic charactere homines differunt. Et ideò pueri, qui ſcribere in Scholis addiſcunt, in ultima pagina apud Hiſpanos ſcribunt, *De la mano y pluma de Fulano tal*. Quam ob rem quando dicimus, *Eſta es mano de Pedro, eſta de Paulo*, certè volumus dicere, *Hæ lineæ ſcriptæ ſunt à Petro, & iſtæ à Paulo*. Et denique, ſicut, qui alios imitantur (Hiſp. *remedan a otros*) eorum vocem & geſtus mentiti dicuntur: ſic, qui conatur exprimere characterem alterius, dicitur mentiri ejus calamum. Quæ omnia, ut dilucidem ex Gotifredi Wendelini ad Petrum Gaſſendum 25. Maji 1647. Bruxellæ ſcripta Epiſtola nonnullas periodos ſubjiciam.

Ex effectu cognoſcitur cauſa.

Non ſunt duo, qui ſcribant eodem modo.

An character aliquando mentiatur?

Exſcripſit hæc, quæ judicavit ſcitu digna (Gallis utique) Gottifredus Wendelinus imitatus manum. Et poſtea, *Incipit alia manus charactere majore, & quantum judico, antiquiore*. &c. Et poſt pauca. *Prima manus. Tabula*. &c. *Secunda manus*.

De manuſcripto diverſis manibus delineato.

Polymneia.

Includitur. &c. *Tertia manus. Et eſt compoſita anno Domini* 1332. *incompleto, menſe Ianuarii, per Magiſtrum Ioannem de Monte-forti ſecundum calculationem Tabularum Alfoncii.*

An homines etiam ceceent calamo? & quid ceceare ſit?

Sic illum Regem nominat, & ut video non tantum lingua ſed & calamo hic ſcriptor ceceabat. Et verbo hoc utor, qui enim proferunt ç loco ſ dicuntur in Hiſpaniâ *ceceare*. Vide quæ num.   . fuerunt notata.

Sed neque hæc vocis acceptio novitia eſt, nam apud Ciceronem Quintilianumque eam reperio. Ille

Cur, & quando Epiſtola manu aliena ſcriberentur?

ad Attic. libr. 4. ſic ſcribit. *Occupationum mearum, vel hoc ſignum erit, quòd Epiſtola librarii manu eſt.* Et poſteà *libr.* 11. multò adhuc clariùs. *Quibus tibi videbitur, velim des literas, nomine meo. Noſtri Familiares ſignum requirent & manũ: Dices eis, me propter cuſtodias eas vitaſſe*. alter verò *de Orthogr. libr.* 1. ſic inquit. [Cauſſa, & Caſus *Cicero & Virgilius ſcripſerunt. Sic manus eorum* (ſcripta eorum manu) *docent*. Vide Budæum.

An ſcribendum ſit Cauſa & Caſus, an verò Cauſſa & Caſſus?

SECTIO II.

Iterum de Stylo.

Hoc eſt, de Penicillo & Acu in Picturis.

Lineæ ab Apelle ductæ iam erãt tenues, ut ipſa in eis ſubtilitas, *Nos duxit Apelles*, ſucclamaret. Aliorum Pictorum illuſtrium Penicilli, ſicut olim, ſic etiam ex qualitate dignoſcuntur: nam ſicut in ſcripturis, doctâ exaratis manu, ex ſcribendi formâ & modo Author noſcitur; ſic in Picturis etiam ſunt qualitates charactericæ, ex quibus, qui ſunt verſati in Arte, ſine erroris periculo, hanc tabulam à Rubenio, illam à Vandichio, iſtam à Seguerio, &c. Antuerpiæ ſub annum 1630. fuiſſe delineatam pronuncient.

Ipſemet delineandi & colores immiſcendi modus Authorem Picturæ ſignificat.

Eò promota fuit Ars, ut Acus cũ Penicillo certet, & ſæpe victoriam obtineat. Multa vidi ex aureo filo elaborata, in quibus

De Acupictoribus.

Materiam ſuperabat Acus [a]

quam ob rem hodie Acu-pictores (Hiſpanicè *los Bordadores*) Penicillis ſuas Acus anteferre præſumunt. Eſt illis ſummæ gloriæ ſpecioſam hanc Artem exercuiſſe Angelorum Reginam. Quærenti enim *An Mappa menſa, in quâ panem & vinum conſecravit Dominus noſter Ieſus-Chriſtus, fuerint manu Beatiſſimæ Virginis elaborata?* Vulterius reſpondet aſſertivè. Aſſentitur Granadus *tom.* 5. *in* 3. *part. tract.* 1. *de Euchar. diſp.* 6. *num.* 6. inquit enim. [Mappas, quæ creduntur Beatæ Mariæ manu elaboratæ, immò & acu-pictæ inſertis liliis, ſervat Societas Ieſu Olyſipone, in templo B. Rochi. In earum honorem hæc Carmina proſtant.

De Mappa ſuper qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus Venerabile Sacramentum inſtituit.

Hac Deus in Mappâ poſuit ſua fercula; & Anſis
Pro pretio, Maria ſat mihi noſſe manum. [b]
Admirans aliquis textum admirabile, dixit;
Te Maria eximia texuit arte manus [b]
Quam bellè depingit acu, qua lilia nectit
In Chriſti veſtes ingenioſa manus [c]

An texta & acupicta à Diva fuerit?

Leander *part.* 2. *diſp.* 1. *quaſt.* 12. *pag.* 81. 4. poſtquam propoſuerat hanc ſententiam, ſcribit, *Sic ex Vulterio Granados: ſic & ego piè credo.* Et quidem omnia, quæ nobilis & ingenua Virgo ſcire debuit, Deipara perfectiſſimè ſcivit: nam & in Monaſterio noſtri Ordinis, apud Valliſoletũ, quod *Matallana* ab Hiſpanis vocatur, ſervatur magnâ hodie reverentiâ Glumus, ex quo nonnulla fila quibus fui ab Abbate Monaſterii donatus, Brugis in Dunenſi Monaſterio reliqui, ut ibi ſciat Poſteritas, magnos me favores à D. Bernardo Campmans, loci Prælato recepiſſe, & Homini verè Parthenio dare voluiſſe munus, quo nullum ego pretioſiùs unquam habui; quo nullum ipſe libentiùs & devotiùs reciperet. Erat Pyxidi Inſcriptio.

An ipſa nere, texere, & acu-pingere perfectiſſimè ſciverit?

De glumere digitis Beatæ Virginis neto.

Bernardo Ianus prabet venerabile Donum [d]
Quod Maria nevêre manus.

Et quidem in illis filis, ſunt enim ſubtiliſſima, duo reperio. Alterum nendi Artem eſſe Reginis dignam; & ideò Leopoldinæ Auguſtæ, Romanorum Imperatrici, Ferdinandi III. uxori dilectiſſimæ, quæ nendi, texendi, & acu-pingendi Artibus delectabatur, aliquando dicebam,

Leopoldina Auguſta Artes omnes, quæ fœminam decent, percallebat.

Nam colus & fuſus digitis ubicumque beantur
Virginis, è manibus ne cadat ille tuis. [e]

Al-

Digitized by Google

Alterum, hanc etiam Artem Angelorum Reginam perfectiſſimè ſcivisſe; ut moneantur Moniales, non opponi Pietatis & Sanctitatis legibus, ſi [c] in Aſceteriis Artefacta accuratiſſimè & pulcherrimè fiant.

a] Adludit ad illud Poetæ Veteris.

Materiam ſuperabat opus.

Vnde illud glomus eſſe parthenois neeum digitis dignoſcatur?

b] Ecce ex Texti perfectione cognoſcit Pius Poeta manibus illud Virgineis fuiſſe elaboratum. Sed quia hæc ratio non erit ſufficiens Hiſtorico, moneo, eſſe antiqua & novitia Pontificum & Regum Diplomata, quæ omne dubium auferant, & illa fila digitis Angelorum Reginæ intorta & neta fuiſſe oſtendant.

c] Sunt, qui dicant, enharmonicam Muſicam interturbare Religioſorum devotionem: ſunt etiam, qui & Gregorianum Cantum, quē *Firmum* appellant, proſcribant; ſunt, quibus nec Intonatio placeat [cantare omnia in una & eadem linea, eſt apud Hiſpanos *entonar*] & ideò Divina Officia legant: ſunt, qui acu-picturam, & elegantiorem dentium compoſitionem (Hiſp. *el bordar, y hazer randas*) Monialibus, quas gubernant, inhibeant, ne dum attentiùs caducis rebus ſtudent, obliviſcantur Divinarum. In ſuo ſenſu abundent uniquique: ſicut, qui enharmonicam Muſicam omittit propter Deum, & qui illam exercet propter Deum; ſic etiam quæ ab acupingendi Arte propter Deum abſtinet, & quæ illam exercet propter Deum, coronam in Empyreo recipiet, quoniam, ut inquiunt Ethici,

Quid intonare ſit?

Varia de Cantus Harmonici & Firmi utilitate Sententia.

Quidquid agant homines, Intentio judicat omnes.

Bona in Cœlis intentio coronatur.

Interim Beata Virgo perſuadere videtur, non eſſe contra Devotionem procurare, ut mechanica opera, quæ nobis injunguntur, fiant accuratiſſimè.

d] Cecinit Silius libr. 7.

—— Dinum

Quod noſtra nevere manus.

e] Et Transformationum libr. 4. Ovidius.

Et colus & fuſus manibus conſidere relictis.

SECTIO III.

De Stylo.

De Orationis Ornatu.

Ex ſtylo cognoſcuntur Authores.

Sicut aliquos Characterum figuræ, ſic phraſium elegantia & concinnitas alios Scriptores produt. Si verſus recitentur Græci, Homerum in ſtyli majeſtate cognoſcimus, & in aliis qualitatibus alios. Si Latini, in iis ipſis grandis loquendi modus Virgilium, dulcis Ovidium, ſalſus Martialem, aculeatus Horatium, obſcurus Perſium, & inconcinnus Marſum prodit. Si Hiſpanici; verborum dilucidus & connaturalis ordo Lupum de Vega, apud quem multa carmine dicta, aliter dici ſolutâ oratione non poſſent: phraſium inſolentia, & grata auribus verborū elocatio, & admiſſæ cum gratiâ Charitum exorbitantiæ produnt Ludovicum de Gongora: cujus Genius ita fuit ſingularis, ut nullum

De Homero.

De Virgilio,

Ovidio, Martiale, Horatio, Perſio, Marſo. &c.

De Lupo.

De Gongora.

hæredem reliquerit. Alii autem Poetæ & Authores ex aliis notis innoteſcunt. Et ſicut Carmina, ſic etiam Proſa ſuas qualitates & prærogativas habet, ob quas Veteres & Novitii innoteſcunt Authores. Sic inter Antiquos Cornelium Tacitum ſecernit à cæteris male de omni actu ſuſpicandi libido; & inter Iuniores Iuſtum Lipſium periodorum cōciſio. Et, ſi ad Eccleſiæ Patres oculos convertamus, in ſententiarum profunditate Auguſtinum, in conceptuum varietate Chryſoſtomum, & in acrimoniâ & aculeato dicendi modo Hieronymum cognoſcemus. Bernhardus Fulleeus Iunior, Linguæ Hebraicæ Profeſſor, *in Præfat. in Iob*, quæ Druſio inſcribitur. [Porrò, quod Notas & Verſionem attinet, de hac quidem nihil aliud dicam, quàm quod Hieronymus de ſuâ loc. ſupradict. *Quapropter*, inquit, *audiant Canes mei, idcircò me in hoc Volumine laboraſſe, non ut Interpretationem antiquam reprehenderem, ſed ut ea, quæ in illâ aut obſcura ſunt, aut omiſſa, aut certè Scriptorum* (lego *Exſcriptorum*) *vitio depravata manifeſtiora noſtra Interpretatione fierent.*] Sic ex ſtylo D. Bernardum cognoſcimus: immò & ipſe ſe ex florido & ſuavi ſcribendi modo cognoſci poſſe ab amicis, in Epiſt. ad Balduinum, Noviomenſem Epiſcopum (quæ in ordine CCCXXXIX. eſt) fatetur: lepidè enim puerum illi commendans, ait. *Maneries* (vox eſt deducta ex Gallico, & ſonat Latinè *modū*, & Hiſpanicè *la manera*) *loquutionis pro ſigillo ſit, quia ad manum non erat, nam neq; Gaufridus veſter* (qui tunc ſerviebat à ſecretis Bernardo, & ſervabat ſigillum.) Non erat igitur cur Bernardus ſubſcriberet aut ſigillaret, nam ſtylus veriùs, quàm poſſet ſigillum aut ſubſcriptio, Epiſtolæ propalabat Authorem. Frequenterque ſimilia accidunt, nam etiam ex ſtylo P. Petrum Cazræum I. A. Tenneurius cognoſcit: nam in Epiſtola ad Petrum Gaſſendum 14. Calend. April. 1647. [Et habetur tom. 6. pag. 505. b.] ſic ſcribit.

De Patribus: Auguſtino, Chryſoſtomo, Hieronymo.

S. Hieronymus in Præfation. ſuper Iob.

De D. Bernardo.

Qualem ſtylū ipſe habuerit?

Heſterno die adlatum mihi fuit præter exſpectationem Cazræanum ad Diſputationem meam Reſponſum, quo quidem avidiſſimè lecto prorupi in hæc verba Baſilii ad Gregorium, quaſi Cazræum adloquens. Εἴπεγνων σȣ τὴν ἐπιςολὴν ὥσπερ οἱ

De Cazræo. An ſtatim ex ſtylo innoteſcat?

τοὺς τῶν φίλων παῖδας ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης αὐτοῖς πρὸς τεκόντας ὁμοιότητος ἐπιγινώσκουσιν. *Adeò quippe cui ſimilis ubique Caȥraus, adeò manifeſtum ſe præbet* (fortè, *ſe prodit*) *in ſuis ſcriptis, ut abſque ullâ ſcriptione, alio quolibet judicio præter ipſa verba, audenter aſſirmare poſſis, eſſe Caȥraum fœtum*.

An ex ſtylo qualitas perſonæ cognoſcatur?

Non ſolùm Perſonam, quæ ſcribit, ſed Perſonæ ſcribentis qualitatem, & valetudinem Stylus prodit; aliter enim Princeps ad ſubditum, aliter ſubditus ad ſuum ſuperiorem ſcribit. Hiſpaniæ Rex ſtatim ex loquendi modo cognoſcitur. In Diplomatis, quæ Typographis conceduntur hæc lego. *Nos ſupplicaſtes, os mandaſſemos dar licencia, y privilegio por diez años, para que pudieſſedes imprimir el dicho Libro, o como la nueſtra merced fueſſe*. In quibus verbis occurrunt nonnulla notanda.

Hæc verba in Privilegio P. Gaſpari de Vigachoaga, Madriti 10. Decembr. 1618. conceſſo reperiuntur.

Et primò illud *Nos*, quod apud Hiſpanos loquentis dignitatem, ſicut in aliis etiam linguis ſignificat.

Quo viros ingenuos modo Rex, quo modo alii alloquantur?

Et ſecundo illud *os*, ſi Viro gravi, aut illuſtri dicatur, in Hiſpania Majeſtatem importat; tametſi enim Gallus utatur ſecunda perſona plurali, etiam ubi Regem adloquitur, ingenuis, & honeſtis hominibus omnes Proceres dant titulum *de V. M.* hoc eſt, *Dominationis Veſtræ*: & ſoli Regi permittitur illos *vos* appellare.

Glorioſum eſt imperare imperantibus.

Præterea, illud *mandaſſemos dar licencia*: plus eſt quàm *dieſſemos licencia*: nam Regium eſt potentibus ejuſmodi licentias concedere imperare. An-ne huic phraſi eſt illa ſimilis, qua uſus eſt Sanctus Pater Noſter Benedictus in Reg. Prol. dicens. *Et quod minus habet in nobis natura poſſibile, rogemus Dominum, ut gratia ſua jubeat nobis adjutorium miniſtrari*? An-non immediatè hominibus Deus auxilia gratiæ, ſed mediatè, per Angelos ſuos impertitur? Reſpondeo auxilia materialia, & extrinſeca (divitias, valetudinem, commoditates. &c.) immo etiam illa intrinſeca, quæ ad intellectum pertinent (ſuaſiones, notitias, illuminationes, &c.) non per Angelos tantùm, ſed & per homines Deum, tanquam Angelorum, & Hominum Summum Regem concedere: verùm enim verò Humanæ Libertatis regimen (illud enim ſibi uni reſervavit) nec Angelis, nec Hominibus voluiſſe committere; ſed ipſum per ſe, & immediatè (aut phyſicas prædeterminationes, aut auxilia opportuna juxta alterutram Thomiſtarum aut Moliniſtarū doctam opinionem, de qua nolo hic diſputare) dirigere, quin permittat, ut in tanti momenti re creatura à creaturâ dependeat.

An, & quas Deus gratias nobis Angelorū miniſterio communicet?

De auxiliis externis, & internis, quæ ad Intellectum ſpectant.

De auxiliis quæ pertinent ad Voluntatem

Et illa verba denique, *o como la nueſtra merced fueſſe*. important ſummam in ſubdito reſignationem. Sunt Reges Humanæ Dei Imagines, & Dei nomine populos concreditos ſibi gubernant; & ſicut Deus, ſic ſuo modo, illi debent orari. Et, ut nemo neſciret, quanta deberet devotione coram Deo orationem profundere, oravit Chriſtus Patrem. Æternum dicens, *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*. & nos docuit Clementiam ſuam implorare dicendo, *Fiat voluntas tua*. Et ſic orari debent Reges: non enim præſcribere poſſunt Vaſſalli, quid præſtituri ſint, ſed indigentiam inſinuare, & ſavendi modum, ejus Providentiæ relinquere.

Quomodo Deū, nec non Reges, qui ejus nomine Mundum gubernant, debeamus orare?

Præter Politicas perſonæ qualitates etiam mores in ſtylo relucent. Immunda enim laſcivus, modeſta prudens, & devota Aſcetes regulariter loquitur.

Mores ex ſtylo innoteſcunt.

Tandem corporis morbi, valetudo; mœror, lætitia, &c. percipiuntur in calamo, eſt enim languida morbo laborantis oratio: ſani vegeta: hilaris læta mente concepta; mœſta triſti. Eſt generalis lex, à quâ ſe exêmit nullus. Audi Iuſtum Lipſium, qui *in Prolog. ad Centur. prim. Epiſt.* illam firmat his verbis. *Victor meus ſolitus dicere; indices ei ſemper valetudinis noſtræ meas literas, etiam cùm indices non eſſent. Benè. Languent enim illæ, excitantur, dolent, gaudent, calent, frigent mecum. Vt verbo dicam; affectus animi, corporiſq; mei in hac tabella*. Legis, & eruditionis gratia interrogas, An plurali uti numero Scriptoribus liceat? An in eadem periodo ſingularem cum plurali confundere? Et denique, quo poſſint modo literæ eſſe indices, etiam cum non ſunt indices.

An Animi & Corporis paſſiones morbique ex ipſomet ſtylo cognoſcantur?

Proponuntur tria Dubia.

Reſpondendum videretur ad Primum, ſoli Principi, aut ſuperiori licere, uti plurali numero, non autem Scriptori, qui debet venerari Lectores, quorum multi, & ſanguine, & doctrinâ illo ſunt nobiliores. At

Solere ſcriptores uti plurali numero.

ego

ego cum multis eſſe loquendum aſſero, & moris eſſe, ut Scriptores plurium numero utantur. Et quidem is eſt hodie valde communis loquendi & ſcribendi modus: &, ſi vocari *morbus* debet, multi laboramus hoc morbo. Fuit mihi id à Viro Magno objectum, & me à Cenſura ſubduxi aſſerendo, dicere debere Scriptorem *Sic ſentio.* &c. ubi tradit ſingularem ſententiam: & *Sic ſentimus.* &c. ubi ſentit cum aliis. Ergo, ſi hæc Interpretatio admittatur, humilitatem doctrinæque ſecuritatem, & non vanam Animi elationem oſtendit, cum Scriptor loquitur in plurali.

Quale inter ſic dico, & ſic dicimus, diſcrimen ſit?

Ad ſecundum reſpondeo, ſimiles nævos crebrò in libris occurrere, & Lipſium, aut *indices valetudinis noſtra noſtras literas*, aut certè *indices valetudinis mea meas literas*, debuiſſe ſcribere.

Non licet ex numero ad numerū in eadem oratione tranſire.

Ad Tertium dico, bifariam (videlicet expreſsè & implicitè) literas eſſe poſſe valetudinis infirmæ indices, nempe, expreſsè, ſi te male valere illæ dicant; implicitè verò, ſi illæ ſerpant, aut langueant. Ergo illa verba Lipſii non ſunt dicendæ repugnantiam involvere; diſtinctio enim præmiſſa tollit contradictionem: nam æquipollent his *Sibi indicare implicitè valetudinem meam meas literas, dicebat Victor, etiam cùm ejus ſtatum tacerent, expreſſeque non indicarent.* Et quidem hoc præjudicio (tametſi vero) præventus eram, quando dixi; Deſideravi hanc Hiſtoriam unico ſcribi ſtylo: ſed quis non poſſet calamus in tanta multitudine obtundi? quis non animus tantâ rerum varietate alterari? Ago negotia publica, agor publicè, extollor ab amicis, & ab æmulis vexor, & morbis interdum non careo: &, ut video, animum repræſentat ſtylus curioſus, negligens; altus, depreſſus; ornatus, nudus; volans, navigans, ſerpens. Sed hæc ipſa varietas placet interdum Erudito Lectori: quem

Quomodo eadē literæ indices & non indices ſint?

Ita Ego in Prologo libri qui inſcribitur Caramuelis Dominicus.

> *Nunc juvat ire trabæ, pede nunc, nunc ire caballo,*
> *Nunc licet ire rota, nunc liber ire rate.*]

SECTIO IV.

De Stylo immaturo, & præcoci.

An quilibet ſcribere poſſit de re quâlibet?

SCripturus Tuo Illuſtriſs. Comiti, has ad Te literas neceſſariò præmitto; nec enim in eo volo ſcientiarum amorem remittere, nec animoſum, quod de ingenio, & erudition ſua habet præjudicium, fovere. Multi profectò ad Scientiarum cognitionem veniſſent, niſi ſe perveniſſe cenſerent: & iſtis adjudicandus ipſe eſt, qui ſe judice nihil prorſus ignorat. Audivi eum aliquandò de Platonis Divina doctrina differentem: & ſe ajebat percallere & percipere, non quæ dixerat modo, ſed quæ inſinuaverat, & aſſerere poſſet. Subriſi: quoniam ſcientiarum Profeſſores, qui à multis annis illum manibus & oculis terimus multa in illo ignoramus. Multa in Ariſtotele ille reprobat; laudabo, ſi non à paſſione aliqua, ſed à ratione pura ſeverior cenſura proveniat. Inter Diſcipulum Magiſtrumque debemus omninò diſtinguere. Auditores debent Præceptori ſuo credere: & allaborare quotidiè, non ut ejus Placita refellant, aut evertant, ſed ut diſcant: & quamdiù ſub ferulâ ſint, non ſe debent reponere, & Iudices ſuos in tribunal producere. Si aliquid minùs placeat, propriam adfirment mentem Pythagorico Lemmate; nam Αὐτὸς ἔφα, *Ipſe dixit*, ſufficit, ut conſentiat Præceptori Diſcipulus. Qui autem elapſo tempore tyrocinii, jam Magiſtri dicuntur, debent adhuc ſtudere, & proficere; nimirùm, ut jubet Ariſtoteles, *certis indiciis ſigniſq; à natura diſcentes.* Si aliquid rationi diſſentaneum in doctrinâ Præceptoris inveniant, reiicere poſſunt audacter nullîus enim reverentia obligare creaturam intellectualem poterit, ut rationi efficaci humanas ſententias anteferat. Placet hîc Lactantii Firmiani ſinceritas? *Sapientiam ſibi adimunt*, inquit (Viri eruditi, & docti: nam de Auditoribus indoctiſq; aliter pronunciare debemus) *qui ſine ullo judicio inventa Majorum approbant.* hoc enim ferendi ſententiam privilegium, non

Deſumpta eſt hæc Sectio ex quadam ad amicum Epiſtola.

Qualis ſit juvenis, quem Prudentia deficit, & exornat Ingenium?

Quid facere debeant Diſcipulus?

Quid importaverit illud Αὐτὸς ἔφα Ipſe dixit, in Schola Pythagoræ?

Quid Philoſopho elapſo tyrocinio liceat?

Quali animo legere Majorū Scripta debemus?

eſt

Digitized by Google

eſt ignavo & imperito indultum, ſed ſtrenuo & diligenti viro, qui à tenera ætate dedit operam literis, & *multa tulit, fecitq; puer, ſudavit, & alſit*, ut Horatius ſcribit.

An lingua Germanica apta ſit ut Philoſophicas Controverſias edifferat?

Totus eſt Illuſtriſſimus Comes in illuſtrando, aut ut ſcribit ipſe, in caſtigando Seneca, quem occœpit in Germanicam linguam traducere, pollicetürq; hoc munus Leopoldo Vngariæ, & Bohemiæ Regi, cum lauru Cæſarea coronetur, dedicare. Multa congerit: & quæ ne liberet fidem conſpirent. Primò enim, fortaſſis Germanicum idioma, ut eo uti poſſit Seneca, non eſt aptum: vix, aut ne vix ſententias Philoſophicas exprimit; & ut ſuſpicor, carebit terminis, phraſibuſque, quibus Seneca queat conceptus ſuos manifeſtare. Secundò, quidquid de Germanicæ linguæ ornatu, & ubertate ſit, fortè nondum Comes ut Senecam capiat, eſt aptus; hic enim Author in diſcurrendo, & ſcribendo, per varias Artes ſcientiaſq; diſcurrit; nec ab eo intelligi poterit, qui eaſdem ipſas profundè & exactè non calleat. Tertiò, ſi Comiti conſentîre velimus, & nihil de ejus inſufficientia murmurare, quî poterit tam brevi tempore Opus tam difficile, & arduum ad finem optatum perducere? Ego ſanè duo Comitem monere propoſui: alterum, ut arduum hoc Opus in ætatem maturiorem remittat: alterum, ne feſtinet, ſi Opus aliud ætati ſuæ commodiùs apparet. Statius Prudenti Lectori,

Qualis Scriptor ſit Seneca?

Brevi tempore grandia abſolvi non poſſunt.

Non omnia ſtudia omnibus apta.

—— *Nec tu Divinam Æneïda tenta,*
Sed longè ſequere, & veſtigia ſemper adora.

Dixiſſet igitur, ſi loqueretur Illuſtriſs. Comiti.

Nec tu huic Divino tenta dare verba Magiſtro,
Sed textus relege, & conceptus ſemper adora.

Et quia olim annoſæ diligentiæ dicebat,

Audent juvenes, ubi ſenes non audent.

—— *Tu procurrentia primis*
Carmina noſtra ſonis, totaſque in murmure noctes
Aure rapis vigili, longi tu ſola laberis
Conſcia: cumq; tuis crevit mea Thebaïs annis.

rideret hodiè adoleſcentem Phœbi alumnum, qui paucis vellet menſibus acumina profundiſſimi Senecæ obtuſis vocibus repræſentare.

SECTIO V.

De Stylo Rhetorico.

An ſit Scientiis ſublimioribus aptus?

De ſublimibus rebus.

Quo calamo debeant ſcribi?

ASſerat, qui voluerit: Ego in ſublimioribus rèbus, quæ ingenio ſuo ſatis ſunt ab hominum notitiâ emotæ, ſtylum facilem & clarum deſidero; & affirmo, Doctores ſi compto & phalcrato ſtylo ſcribant, clarè & perſpicuè res obſcuriſſimas nunquam expoſituros. Rhetor fuit Auguſtinus, imò Mediolani & Romæ Eloquentiæ profeſſor, & tamen humiliter ſerpit cũ ſublimia dilucidat, ut videamus altiſſimos Theologiæ conceptus non poſſe alio ſtylo illuſtrari. Si conjectari dicar, & Auguſtinus illius ſæculi errore celebrari videatur ſcripſiſſe humillimo ſæpe cothurno, quia alto neſcijt, & alij Virum eruditum defendent. Ego enim mutabo exẽplum & Ambroſium, Hieronymum, Gregoriumque in exemplum proponam. Sanctus porrò Hieronymus labio & calamo eloquens, ut graviter ſancta tractaret, multum ſe laboraſſe fatetur, ut ſtylum ſuperbientem deprimeret. Imitabatur S. Ambroſium, qui ut ipſe fatetur *libr. 2. in Luc. cap. de Nativit. Salvat.* humana ſtylo pertractavit ſublimi, humili & ſincero cæleſtia. Conſonat Gregorius pientiſſimus & doctiſſimus Pontifex in Operum Moralium Procemio; *Ipſam*, inquit, *Artem loquendi, quam magiſteria diſciplinæ exterioris inſinuant, ſervare deſpexi: nam ſicut hujus quoque Epiſtolæ tenor enunciat, non metaciſmi colliſionem fugio, non barbariſmi confuſionem devito, ſitus motuſque præpoſitionum caſuſque ſervare contemno; quia indignum vehementer exiſtimo, ut verba cæleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati.* Horũ aliorumque Patrum & Doctorum exemplo multi, etiam iuniores, Theologi, *Qui didicère minus, quàm potuêre loqui*, ſtylum, quo in Naturalibus fuerant uſi aut abuſi, in Supernaturalibus depreſſiſſe leguntur: inter quos mihi eſt recẽſendus Molina, Monachus Carthuſienſis, libris

de-

devotiſſimis clarus, qui in Prologo Inſtructioni Sacerdotum præfixo, poſt multa lectu digna, ſic ait. *Stylum effinxi planum, gravem, rebus quæ tractabantur conſentaneum unicè enim fugio dictionem immodicis figuris, verborumq; inſolentiâ aſſurgẽtem. Nec eam ſolùm, quæ doctis omnibus improbatur, ſed etiam quacumque arte conſtat, ſummâque elegantiâ mihi non tantùm nihil afferre videtur, verùm in rebus ſpiritualibus & ſerys impedire fructum: in his enim nulla oſtentatio, nulla curioſitas prætenditur, nihil quod delectet auditum, multa quæ animis ferant ſalutem. Ita è Patribus non pauci, ſtudiosè in rebus ſpiritualibus diſceſſerunt à lenociniis verborum, ſtylum planum & ferè communem ſequuti.* Quod ita verum eſt, ut ipſe Cicero libr. 3. de Finib. tametſi profiteretur eloquentiam, ſermone ſimplici & communi voluerit Scholaſtica ſcribi, quoniam *iſtiuſmodi dicere ornatè velle puerile eſt: planè autem & perſpicuè expedire poſſe, docti & intelligentis Viri.* Quæ verba producit, & ſententiam amplectitur Gerardus Ioannes Voſſius *de Art. Gramm. lib. 1. cap. 1. pag. 1.*

Interim Sancta Tereſia, & P. Ludovicus de Granada, ut alios omittam, eloquentiſſimè ſcripſerunt aſcetica.

SECTIO VI.

De Stylo Culto, ſeu Occulto.

An, quæ non intelliguntur, debeant carpi, aut laudari?

TVas Hyperphyſicas Meditationes legerit & damnaverit Gaurius: quid inde? fortè illas cõdemnavit illectas: hoc enim ævo Iudices Scholaſtici malunt libros condemnare, quàm legere. Gaurium, ut puto, Lopezio accenſere debebo, de quo recenſebo nonnihil, quod plurimis prodeſſe poterit. Academia Salmanticenſis ob genethliã Balthaſaris Hiſpaniarum Principis, inſtituit Certamen Poeticum. Iudex erat Lopezius: qui quoddam Epigramma condemnavit his verbis. *Illud non capio: nihil valet.* Sed reprehẽſus fuit ab Epigrãmatiſtâ, inferente, *Ergo omnia Martialis carmina nihil valent: nec enim illa capit aut percallet Lopezius.* Si igitur Gaurius reprobat, quod non intelligit, nullus liber erit bonus in mundo. Modeſtior Lopezio Quintilianus: *Tantò melius: ne Ego quidem intellexi*: unde condemnandi Lopezius, laudandi & commendandi Quintilianus argumentum deducit. Prudentior alterutro Eraſmus, quæ non intelligit non reprobat approbatve, ſed vult, quod ignorat, addiſcere. Conſidera verba ſequẽtia: *Non indignum obiectum eſt*, ait, *quod non intelligam: ſed gaudeo, quod diſcam.* Tenebræ à lynce non videntur, quod careant luce: & Sol non videtur à Noctuâ, quod iſta caligine oculorum laboret. Tales verè ſunt libri. Alii ſunt ex ſe obſcuri; alii clari, & nihilominùs non poſſunt intelligi, quia in oculos obſcuros incidunt. Idem Eraſmus. *Erant in libris Eruditorum ad quæ reſiſteret plebæus Lector.*

Fatetur Ariſtoteles, ſe obſcuritatẽ affectaſſe.

Occœpit S. Auguſtinus Perſium legere librumque dimiſit in hæc verba prorumpens, *Cur ſcripſiſti, ſi nolebas intelligi?*

SECTIO VII.

De Stylo Barbaro.

An, & quando oporteat loqui contra leges Grammaticæ?

COle ſtylum; ſyllabas & dictiones metire: intertexe periodos; & tandem liber tuus non ſolũ erit cultus, ſed occultus. Dixit quidam,

— Brevis eſſe laboro,
Obſcurus fio.

unde ego tibi.

Delectu eximio voces reprobaſque, probaſque;
Vt cultus videare Scholæ, doctiſſime Iane,
Aſt nobis obſcuruſque occultuſque videris.

Sæpe Stylus maximè cultus, eſt occultus.

oportet, ut Auditori labium, Lectori calamum, Magiſter eruditus attemperet. ne dum per vireta eloquentiæ luxuriat, à cæteris non intelligatur.

Floruit hoc ævo Phœnix Hiſpanorum Poetarum, nempe Lupus de Vega; qui ſuis verſibus illuſtravit Europam; ſuis Comœdiis famam fuit & divitias lucratus. Habuit nonnullos æmulos, qui ejus Poemata arrodebant. Et in ejus ſtylo phraſes vulgo alienas aut etiã ignotas exoptabant. Sed eis Lupus.

Lupus de Vega Poeta celeberrimus inter Hiſpanos.

El Vulgo es necio, y por aqueſo es juſto
Hablarle en necio, para darle guſto.

Quomodo debeamus loqui Vulgo?

Vel, ut ego aliquando repoſui:

Stulteſcit populus; cui ſi vult fortè placere.
Stultâ debebit dialecto Hortenſius uti.

De Veri Sapientis judicio.

Poſtulat igitur Prudentia eloquens, ut Hiſpano loquaris Hiſpanicè, Vngaro Vngaricè, & Polono Polonicè: vel quod in idem recidit, ut Philoſopho loquaris Philoſophicè, Theologo Theologicè, Medico Medicè, Doctori doctè, vulgo vulgariter, imperito imperitè, ruſtico ruſticè. Non ergo convenienter ille, qui ſubtiliter plebi, aut ingenioſè vulgo; nam ut advertit Quintilianus, *tota ſape theatra, & omnem circiter turbam exclamaſſe barbarè ſcimus.* Et Cicero libr. 3. *Vulgus, quod abſit à perfecto fere non ex toto intelligit.* Et primo de legibus, virum ſapientem & prudentem producit, ut quî debeamus iudicare de vulgi præiudicijs nos doceat. *Quàm contemnet,* ait, *quàm deſpiciet, quàm pro nihilo putabit ea, quæ vulgò dicuntur ampliſſima!*

An, & cur ubi debuit poni pro quorſum?

Exſtat hujus doctrinę præclarum teſtimonium apud Alciatum, qui Paralipomenon libello, Apulleio concredens, ſic inquit. *Interrogavit quidam miles dominum meum, quorſum vacuum duceret aſinum: at dominus meus Latini ſermonis ignarus tacitus præteribat. Quapropter cùm à milite deturbatus eſſet, hortulanus ſuppliciter reſpondit, ſermonis ignorantiâ ſe, quid ille diceret ſcire non poſſe. Ergo igitur ſubjiciens miles, Vbi ducis aſinum iſtum? reſpondit hortulanus, ſe petere proximam civitatem.* Ergo poſtulabat prudentia, ut miles in Latini idiomatis perfectionem peccaret, ut intelligi poſſet perfectè: ſi enim hortulanus vocis *quorſum* neſciebat ſignificationem, quorſum illam iterū & iterum miles reponeret, niſi non intelligi vellet, & fatigare & fatigari.

Loquimur, ut intelligamur.

Cur Scholaſtici novas voces invenerint?

Moneantur ergo ſcioli eſſe mentis barbariem, barbariem in Philoſophorum calamo incriminari; nam, ſi aut Lingua Latina, aut vulgo nota, voces convenientes non habet, ut illi ſuos conceptus exponant, licitè (aut etiam neceſſariò) novas voces inveniunt ut à Lectoribus intelligantur.

SECTIO VIII.

De Stylo Philoſophico, dudum à nobis ficto.

An ab Scholaſticis admitti debeat?

De Pentaglotta Authoris, in quo traditur Nova, & hæc Philoſophis omninò neceſſaria, Grammatica.

AEgrè ferunt nonnulli Critici, me non ſolùm materiã, quam jam à multis alii ſœculis auxerant: ſed ipſam idiomatis Latini formam promoviſſe & ditaſſe. Et cùm *Sam, Sem, Sym, Som, Sum,* quæ ſunt novæ, & inauditæ ſubſtantivi Verbi inflexiones; & cum *Amans, antis. Amabans, antis. Amaverans, antis, Amaverans, antis. Amabuns, antis. Amaverins, intis,* & alia Participia legunt, eſſe puerile judicant, & contra Sancti Hieronymi conſilium, mutare velle privatâ authoritate labium Anûs decrepitæ; hoc eſt Linguæ Latinæ. At ego illis uno verbo reſpondeo. Si licuit Priſcis, ut nova Numina, quæ ſomniarant, in templa Romana protruderent, nova invenire, & formare vocabula: Et, ſi Veteribus licuit Philoſophis, ut formalitates, quas mente conceperant, exprimerent, novos fingere terminos: Cur non licebit mihi, [qui ſubſtantivum Verbum, & temporibus, & modis carere neceſſarus, & ex hoc aborti defectu, quod quæſtiones graviſſimæ à Theologis malè exponantur, percipio] neceſſaria ſupplere, & Latinum Idioma egenum & ægrotum curare? Cur non licebit, inquam, mihi materiam formamque Grammaticæ Latinæ promovere, ſiquidem ſtando Vulgatis Dictionariis, & Regulis, nemo poterit repræſentare labio, aut calamo conceptus, quos mente conformo. De quopiam ex illis Quintilianus; *Nec mutare quædam modo verba, ſed extendere, corripere, connectere cogatur; & depulſus à recta via neceſſario ad eloquendi quædam diverticula confugiat.* Verba profectò inventa ſunt, ut intelligamur. Quam ob rem, ſi quæ inventæ in Dictionariis Communibus materiæ, & formæ præſcriptæ in Inſtitutione Grammaticâ ſufficiunt, ut Mentis conceptus explicemus, caſſus fuit noſter labor: ſi tamen illas non ſufficere certum, & indubitatum eſt, laudandus *hic labor, hoc opus eſt,* & gra-

Nova Sacerdotes Ethnici invenerunt vocabula.

Nova Philoſophi.

Ergo & nobis eadem concedetur licentia, ſi ſimilis urgeat neceſſitas.

Quintiliani Conſilium.

Cur inventa ſint verba? An, quæ inventa ſufficiant?

Digitized by Google

grati arum actione promovendus. [Vide interim meum Pentaglottum, qui hæc ipſa accuratiùs, & uberiùs edifferit.]

SECTIO IX.

De Stylo Militari.

An debeat fulciri & inniti Matheſi?

An Milites debeant ſtudere Matheſi?

INceperas Nobiliſſime Auſoni ſtudere Matheſi, & quia Ducis Parentis tui conſilio & imperio Belgium cogitas, & haſtæ & gladio manus inexpertas attemperas, Muſas deſeris, Vraniæque Parnaſſi montis gloriæ, & Principum delicio valedicis. Sed cur? Quia Matheſis, & Aſtronomia præcipuè non eſt utilis Militi. Et quis hanc quæſo perniterſam opinationem deliravit? Si, vel erigenda ſit Arx: vel invadendæ ſi diſponendæ à nobis ſint in campo acies, vel hoſtiles rumpendæ: ſi vel confirmanda ſint, aut comportanda, aut tandem dirigenda & diſplodenda tormenta ponderoſa, & magna: hærebunt imperiti Principes, & imperabit tantum ille, qui Matheſi ſtuduerit. Sed, & Aſtronomiæ cognitio ſemper eſt Militibus utilis, & aliquando neceſſaria. Ovidius de Vlyſſe.

An etiam Aſtronomia?

Artis opus tanta, rudis & ſine pectore miles
Indueret, neq; enim clipei calamina novit,
Oceanum & terras, cumq; alta Sydera cælo,
Pleiadaſq; Hyadaſq; immunemque aquoris Arcton.
Diverſaſq; urbes, nitidumq; Orionis enſem,
Poſtulat ut capiat, qua non intelligit arma.

Non debet uti miles armis, qua non intelligit.

Conſidera & perpende ſingula; & ultimam lineam attentiùs. In Vlyſſe Poëta ardorem juvenilem incuſat, quod petierit & capere voluerit arma, quæ non intelligebat. Et cur, quæſo, illa non intelligi ab Vlyſſe pronunciat? Quia ignorabat *nitidum Orionis enſem*; hoc eſt, cogitatas à Vitis antiquis hiſtorias, quæ Orionis apotheoſin proponentes, animos juniorum accendunt, ut ſi Orioni militando ſint ſimiles, etiam Cœlo donentur. Quia neſciebat *diverſas urbes*, hoc eſt, Chorographiam, quæ ſpeciales tractuum, & provinciarū deſcriptiones delineat. Quia non cognoſcebat *immunem aquoris Arctum*, altitudinem Poli: multa enim, quæ debent conſuli, aut juberi militibus, à dierum & noctiū diſparitate, hyemis, & æſtatis inclementia, & loci temperie dependent; de quibus omnibus judicare non poterit, qui Sphœræ obliquitatem non cognoſcat. Quia ab aliis Syderibus non diſtinguebat *Pleiadaſque Hyadaſque* aliter enim ſereno miles tempore, aliter pluvio debet dirigi, & gubernari; & ut exercituum Antiſtes tempeſtatum varietatem prævideat, eget Aſtrologia, quæ pluvias, nives, ventos & procellas præſentit, *Pleiadas, Hyadas, atque alto ſydera cælo* juxta veterum experientias & leges contemplando. Quia neſciebat *Oceanum & terras*, Hydrographiam, & Geographiam: quoniam periculoſe copias ducit, qui marium fluviorum, montiumq; curſum, & diſpoſitionem non cognoſcit. Et tandem, quia ignorabat *clypeorum & armorum celamina*, ut hoſtem ab amico, & illuſtrem à gregario diſtingueret: ſicut enim in militia tyro

An debeat ſcire Hiſtorias?

An & Coſmographiam?

Altitudinem Poli?

An dierum longitudinem?

An Stellarum nomina?

An Nauticam & Hydrographiam.

An & Stemmata, qua pinguntur in clypeis?

—— *Parma eſt ingloriùs albâ*,

ſi multarum victoriarum Pugiles, glorioſa in clypeis ſuis gerunt triūphorum, quos ſunt indepti, ſymbola, ut ab univerſis cognoſcantur.

SECTIO X.

De Stylo Vniformi, & Æquali.

An poſſibilis ſit?

LAboramus & præpedimur morbis, & affectibus variis perturbamur, & quia occultiſſimæ paſſiones Animi in ſtylo relucent, aliquando inclamabam,

Qualis ſunt omnes libri.

Nunc placet ire trabi; placet & nunc Pegaſu abuti,
Nunc licet ire ruta, nunc libet ire rate.

Ergo, ſi *Styli* nomine modus dicendi veniat, nullius Scriptoris Stylus poteſt eſſe uniformis.

Et quid, ſi *Styli* nomine, concipiendi modus intelligēdus ſit? Eamdem Concluſionem repono. Profectò, —— *Nil omni ex parte beatum* communis aſſeverat Opinio; in-

ſcetq; Librum reperiri non poſſe, concinnatum conditumque continuo, & æquali defluxu. Dies extra Æquinoctium luce inæquali fulgent, & varia forfice noctem decincinant; & quoniam *Dies diei eructat verbum & nox nocti indicat ſcientiam*, libri meritò Hemeronyctio comparantur. Tenebras, & ſplendores habent ſinguli; & quia occulta, quæ culta, dilucidatio, etiam eruditiſſima allucinatione non caret, Martialis lib. 1. Epigramm. 17.

An ſit aliquis, qui navis careat?

Martialis.

Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura,
Quæ legis hic: aliter non fit Avite liber.

Vel, ut D. Ioſephus Antonius Gonzales de Salas repoſuit.

Algo leerus bueno aqui,
Algo mediano: ya eſcucho
Avito, que hay malo mucho:
Pero un libro ſe haze aſſi.

Prodromus Fax Gemina Theatrum &c. librorum nomina.

Hac eram præoccupatus ſententia, cùm Tuum Iuridico-Academicum Prodromum, & Chriſtiana-Politicum Muſæum interlegere cœperam. Et quidem ſicut aliqua pulchrè, & ingenioſè diſceptata me reperturum ſupponebam, ſic multa feſtino ſcripta calamo, & caſtigatione poſteriori elimanda. Sed bone Deus, quid reperi? æqualia omnia. Sententias graves, opportuna methodo diſtributas: non inſertas, aut implantatas textui, ſed innatas; non occultas, ſed cultas; ornatas ſine verborum profuſione, ſine hiatu conciſas, & breves ſine obſcuritate. Apollo apud Parnaſſum veterem ſuos caſus, & occaſus habet Illuſtriſſimas Muſas, manent tenebræ; ſuntque nam lethe, & lethum coïncidunt in ſchola, mortales. Tu autem Genio nobiliore provectus novum ſubrigis in ſphœra parallela Parnaſſum. Apollo tibi ubique oritur, quia nullibi occidit: uteris face gemina, ut Lectores illumines; frueriſq; Muſarum influxu perpetua juventute vernantium. Hanc æqualitatem, quam fueras in dicendo ſortitus, in judicando obſervas; & quia in Tribunalibus iniquitas eſt inæqualitas, doces Principes, & inferiores Iudices, tunc forè gloria dignos, quando vel obediant, vel imperent, Legum exigentiam exæquent. Et quidem, dum Schola tuis vigiliis eruditis fruiſcens, multa curioſa & nova addiſcit, & prioris Operis ſedula lectione ineſcata, ſecundum evolvere pergit, & alia impatienter exſpectat, perge etiam tu, Perilluſtris Abtuſci, & paucis foliis ſolitus multos flores complecti, multum fructum proferre, æquali labore, & ſtudio alios libros elima, quibus honoretur & non oneretur poſteritas: Si enim illi, & Prodromũ, & Muſæum exæquent, habebunt, totius Orbis literarii Muſea quibus immarceſcentem laurũ offerant, gloriam voveant, & Tabellas appendant. Vale.

In mundi Polis ſex menſibus continua dies.

SECTIO XI.

De Stylo querulo.

An de Invidia, aut Æmulis liceat ſtrenuis Scriptoribus conqueri?

An omnes Scriptorum quarimonia ſint juſta?

TE eſſe bonum, & male tractari à malis quereris: & in hoc univerſis es ſimilis, nam Apollonio teſte, *Plerique homines, propria peccata defendunt, & accuſant aliena*; quoniam, ut Menander obſervat,

Ε᾽ αυτὸν δ᾽ ὀυδεὶς ὁμολογεῖ κακοῦργον. [*]
Se ipſum fatetur eſſe nullus improbum.

*] κακοῦργος, Malefactor.

Illi profectò (Friderice) quos malos vocas, ſe eſſe bonos exiſtimant, & in te vitia perſequi, & perſonam amare. Videris Boni imaginem nunquam vidiſſe, ſiquidem mores tuos inconcinnos non corrigis, & adhuc te eſſe bonũ gloriaris. Ideam Boni ex Cleante Clemens Alexandrinus eleganter proponit. Ejus verba produco.

Quid requiratur, ut Bonus Vir aliquis nominetur?

Si quale ſit Bonum rogas: ita accipe.
Eſt ordinatum, & juſtum, & ſanctum, & pium.
Sui potens, commune aliis, pulchrũ, decens.
Rectum atq; conſtans, ſemper autem conferens.
Expers metu, dolore, curis omnibus.
Iuvans, benignum, ſtabile, amicum, amabile.
Honore dignum confitendum ſingulis,
Eſt glorioſum, non ſuperbum; quod gerit
Curam omnium: placens & viribus valens.
Omniſq; culpa neſcium ſemper manens.

Quæ

Quæ D. Ludovicus Cartillo tractatu de Eruditione Poëtica ad linguam Hiſpanam ſic tranſtulit.

Circumſtantia & Virtutes, quæ Honeſtatem & Bonitatem comitantur.

Si pides, qual ſea el Bien ; aſi recibe.
Es piadoſo, ordenado, juſto, y ſanto.
Hermoſo, poderoſo, accomodado.
Derecho es y decente, ſiempre firme.
De miedo, de dolor y de cuydados
Vacio : ayudador, affable, eſtable.
Amigo, amable, y digno de decirſe.
Glorioſo y no ſoberbio : la que haze
En cuidado de todos, agradando :
Valiente en fuerças, y de culpas libre,
Permoneciente por virtudes raras.

Carmina ſunt, quæ conſonantiis cardi Rhythmica, quæ concentu juvantur.

Sunt ſoluta iſta Carmina, & viderentur pulchra, ſi rhythmo congruo exornarentur. Ergo dicamus ſic.

Debent Auditores attendere. Quid Bonũ ſit ?

Si quiſieres ſaber, que coſa ſea
El Bien, que a dibuxar avia empeçado,
Ten attencion (Letor) porque ſe enplea
Mal la voz erudita y el cuydado
De un Preceptor perito, que deſea
Veer ſu gymnaſio bien approbechado ;
Quando por ſu deſgratia, los Oyentes,
En attendir ſon poco diligentes.
Es el Bien ſempre juſto, y ordenado.
Es fuerte, invicto, y todo poderoſo.
Santo, decente, illuſtre, accumodado.
Solicito, piadoſo, recto, hermoſo.
De temor, de dolor, y de cuydado
Caree ſiempre affable y generoſo.
Es digno de alabanças, es amable.
Es conſtante, perpetuo, firme, eſtable.
Honra a todos el Bueno, a todos ama,
No puede ſer de alguno oborreſcido ;
Por gloria, por virtudes, y por fama,

Et qualis eſſe Homo debet, ut Bonus *dicatur?*

Es de buenos, y malos conoſcido.
Para favorecer, a todos llama,
Sin diſtincion alguna : agradeſcido,
Si recibe honras, es : y mas conſtonte
En infortunios, que el mejor diamante.

Hæc eſt *Boni* idea, quâcum te componas, deſidero, ut reſcias (Friderice) an ſis Bonus. Ego enim, qui te medullitùs cognoſco, laborare præiudicio te puto, & ſi ſincerè loqui liceat, audebo pronunciare te malum. Vel, ſi dubitas, conſideremus paulatim ſingulas prerogativas, quas aſſerente Clemente Alexandrino, debet aliquis habere, ut ſit bonus.

Se bonos aſſerũt & putant non rarò, qui ſunt mali.

Ordinatus imprimis debet eſſe. At Tu Petro Abaylardo ſimilis; nec tenes Ordinem, nec tenêris ab Ordine. &c. [*Hic deficit integrum folium*.]

Videantur D. Bernardi Epiſtolæ contra Abaylardum.

Stat igitur injuſtè te uti calamo querulo ; injuſtè Scriptores, qui in tuis ſcriptis aliqua, plura fortè in tuis moribus & vitâ reprehendunt, Invidiæ notâ inurere ; & oſtendere, cùm terrena & cæleſtia, & quidquid Firmamenti ambitu continetur, percallere te exiſtimas, temetipſum neſcire, & novâ debere diligentiâ & ſtudio, propriam inſufficientiam diſcere & contemplari. Finio igitur hanc admonitoriam Epiſtolam ; & quia Græcè & Latinè es peritus, claudo eam Latinè *Vale* dicens, Græcè autem Γνῶθι σεαυτόν. *Noſce te ipſum*. Sic enim indîcit Chilo & Pittacus.

Opus eſt ut ſe homo cognoſcat, antequam judicet aut pronunciet de aliis

SECTIO XII.

De Stylo incriminante Cæcitatem Fortunæ.

Cur Artes liberales *dicantur ? De Minerva Equeſtri. Cur ſit Curruum Antiſtes ? Cur plerique Viri docti ſint pauperes ? An querimonia cauſam habeant ?*

INgenuæ Artes (Eruditiſſime Theodore) à liberalitate nomen habent : quòd ab hominibus liberis ingenuiſque poſſint addiſci, & in Philomuſo divitias ſupponant, non afferant. Tritum eſt illud Diſtichum. *Dat*

Cur Scientiæ Nobiles Liberales *dicantur ?*

Das Galenus opes; dat Iuſtinianus
honores:
Pauper Ariſtoteles cogitur ire
pedes.

Hæc eſt hujus ævi, & Orbis Latini infelicitas. Olim enim apud Græcos non ſic: Minerva enim, quæ hodie ſerpit & eeſpitat, curru triumphali vecta, ſuos Profeſſores, aut etiam cultores exaltabat. Harpocration, inter Græcos vetus & gravis Auctor. *Minervam, quam equeſtrem vocant, Neptuni filia fuit, ex Nympha Poliphe, quæ patrem habuit Oceanum. Hanc (ut primo de Europa Manaſias refert) curruum Principem effecit.* Fuit ergo Minerva curruum domina, & licèt hodie rerum indiga olim Princeps & dives.

De Medicina, Iuriſprudentia & Philoſophia.

De Minerva Equeſtri.

Sed cur Oceanus non Navibus, ſed Curribus illam præfecit? Dicã breviter. Sic decreverunt Moralis Philoſophiæ Veteres Inſtitutores, cùm Generales morum Maximas ſub Fabularum ornatu tradiderunt, ut moneretur Lector, homines, alienarum rerum eſſe prodigos, & propriarum avaros. Et id probarunt Oceanum in exemplum ponendo: eſt enim ipſe navium dominus, currus autem ad Deam tellurem pertinent. Et ideò ſummâ Minervam liberalitate donat curribus, qui ſui non ſunt, quin dare naves velit, quæ ſuæ ſunt: nam ex navium ſuarum donatione damnum in ſuâ juriſdictione pateretur, ex curruũ autem alienorum largitione nullum præjudicium ſentiſcit.

Cur curribus præſidere dicatur?

Liberaliſſimè homines de rebus alienis diſponunt.

Porrò Minerva Græca equos & currus habuit; & ſola illa, quæ Homero dilucidando operam dedit, aluit innumeras Præceptorum myriadas; cùm tamen Latina fame pereat, unde meritò à Romanis in Panegyri colebatur, quoniam ut habeat panem, gyrat.

Cur colatur Minerva in Panegyri?

Sed unde hoc Infortunium procedit? A Principum ignaviâ & inſcitiâ: ſicut enim Virtutibus ſuorum Avorum ſunt nobiles, ſic & ſunt Atavorum eruditi notitijs. Hi quoniam ſepeliuntur profundis Ignorãtiæ tenebris, cœco animo vitiis indulgent; & ſicut pietate, ſic & doctrinâ præditorum faſtidiunt.

Cur tam ſit pauper?

An-ne Fortunam Docti quæ tam temerè & cœcè de fortunis diſponit, poterunt incriminari? Non puto: immò meo ipſi judicio debent in laudes & encomia diffundi; plus enim illi debet probus & prudens Pauper, quàm improbus & ſtupidus Dives.

An docti pauperes habeant, unde gratias agant Fortunæ.

At, quia non omnes Viri docti meæ Sententiæ aſſentiuntur, faſtidiunt literas, & ſtudia intermittunt. Hinc eſt, quòd Albo pauci inſcribantur Doctorum; quia, ubi dives non vult eſſe Mecœnas, pauper nequit eſſe Virgilius; quoniam ut occlamat Satyricus,

Cur tam pauci Viri docti inveniantur?

Sint Mecœnates, non deerunt Flacce Marones.

Et quia huc ſpectare poſſunt Carmina, à Vate nuper decantata Novitio, illa ſubſcribo.

Permeſſi [*] *arentes Corydon dum*
cerneret undas,
Et ſqualere ſacrâ Phocidos arva ſiti;
Ingemuit, gemuitque ſuas imitata
querelas
Echo ſubtriſti dum ferit antra ſono.
Protinus ignavis lychnum conſumere
chartis
Deſiit, & ſpretis tempus inane jocis.
Mecœnas veteis deſperantemque
Poëtam
Iuſſit ab auguſtâ præmia ferr manu.
Ad cytharam rurſus ventum: ſylvâque relictâ,
Concepit verſu nobiliore Duces.
Cinname, ſic penè elatam, ſic penè
ſepultam
Calliopen, Regum munera reſtituunt.

*] Permeſſus eſt fluvius Muſis & Phœbo ſacer, ex Helicone juxta Haliatrum in lacum Copaidem influens. Strabo.

SECTIO XIII.

De Stylo Hiſtorico.

An eſſe ornatus debeat? An uti liceat calamo alieno Ingenioſus Scriptor? Quid de Ioannis Calvini Operibus dicendum ſit?

INterlego tuos Annales Theodorice, & inclamo, *Nuda veritas.* Recenſes accuratè quæ vidi, at optarem ne nudam Hiſtoriam produceres, ſed etiam veſtires & ornares. Hiſtoria Mario Fabio aſſerente, *eſt proxima poëſi, & quodammodo carmen ſolutum: ideòq; & verbis remotioribus & liberioribus narrandi tædium evitat.* Indigent igitur ſecundo calamo Annales iſti; quem, ſi aut nolis, aut neſcias temperare, a-

An Veritas ab Hiſtoricis ornari debeat?

An Liber Latinus in Latinam poſſit linguam transferri.

deſt

deſt Martinius, qui poterit illos reſcribere. Res poterit expediri centum aureis: nec tu eris primus, qui conduxerit ad Muſæum operarios: nam, ut alios prætercam, Inſtiturinnum Liber, qui Ioannis Calvini nomine circumfertur, ſi doctrinam ſpectem, ab eo erit, aut cogitatus, aut approbatus, ſiquidem illum tanquam proprium cognovit, & tradidit: at, ſi ſpectem ſtylum & calamum, non eſt Calvini. Qui dubitet, legat ejuſdem alia opera, & videbit tantum eſſe diſcrimen, ut temerè ab eodem calamo ſcripta dicantur. Quoniam in Inſtitutionum illc libro per Eloquentiæ tempe gradiens tropis & ſchematibus ſelectiſſimis utitur, & ſuaviſſimè rhetoricatur; in aliis autem libris ſerpit, & quæ pingui Minerva priùs conceperat, ſcribit etiam pingui calamo.

De Inſtitutionum libro, qui ſub nomine Ioannis Calvini circumfertur. An ab illo ſit cogitatus? An etiam & ab illo ſcriptus?

SECTIO XIV.

De Stylo aculeato, invectivo, & Satyrico. Quàm periculoſus ipſe ſit? Debet, ſi tolli non poſſit, moderari.

DVorum Gigantum conflictum deſcribit Poëta, & paucis verbis uberrimam doctrinam amplectitur.

De Gigantum duello.

Cimotheë ſimul & Triton innixus acuto. &c.

Acutum erat ferrum, quo Triton invadebat Cimothoën; & ideò laude, & verſibus Æternis dignus. Ergo licet interdum acutè aliquem pungere, quem obtusè & ſtupidè oppeti, Vrbanitas præſcripta non permittit. In hanc ſententiam omnes Viri docti procurrunt: at nimiũ iter promovit ille Hiſpanus, qui dixit, *Por un buen dicho perder un amigo*. Nimium & ille etiam, qui hoc inquam, Axioma Politicum ad numeros ſequentes tranſtulit.

Adagium Hiſpanicum.

Quiſquis apud Muſas conceptu oneratur acuto,
Parturit ex templo. Quid ſi ladatur amicus,
Iuraque abortivo violentur publica partu?
Ingenii præſtat ſubtilis laude; favore
Quàm Regum, Procerumque frui: quàm tempora lauro
Cingere, & imperio Solem connectere utrumque.

An ingenii laus omni ſit Amicitia, & Politica authoritati poſtponenda?

Nimiùm, inquam, conceptuum promovit ingenioſa diſcrimina, qui acumen amicitiæ anteponit. Talis erat apud Athenienſes Caliſthenes, Ariſtotelis olim diſcipulus, qui dum apud Alexandrum multa liberiùs, quam permitteret Prudentia, loqueretur, illo Homerico carmine, fuit admonitus à Præceptore.

Ob loquendi libertatem Caliſthenes, & ob ſcribendi libertatemComes de Villamediana occiſi ſunt.

Ὠκύμορος, δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἷ᾽ ἀγορεύεις.
Talia ſi loqueris non longo tempore vives.

Nec male divinavit: nam loquendi libertas illi tandem exitio fuit. Laertius *libr. 1. cap. 1.* Sed & Ego adoleſcens Madriti vidi, quanto applauſu Comitis de Villamediana carmina legerentur; vidi, quàm miſerè ſit trucidatus; & audivi Populum inclamantem,

El, porque eſcribió mal bien,
Se vino a morir bien mal.

hoc eſt ad literam.

Is, quia ſcripſit mala bene,
Tandem obiit bene [*] male.

*] Bien mal, *Lat.* bene male, *hoc eſt*, valde male.

Tu igitur Caliſthenem Comitem, nec non alios conſidera, & puta tibi in aurem dicere Sinceritatem,

Felix, quem reddũt aliena pericula cautum.

Interìm, ſi tuam nequeam ex toto libertatem auferre, imminuam ſaltem, & modum labio, aut etiam ſtylo, imponam, & hoc te Monito, ex Satyricâ eloquentiâ deſumpto, providè & amicè juvabo. Si velis, inquam indulgere conceptibus, & illis liberas habenas immittere, tolerabo (Theodore) modò Immunitatem hanc præcocem & libertinam non ſibi adjudicet & accenſeat Loquacitas. Laudatur enim Triton, quòd mucrone acuto hoſtem ſuum preſſerit; qui tamen non miles videretur, ſed ruſticus, ſi fuſte repando & obtuſo quoſcumque obvios, amicos aut hoſtes, invaderet.

In dicteriis aliquando toleratur ſubtilitas.

Et quàm multi hodie (ingenioſe Theodore) in arenâ literariâ ſunt Ruſtici, quàm pauci Milites? quàm multi innoxios & immeritos inundant obtuſo malè pexarum periodorum diluvio; & quàm pauci ſubtilium rationum acumine inimicos proſternunt!

SE-

SECTIO XV.

De Stylo Conciſo.

An ſemper laudanda ſit Brevitas?

Quiſnam brevis, & quiſnam longus dicendus ſit?

NON eſt brevis (Eruditiſſime Friurbi, qui pauca folia ſcripſit; non eſt longus, qui multa: eſt enim longus, qui ſuperflua; & brevis, qui tantum neceſſaria proponit. Ergo meritò in Abulenſi commendabitur brevitas; quoniam in viginti, aut pluribus Tomis (manuſcriptos & impreſſos enumero) innumeras controvertit quæſtiones, & omnes dilucidat reſolvitque quanta brevitate eſt poſſibile. Qui vult igitur examinare, An aliquis Scriptor ſit brevis? non debet numerare periodos, ſed videre, an aliquas ſuperfluas ſcripſerit. Sunt res, ſunt Auditores, qui magnos excurſus non requirant.

Abulenſis laudatus.

Scriptor materia & Lectoribus debet calamum attemperare.

Sunt argumenta, quæ magnũ verborum apparatum non poſtulent.

De rebus dubium eſſe non poteſt: aliæ enim notæ ſunt, & conſpicuæ, aliæ ignotæ; illæ paucis, iſtæ autem pluribus exponi debent.

Sunt Lectores, quibus pauca ſufficiunt.

Sed neque de Auditoribus poteſt Regula generalis ſtatui: alii paucis, & alii multis verbis indigent: qui autem iſtis pauca ſcriberet verba, non eſſet brevis, ſed lacerus incompletus & mutilus. Quintilianus. *Saluſtiana brevitas, qua nihil apud vacuas, & eruditas aures poteſt eſſe perfectius, apud occupatum variis cogitationibus, & ſæpè ineruditum judicem, evitanda nobis eſt.*

An in ſcribendi copia modus ſervandus ſit?

Ad rem, & conceptum propoſitum noſter Hiſpanus Marcus Fabius. *Sed & copia habeat modum, ſine quo nil laudabile, nec ſalutare eſt: & nitor ille cultum virilem, & inventio judicium; ſic erunt magna* (nota bene) *non nimia; ſublimia, non abrupta; fortia, non temeraria; ſevera, non triſtia; gravia, non tarda; læta, non luxurioſa; jucunda, non verò diſſoluta; plena, non tumida;* &c.

SECTIO XVI.

De Stylo Divinatorio.

An ex Orationis charactere, dicto, aut ſcripto, de Authoris ingenio, & moribus ſententiam perferre poſſimus?

PArùm, aut nihil prorſus defero Divinatoriis Artibus, ab Ingenuis enim otioſis fuerunt fictæ, & nil ſolidi, aut ſecuri præ ſe ferunt. Cæterùm, ſi admittere deberem aliquas, inter illas, quas alii labore, aut etiam ſuperſtitione excolunt, eam, quæ calamum Authorum meditatur, conſtituendam exiſtimo: non quidèm ut ſodalem aliquam ſupervenientem; ſed ut Principem, & cæteris aliis nobiliorem. Vt rem capias, in manuſcripta pagina, characteres & illorum ſententiam, & conceptum conſiderta, & utrobique Stylomantiæ ſecuritatem & facilitatem reperies. Si oculos ad ipſoſmet characteres convertamus, nemo negare poterit, aliter eorumdem aſtiſtas ſubrigere, & caudas ducere cholericum, aliter melancholicum: aliter tardum, aliter feſtinum: &c. Si ad intrinſecum dictionum ſenſum, iſte mores, & animum Scriptoris prodit. Ariſtoteles *Rhetoricorum*, & *Poëticorum cap* 2. appoſitiſſimè. *Dictio, tum mores, tum ſententiam, quæ quidem ſatis per ſe conſpicua ſunt, obumbrare ſolet.*

Quem locum inter Promanticas Chirographia ſit habitura?

Quid ſit Stylomancia?

An, & cur ſit ſecura?

An nota Ariſtoteli fuerit?

SECTIO XVII.

De Stylo ſcribendi, & loquendi.

An, qui eloquenter ſcribunt, ornatè etiam & curioſè loquantur?

VErba curioſiùs & elegantiùs à calamo, quàm à lingua promuntur. Quæ in charta ſcripta recognoſcuntur, obliterantur, elorantur: at quæ ab ore procedunt, ſunt irrevocabilia: ſemel dicta, indicta reddi nequeunt, & ideò multi eminentes calamo, non audent lingua. Quantus fuerit Virgilius, oſtendit illud Æneidum Opus, quod *Divinum* appellant; ſermonem habuit tamen in colloquio privato ſimilem incompoſito. In Orationibus ſuis Cicero ſummum applauſum habuit, at eædem Orationes, non ſunt dictæ ut ſcriptæ, ſunt ornatiores in chartá, quam fuerant in labio. Inter alias, quæ hodie omnium teruntur manibus, illa elegantiſſima cenſetur, quam pro Milone declamavit: ſed quia Iudices erant ſeveri, & reum condemnarant exilio, ad eum eamdem miſit, ut eum fuiſſe benè defenſum, & malè condemnatum videret. Milo autem, ubi totam perlêgit hominis eruditionem admiratur, & ait, *Si ſic oraſſet Cicero, non ego Maſſiliæ barbatos mulos eſitarem.* Dion. *in Roman. hiſt.* Minor igitur ſemper virtus & eloquentia eſt in lingua, quàm in calamo.

Virgilii Æneis, paſſim ob conceptuum ſublimitatem, & eloquentiæ pompâ OPVS DIVINVM nominatur.

Cicero ornatiùs ſcripſit, quàm dixit.

AR-

ARTICVLVS XXIII.

ΧΕΙΡΟΜΑΝΤΙ'Α.

De eâ, quæ fit per manuum lineas, Divinatione.

An dentur Artes Divinatoriæ?

UT nihil omittatur, quod poſſit Curioſitati eruditæ ſervire, ſcribam aliquid de Chiromantia, hoc eſt, de Arte inſpiciendi manuum lineas & divinandi per illas, quæ fata, quæ contingentia futura hominem maneant. Fateor me in hac materia laborare præjudicio perpetuo, illas enim, quas Divinatorias Artes nominant, Ego inertis acceſſio. Deus enim unicus, qui ſimul eſt in diverſis temporibus, cui omnia præſentia ſunt, & ſi nobis præterita ſint, aut futura, Angeli aut Dæmones, quæ præſentia ſunt, vident præteritorumque reminiſcuntur, futura autem, ut ut per conjecturas aliquandò prævideant, quæ ab hominum libertate dependent, cognoſcere certò non poſſunt. Interim, quia nonnulli Philoſophi de manuum lineis & earum ſignificatione ſcripſerunt, ne manca aut defectuoſa ſit noſtra tractatio, paginas ſequentes ſubjungimus.

An veriùs inertia illa ſint quæ in hoc genere à recentioribus Artes vocantur?

Futura libera cognoſcit ſolus Deus.

SECTIO I.

An per manuum lineas præcognoſcere futura contingentia poſſimus?

An Chiromantia ſit Ars ingenua?

CHiromantiam aliqui huic liberalium Artium curſui potiùs cavendam quàm addendam putabunt, quod ſuperſtitioſa ipſa facultas ſit, & indigna quæ interferatur ſcientiis, & Notitiis ingenuis. At ego breviter volo ipſius Artis nomen, objectum, & finem meditari, & res ſingulas examinando ſecuriſſimam ſententiam ferre.

Χειροκοσπικὸν οἰώνισμα.

Chiromantia, græcè *Χειρομαντία*, eſt Manualis divinatio; unde *Χειροκοσπικὸν οἰώνισμα Manus Polymnia*. *inſpectorium augurium* ab Heleno Syracuſano libro de hac re edito nominatur.

Hujus Artis objectum.

Objectum Chiromantiæ ſunt lineæ, quæ in manuum palma expreſſæ; quarum locum, poſitionem, ſitum, longitudinem, ſectiones, & angulos ſpeculatur.

Ejuſdem finis.

Finis, inde inferre actuum futurorum præſcientiam, & cognoſcere quæ nondum acciderunt.

Authores, qui de hac Arte ſcripſerunt.

Multi ſunt, qui illam ſcriptis voluminibus illuſtrarunt. Teinerus fuſiore ſtylo, breviore Bludius. Pollux, Suidas, Ioannes de indagine aliique à Martino Delrio *libr. 4. cap. 3. nu. 5. de Magicis diſquiſ.* citantur. De Bartholomæo Cocle multa legi, & in Pauli Iovii elogiis, & poſtea in Beyerlinckio *litera* C. 180. *d.* nonnulla, quæ mea fide majora.

Commendantium condemnantiumque Chiromantiam non eſt una ſententia, adeoque proderit ſingulas explicare.

An Deus in manibus hominum futura contingentia inſcripſerit?

PRIMA illorum eſt, qui ad Deum immediatè recurrunt, docentque; *hominum præcipuos eventus eſſe Dei digito palmis ſingulorum inſcriptos, ut vel ipſi caveant, vel certitudinem divinæ præſcientiæ cognoſcant*. Et probant Sacræ Scripturæ teſtimoniis, quoniam Manui Moyſeos inſcripſit Deus mare, ranas, ſiniphes, ſanguinem, fluvios, cædes, & omnia miracula, quibus erat afflicturus Ægyptum, ut Pharaonis Magi palmæ illius delineationes ſpectantes percellerentur metu, & Iſraelitici populi demiſſionem urgerent. Huc refert locus Pſalmi 88. 14. *Ponam in mari manum ejus*, quem P. Pineda in Iob cap. 1. ver. 12. nu. 2. exponit per hypallagen, ut ſit *Ponam mare in manu ejus*: unde, inquiunt, cum mare ipſum poni in manu non poſſit, ſupereſt ut maris character ponatur. Confirmatur Exodi 4. 20. ubi dicit Dominus ad Moyſen, *Vide, ut omnia*

Aliqui Textus Sacræ Scripturæ pro hac ſententia.

Re

nia oſtenta, quæ poſui in manu tua, facias coram Pharaone. Notant illud *poſui*, & illud *vide*: nam res futuræ non aliter poni poſſunt quam per ſpeciem, & hanc conſtat fuiſſe characterem viſibilem, nam alias non præciperetur Moyſi ut videret, ſi nihil eſſet quod videri poſſet.

An manuum lineæ ſculpantur ab Aſtris?

Secunda sententia *cauſas naturales inquirit, & delineationes manuum ab Aſtris regi & dependere ſupponit.* Hujus conjecturæ cenſuram deſcribit Franciſcus Valeſius *cap. 31. Sacr. Philoſoph.* unde manus palma eſt cæli copia, ea exprimens quæ homines ſingulos concernunt. Differt juxta hos Authores Cælum à Manu primò, in characteribus, quia in illo futura contingentia deſcribūtur ſtellis, in hac lineis; ſecundò, in characterum multitudine, quoniam in cælo omnium hominum actiones liberæ, omnium brutorum neceſſariæ, omnium plantarum, & elementorum naturales inſcriptæ, at in manu unius hominis ſolùm ſuæ, & ſi alienæ, non niſi ut propriæ cognoſci poſſint evidentiùs & certiùs: tertiò in modo ſignificandi, nam cœlum juxta aliquos ſignificat faciendo, juxta alios cooperando, at manus lineæ nullam operationem, aut influxum habent, ſed merè ſignificant, quæ ab homine poſteà facienda; non ſecus ac Prophetarum libri, qui efficienter non producunt effectus, quos prædicunt.

An lineæ manuum ſyderibus cæli æquivaleant?

An eadem lineæ depingantur à Dæmone?

Tertia sententia *tenet artem hanc illicitam & ſuperſtitioſam eſſe, & homine Chriſtiano indignam; lineas à Dæmone imprimi, & exponi, & eventuum veritatem ab aliquo pacto implicito, aut expreſſo pendêre.* Tribuitur S. Auguſtino *lib. 2. de geneſi ad litt. in fine.*

Sententiarum præcedentium cenſura.

Mihi autem omnes tres ſententiæ falſæ ſunt, nullam enim illarum ratio, aut authoritas probat. Prima eſt levi fundamento ſubnixa, quoniam non ſolùm in hebræâ, ſed in omni ferè linguâ *habere in manu*, eſt habere faciendi, & omittendi poteſtatem; & *ponere in manu* eſt concedere authoritatem & optionem. Hiſpanè, *En mi mano eſta hazerlo o dexarlo de hazer. Dios lo puſo en mi mano; yo lo dexo en la tuya.* Sic in aliis linguis. Nam etiam juxta ejuſdem hebraiſmi rigorem, *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt*, & Iob poſitus fuit in manu Dœmonis, & cum

Quid ſit habere in manu? Eſſe in manu? Poni in manu?

neuter habeat palmas, nullos poterit habere characteres. Secunda nimis multum ſyderibus defert, quæ mea opinione vix elementa regunt, & futuros eventus liberos non prædicunt; qui enim judiciariam Aſtrologiam, aut meliùs loquendo Aſtromantian vanam omnīnò judico, ut ſuo loco videbimus, non debebo concedere influxu ſyderum imprimi manui characteres, qui liberorum actuum, qui nondum evenerunt ſint indices. Tertia, ut exiſtimo, nimis ſevera eſt, & vanitatem cum ſuperſtitione confundit. Prodērunt ſequentes concluſiones.

Aſtrologia Iudiciaria vana eſt inertia.

Prima. *Lineæ manus nullum actū liberū futurū, aut præteritū poſſūt ſignificare.* Demōſtratur. Nam ſi illum ſignificarent, ſignificare deberent ſpeculativè, aut practicè; neutrum poteſt dici: ergo nullum ſignificant. Probatur minor, & primò quo ad praxin, nam veroſimile non eſt lineam illam, quam Alexander Medicæus in manu habebat, Græci chiromantici opinione, violentæ mortis indicem, aut Alexandrum occidiſſe, aut fuiſſe cum Laurentio cooperatam, ut iſte illum occideret. Ergo linearum ſignificatio, vel nulla eſt, vel ſolùm ſpeculativa. At ſpeculativa eſſe non poteſt; quoniam ſi talis, debent eſſe impreſſæ illæ lineæ ab aliquo futurorum præſcio; at illas non impreſſit Deus, non Aſtra, non Dæmon; primus quia noluit, ſecunda quia non potuerunt, tertius quia licet potuerit neſciit, ut jam contra priores ſententias adnotavimus: lineę igitur illæ non ſignificant ſpeculativè.

Manuum lineæ non ſignificant actus futuros.

Si inquiras, Cur lineæ ſint in palma, ſi nihil ſignificant? reſpondebo illas in palma potiùs quàm in manus dorſo reſultare, quoniam introrſum manus clauditur & non extrorſum: nam ſi clauderetur extrorſum, in dorſo ipſa lineas haberet, & non in palma.

Secunda. *Chiromantia ars vana eſt, ſed per ſe loquendo non eſt ſuperſtitioſa, at eſt ſuperſtitioſa per accidens propter illos, qui illa abutuntur.* Vanitas infertur à Concluſione prima, promittit enim futurorum notitiam, quam dare non poteſt, adeoque vana & mendax vocanda. Non eſſe ſuperſtitioſam conſtat ex impugnatione opinionis tertiæ. Primò enim conſtat, quod non poſſit Dœ-

Chiromantia eſt ars falſa. Anne etiam ſuperſtitioſa?

mon

Dæmonum vires enervatæ.

mon in hominis inviti corpore characterem imprimere; nam ſi poſſet, in univerſos ſæviret, & omnes deformaret. Secundò conſtat eum actus futuros liberos ignorare; nam alias nec prædeſtinatos tentaret, nec præſcitos; ſciret enim nec illos deiiciendos, nec iſtos evaſuros eſſe.

An hæc Ars meritò interdicatur?

Tertia. *Chiromantia juſtiſſimè interdicta eſt*: Patet; quoniam ipſa vanitas mala, nec debet permitti in Republica, ut tempus quod rebus majoribus vix ſufficit, nugis ſine cauſa impendatur. Accedit quod multi ex errore hanc ipſam ſuperſtitioſam putaverint, adeoque multa gravia crimina in ejus exercitio commiſerint, quibus nullo alio meliùs medio obviari potuit, quàm ipſammet interdicendo.

De lineis Medicis. An utiliter conſiderentur?

Quarta. *Chiromantia medica adhuc utiliter teneri poteſt*. Vt Concluſionem capias adnotato in lineis duo reperiri; nimirùm, figuram, & colorem: illa accidentaria eſt, & pro diverſo tempore, & hominis exercitio varia; novæ enim lineæ ligonis, aut haſtæ exercitio reſultant, quæ alias non reſultarent; cæterùm à maligno jecoris temperamento provenit, quod manus ardere, & lineæ ſanguinare videantur, & tunc ſicut ex pulſu febrim, ſic etiam ex tali calore & colore jecoris æſtum pronuntiamus.

SECTIO II.

De Chiromantia Eccleſiaſtica.

Quid ſit Eccleſiaſtica Chiromantia.

ARtem illam, quæ apud multos in pretio fuit, damnavimus, & Χειροσκοπικὸν οἰώνισμα eſſe vanum oſtendimus. An minuemus veterum facultatum numerum? minimè. Loco hujus, quam proſcripſimus, aliam ingenuam reponemus, quam Eccleſiaſticam Chiromantiam dici voluimus, quod ex manuum lineis prædicat Solis cyclum, Dominicales literas, locumque, Lunæ epactas, conjunctiones, oppoſitiones, & mobiles ſolennitates. Eſt Ars curioſa, & utilis, quam poſt Clavium multi curioſi perfecerunt.

De Aureo numero ex manus lineis prædicendo.

Quid ſit Aureus Numerus?

AVreus numeri cyclus, eſt decem & novem numerorum revolutio ingenioſa, pro Lunæ directione reperta, & incipit ab 1. ad 19. & iterum incipit ſecundo ab 1. ut patet in tabella ſequenti.

Ab Anno 1583. ad 1699.

Aureus nu.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.
Epacta.	II.	XIII.	XXIV.	V.	XVI.	XXVII.	VIII.	XIX.	•	XI.	XXII.	III.

Aureus nu.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.
Epacta.	XIV.	XXV.	VI.	XVII.	XXVIII.	IX.	XX.


Aureus numerus 1. & Epactæ 11. correſpondent annis 1596. 1615. 1534. 1653. 1672. 1691. Dato Aureo numero facili negotio poterunt Epactæ reperiri, quoniam ſemper adduntur undecim ita ut ſi 30. dies excedant, ex triginta fiat nova Lunatio, & reſidui ponantur in computu. Sic anno 1596. fuit aur. num. 1. inde creſcunt per unitates ſic 2. 3. 4. 5. 6. &c. eodem etiam anno fuerunt Epactæ 11. & creſcunt per undenos dies, ſic XXIII. XXXIV. & ablatis XXX. manent IV. deinde XV. XXVI. XXXVII. & ablatis XXX. manent VII. & ſic deinceps.

Vocatur Aureus iſte numerus propter excellentiſſimũ uſum, quem habet, ſi de aliquibus horis non diſputetur, Aureus eſt, plumbeus verè, ſi quæratur præciſio: Eſt enim Aurei numeri cyclus novemdecim numerorum ingenioſa, & valdè neceſſaria revolutio, ab unitate ad novemdecim currens, & iterùm immediatè ad unitatem rediens & curſum ſecundum inſtituens, qualem reſpicis in tabella ſequenti.

Quibus annis Aurei ſinguli numeri correſpondeant?

I	1653	1672	1691
II	1654	1673	1692
III	1655	1674	1693
IV	1656	1675	1694
V	1657	1676	1695
VI	1658	1677	1696
VII	1659	1678	1697
VIII	1660	1679	1698
IX	1661	1680	1699
X	1662	1681	
XI	1663	1682	
XII	1664	1683	
XIII	1665	1684	
XIV	1666	1685	
XV	1667	1686	
XVI	1668	1687	
XVII	1669	1688	
XVIII	1670	1689	
XIV	1671	1690	

Vt igitur primo intuitu Aureus numerus cujuſcumq; anni præteriti, præſentis, aut etiam futuri cognoſcatur, opus erit ad manus delineationem ſubſequentem accedere, & lineas ſingulas conſiderare. Et pro majori intelligentia ſcire oportet, manum habere quinque digitos: Pollicem, Indicem, Medium, Annularem, & Auricularem. Sed de hoc jam nuper pag. 287. diſſeruimus uberiùs.



Quemnam ordinem in articulorum dinumeratione obſervemus?

Secuti ſumus in dinumeratione Articulorum eandem omninò digeſtionem, quam Muſici Hiſpani in coordinatione notarunt. Interim addere volumus ſequentem Tabulam, ut defluxus revolutionum meliùs intelligatur.

I. II. III. IV. V. &c.
1653. 1673. 1693.
Anno 1700. omnes Tabulæ debent mutari.

De Epactis in eiſdem lineis inveniendis.

Quænam ſint Epactæ & quomodo inveniantur?

Epactæ vocantur illi dies, quibus annus Solaris duodecim Lunationes ſuperat, & repcriuntur facillimè, ſiniſtra manu ſic diſpoſita.

Index	i	iv	vii	x	xiii	xvi) xix
Medius	ii	v	viii	xi	xiv	xvii
Annular.	iii	vi	ix	xii	xv	xviii

Epactis præcedentis anni adduntur ſemper dies undecim, ut Epacta anni ſequentis cognoſcantur.

Ecce utimur tribus ſolum digitis; indice, medio & annulari. Si aureo numero reperto in indice addas 00. reperto in medio addas 10. & reperto in annulari 20. habebis hoc currente ſœculo binas Epactas, quas quæris. Nam ſi quærantur Epactæ hujus anni 1645. cum Aureus numerus ſit XII. & collocetur in annulari, addo viginti, & triginta duas dies reperio, è quibus abſtracta integra lunatione, id eſt 30. diebus manent II. Vt igitur detur Regula generalis, ſequentem tabellam conſidera

Adde	*Stylo veteri*	*Stylo novo ab anno*			
		1582	1700	1900 ad 2200	
Indict	10	0	29	28	
Medio	20	10	9	8	
Annul.	0	20	19	18	


Hoc etiam adnotandum eſt, quòd omnes omninò menſes excepto Februario, eamdem habeant epactam in primo & in ultimo die.

De

De dierum, quibus ſinguli menſes componuntur, numero.

Quot dies ſint in ſingulis menſibus, cognoſcitur ex manus diſpoſitione.

EST neceſſarium manum ita extendere ut index, & annularis contrahantur, & expandantur reliqui, ut patet in delineatione ſubſequente.



Cur non agamus de Menſe Februario?

Februarius, ut potè incompletus menſis non examinatur, nam habere 28. dies in annis communibus, & 29. in biſſextilibus ſupponitur, de aliis agitur. Et pronuntio omnes menſes, qui correſpondent digitis elatis conſtare 31. illos qui reſpondent contractis, ſolis 30. & numerandum eſſe ſucceſſivè à pollice ut ipſa figura conſpicitur.

De Epactis ſingulorum dierum.

Dierum Epactae.

IPSÆ conſtituuntur hoc ordine. I. F. M. A. M. I. I. A. *. 29. *. 29. 28. 27. 26. 25. S. O. N. D. 24. 23. 22. 21. 20.

Tales Epactæ dici menſis primo correſpondent, quæ decreſcunt, ita ut 25. in menſibus qui non habent 31. diem ſupprimatur. Et in Iulio, quia ſecundò deberet poni ſupprimitur ſub menſis finem.

De Novilunio.

Quomodo cognoſcatur novilunium?

AVſer Epactas anni currentis ab Epactis primi diei & habebis diem Novilunii, unde incipias ætatem Lunæ computare. Vnde anno 1645. cum juxta Gregorianum ſtylum ſit Epacta II. Novilunium Eclipticum Auguſti incidet in 22. vel 23. diem ejuſdem menſis.

Aliter. Quære in menſe ubi ſit ponenda Epacta anni currentis, & ibi conſtitue novilunium. Cum igitur Menſe Auguſto ſecunda dies habeat 23. tertia 22. vigeſima tertia neceſſariò habebit 2.

Aliter ſume anni Epactas, Menſium numerum incipiendo à Martio & dies Menſis, & ætatem Lunæ advenies. Vnde 23. Auguſti ſexti Menſis Anni habentis Epactas 2. habebit Lunam habentem ætatis dies 23. dies 6. & dies 2. hoc eſt 31. Auferò 30. manet 1. Novilunium igitur ſecundum iſtam Regulam accidit 22. hujus menſis.

Non correſpondent præcisè cæleſtibus novilunia Eccleſiaſtica.

Omnes iſtæ Regulæ, ſicut & Ipſa Calendaria, intra unum, vel alterum diem naturalem luxantur: nam hoc Novilunium Eclipticum accidit 21. Aug. hora 12. & 10. min. Alderſpachi adeoque conjunctio media non potuit aliter quam eodem die ettam contingere.

De cyclo Solari.

Quid ſit Cyclus Solaris?

SOlaris cyclus eſt viginti octo annorum revolutio incipiendo ab unitate, & poſt ultimum numerum immediatè ad unitatem redeundo.

Quomodo inveniatur Cyclus Solaris?

Vt ſcias numerum cycli Solaris annis Chriſtianis adde 9. & aggregatum divide per 28. & reſiduum dabit quæſitum numerum. Hoc enim anno 1645. ſi addamus novem, habebimus 1654. quos dividendo per 28. reperiemus 2. Quoniam ſi 1652. dividas per 28. nil remanet.

Quo anno incipiat iſte Cyclus?

Majoris facilitatis cauſa proderit aliquos annos determinatos adjungere radicum loco. Notate annos 1588. 1600. 1616. 1644. 1672. 1700. nam in his omnibus cyclus Solaris eſt unum.

De

De litera Dominicali.

Quomodo inveniatur Litera Dominicalis?

EXpandendi ſunt quatuor digiti, & in ſingulis ſeptẽ ponendę literæ, prima in radice, rerria inter primum, & ſecundum articulum hoc eſt in ipſa diviſione, quinta inter ſecundum, & tertium, ſeptima in fine, reliquæ in ipſiſmet articulis ut conſpicis in figura ſequenti.

Digitorum, & Articulorum diſpoſitio, & quænam in ſingulis litera inſcribenda ſint?

1645.	1	3	5	7	2	4	6
Index	A	C	B	G	B	D	F)
Med.	G	B	D	F	A	C	E)
Ann.	F	A	C	E	G	B	D)
Aur.	ED	GF	BA	DC	FE	AG	CB)

Pro hujus manus delineatione conſidera primo duas eſſe ponendas lineas perpendiculares, alteram per radices omnium digitorum, alteram per conjunctiones ſecundi, & tertii articuli. Et literæ diſponentur ſic. Prima ponetur in prima linea, ſecunda in altera, tertia poſt primam, quarta poſt ſecundam, quinta poſt tertiam, ſexta poſt quartam, & ſeptima poſt quintam. Conſidera numeros, quos ſupra literas poſuimus, & ordinem illarum retinebis: nam à primâ ad ſecundam lineam univerſi ſunt impares, & ab hac ad finem ſunt pares. Ergo ſi cognoſcatur ſingulorum litera radicalis, reliquæ ſumma cum facilitate diſponentur. Radicalem dabit hoc carmen

Auſtriacus Gentes Fuderat Enſe Duas.

Radicum literæ?

Prima eſt *Auſtriacus*, cujus initialis eſt A, & convenir radici indicis, ſeu ſummi digiti. Vox *Gentes*, hoc eſt, G. radici medii. Vox *Fuderat*, incipit ab F. & digito tertio correſpondet. Vltimæ *Enſe-Duas*, nimitum E D. reſpondet annulari, qui ſemper habet binas literas quarum prima E ordinem notat, ſicut in aliis digitis, & ſervit ad 24. Febr. & inde ſumetur litera immediatè ſuperior, nempè D. ponimus enim A ſupremam, G infimam.

De Anno Biſſextili.

In hac delineatione manus eſt tabula Literarum Dominicalium perpetna, quæ non debet alterari Calendarii, aut mutatione, aut correctione.

Cur aureorum numerorum, & Epactarum Tabula poſt annũ 1700. debeat necesſariò mutari.

Propter has ultimas lineas interrogas cur aliæ tabulæ poſt annum 1700. mutari debent, non autem Tabula Literarum Dominicalium, & cur ſi Dominicales Literæ immutabiles ſint, ad Tabulam numerari, & determinari debeant? Reſpondeo ad primum annum 1700. qui in Calendário Iuliano eſt biſſextilis, in Gregoriano eſſe communem, adeoq; propter ablationem unius diei debere Tabulas Aurei numeri & Epactarum, quæ Lunam concernunt, mutari.

Cur Dominicalium Literarum Tabula fuerit inviſa

Reſpondeo ad ſecundum Annum Communem præter quinquaginta duas hebdomadas habere adhuc unã diem, & biſſextilem duas, quam ob rem ſi hic Annus communis incipiat à Dominica, Annus ſequens incipiet à die Lunæ. Et ſi hic annus Biſſextilis incipiat à Dominica, Annus ſequens incipiet à die Martis; Ergo literæ, quæ præfiguntur ſingulis diebus in Calendario mutant valorem, & ſi hoc anno communi Calendæ Ianuarii, quæ habent literam A, inciderunt in diem Dominicam, anno ſequenti A ſignificabit diem Lunæ, & erit litera Dominicalis G. Anno 1700. aufertur ex menſe Februario una dies, ſemel enim & non bis dicitur ſexto Calendas Martii, & propter iſtam diem debent Tabulæ, quæ per numeros expediuntur, mutari. Et ſi in aliqua hebdomade aliqua dies auferretur, eriamſi Literarũ Dominicalium Tabula alterari deberet. Cœterùm, quia hebdomades omnes per ſeptenas dies nulla dempta decurrunt, Tabula hebdomadum, quæ Literarum Dominicalium dicitur, invariata debet & illæſa manere.

Cur non debeat etiam cum cæteris mutari?

AR-

ARTICULUS XXIV.

ΧΕΙΡΟΘΕΣΙ'Α.

De Manuùm Impoſitione.

Quid illa universìm ſignificet, & quomodò per conſignificantes circumſtantias reſtringatur?

Χειροθεσία. Quid Manuum impoſitio ſignificet?

GRæcè dicitur Χειροθεσία, & eſt *quædam Cæremonia Moralis, inſtituta ad aliquid ſignificandum*, Porrò χειροθεσίας uſus, abuſuſque eſt in Eccleſia: abuſuſque tam frequens apud Lutheranos, ut quædam Secta illorum (quoniam in plurimas diviſi ſunt) *Manus impoſitoria* nominetur. Vide noſtram Theologiam Fundamentalem *tom.1. nu.*207. *pag.* 88. *a.* Nos autem impræſentiarùm, quia de abuſu diſputare non volumus, de uſu nonnulla ſubſcribemus. Quoniam manus impoſitio ſecundū Veterum, & Iuniorum mores patet latiſſimè, ſi univerſim ſumatur, nec intelligi in ſpecie poterit, niſi per adjacentes & conſignificantes circumſtantias reſtringatur. Breviter igitur nonnullas proponamus Hiſtorias, ex quibus clarè conſter, quo contrahatur, & determinetur modo Actionis hujus generaliſſima ſignificatio.

SECTIO I.

An per χειροθεσίαν fiat adoptio?

Iacob in filios nepotes adoptat

GEneſeos quadrageſimo octavo illæ cæremoniæ proponuntur, quibus Ephraimum, & Manaſſem, Ioſephi filios, adeoque ſuos nepotes, in proprios, & immediatos filios Iacobus adoptavit. Eſt dignus, qui legatur contextus. Primò ſe velle hoc facere inſinuavit Sanctus Senex his verbis. *Duo filii tui, qui nati ſunt tibi in terra Ægypti, antequam huc venirem ad te, mei erunt, Ephraim & Manaſſes; ſicut Ruben, & Simeon reputabuntur mihi.* Secundò ipſammet Adoptionis ſolennitatem ſic Hiſtoria deſcribit. *Poſuit* (Ioſephus) *Ephraim ad dexteram ſuam, id eſt, ad ſiniſtram Iſrael, Manaſſen verò in ſiniſtra ſua, ad dexteram ſcilicet patris, applicuitque ambos ad eum. Qui extendens manum dexteram poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris, ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſæ, qui major natu erat; commutans* (decuſſans) *manus*: & addidit benedictionem. Ioſephoq; ſuggerenti, ut dexteram poneret ſupra Manaſſen, nam erat primogenitus, renuens reſpondit, *Scio fili mi, ſcio: & iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur; ſed frater ejus minor, major erit illo, & ſemen ejus creſcet in gentes.* Et hæc volo primò conſiderare ea, quæ circa Reſtrictionem occurrunt: & poſteà aliquas conſequentias colligere, quæ tametſi ad Reſtrictionem non omninò pertineant, erunt tamen utiles, ut doctrina præcedens de Adoptione meliùs intelligatur.

Quo ritu id fecerit?

Minorem anteponit majori.

An, & unde manuum impoſitio reſtringatur?

Circa illud priùs affirmo impoſitionem manuum, quæ cæremonia eſt univerſaliſſimæ ſignificationis, non jam verba Iacobi reſtringere, ſed ab illis reſtringi. Quoniam impoſitio manuum per illa verba, *Duo filii tui, &c. mei erunt, Ephraim, & Manaſſes*, modificata æquipollent his verbis. *Ego Iacob, vos Ephraim, & Manaſſen in meos filios adopto.* Et decuſſatio manuum, & impoſitio dexteræ ſuper caput minoris, & ſiniſtræ ſuper caput majoris, per eadem verba præcedentia reſtrictæ ſignificant Ephraimum in Adoptione præcedere.

Quid manuum decuſſatio ſignificet?

Quàm ſint antiqua Adoptionum hypotheſes?

Circa poſterius multa occurrunt, quæ attingam breviter: quæ, ſi fortè Lectori minùs neceſſaria videbuntur poterit illecta relinquere, & per ſal-

tum

tum ad ſequentia tranſire. Ergo, Ingenioſe Lector, ex his COLLIGE PRIMÒ Adoptionis hypotheſim antiquiſſimam eſſe; quoniam Exod.2.10. Pharaonis filia ab undis, & mortis diſcrimine Moyſen eripit, & in filiũ adoptat: & Iacob Ephraimum, & Manaſſem à Ioſephi familia excorporat, & adnumerat ſuis propriis Conſidera Chronologiam.

An Tribonianus conceptum Adoptionis percalluerit?

Anni ante Chriſtum.

IACOB *naſcitur cum Eſau*	1986
Fugit ad Labanum	1810
Deſcendit in Ægyptum	1857
Et ætatis an.147. moritur	1840
MOYSES *autem naſcitur: & adoptatur*	
A Pharaonis filia,	1672
Et ætatis an.120. moritur	1552

Sumpſi numeros ex P. Ioannis Baptiſtæ Riccioli Chronographia.

COLLIGE SECVNDÒ, eſſentiam, & veram rationem Adoptionis non intellexiſſe Tribonianum (nam ejus induſtria inter multa cœliùs cogitata, & prudentiſſimè ſtabilita, aliquas interdum ineprias adjicit, quas Antonius Faber, & alii meritò eſſe aſſerunt Tribonianiſmos.) Et hanc ob rem defini, ſtando rationi, & à Iure Iuſtinianæo præſcindendo, non eſſe neceſſarium, ut qui adoptaturus eſt, ſit Vir, nam & fœminæ poſſunt, & ſolent adoptare. Plotina, Trajani, Imperatoris uxor, & non Trajanus ipſe, adoptavit Adrianum: nam Adoptionis literis, quæ ſunt præſentatæ Senatui, ſola Imperatrix, & non Imperator, ſubſcribir. Er hujus Adoptionis virtute Adrianus in Imperio ſucceſſit. Ita Dio. Sed & Margaretha Daniæ, Sueciæ, & Norvegiæ Regina, quoniam carebat filiis, Erricum Pomeraniæ Ducem adoptavit. Cranzius *lib.10. Saxoniæ cap.16. & lib.8. Daniæ cap.1.* Et veniendo ad Hiſtorias Hiſpanicas, Mudarra Gonzalez (à quo Excellentiſſima Manriquorum Familia ducit originem) Gundiſalvi Buſtos, & Cæliæ ſororis Regis Corduvæ filius, & ſeptem Infantium de Lara frater, à D. Sancia adoptatur. Sebaſtianus Covarrubias *in Theſauro verb. Cabezon.* hæc lectu digniſſima ſcribir. *El dia miſmo, que ſe bautizó, fué armado Caballero por el Conde de Caſtilla* [*] *Garzi-Fernandez: y ſu Madraſtra D. Sancha, determinada de tomarle por ſu hijo, le metió por la manga de una muy ancha camiſa, le facó la cabeza por el cabezon, y dióle paz en el roſtro, con que le paſsó a ſu Familia, y recibió por hijo.* id eſt, *Illo eodem, quo fuerat baptizatus, die, armatur, & Eques à Caſtella Comite* [*] *Garzia Fernandez inſtitaitur. Et D. Sancia, ſua Noverca, eumdem in Filium ſuſceptura, per manicam ampli induſii eum induxit, & per collare ejus caput extraxit, & dedit ei oſculum Pacis. Hac cæremonia præſtita adoptatus eſt à Sancia in Filium, & ejus Familiæ incorporatus.* Et ex hac cœremonia prodiit Adagium, *Entrar por la manga, y ſalir por el cabezon*, in eos dictum, qui ingreſſi, ut ſerviant, paulatim ſe ſubrigunt, & imperant aliis velut domini. Præterea requirit Tribonianus Adoptati præſentiam; cùm tamen M. Vlpium Trajanum exercitus in Germania regentem adoptaverit Nerva, & Cuſpiniano, Sext. Aurelio & aliis teſtibus honoraverit hoc epiſtolio.

Quid Tribonianiſmi ſint?

An adoptare poſſint fœminæ?

Adoptandi ritus apud Hiſpanos.

*] Qui hodie *Reges Caſtellæ*, olim nominabantur *Comites*: Dignitas, & Majeſtas eſt eadem, ſed ſola ſunt alterata vocabula.

Adagium. Entrar por la manga, y ſalir por el cabezon.

Telis Phœbe tuis lacbrymas ulciſcere noſtras.

Er Adrianus abſens in Syria ab Imperatrice Romæ fuerit adoptatus. Tandem Triboniani etiam paec dicendum eſt, non eſſe neceſſarium, ut adoptator carear filiis; nam Iacob multos habuit, & tamen adhue Ephraimum & Manaſſen in filios Morales adſumpſit. Requiritur autem aliqua rationabilis cauſa, ne ſine prudentia & judicio homo procedere cenſeatur, aut dicatur. Sed quam in hac adoptione habere Iacob potuit, cùm gravaretur magno filiorum numero, Ioſephumque duobus dilectiſſimis exſpoliaret? Doctè reſpondet Clarius. [Solicitus, ait, fuit Iacob de honore Ioſeph, cujus mater cum non eſſet ſepulta cum Majoribus, atque is fratribus exoſus fuiſſet, filioſque in Ægypto genuiſſet, timuit minoris exiſtimandam ipſius Ioſeph poſteritatem.] Vt ergo illius lineæ honori, & authoritati conſuleret, ad ſe tranſtulit. COLLIGE TERTIÒ eos, qui adoptandi, poſſe eſſe exteros, aur conſanguineos; nam hi duo, qui adſumuntur in filios, erant Iacobo ex Ioſeph penultimo filio, nepotes. Et hinc corrige communem Adoptionis definitionem, quam ex Iuſtiniano *de Adopt.* ex Gloſſa *ibid.* & S. Thoma *in 4. diſt.42. qu.2. art.1. & 3. part. qu.23. art.1.* receêpere Iuriſtæ: videlicet, *Adoptio eſt extranea perſonæ in filium* vel

An adoptari abſentes queãt?

An adoptans filiis carere debeat?

Cur Iacob nepotes in filios ſuſceperit?

vel nepotem legitima adſumptio. Illud, inquam *extranea* corrige, aut interpretare, ut adoptandus non ſit realiter in gradu, in quo per Adoptionem collocatur: quam ob rem conceptum Adoptionis non pereallent, qui Chriſtum qua hominem, eſſe Dei filium adoptivum affirmant.

An eſſe debeant exteri, qui adoptantur?

COLLIGE QVARTÒ, quando adoptantur ſimul plures, non ætatis, ſed adoptionis ordinem inter ſe ſervaturos: nam Ephraimus, qui erat ſecundò genitus fuit ipſi Manaſſæ in ipſa Adoptione prælatus. Et hoc hodie in omni Communitate obſervatur, & in Ordine noſtro, quoniam Monachi Abbatis filii Morales ſumus, & hanc legem religiosè ſervamus.

Quem inter naturales filios, adoptivi habeant?

S. Benedictus *in Regul. cap.* 63.

Sanctus Benedictus in Regula *Omnes, ut convertuntur, ita ſint: ut verbi gratia, qui ſecunda hora diei venerit in Monaſterium, juniorem ſe noverit illius eſſe, qui prima hora venit diei, cujuslibet ætatis, aut dignitatis*. Dixerat paulò antè. *Et in omnibus omninò locis ætas non diſcernatur in ordine, nec præjudicet: quia Samuel, & Daniel pueri Presbyteros* (ſenes) *judicaverunt*, &c.

De Adoptivorũ ordine.

Non ſervant, tamen, ſed quẽ voluntate Adoptantes præſcribit.

COLLIGE QVINTÒ, Patrem, qui duos reales filios habet, poſſe adoptare aliquem, qui jure electionis ſit ei Civilis filius, & antè utrumque realem, vel inter illos duos, vel poſt eoſdem locum habeat: omnia enim hæc pendent à prudenti Parentis judicio. Et hanc ob rem in Monaſteriis, ſi fortè aliquis Vir magnus recipitur, habetur virtutum, & meritorum ratio; &, ſi in ipſo Ordine, aut Laureâ Doctorali inſignitur, aut aliqua illuſtri dignitate honoratur, jubetur ultra gradum converſionis adſcendere, hoc ipſum ſic diſponente Sancto Patre, qui ait *Ordines ſuos in Monaſterio ita conſervent* (Monachi) *ut converſionis* (receptionis ad habitum) *& vitæ meritum* (Prioratus, Supprioratus, Decanatus, Magiſterium, Laurea, &c.) *diſcernit; utque Abbas conſtituerit. Qui Abbas non conturbet gregem ſibi commiſſum, nec quaſi liberâ utens poteſtate, injuſtè diſponat aliquid; ſed cogitet ſemper quia de omnibus judiciis & operibus ſuis redditurus eſt Deo rationem*.

An pro Arbitrio, & ſine cauſa gradus & ordines ſuſceptorum poſſit Superior alterare?

Et quia hanc hiſtoriam dilucidare incœpi, & clauditur Caput his verbis, *En ego morior: & erit Deus vobiſcum, reducetque vos ad terram Patrum veſtrorum. Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi* (Ioſuë 15. b. 7. & 16. a. 1. & 24. b. 1.) *in gladio & arcu meo*; COLLIGE SEXTÒ eſſe antiquiſſimum teſtamentorum privilegium, & in his ab initio meliorationem (quam vocant) fuiſſe admiſſam: nam, ut conſpicis, pars quædam ſpecialis præter aſſem, qui inter fratres dividitur, hîc Ioſepho conceditur. Sed quæ erat illa pars?

De Teſtamentorum antiquitate.

An ſemper in illis locum habuerit melioratio?

Munſterus reſpondet his verbis. *Dedi tibi partem unam*, &c. *quam tuli*. [Quidam Hebræorum aſſerunt, hæc dicta eſſe per anticipationem, *quam tuli* ſive *accepi*, pro *quam occipiam nepoteſque mei accepturi ſunt jure bellico*. Amorrhæos autem ſolos nominat, quia erant fortiſſimi omnium eorum quos Iſraelitæ devicerunt. Alij putant hîc ſignificari Sichimam, quam ob ſtupratam Dinam acquiſierunt: Cujus etiam Iohannes Evangeliſta meminit *cap.* 4. Atque hæc ſententia omninò genuina hujus loci eſſe videtur. Sed quomodo dicit Iacob ſe Sichimam cepiſſe, cùm filij hoc fecerant? Simeon enim & Levi hoc facinus patrarunt. Reſpondetur, Tametſi hoc factum primùm patri diſplicuit, cùm tamen deinde vidit providentia Dei hoc eſſe factum, & Deo minime diſplicere, ſibi adſcribit, quod fecerant filij: maximè tamen eam ob cauſam, quod Deus propter pietatem Iacob cohibuit vicinos populos, ne ob iſtud facinus ipſum Iacob & filios ejus perſequerentur,] atque ita opprimerent. Sicut trepidans dicebat ad Simeonem & Levi c. 34. 30. *Turbaſtis me, ut fœtere me faceretis coram habitatore hujus Terræ, coram Chananæo & Pheriſæo: & ego parvo cum ſim numero, congregabuntur illi adverſum me, & percutient me, deleborque ego & domus mea*. [a] Verùm poſtea dicitur c. 35. 5. *Et cùm proficiſcerentur, fuit terror Dei ſuper civitates illas, quæ erant per circuitum illorum; & non ſunt perſecuti filios Iacob*, &c. Huc reſpiciens Paraphraſtes noſter licitè & lepidè locutionem Hebraicam, quæ in textu Hebraico eſt, *In gladio meo, & arcu meo*, quâ jus bellicum ſignificatur, q. d. Quam tuli jure bellico vertit per *In Oratione mea & obſecratione mea*; innuens Iacob Patriarcham ardentibus precibus ſuis,

a] Quando dicitur res diſplicere, conſiderari debet, an illa quoad ſubſtantiam an verò quoad circumſtantiã diſpliceat. Et ideò impræſentiarùm dicendum eſt generoſum illud Simeonis & Levi facinus fuiſſe juſtum & periculo expoſitũ; quà juſtum placuiſſe Iacobo, & quà perículoſum diſplicuiſſe.

Cur reprobaverit Iacob invaſionem Sichimæ?

Paraphraſis cũ Textu confertur.

An Iacob Sichimam retinuerit?

quas ad dominum habuit, effigiraſſe & effeciſſe ut ſibi Sichima à filiis expugnata remanſerit, quodque inde nihil mali à circumjacente viciniâ paſſus fuerit: aliàs enim vix effugere potuiſſent, quin à vicinis populis oppreſſi fuiſſent. Sunt præterea qui textum iſtum de Ioſeph intelligunt, cujus filii duas partes acceperunt; atque ita *partem unam ultra fratres ſuos* videtur accepiſſe Ioſeph.] Hæc omnia eruditè Munſterus.

Alia explicatio litera.

An milites ſuis erant gladius?

Et, ut ipſe Munſterus nos iterum reducat ad lineam, ab illo monitus interrogo, Cur verba Hebraica; *In gladio meo, & in arcu meo*, quæ Latinns Interpres etiam poſuit, Paraphraſtes ad orationem & ſenſum moralem reduxerit: ait enim; *In oratione meâ, & obſecratione meâ?*

In armorum clamore ſilent leges.

Quid bellum juſtum ſit?

An legibus vocem reſtituat?

Alii aliter textum exponant: ego interim dico, tantam eſſe inter arma juſta, & preces ad Deum fuſas analogiam, ut & pugnemus precibus, & armis oremus ad Deum. Quoniã, ſi agamus de armis injuſtis, audiri debebit Cicero in causâ Milonis exclamans. *Silent leges inter arma, nec ſe ſpectari jubent, cùm ei, qui ſpectare velit, antè injuſta pœna luenda ſit, quàm juſta repetenda.* Ergo inprimis oportet arma juſta ab injuſtis ſecernere. Vt enim *Decad.* 1. *libr.* 9. inquit Livius: *Iuſtum eſt bellum, quibus neceſſarium: & pia arma, quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes.* Eò enim tendunt arma neceſſaria & legitima, ut legibus reſtituatur ſua vox, ut facienda præſcribant, ut de factis pronuncient; ut ſe ab omnibus ſpectari jubeant, & tempeſtivè juſtam ſententiam reperi, ne dilatio injuſtam luere aut inferre dicatur. Ecce arma, ſi ab injuſtitiâ & malitiâ excitentur, elingues reddunt leges & mutos Canones: ſi verò à Iuſtitiâ & neceſſitate dirigantur, tam Civilium, quàm Eccleſiaſticarum Legum vocem augent, præſtantque ut ab omnibus audiri debeant. Adnuit juſtitiæ armorum Numen: quod etiam tacendo ſolet, *Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.* Et hanc ob rem Lacedæmonii omnibus Diis ſuis armatas erigebant ſtatuas: ut nimirùm eorumdem potentiam oſtenderent, & admonerent Iuvenes, non tam precibus eloquenter effuſis, quàm armis juſtè motis Deos eſſe orandos; ſic rem intelligit exponitque Eudamidas apud Plurarchum *in Lacon.*

Cur Deorum ſtatua apud Lacedemonas fuerint armata?

Moyſes mors.

Manus imponit Moyſes ſuper Ioſuem.

Quid hac ceremonia importarit?

ETIAM Moyſes adoptavit ſucceſſorem in imperio Iudaico, eidem manus imponens. Potiò *cap.* 34. quod eſt ultimum Deuteronomii narratur, quomodò mortuus fuerit Moyſes, videlicet in terrâ Moab jubente Domino. Et *verſ.* 9. habetur; *Ioſue verò filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapientia*; Et Cur? *Quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas*; Et quid Hebræi habuerunt inde? *Obediverunt ei filii Iſraël; feceruntque ſicut præceperas Dominus* (ut facerent) *Moyſi*, &c. Ergo impoſitio manuum, per adjacentes, & cõſignificantes circumſtantias reſtricta, æquivaluit his verbis; *Ego Moyſes Iſraelitici Populi Imperatar, te Ioſuem, filium Nun, denomino meum ſucceſſorem.*

SECTIO II.

An Benedictio per Χειροθεσίαν concedatur?

Quid ſit imponere manus ſuper pueros?

ERat olim *imponere manus* idem ac *benedicere*; Nam Matth. 19. 13. ait Sacer Textus. *Tunc oblati ſunt ei* (Chriſto) *parvuli, ut manus imponeret eis, & araret. Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus verò ait eis. Sinite parvulos, & nolite prohibere eos venire ad me; talium eſt enim Regnum Cælorum.* Et hîc duas Reſtrictiones reperio.

Quoniã impoſitio manuum ſuper pueros, per parentum poſtulationem determinata, erat oratio, & ſũmi Numinis invocatiout illos ipſos pueros gratiæ ſuæ ubertate ſuffunderet.

Quid nomen parvulus ſine reſtrictione ſignificet?

Parvus ſtatura.

Parvus ſcientia.

Prætereà epitheton *parvulus*, ſi nihil addatur, latè patet, & poteſt de quâlibet re prædicari: ſunt enim equi parvuli, canes parvuli, lapides parvuli. Et agendo de hominibus, multis modis poſſunt vocari parvuli. Sunt enim homines ſtaturâ parvuli. Lucæ 19. 1. *Ecce vir nomine Zachæus, & erat Princeps Publicanorũ, & ipſe erat dives, & quærebat videre Ieſum, Quis eſſet? & non poterat præ turba, quia ſtaturâ* μικρὸς, parvus, *erat.* Sunt & notitia parvuli (ignorantes, indocti) & hoc ſenſu ſuſcepit vocem 1. *ad Corinth.* 3. 1. Paulus dicens. *Ega fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus; tanquam parvulis*

vulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam. Et eodem adhuc ſenſu c. 13. 11. de ſe ipſo ait. *Cùm eſſem parvulus, loquebar ut parvulus, ſapiebam ut parvulus, cogitabam, ut parvulus: quando autem factus ſum vir, evacuavi quæ erant parvuli*. Et tandem infantes, pueli, & qui teneram ætatem habent etiam vocantur *parvuli*. Hoc & ſenſu uſurpavit hoc nomen Evangeliſta, qui poſtquam Epulum à Chriſto in eremo paratum recenſuerat, convivas reducturus ad numerum, ait: *Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus & parvulis*. Ecce in his locis una & eadem vox *parvulus*, quæ in Latina lingua variè poteſt & ſolet accipi, ſemper in determinata ſignificatione uſurpatur; nam per circumſtantias, & contextum reſtringitur. Et in Græco non eſt ita neceſſaria Reſtrictio, nam voci *parvulus* reſpondent plures voces, nimirùm μικρὸς νήπιος, τὸ παιδίον: *parvus, infans puellus*.

Parvus ætate.

Vox parvulus per circumſtantias reſtringitur.

SECTIO III.

An per Χειροθεσίαν *Chriſtus, & Apoſtoli recurarint Ægrotos?*

ERAT etiam imponere manus idem ac ægrotos curare. Habemus pulchros locos in Evangeliis, quibus id demonſtrare poſſimus. *Marc.* 6. Poſtquam fuerat per circũjacentia oppida peregrinatus, venit Ieſus in patriam ſuam, & diſputando, docendo, medendo ſe reddidit univerſis mirabilem. Percellebantur audientes, & dicebant. *Vnde huic hæc? & quæ ſapientia data eſt illi*: & δυνάμεις, virtutes, ſeu efficacitates *tales per manus ejus efficiuntur?* Indigni erant propter incrudelitatem, ut illis faveret; & ideò dicebat eis Ieſus οὐκ ἔςι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ. *Non eſt inhonoratus Propheta niſi* (Hiſp. *ſino es*) *in patria ſua*. Subjungitque Textus Sacer: *& non poterat ibi* (Ieſus) *ullam* δύναμιν, virtutem, *aut* efficacitatem *facere, niſi paucos infirmos imponens manus curavit*. Et hic duo adnoto: Noto enim illud ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας; quod eſt, ut benè Arias Montanus vertit, *imponens manus*, tametſi *impoſitis manibus* apud Interpretem priſcum legamus. Ergo idem erat manus ſuper ægros imponere, ac illis valetudinem reſtituere. Noto etiam illud οὐκ ἠδύνατο, *non poterat*; ut firmem id quod ſuperiùs dixi, *non poſſum* apud viros modeſtos uſurpari pro *nolo*. Quoniàm incredulitas populi præſtare poterat, ut illos meritò Chriſtus averſaretur, & nollet δυνάμεις, *virtutes*, ſeu *miracula* facere; non autem, ut re vera non poſſet: qui enim ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, ſi voluiſſet, potuiſſet dignis & indignis gratias & favores concedere.

Infirmis imponuntur manus.

Nullus Propheta acceptus in patria ſua.

Et hac ipſa manuum impoſitione recurantur.

An non poſsũ in lexico urbano & modeſto ſit non volo?

ETiam manuum impoſitione illuminatur cœcus, Marc. 8. 22. *Venit* (ait Hiſtoriographus) *in Bethſaidam, & ferunt ei cæcum, & rogabant* (invocabant) *eum, ut illum tangeret. Et adſumens manum cæci eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos ejus, imponens manus ei, interrogavit eum, ſi quid videret. Et ſuſpiciens ait. Video homines velut arbores ambulantes. Deinde impoſuit manus ſuper oculos ejus & fecit ipſum videre, & reſtitutus eſt, & adſpexit pellucidè omnes*. Et hîc adnoto tria. PRIMUM, (& hoc ſpecialiter præſens argumentum concernit) Impoſitionem manuum, per perſonæ imponentis potentiam, & implorantium opem, preces reſtrictam, æquivalere huic propoſitioni, *Ego te ſano*. SECUNDUM (& hoc lucem præbet Tractatui de Divinis auxilis) potentiam cæco Dominum non expediviſſe totam ſimul, ſed per gradus. Nam auxilia remota indulget Deus, ut utaris, & proximiora recipias: quod ſi nolueris uti remotis, non erit cur, te non recepiſſe proxima conqueraris. TERTIUM (& hoc ad eruditionem ſpectat) Hebræorum verborum vocem הפעיל, formaliter in Sancta Lingua inveniri: virtualiter ſæpè in aliis linguis, at aliquando expreſsè & duobus vocabulis ſignificata. Eſt autem למד, *Lamad* in Cal *docuit*, & הלמיד, *Hilmid*, in Hiphil *fecit docere*. Sic שזף *Sazaf*, in Cal *reſpexit*, & השזיף, *Hiſzif*, in Hiphil *fecit reſpicere*; vel ut, Græcus habet ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι, *fecit ipſum videre*.

Impoſitio manuum cæcos illuminat.

Quomodo manuum impoſitio reſtringatur?

An, & cur auxilia proxima hominibus aliquando negentur?

De voce Hebræa Hiphil an in aliis linguis reperiatur?

SImilia habemus *Lucæ* 4. 36. ibi enim *ſocrus Simonis erat detenta febri magna, & rogaverunt illum* (Ieſum) *de ea. Et adſtans ſuper illam* (puto, imponens manus ſuper eam)

Petri ſocrus à Chriſto miraculosè recuratur.

eam) *imperavit febri, & dimiſit illom. Continuò autem ſurgens miniſtrabat illis. Occidente autem ſole, omnes quotquot habebant infirmos morbis variis* (affectos) *ducebant illos ad eum. Verùm uni ſingulo ipſorum manus imponens, curabat eos.*

De impoſitione manuum.

Ecce primò (ut maneamus in linea) Chriſtus imponens manus dicebat tacitè, *Ego te curo*. Et hoc modo diſcipulos ſuos mederi Ægrotis voluit: nam Marc. 16. 17. fideles ab infidelibus per proprios characteres ſecernens, ait. *Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo Dæmonia ejicient, linguis loquentur novis; ſerpentes tollent: & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & benè habebunt.* Ecce secundò, ubi Textus Græcus habet, ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ. *Erat detenta febri magna*, habet Vulgatus, *erat detenta magnis febribus*.

Idem eſt Deo hominem ab uno, ac à multis morbis liberare.

Cum, quia febris magna acceſſus, & receſſus habet, qui etiam vocantur *febres*: tum etiam, quia una vel plures, paucæ vel multæ, coincidunt, ſi eum ſummi Numinis omnipotentia conferantur. Scitè, & piè ad armigerum ſuum olim Ionathas, *Veni; tranſeamus ad ſtationem incircumciſorum horum, ſi fortè faciat Dominus pro nobis; quia non eſt Deo difficile ſalvare, vel in multis, vel in paucis.*

Idem in paucis aut multis hoſtem proſternere.

Ecce tertiò hîc dubitare aliquis poſſet, An unicuique manus impoſuerit Dominus noſter Ieſus Chriſtus; an verò ſatis fuerit, vel unum tangere, ut univerſi ſanarentur. De Petro habemus Act. 5. 15. *Ita ut in plateas ejicerent infirmos & ponerent in lectulis & grabatis, ut veniente Petro ſaltem umbra ejus obumbraret quemquam illorum [& liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis.]*

An tangendo unum Chriſtus univerſos ſanaverit?

Hæc verba ultima, quæ quadrata parentheſis intercipit, non leguntur in Græco, ſed tamen ſubintelligi debent. Ergo, ſi umbra Petri quando vel unicum tetigerat, ſanabat omnes; Chriſtus etiam quandò vel uni imponebat manus, curabat univerſos.

Quid umbra Petri fecerit?

Et hoc videtur innuere Textus Græcus dicens, ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς, ἐθεράπευσεν αὐτούς. *Vni ſingulo ipſorum manus imponens curabat eos.* Nota benè: *eos* dicit, non *eum*. Ecce quartò, hinc lucem habere poteſt Quæſtio illa difficilis, quæ inquirit, *Quo modo Chriſtus, quo modo Sancti faciant miracula? An ipſi ut cauſæ morales, an verò ut connaturales concurrant? An ipſi revera faciant illa prodigia; an verò impetrent à Deo ut illa fiant.*

An Sancti ad miracula concurrāt realiter? an moraliter tantùm, impetrando, ut Deus in illis utatur ſua potentia abſoluta?

Porrò Deum non indigere humano concurſu, ut prodigia operetur, certum eſt. Non eſt ſolus, qui facit mirabilia; & tamen mirabilia facit ſolus. Eſt Soli ſimilis, qui dicitur quod ſolus ſit, & luceat ſolus. Omnia ſydera lucent, ſed lumine à Sole recepto: ſolus Sol habet lucem propriam, quam à nullo aſtro recipit.

Sol unde dicatur?

Sic Deus ſimiliter ſolus eſt, qui miracula poteſt patrare ſolus. Sancti virtutem habent, ut faciant mirabilia, ſed receptam à Deo, nam ſolus Deus habet propriam virtutem, quam à nullo recceperit. Hanc cooperationem adſtruit & ediſſerit Marcus, qui ſuum claudit Evangelium his verbis. *Illi autem* (Diſcipuli) *egreſſi prædicaverunt ubique; Domino cooperante, & ſermonem confirmante per ſubſequentia ſigna.* Concurſum Dei eſſe realem eſt certum: de hominum concurſu dubitatur, *An videlicet orando, an faciendo ad prodigia concurrant?* Pro virtute physica, & operatione reali citatur textus ex Marc. 5. 19. Mulier enim, quæ ſanguinis profluvio laborabat, magna fide in corde ſuo dicebat, *Quia ſi veſtimenta ejus tetigero, ſervabor.* Tetigit, & confeſtim miraculosè ſanata eſt, *Et ſtatim Ieſus* (nota bene) *cognoſcens in ſemetipſo ex ſe* (fuiſſe), δύναμιν virtutem *profectam converſus in turba dicebat, Quis mea tetigit veſtimenta? Et dicebant ei diſcipuli ſui, Aſpicis turbam comprimentem te, & dicis, Quis me tetigit?* Et hic perſuadet locus egreſſam fuiſse è Chriſto virtutem realem, quæ fœminam ſaluti reſtituit. Et illa Chriſti verba, *Quis me tetigit?* non intellexerunt diſcipuli, ut ex eorum reſponſione colligitur: nam Chriſtus duobus modis poterat tangi; videlicet vel devotionis gratia, vel modo communi.

Biſariam potuit Chriſtus tangi.

Et illa verba, *Quis me tetigit?* per prodigia, quæ fecerat quoties devotè fuerat tactus, contracta, & ad hiſtoriam præſentem reſtricta, æquivalebant his, *Quiſnam æger, me devotè tetigit, & curatus eſt?* Interrogabat hoc, non quod ipſe neſciret, ſed ut diſcipulos ſuos induceret ad indagandum. Qui, cùm viderent eum

undi-

undique à turba comprimi, debuiſſent ſupponere, Chriſti Domini verba intelligi de alio contactu. PRO VIRTUTE MORALI in miraculorum exhibitione citatur hiſtoria, quam ſub initium ponebamus; quoniam, ut recuraret Socrum Simonis Chriſtus, non dicitur emiſiſſe virtutem, ſed imperaſſe (precibus ſuis obtinuiſſe, ut Deus imperaret) ſebri, quæ illicò obediens reliquit illam. Similes caſus in locis diverſis leguntur: qui omnes perſuadere videntur Chriſtum, & Divos omnes, moraliter concurriſſe ad miracula. Sed nos, dum Theologi in ſententias dividuntur oppoſitas, D. Gregorio ſubſcribentes aſſeruimus, eſſe poſſibile, ut Deus realem patrandi miracula concedat δύναμιν; & eſſe poſſibile, ut concedat moralem. Addimus aliquibus & aliquando realem, & aliquando moralem indulſiſſe: & ipſummet Chriſtum aliqua patraſſe faciendo, & aliqua orando impetraſſe.

Quomodo Chriſtus ſocrum Petri cur averit?

D. Gregorio reſolutio.

Succurrunt multa alia exempla in quibus ægri ſola manuum impoſitione curantur: nam *in act.* 18. 8. pater Publii febribus & dyſenteria laborans à Paulo manuum impoſitione recuratur. &c.

SECTIO IV.

An per Χειροθεσίαν *Sacramentum Baptiſmi adminiſtretur?*

TRia in Baptiſmate conſiderãtur. Primò, quæ ad præviam diſpoſitionem pertinent: Secundò, quæ eſſentialiter illud conſtituunt: & Tertiò, quæ ipſum ſolent concomitari. In manuum ſanè impoſitione eſſentiam hujus Sacramenti non conſiſtere, de Fide eſt; requirit enim aquam ut materiam remotam; ablutionem, ut proximam; & verba illa, *Ego te baptizo* &c. ut formam.

Quæ debent in Baptiſmo conſiderari?

De forma & materia Baptiſmi.

Impoſitio autem manuum per imponentis fidem & devotionem elevata, Dei gratia concurrente, animam præparat: quoniam per illam olim non ſolùm à morbis corporis, ſed & à præjudiciis animæ, quæ impediebant, ne piam affectionem habcrent, qui ad Orthodoxam fidem vocati, curabantur. Et de hoc habemus celebre argumentum in Paulo, cujus miraculoſa converſio Act. 9. recenſetur. Tota ibi hiſtoria legi poterit; nam Ego ea tantùm, quæ mihi neceſſaria, profero. Ananias cœlitùs monitus ſciens ubi eſſet Paulus, *abiit, & introivit in domum; & imponens in eum manus dixit, Saule frater, Dominus miſit me Ieſus, viſus tibi in via, quâ veniebas, ut videas, & implearis Spiritu-Sancto. Et confeſtim ceciderunt ab oculis ejus tanquam ſquamæ, & viſum recepit ſtatim: & ſurgens baptizatus eſt.* Ecce impoſitio manus illuminat corporis oculos ut materialia objecta videat: & ecce ex Animæ oculis ceciderunt præjudicia, quæ quaſi ſquamæ illos obtenebrabant; & cognita veritate, baptiſmum poſtulans, illum recepit.

De Diſpoſitione prævia ante Baptiſmum.

An mens manuum impoſitione illuminetur?

De baptiſmo Pauli.

Sine manuum impoſitione Deus etiam, quos elegit, illuminat, ut baptiſmum obtineant, & per orthodoxas virtutes ad vitam æternam feſtinent. Concionabatur enim in domo Cornelii S. Petrus Act. 11. 44. *Et adhuc eo loquente cecidit Spiritus Sanctus ſuper omnes audientes verbum* [λόγον dicit Sacer Textus non λόγους; *verbum*, non *verba*] *Et obſtupuerunt, qui ex circumciſione fideles quotquot comitati fuerant Petrum, quia etiam in gentes* δωρεὰ (donum) *gratia Sancti-Spiritus effuſa eſt. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc reſpondit Petrus. Numquid aquam prohibere poteſt quis ad non baptizari hos, qui Spiritum-Sanctum acceperunt ſicut & nos? Et tunc juſſit eos baptizari in nomine Domini Ieſu.*

Gratia Spiritus Sancti ante baptiſmum data erat mentis illuminatio.

[Et hic obiter nota *baptizari in nomine Ieſu-Chriſti*, non eſſe baptizari à dicente, *Ego te baptizo in nomine Ieſu Chriſti*. Sed baptizari ab eo, qui Chriſti nomine (hoc eſt, repræſentans Dominum noſtrum Ieſum-Chriſtum) utitur formula præſcripta à Chriſto, & ait, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti.*

Quid ſit baptizare in nomine Domini Ieſu?

Si interroges, *An hæc forma* Ego te baptizo in nomine Ieſu-Chriſti, *ad valorem ſufficiat?* Poterit reſpondere Titius, eam eſſe invalidam, quia condemnatur in Iure *p. 3. Decreti. diſt. 4. de conſecr. can. 82.* de his, qui ſemel immergendo in nomine Chriſti baptizant: unde Iacobus Merlo Horſtius in Nota, qua epiſt. 340. D. Bernardi dilucidat, pag. 52. b. ait *Cajetani ſententia, ſufficere*

An, qui diceret, Ego te baptizo in nomine Ieſu *validè baptizaret?*

Bap-

Baptiſmam in nomine Chriſti collatum exploditur. Et ad Titium Semphronius, Gloſſæ Authorem hoc Scholio verba illa (quæ Pelagii Papę ad Gaudentium Epiſcopum ſunt) dilucidaſſe. Non enim prohibet Pontifex baptizari in nomine Chriſti; ſed reprehendit illos, qui dicebant, quod debet baptizari tantùm una immerſione, & tantum ſub unâ formâ verborum in nomine Chriſti. Senſit ergo Author Gloſſæ, non propoſitionem ſimplicem, ſed modum additum (nempe, illud *tantùm*) condemnari. Poterit & Semphronius addere, hanc doctrinam non corrigi in Gloſſa, quæ tamen, corrigeretur, ſi improbabilis eſſet. Et ſubjungere illam etiamnum aliquandò propugnari: & ſub annum 1670. fuiſſe Neapoli apud Clericos Regulares publica diſputatione defenſam. Alterutros ego in ſua mente abundare permitto: nam, quo ſenſu, ut exiſtimo, intelligi verba illa debeant, jam expoſui.

An Affirmativa ſententia ſit probabilis?

[Hic tamen nota Concilii Toletani IV. cap. V. (& habetur 3. diſt. 4. can. 85.) legi. *Propter vitandum ſchiſmatis ſcandalum, vel hæretici dogmatis uſum, ſimplam teneamus Baptiſmi merſionem*.] Erant gravia ſub illud tempus inter Orthodoxos diſſidia, & ſubrepebat Hæreſis, quæ tres illas merſiones aſſerebat ad valorem Sacramenti neceſſariò requiri, & ideò ſumma providentia & controverſiæ & errori Patres Canonem illum indicendo occurrerunt.

Affectus peccati originalis.

Per originale peccatum anima inficitur, & corpus concupiſcentiæ ſordibus inquinatur: hæc enim ad agonem relinquitur, ut à Concilio Tridentino docemur, inquit enim:

Concilium Tridentinum ſeſſ. 5.

Manere in baptizatis concupiſcentiã, vel fomitem, hæc Sancta Synodus fatetur, & ſentit; quæ, cùm ad agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus, ſed viriliter per Chriſti Ieſu gratiam repugnantibus non valet; quin immo, qui legitimè certaverit, coronabitur.

An concupiſcentia poſt Baptiſmum remaneat?

Concupiſcentia extingui in hac vita non poteſt, imminui poteſt, & omnes illæ Sanctæ cæremoniæ, quas Eccleſia adhibet, eò tendunt, ut à Domino impetrent interni hujus inimici ſubjugationem.

Quo tendant cæremoniæ Eccleſiaſticæ?

Veteres olim addebant Baptiſmo manuum impoſitionem. Conſtat ex Epiſtola Zachariæ Papæ ad Winfridum cognomento Bonifacium [& habetur apud Aventinum *in Annalium Bojorum libr. 3.* Timannum Geſſelium *in Hiſtor. ſacr. tom. 2. ad ann. 744. pag. 14.* Voſſium *ab eo citatum*. Et etiam in Pontificio Iure. *cap. retulerunt. de baptiſm.* quod *In 3. part. quæſt. 60. art. 8. in corp.* Doctores eruditè dilucidant.] Pontificis Epiſtola eſt hæc.

An in Baptiſmo manuum impoſitio locum habeat?

Reverendiſſimo ac Sanctiſſimo fratri, Bonifacio Coëpiſcopo, Zacharias ſervus ſervorum Dei. Vigilius, & Sidonius viri religioſi, apud Bojoariorum [a] *provinciam degentes, ſuis apud nos literis uſi ſunt, per quas intimaverunt, quod tua reverenda Fraternitas injungeret Chriſtianos denuò baptizare. Quod audientes, nimis fuimus conturbati, & in admirationem quandam incidimus, ſi habetur, ut dictum eſt. Retulerunt quippe, quòd fuerit in* [b] *eadem Provinciâ Sacerdos, qui latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret, neſciens latini eloquii, infringens linguam diceret:* Baptizo te in nomine Patria, & Filia, & Spiritua Sancta, *& per hoc tua Reverenda Fraternitas cõſideravit rebaptizare, ſed Sanctiſſimè Frater, ſi ille, qui baptizavit, non errorem, aut hæreſin introducens, ſed pro ſolâ ignorantiâ Romanæ locutionis* [c] *infringendo linguam, ut ſuprà fati ſumus, baptizans dixiſſet: non poſſumus conſentire ut denuò baptizetur. Quia quòd tua bene compertum habet ſancta Fraternitas, quicunque baptizatus fuerit ab Hæreticis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, nullo modo rebaptizari, ſed per ſolam manûs impoſitionem purgari debeat.*

a] A voce *Bojaria* dicti sũt *Boji*, qui hic *Bojoariã* voce *Bojoarii* nominantur. Hodie dicuntur *Bavari*, & provincia, quam inhabitant, appellatur *Bavaria*.

b] At hodie habet Scholas celebres, & ex illis viros eruditiſſimos.

c] Quæ nunc vulgò *Lingua Latina* tunc *Loquutio Romana* dicebatur.

Quænam formæ mutatio dirimat Sacramentum?

Et hac Epiſtolâ præmiſsâ inquit Voſius, & cum illo Geſſelius. [Cenſet igitur Zacharias Papa Romanus, ſermonis barbarie non mutari veritatem Baptiſmi; ſed mutatione formulę ſecundum rem ipſam: Sic, ſi quid additur, quod Trinitatis confeſſionem abolet, falſus eſt baptiſmus, at verus eſt, ſi adolet, & auget confeſſionis claritatem.]

Quatuor Quæſtiones, utiles & curioſæ, proponuntur.

Ego autem pro hujus Epiſtolæ illuſtratione, & majori reſtrictionum intelligentiâ quatuor breviter examinabo. (1) Quis & quotus fuerit hic Zacharias, qui has miſit ad Bonifacium literas? (2) An, & cur barbariſmi & ſolœciſmi doctrinæ contractuum veritatem & valorem non dirimant? (3) An in Sacramen-

torum

torum formulis licitè, aut validè, aliqua verba poſſint addi? Et denique (4) quod ad Articulum præſentem ſpecialiter pertinet, An, & quomodo, & ad quid in Baptiſmo manuum Impoſitio requiratur.

Ad Primum.

An Circumſtantia Temporis æquivocam orationem reſtringat?

INter alias Circumſtantias, quæ ambiguas orationes reſtringunt, Trmpus meritò ponitur; dilucidat enim multas difficultates. De illo loco convenienti differui; & ex illo impræſentiarùm Dubium I. diſſolvam.

De Zacharia Papa.

Qualis fuerit?

Dicam igitur, Genebrardum aſſerere Zachariam I, natione fuiſſe Græcum, creatum ann. 741. mortuumque ann. 752. & etiamnum duas ejus Epiſtolas ad Bonifacium, Germaniæ Legatum, exſtare: Earum alteram dedimus: & altera proſtat in Volumine Iuris Canonici. Dialogorum D. Gregorii libros quatuor de Patrum miraculis in linguam Græcam convertiſſe: & ejuſdem Sancti Pontificis ſepulchro Græcis charactrribus Epitaphium ut rjus virtutes etiam Regioni Orientali innoteſcerent, inſcribi & incidi curaſſe. Interìm, quia unus ſolus Pontifex fuit inſignitus hoc nomine, ceſſat ex alio capite in primâ Quæſtione æquivocatio.

Vnicus tantùm Zacharias inter Summos invenitur Pontifices.

Ad Secundum.

Aliud eſt Sacramentum eſſerri illicitè, & aliud invalidè.

AIO duas Quæſtiones eſſe toto cælo diverſas, illam, quæ interrogat, *An talis forma ſit licita?* & illam, quæ petit, *An ſit valida?* ſervanda eſt enim præſcripta Eccleſiæ conſuetudo, & Pontificii Canonrs, quibus tenemur obedirr, univerſi. P. Mendus *in Appendice ſua Epitomes. num. 3. pag. 748.* [Edocendæ ſunt Obſterices de formâ: illicitè enim mutarentur verba, quãvis ſenſus legitimus remaneat.] Huic doctrinæ, quæ eſt indubitata, aſſentiris; & cum Theologis & Iuriſperitis univerſis ſupponis Barbariſmos & Solœciſmos in contractibus à Notatio commiſſos non obeſſe valori: & infers, eos, qui in adminiſtratione Sacramentorum admittuntur, illa non adnullare. Sed cauſam quæris. Ego ad Reſtrictionem à Circumſtantiis adjacentibus provenientem recurro. Verba enim inventa ſunt, ut per illa conceptus mentis ſignificemus: & in hoc dictionum eſſentia conſiſtit. Ergo, ſi ita varientur, ut mutetur ſignificatio, valor contractuum tollitur: ſi autem illa remaneat, & ſola elegantia & congruitas deficiat, nihil mutatur, quod ad ſubſtantiam ſpectet. Quam ob rem, ſi Hiſpanus ruſticus cum ſuo Compatre hunc contractum inierit, *Darele mi novillo, ſi me diere ocho eſcudos.* Et Notarius ſcripſerit, *Dabo illi meum novellum, ſi dederit mihi octo ſcutos.* Scriptura erit valida; nam tametſi *novellus, a, um*; apud Latinos indeterminatæ ſignificationis nomen ſit, per patriam & maternum idioma contrahrntium reſtringitur, ut *juvencum* ſignificet; & omnes legentes & audirntes, qui hos ruſticos Hiſpanos eſſe norunt, ſic intelligunt; nec ob vocem *ſcutos* cauſantur, ſciunt enim quid illo ſolœciſmo ſignificetur. Ergo eodem profectò modo de illo imperito Sacerdote philoſophabimur. Subſcribo D. Thomæ *3. part. quæſt. 60. art.* 8. Comirolo *in Reſp. Moral. libr. 1. quæſt.* 10. & etiam P. Mendo, qui *in Apendice Epitomes pag. 748. num. 2.* doctrinam hujus meæ Haplotetos confirmat dicens. [*Zacharias Papa* [ut habetur *cap. retulerunt. de baptiſm.*] *ratum habuit hunc Baptiſmum: nam ea ignorantia Latini ſermonis & probitas nota baptizantis* [omnes enim ſciebant, illum eſſe virum bonum & probum, & non ex malitia, ſed ex mera imperitia ultimas vocum ſyllabas defigurare] *efficerunt, quòd omnes adſtantes intelligerent, tres Perſonas Divinas illis verbis deſignari. Tunc enim ſolùm redditur hoc Sacramentum irritum, quando mutatio verborum facit, quominus ſpectatis circumſtantiis reddatur idẽ ſubſtantialis ſenſus, quem Chriſtus voluit exprimi per formam verborum.* &c.] Sic ſanè, & doctiſſimè P. Mendus. Et his lectis ad cum orationem converto, & ſic inquam. Vera ſunt hæc (Theologe ſubtiliſſime, & chariſſime Amice) quæ de Reſtrictione à conſignificantibus Circumſtantiis proveniente nos doces. Hæc ſufficiunt, ut ab Orbe Literatio exſine Reſtrictiones Mentales. Cur ergo illas tot in locis admittis? Poſſes enim illas ubique ex hoc pulchro & certo fundamẽto negare. Simi-

De Obſtetricibus.

An ſolœciſmi à Notariis commiſſi Politicos contractus diſimant?

Cur inventa ſint verba?

A Perſonæ qualitate, ſi latiùs pateant, reſtringantur.

Novillus.

Scutus.

Circumſtantiæ nõ poſſunt orationem reſtringere, ſi ab Audientibus non cognoſcantur.

Hæc verba, *Fornicatus ſũ*, à conjugato dicta, per perſonam pœnitentis reſtricta, æquivalent his, *Adulteriũ cõmiſi*. Si Cõfeſſarius ſtatũ pœnitentis cognoſcat; nõ aliàs. Vnde, qui eſſet Confeſſario ignotus, male confiteretur, niſi verbis ſpeciẽ peccati commiſſi explicaret.

De Reſtrictionibus pure mẽtalibus.

An inconſequenter illas P. Mendus admittat?

Proponuntur aliqua baptizandi formulæ, quæ requirunt examen.

SImilitudo doctrinæ poſtulat, ut has etiam formulas in examen vocemus. Quidam enim Sabaudo-Germanus (ut narrat Marchantius *in Reſol. Paſtor. de Sacram. tract.* 1. *cap.* 2. & ex illo *loc. cit.* Pater Mendus) adminiſtrabat Sacramentum his verbis, *Ego te baptizo in nomine Pater, & Filius, & Spiritusſanctus*. Et his in Belgio quædam Obſtetrix, *Ego te baptizo in nomine Patrum, Filiorum, & Spirituumſanctorum*. Addo formulam tertiam, quoniam infantem, magni Principis filium, in ipsâmet nativitate periclitantem, baptizavit fœmina, fundens aquam, & dicens, *In nomine Patris & Filii & Spiritûsſancti*; illa verba, *Ego te baptizo* intermittens.

An nominum declinationes & verborum conjugationes ad verborum eſſentiam, an verò ad ſolùm elegantiam & ornatum pertineant?

Venio ad primam formulam, & non miror Sacerdotem illum pleraſque omnes voces poſuiſſe in recto, nam ſub annum 1640. erat in Vineæ Aſceterio apud Lovanium Monialis quædam in Belgicâ linguâ erudita, Latinè audebat, & quia vocum inflexiones non didicerat, omnes dictiones exprimebat in recto. Ad præcipuos Doctores hac dialecto ſcribebat Epiſtolas, & eâdem ipſi reſpondebamus: quoniam, ſi uteremur obliquis, neſciret, illas voces in ſuo Lexico quærere. Et quâdam die, quæ dixiſſet Hiſpanicè, *Eſtamos todas con cuydado, porque la hermana demandadera nos ha dicho, que V. P. eſtaba enferma*. Latinè ſcripſit, *Omnis Sanctimonialis ſum cum ſolicitudo; quia noſter ſoror foris dico, quòd Veſtra Paternitas male valeo*. Ergo, ſiquidem ſciebamus, quid peteret, (Monialium enim Epiſtolæ non niſi petitoriæ ſunt) & ipſa, quæ volebat, hac utens dialecto impetrabat, dicendũ eſt, iſtum loquendi & ſcribendi modum (voca illum, dialectum, aut etiam paragloſſam, ſi velis) à Ciceronianâ elegantiâ in nullâ re ſubſtantiali deficere, adeoque Contractus Civiles & Sacramenta in illo Eccleſiaſtica validè adminiſtrari. Vbi enim omnes ſcimus in Titii aut Berthæ ore recta poni pro obliquis, illa ipſa verba, quæ realiter in recto ponũtur virtualiter ſunt in obliquo, quoniam prudentum (audientium, & legentium) judicio & ſuppoſitione, ita ſe habent, ac ſi in caſibus debitis conſtituerentur.

De cujuſdam Monialis Ciſtercienſis Epiſtolis.

Reſolutionem meam confirmant Sinenſis & Mengrillēſis Linguæ in Aſia: hęc enim generum diſtinctionem ignorat, & illa, ſicut per particulas Hiſpana caſus nominum, ſic adverbiis verborum tēpora & modos diſtinguit.

In ſecundâ formulâ, nam illa nomina pluralis numeri habent ſignificationem, majorem ego reperirem difficultatem. Quoniam, ſi conſtaret de proferentis mente, eſſetque apud audientes certum, ab illâ fœminâ *Patrum, Filiorum*, & *Spirituũ Sanctorum* vocabulis, non Patres, Filios, & Spiritusſanctos, ſed Patrẽ Filium & Spiritumſanctum intelligi, cum Marchantio & Mendo eſſe validam dicerem, nam & vocem אלהים, Elohim, quæ pluralis eſt numeri, paſsim audimus, nec cauſamur, quia unicum illâ Deum in tribus Perſonis ſubſiſtentem, nec non multis perfectionibus & attributis præditum ſignificari ſcimus, & ideò neminem inde ſumere occaſionem errandi: ſicut nec in figuratâ oratione cùm vel pro numero numerus vel caſus pro caſu uſurpatur.

In figurata oratione numerus pro numero aliquando uſurpatur.

אלהים *Pluralis formæ nomen, habet ſignificationem ſingularem.*

Tertiam totîus Eccleſiæ conſenſus, & praxis condemnat, contra quam nihil omninò poteſt probabiliter dici. Et hanc ob rem Ego, nam vices gerebam Eminentiſſimi Principis, Cardinalis ab Hartach, illum infantem juſſi rebaptizari. Interìm, ſi Eccleſię praxis non ſuaderet contrarium, qui aquam funderet dicẽs *In nomine Patris & Filii & Spiritûſſancti*, procul dubio in nomine Patris & Filii & Spiritûſſancti baptizaret.

An illa verba, Ego te batizo, ſint neceſſaria?

ADducit adhuc quatuor alias formulas P. Mendus. Et ſit Prima, *Ego te baptizo in nomine Patris, Ego te baptizo in nomine Filii, Ego te baptizo in nomine Spiritusſancti*. Secunda. *Ego te baptizo cum nomine Patris*. &c. Tertia. *Ego te baptizo in nomine Patris & Filii, & & Gratia Spiritusſancti*. Et tandem Quarta. *Ego te baptizo in nomine Dei, & Sanctæ & Veræ Crucis*.

Aliæ adhuc baptizandi formulæ proponuntur.

Primam, ſecundamque utrimque habere ſuos Patronos inquit Mendus, & Comitolum *libr.* 2. *Reſponſ. Moral. quæſt.* 7. Suarium *tom.* 3. *in* 3. *part. diſp.* 21. *ſect.* 3. Bonacinam, Dianam, Cotonium, Henriquez, Coninck, Dicaſtillum, & Laymannum adlêgat: & addit hoc ſibi ſat eſſe, ut illas dubias cenſeat, atque ideò rebaptizari ſub conditione illos infantes jubeat.

Ego autem Primam aſſero bifariam poſſe intelligi & conſiderari: nam vel ſunt tres formæ, & tunc erunt tres Baptiſmi invalidi; non enim valet ſub unîus Perſonæ Sanctiſſi-

Baptiſmus in nomine unius Perſonæ Divinæ collatus eſt invalidus.

ctiſſi-

ctiſſimæ Trinitatis, ablutio: nec ex tribus invalidis Baptiſmis poterit conflari unum validum. Vel eſt unica forma, & illa vox *baptizo* ter poſita unam, & eamdem numero ablutionem ſignificat, & repetitur merè vocaliter; & tunc Sacramentum erit validum. Et, ſi de ſenſu, quo dicta hæc verba, dubium ſit, ne in re tanti momenti erremus, denuò debebit infans ſub conditione baptizari. Et hic obiter nota non eſſe idem, *Ego te baptizo cum nomine Patris*. &c.& *Ego te baptizo cum Patre* &c. ut ſtatim videbimus.

Poſſunt voces diſtinctu puro numero eamdē rem numero ſignificare.

Vt ſecundam dilucidem, peto iſtas loquendi formulas benè conſiderari. *In nomine Petri* (aut tacendo præpoſitionem, *nomine Petri* (*ſervum emi*: & *Cum Petri nomine ſervum condecoravi*. Si certum ſit, prout mihi videtur, eas non coïncidere; certum erit ſecundam illam formam eſſe invalidam.

An Ablativus abſolutus, & Ablativus cum præpoſitione in aut cum æquivaleant?

Tertia aliqui abutebantur Hiſpali; & Archiepiſcopus ſub illa baptizatos infantes juſſit rebaptizari. Et benè juſſiſſe cum Quintanaduenas *tract.1.ſingul.5.num.5.*& Mendo *loc. cit.* affirmo. nam gratia Spiritusſancti eſt creatura, non eſt Deus, non eſt tertia Perſona Trinitatis.

Gratia Spiritusſancti non eſt Spiritusſanctus.

De Quarta autem forma propter D.Bernardum, qui eam approbaſſe dicitur, uberiùs debemus diſputare. Epiſtola, in qua hanc Quæſtionem ediſſerit, eſt (non CXL. ut apud P. Mendum legitur: ſed) CCCXL. Et eruditionis gratia illam ſubjicio.

An Baptiſmus in nomine Sanctæ Crucis ſit validus?

Dilecto ſuo, Henrico Archidiacono, Fr. Bernardus Claravallis vocatus Abbas, ſalutem & orationes.

Breviter vobis de propoſita quæſtione reſpondemus, ſine præjudicio tamen ſanius ſapientis. Raptum ex utero puerum ob periculum mortis Laicus quidam (ut dicitis) baptizavit, communem verborum formam non tenens ſed dicens, Baptizo te in nomine Dei, & Sanctæ & veræ Crucis. *Quæritis* Vtrum baptizatus ſit puer, an magis, ſi vivit, baptizandus? *Ego verè hunc baptizatum puto; nec ſonum vocis, veritati, fidei, & pietati intentionis præjudicare potuiſſe. Vt enim tacrā quòd in nomine Dei unam expreſſit ſubſtantiam Trinitatis: in eo ipſo quod addidit*, Sanctæ, & veræ Crucis, *manifeſtè commendavit Dominicam paſſionem. Niſi fortè putamus Apoſtolum contra id quod quidem alio loco dixerat*: Qui gloriatur, in Domino glorietur: *in ipſa ligni ſubſtantia, & non magis in Crucifixi gratia gloriari, cum diceret*: Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu-Chriſti. *Neque enim cum juxta communem Eccleſiæ conſtitutionem baptizantes dicimus*; In nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti, *aliud intelligendum eſt, quàm in confeſſione Trinitatis. Porrò autem confeſſio Sanctæ Crucis, nonniſi Crucifixi confeſſio eſt. Legimus ſanè in actibus Apoſtolorum, non modo* In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, *verùm &* In nomine Domini Ieſu Chriſti *aliquos baptizatos*.

Proponitur Quæſtio.

An Crucis, cū eam adoramus, aut invocamus, nomine Crucifixū intelligamus?

1. Corinth. 10.

Ad Galat. 6.d.

An Baptiſmus in nomine Ieſu-Chriſti fuerit olim collatus? An fuerit validus?

Actor. 10. g.

Pergitis autem quærere de ipſo baptizatore, Vtrumnam peccaverit, an verò & aliis liceat formam hanc imitari? *Quaſi verò conſequens ſit, ut ſi in facto hominis ipſa eum videtur excuſare ſimplicitas, ut aut nullum, aut non magnum peccatum fuerit; continuò etiam inveniantur excuſabiles, qui ſuâ temeritate contra formam Eccleſiæ novum baptizandi vellent inducere morem. Quod ſi quis eum peccaſſe contendit, ego tantum non crediderim fuiſſe peccatum, ut vel baptizatoris, vel ipſius, qui baptizatus eſt, potuerit præjudicare ſaluti. Neque etiam Eccleſiaſticam contempſiſſe formam: ſed ex devotione quadam feſtinantis fidei, in hanc vocem erupiſſe videtur.*

Quæ propter ignorantiam à peccato excuſantur, illis, qui illa cavent, non licent.

Ego autem lego Authores, qui hanc Epiſtolam citant, & varias opiniones reperio.

Prima ſupponit, Opiniones Theologicas, ſicut etiam alias, caſus ſuos & occaſus habere; & addit hanc, de quâ agitur in producta Mellei Doctoris Epiſtolâ, tunc probabilem fuiſſe, jam non eſſe. Hæc ſententia eò videtur reſpicere, ut S. Bernardum defendat, quin noceat Veritati doctrinæ, quam hodiè univerſi tuentur. Et hanc reſponſionem *loc. cit. num.3. pag.748.* tradidit P.Mendus, inquit enim [Nune certè ea forma non toleraretur, nec ſub ea eſſet validus Baptiſmus: eſto [*] tunc Sanctiſſimi & doctiſſimi Viri pro ea, aut certò, aut probabiliter extiterint.]

Opinionū Probabilitas cum tempore, & hominum apprehenſione mutatur.

*] Vocem *eſto* accētu gravi, more adverbiorum, in libro P. Mendi notatur.

Secunda, quia non vult aſſerere formam illam olim fuiſſe probabilem, ne Doctoris Melliflui authoritati detrahat, dubitat de hac Epiſto-

An citata Epiſtola ſit D. Bernardi?

la; exiſtimat enim alius fuiſſe, & per errorem iis adſutam, quæ ſcripſerat S.Bernardus. De qua re audiri poterit D. Iacobus Merlo Horſtius, qui prædictam Epiſtolam dilucidavit hoc Scholio.

[Interrogatus Bernardus (ſi tamen ejus eſt hæc Epiſtola: nam plerique negant; quod tamen non facilè dixerim,) *An Baptiſmus ſub hac verborum forma collatus valeret [Baptizo te in nomine Dei, & Sanctæ Crucis]* Reſpondit affirmativè; non omninò ſpernenda ductus ratione. Sed hæc ſententia [::] hodie non recipitur à Theologis; & traditione Apoſtolica, & aliorum Patrum, ipſiuſque S. Auguſtini auctoritate refellitur; ac docent paſſim omnes, expreſſam invocationem Sanctiſſimæ Trinitatis, ſive diſtinctam trium Perſonarum expreſſionem eſſe de eſſentia formæ, adeoque Baptiſmum ſine hac collatum eſſe invalidum. Ita habet Canon 49. Apoſtol. qui locum Matth. 28. velut interpretans de forma verborum, reijcit Baptiſmum *in morte Domini* collatum, ita ſubjiciens; *Non enim dixit Dominus nobis, in morte mea baptizate*; ſed *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-Sancti*. S. Auguſtini ſententia clariſſima eſt lib.6. contra Donatiſt. cap.25. *certa eſſe verba Evangelica, ſine quibus non poteſt conſecrari Baptiſmus*. Idem habet Epiſt.23.ad Bonifac. Eſtque ſimilis locus lib.19. contra Fauſtum c. 16. Quæ ſint autem illa verba Evangelica, exponit contra Donatiſtas lib.3.c.15. *Si*, inquit, *Evangelicis verbis*, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, *Marcion Baptiſmum conſecrabat, integrum erat Sacramentum*. Vide eundem lib.3.contra Maxim.c.17. & Epiſt.203. & ſup. Pſalm.86. Hinc & Cajetani ſententia, *ſufficere Baptiſmum in nomine Chriſti collatum*, exploditur.

::] Ratio non ſpernenda eſt, quæ gravis, & gravis, quæ probabilis. Ergo Horſtius abutitur voce *non ſpernenda.*

An hac forma, Ego te baptizo in morte Domini, *ſit valida?*

Quæ ſint in Baptiſmo verba Evangelica?

De Baptiſmo in nomine Chriſti *collato.*

Ego autem, ut mentem meam aperiam, has circa hanc baptizandi formam Concluſiones ſubſcribo. Et erit

An Baptiſmus in nomine Sanctæ Crucis, *&* in nomine Chriſti *ſint æquipollentes?*

Prima. *Hæ duæ formæ*, Baptizo te in nomine Dei & Sanctæ & Veræ Crucis, *&* Baptizo te in nomine Dei & Ieſu-Chriſti, *ſunt æquipollentes*. Crucis enim nomine, ubi ipſa invocatur, Chriſtum intelligi, non enim nobis favere poſſunt ligna, bene probat Bernardus.

Formæ æquivalentes idem præſtant.

Corollarium. *Ergo eidem debent ſubjacere Cenſuræ*. Benè enim à S. Bernardo componuntur: nam, ſi ſecunda, quod cum Cajetano aſſerunt aliqui, probabilis eſt, etiam prima probabilis eſt. Et, ſi Bernardi ævo ſecunda probabiliter defendebatur, etiam prima probabiliter defendi poterat.

Quænam forma ad Baptiſmi valorem requiratur?

Secunda. *Ad valorem Baptiſmi requiritur expreſſa trium Perſonarũ invocatio*. Eſt hodie apud omnes communis.

Corollarium. *Ergo illæ priores formulæ non ſunt ſufficientes*. Oſtenditur: non enim in ipſis omnes Trinitatis exprimuntur Perſonæ. Et quidem in hac, *Baptizo te in nomine Ieſu-Chriſti*, Patrem, & Spiritum-Sanctum non reperio. In hac autem, *Baptizo te in nomine Dei, & Ieſu-Chriſti*, ut ut inſinuetur *Dei* nomine Patrem ipſum intelligi, id autem expreſsè non dicitur, & nulla mentio fit Spiritusſancti. Hæc denique, *Baptizo te in nomine Dei, & Sanctæ & Veræ Crucis*, omnes patitur difficultates quas præcedens, & addit novam, fortè enim aliquis Bernardo aſſentiri non volet; &, ſi Bernardo adquieſcat, & concedat *Dei* in ea forma nomine Patrem intelligi, & Filium *Crucis* nomine, duo tamen dicet: ad valorem formæ in Baptiſmo requiri, ut omnes tres Perſonæ in ea nominentur expreſsè: & in hac forma, de qua diſſerimus, invocari Patrem, & Filium non expreſsè, & nullam mentionem fieri de SpirituSancto.

In forma, de qua S. Bernardus differit, Pater & Filius implicitè, & nullo modo Spiritusſanctus invocatur.

Ad Tertium.

An addi aliquid poſſit formulis Sacramentorum?

NVlla eſt opinionum varietas, & ideò reſpondebo dando P. Mendi verba, qui *in Epitomes Appendice pag.749. num.5.* ſic ſcribit. [Si quis hanc formam proferat, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-Sancti, & B Virginis, & omnium Sanctorum*; ſi ſolùm apponatur ea invocatio B. Virginis, & Sanctorũ ad conſervandam gratiam Sacramentalem, validè baptizat; ſecus ſi intelligat baptizare in nomine Virginis, & Sanctorũ &c. Sanè invalidè baptizaret.] Tunc autem (& nota [*] id benè) illud *in nomine* duas haberet ſimul ſignificationes, & ſecundum alteram ad Patrem, Filium, & SpiritumSanctum, & ſecundum al-

*] D. Thomas 3. part. quæſt. 60. art. 8. Vaſquez, Coninc. Dicaſtillus.

Nomen *eſt vox æquivoca, & duas habet ſignificationes.*

alterum ad B. Virginem, & Sanctos refertur. Quam ob rem hunc ſenſum redderet illa verborum formula, *In nomine*(authoritate) *Patris,& Filii, & Spiritusſancti: nec non in nomine* (cum auxilio) *B. Virginis & omnium Sanctorum, ego te baptizo*. &c. nam in Pontificali, quando his, qui ad Hypodiaconatum promoveri deſiderant, dicit Epiſcopus, *In nomine Domini huc accedite*; non jubet ut accedant Domini authoritate fungentes, aut Dominum repræſentantes, ſed gratiam Domini implorantes, & ſumma devotione petentes.

De balbutiente

An valeat Sacramenta conficere?

Verba proferri debent, ut ſolent in communi ſermone. [Vnde balbutiens, ſubjungit P. Mendus qui diceret, *Ego te bababptizo* in &c. vel non potens pronuntiare literam R, aſſereret *In nomine Patlis*, ſeu *Patis*, &c. ſanè validè baptizaret.

[3] Caſtro-Palaus tract. 19. punct. 5. num. 37.

Subjungit. [Hæc forma, *Ego te baptizo cum Patre, cum Filio, cum Spiritu Sancto*, cùm non exprimatur [3] eſſentia inſufficiens eſt.] Et quidem non eſt idem dicere, *Ego te baptizo cum nomine Patris*. &c. & *Ego te baptizo cum Patre*. nam de illius valore Authores diſputare inquit Mendus; & hoc citra quæſtionem rejicit. Illud enim *cum* poteſt ſumi bifariam: nempè activè, & paſſivè, ita ut vel ſenſus ſit, *Ego, & Pater mecum &c. te baptizamus*; aut etiam, *Ego te, & tecum Patrem*, &c. *baptizo*. Et licet fortè aliquid dici pro primo ſenſu poſſet, intolerabilis ſecundus eſt.

[4] Goſbat in exper. Theol. tract. 2. num. 712. Diana, Layman.

An nomen Dei poſſit in ſingulis Perſonis repeti?

Progreditur idem Doctor & ait. [Et ſi illicitum ſit, ut aſſerui, mutare, aut addere verba formæ, tamen validè baptizavit, qui ita eam protulit; *Ego te baptizo in nomine Dei Patris, & Dei Filii, & Dei Spiritus-Sancti*; cum id non ſignificet pluralitatem [4] Deorum.] ſicut nec ſignificant verba S. Athanaſii dicentis in Symb. *Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritusſanctus: & tamen non tres Dii, ſed unus eſt Deus.*

De Baptizandi formula, qua utebantur Ariani.

An fuerit valida?

Materiæ ſimilitudo poſtulat, ut adhuc hunc caſum addamus. [Deuterius Arianorum Epiſcopus apud Conſtantinopolim baptizat barbarū quemdam hac formula. *Baptizetur barbarus in nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto*. Sed baptiſterii aqua ſtatim evanuit.] Verba ſunt Riccioli in Magno Chronico ad ann. 500. qui citat Liberatum *cap.* 19. Theophanem, & Theodorum *in Polymnia*.

Collect. Ergo, quia Miracula fiunt divinitùs, ut Veritas cognoſcatur humanitùs, manifeſtè colligitur eſſe certò inſufficientem illam formulam & Arianæ Hæreſeos impietate inquinatì.

Ad Quartam:

De ſanctis cæremoniis, quæ ex præſcripto Eccleſiæ in Baptiſmo adhibentur.

MVlta in Baptiſmo, præter ablutionem, & verba, ab Eccleſia Catholica ſanctiſſimè ſunt inſtituta, quæ tametſi non ſint neceſſaria ad valorem, Pietatem augent, & ad Sacramenti intelligentiam & decentiam conducunt. Et huc omnes eæ cæremoniæ pertinent, quæ in Rituali indicuntur, & à Gratiano in Decreto explicantur. *Tertia* enim *partis diſtinctione* IV. *Can.* 87. 88. 89. & 90. exponit, quarè baptizati à Sacerdote unganтur, *Can.* 91. & 92. cur veſtis candida baptizato tradatur. Et *Can.* 100. 101. ad 105. diſſerit de Compatribus: & denique *Can.* 86. & 109. de manuum impoſitione. Sanè manus imponi illi Zachatias Papa jubet, qui à Latini ſermonis imperito Sacerdote validè fuerat baptizatus, & *in Arelatenſi Concilio* I. *cap.* 8. Hæretico (Ariano, aut Afronam variant Manuſcripta) quem conſtet validè fuiſſe apud ſuos baptizatum.

De manuum impoſitione.

Quem habeat effectū in Baptiſmo?

Impoſitio autem manuum non eſt cæremonia vacua, aut merè ſpeculativa, ſed practica, quæ Gratiam & Charitatem, in Baptiſmo ſuſceptas, virtutibus & donis exornat. Et habemus clarum teſtimonium in Actibus Apoſtolorum, in quibus legimus. Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις Ἀπόστολοι ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἀπέστειλαν πρὸς αὐτοὺς τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, οἵτινες καταβάντες προσηύξαντο περὶ αὐτῶν, ὅπως λάβωσι πνεῦμα ἅγιον. οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκός [*] μόνον δὲ βεβαπτισμένον ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. Τότε ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐλάμβανον πνεῦμα ἅγιον. *Audientes autem, qui in Hieroſolymis Apoſtoli, quia recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui deſcendentes oraverunt pro ipſis, ut acciperent SpiritumSanctum; nondum enim in quemquam illorum illapſus, tantùm autem baptizati erant in nomen Domini*

Act. 8. 14.

De Samaritanorum converſione.

[*] ἐπιπίπτω.

Spiritusſanctus ſuper baptizatos illabebatur

 mini

mini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant SpiritumSanctum.

Similem Hiſtoriam in eodem libro reperîmus. Cùm enim Paulus veniret Epheſum invênit ibi quoſdam, qui *Diſcipuli Apoſtolorum* dicebantur: & interrogati, *An SpiritumSanctum recepiſſent?* reſponderunt, Se ne quidem ſcire, quid *Spirituſſancti* nomine ſignificaretur: non enim Chriſti, ſed Ioannis fuerant baptiſmo baptizati. Inſtructi à Paulo fuerunt: poſteaq; ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς, ἐλάλουν τε γλώσσαις καὶ προεφήτευον. *Audientes* (obaudientes) *autem baptizati ſunt in nomen Domini Ieſu* (hoc eſt, baptizati ſunt baptiſmo Domini Ieſu) *& imponente illis Paulo manus, venit Spirituſſanctus ſuper eos, loquebanturque linguis, & prophetabant.* Et quidem hodie, quia Gratia, & præveniens, & concomitans, & ſubſequens eſt, ut baptizandus, ſi adultus eſt, illuminetur, & ritè ad Sacramenti ſuſceptionem diſponatur; &, ſi infans eſt, ut recipiendam per baptiſmum gratiam uſque ad mortem retineat, Sacerdos manum ſuper caput ejus imponit dicens, *Æternam ac juſtiſſimam pietatem tuam deprecor &c.* & poſt baptiſmum imponit capiti ejus linteolum candidum loco veſtis albæ dicens, *Accipe veſtem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu-Chriſti.* &c. Et ſimilia fiunt in Baptiſmo Adultorum: Sacerdos enim imponit manum ſuper caput Electi dicens, *Omnipotens ſempiterne Deus.* &c. Et poſt pauca iterùm imponit manum ſuper eum, & dicit. *Deus, immortale præſidium.* &c. Et iterùm dicens, *Exorcizo te immunde ſpiritus.* &c. Et adhuc tertiò dicens, *Æternam*, &c. Deinde illum introducit in Eccleſiam Sacerdos: Electuſque ingreſſus proſternit ſe in pavimento, & adorat; & poſteà ſurgit, & Sacerdos imponit manum ſuper caput ejus, & cum eo Symbolum Apoſtolorum recitat. &c. Tunc rurſus Sacerdos imponit manum ſuper Electi caput dicens, *Nec te latet Satana.* &c. His peractis eum baptizat, & ſuper ejus caput candidum linteamen imponit, dicens, *Accipe veſtem candidam.* &c.

Act. 19. 1.

Aliqui, etiam poſt mortem Chriſti, Ioannis baptiſmo initiabantur.

Quid Paulus præſtiterit manus imponens?

Hodie ante, & poſt Baptiſmū, Sacerdos infanti (aut etiam adulto) imponit manus.

Omnia hæc ad longum in Parochorum Rituali reperiuntur, illum lege.

De veſte candida.
Adulti per annum integram veſtem candidam gerunt.

Et hîc notare oportet Divinæ Gratiæ auxilia in extrinſeca dividi: extrinſeca enim ſunt, vi quorum Infans, neſciens quid faciat, recipit Sacramentum Baptiſmi: & intrinſeca ſunt, vi quorum Adultus Baptiſmum poſtulat, imploratque Albo Chriſtianorum inſcribi. Et ut nemo de his ambigere poſſet, voluit Deus aliquando ut præveniens illa gratia, licet interna eſſet, in effectibus extrinſecus perciperetur. Concionante enim Petro, cecidit Spirituſſanctus ſuper omnes, qui intererant: ita ut mirarentur ex circumciſione Fideles, quia in Gentes donum SanctiSpiritus effuſum eſt; unde exclamavit Petrus, *Numquid aquam prohibere poteſt quis ad non baptizari hos* [*] *qui SpiritumSanctum acceperunt ſicut, & nos?* & ideò juſſit eos baptizari in nomine Domini Ieſu: hoc eſt, baptiſmate Domini Ieſu. Sed unde cognoverunt & obſtupuerunt Spiritumſanctum fuiſſe in Gentiles illapſum? ἤκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις, καὶ μεγαλυνόντων τὸν Θεόν. *Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum.*

Duo auxiliorū genera.
Quæ intrinſeca & extrinſeca ſunt?

Act. 11. 44.
An audientibus verbum Dei in concione adſit Spirituſſanctus?

*] Illud *non* requirit lingua Græca, quod in Latina redundaret.

Et tot, & tam eximiæ erant hæ externæ, & ſenſibiles prærogativæ, quæ cum Spirituſancto per manuum impoſitionem credentibus conferebantur, ut Simon, vanegloriosus Magus, qui aucupabatur auram populi, numeratam pecuniam obtulerit, ut & ipſe manuum impoſitione poſſet illas, quibus vellet, infundere & communicare. Fuit tamen dimiſſus his verbis. Ἀργύριόν σου, σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι. *Argentum tuum cum te* [*] *ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti per pecunias poſſideri.*

Quales fuerint virtutes, quæ manuum impoſitione dabantur?

De Simone Mago.

Ab hoc Simoniæ peccatum nomen habuit.

*] Latinus dicit *tecum*, Græcus verò σὺν σοὶ, *cum te.* Et Hiſpanus *contigo*, præpoſitioné duplicans.

Sanè Baptiſmus imprimit characterem, cæremoniæ autem, quæ adduntur ex Eccleſiæ præcepto, & inter ipſas impoſitio manuum, characterem non imprimunt; & ideò, ſicut omitti tempore neceſſitatis ſolent, ſic & reperi poſſent, ſi Apoſtolica Sedes permitteret: legimus enim in Rituali, *Si ob baptizandorum multitudinem* (*ut in India, & novo Orbe quandoque contingit*) *in ſingulorum baptiſmo præſcripti ritus adhiberi non poſſunt, tunc vel pluribus ſimul adhibeantur, vel ſi urget neceſſitas omit-*

An Baptiſmus & an cæremoniæ quæ adduntur imprimant characterem?

tan-

tantur. Unde, ſiquidem accidentarii ſunt, & omitti poſſunt, etiam poterunt, ſi quando permiſerit Eccleſia, repeti.

SECTIO V.

An Confirmationis Sacramentum per Χειροθεσίαν conferatur.

Impoſitio manuum apud Antiquos mos.

IN primitivâ Eccleſiâ (quod etiā num ex Ritualis preſcripto cum Adulti baptizantur, obſervatur) Electus poſt baptiſmum ſi Epiſcopus aderat, confirmabatur, & poſteà in Miſſâ recipiebat Sanctam Euchariſtiam; & per impoſitionem manuum confirmatus novis chariſmatis decorabatur. De Sacramenti eſſentia manuum impoſitio non erat: illud enim pro materiali unctionem dicit, & pro formali verba, quæ ab Epiſcopo confirmante dicuntur. Interim hæc manuum impoſitio, erat cæremonia, practica & ſalutaris. Proderit audite Tertullianum, qui *libr. de Bapt. cap.* 7. ſic ſcribit. *Exinde egreſſi de lavacro perungimur benedictâ unctione* (hoc eſt, poſtquam fuimus baptizati, chriſmatis unctione confirmamur.) & *cap.* 8. ſubjungit. *Deinde manus imponitur per benedictionē advocans & invitans Spiritumſanctū* Et his externis ſignis ablui animam ſignificati teſtatur *libri. de reſurrect. carnis cap.* 8. dicens. *Caro* (in Baptiſmate) *abluitur, ut Anima* (ab originaria labe peccati) *emaculetur. Caro* (in Confirmationis Sacramento) *ungitur, ut Anima conſecretur. Caro ſignatur, ut Anima muniatur. Caro manus impoſitione adumbratur, ut & Anima Spiritu* (Sancto) *illuminetur.* Et (in Euchariſtia, quæ baptizato & confirmato præbebatur) *caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, ut & Anima Deo ſaginetur*. Et apud Cyrillum Hieroſolymitanum *in catacheſ. myſtagog.* & Cyprianum *epiſtola* 70. & alios Eccleſiæ Antiquæ Patres plurima his ſimilia reperies.

De Confirmationis eſſentia.

Olim Baptiſmus, Confirmatio, & Euchariſtia ſimul ſuſcipiebantur.

Quid impoſitio manuum & alia ſancta cæremonia, ſignificent?

Corpus & Sanguis D. N. Ieſu-Chriſti in Euchariſtia continetur.

SECTIO VI.

De Primâ Tonſurâ.

An Clerici per χειροθεσίαν initientur.

An prima tonſura ſit Ordo?

IVxta communem Theologorum ſententiam, non eſt Ordo Eccleſiaſticus, ſed diſpoſitio quædam ad Ordines. Cùm aliqui illam Canoniſtæ inter Ordines numerant, ſumunt largo modo vocabulum, ita ut *Ordinis* nomine etiam hanc intelligant diſpoſitionem. Interim *tract. de Sacram. Ordin.* Fornarius Canoniſtis ſubſcribit; & probat, quia *in cap. cùm contingat. de ætat. & qualit. Ordin.* dicitur per primam tonſuram conferri Ordinem Clericalem, & tali eam nomine ſignat Alcuinus *de Divin. Offic. cap.* 35. & Sixtus V. in Motu Proprio eamdem *Clericalem Characterem* appellat. Et innuit id Tridentinum Concilium, *ſeſſ.* 21. *cap.* 1. *de reform.* ubi enim exponit non poſſe Epiſcopum aliquid ſumere pro collatione Tonſuræ, eam videtur aſſerere eſſe Ordinem ſpiritualem. [His tamen non obſtantibus (*in ſumm. verb. Ordo num.* 1. ait Cotonius) non recedendum à Theologorum communi, quā etiam approbat ius Canonicum *in can. ſeriatim*. Et alibi; ubi Ordines Majores, & Minores enumerans, Tonſuræ non meminit; & Tridentinum, ſicut & Pontificale Romanum, ab omnibus Ordinibus illam diſtinguit, *Seſſ.* 22. *cap.* 4. 5. 6. 11. 12. *&* 13. *de Reform.* &c.]

Negant Theologi: aſſerunt Canoniſtæ.

Hîc poſſet utiliter inquiri, *An, qui ſine intentione adſcendendi ad Majores Ordines, aut cum intentione non adſcendendi, Primam Tonſuram poſtulant aut recipiunt, peccent mortaliter?* Et meritò quæritur de mortali; debet enim ille committere grave, vel nullum, nam multa & gravia privilegia Tonſurâ initiatus conſequitur; eaque cum aliorum incommodo, unde peccaturus eſt graviter, ſi injuſtè aut gabollas defraudat, aut in humeros aliorum eas exonerat. Sunt, qui ſeveriſſimè ſtatuant: at benigna ſententia hodie eſt communis propter multas Declarationes Cardinalium. Eamque docent Gobat. *in Exper. Theol. tract.* 8. *num.* 27. Bonacina, Thomas

Puto hāc Romæ Quæſtionem nunquam fuiſſe bene propoſitam; qui enim initiantur tonſura, ut fruantur privilegiis, ſūt plerumque inquieti, & indociles juvenes, turbant populum, & non ſerviunt Eccleſiæ.

mas Sanchez, Ægidius Coninck, Caſtro-Palaus, Laymannus, & alii, quos *in Epitome. verbo, Ordo. num. 3.* citat & ſequitur P. Mendus dicens. [Certò probabile eſt, non peccare eum, qui initiatur Primâ Tonſurâ, ſolùm ut declinet poteſtatem ſæcularem, aut gaudeat aliquo privilegio. v. gr. ut ſit Rector Academiæ, aut Togatus in aliquo Collegio, ſi hæc ſtatum Clericalem requirant.]

De manuum impoſitione. An in Clericorum initiatione locum habeat?

Sed quomodò initiantur Clerici? An per impoſitionem manuum, aut aliter? Pontificale [ſic ſtatuit. *Incepto pſalmo Pontifex cum forfice incidit unicuiq; extremitates capillorum in quatuor locis; videlicet in fronte, in occipitio, & ad utramque aurem: deinde in medio capitis aliquot crines capillorum, & in bacile deponit.* &c. Imponit ergo manum armatam ferro. Sed cur? Reſpondet in ultima Oratione Epiſcopus, exorat enim Deum, ut ſicut ſimilitudinem ejus coronæ illos in capitibus geſtare facit, ſic Divina ſuffulti virtute æternæ coronam Beatitudinis conſequi mereantur in Empyreo.

De Cauſarum efficientium, Finaliumque pluralitate.

Sed, quia non obeſt, ut una, & eadem vox plures ſignificationes habeat, & ut unus & idem effectus à cauſis diverſis proveniat, & ut unum, & idem agens operetur propter diverſos fines, ſic nec oberit, ut eadem Cæremonia Eccleſiaſtica diverſis Expoſitionibus dilucidetur. Addam igitur Interpretationem, quam dudum in Synodi initio propoſui. Sic enim dicebam Viglevani.

Oratio, quæ in initio Viſitationis Synodi haberi poterit.

MVlti ſumus, gradu diſpares, conditione diverſi. Dignitates, Canonici, Parochi, Capellani, Presbyteri: Diaconi, & Hypodiaconi; Clerici inferiorum Ordinum miniſterio dicati, Clerici ſimplices, & Seminarii Literarii ſtudioſi. Omnes ut video convenerunt in unum, quia in uno univerſi conveniunt. Sed in quo uno? Me ducet D. Paulus, quem in ſimili occaſione per Epiſtolam Corinthii in ſua Eccleſia perorantem audierunt.

De Eccleſia Orthodoxa unitate.

Convertebat oculos ad Patrum Eccleſiaſticorum Albo Conſcriptorum Subſellia, ad Hierarchiam Chriſtianam. Et quia Spiritusſanctus diverſis ſingulos decorabat Chariſmatis; ad unitatem totam hanc diverſitatem revocaturus, exclamabat Apoſtolus, *Vos quidem eſtis Corpus*

1. Corinth. 12. 27.

Chriſti, & membra ex parte. [*] Licèt enim omnes Chriſtiani ſint Corpus Chriſti, non tamen ſinguli ſunt totũ Corpus Chriſti, ſed ſinguli ſunt Corpus illud ex parte. *Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primũ Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores, exindè Gratias curationum, opitulationes, gubernationes, & genera linguarum.* Ecce ut in Cælo Angeli, ſic in Eccleſia Homines, teſte Gentium Doctore, in tres ſunt Hierarchias diſtributi. Apoſtoli conſtituuntur in primâ, videlicet Apoſtolici Viri, qui, quoniam ob vitæ meritum, & doctrinæ eminentiam ad tantam ſunt dignitatem evecti, *Dignitates* vocantur. Iſtorum vita eſt cæterorum liber, in quo legem Dei legunt, & addiſcunt, Clerici, & Sæculares. Iſti profectò [c] ſunt, qui *Majores* vocantur: de quibus Sanctus Benedictus in Regulâ, quam *diſcretione præcipuam* S. Gregorius Papa, etiam Benedictinus Monachus, & alii Militantis Eccleſiæ Summi Sacerdotes appellant. *Octavus Humilitatis gradus* (inquit) *eſt, ſi nihil agat Monachus* (*lege nunc* Clericus) *niſi quod communis Regula, vel Majorum cohortantur exempla.* Pauca verba, quæ tamen poſſent Commentariis uberrimis dilucidari.

De Hierarchiis Eccleſia.

De Dignitatibus. An, & cur cum Apoſtolis debeant componi.

Majorum vita, Liber eſt.

Majores, qui?

S. Benedictus in Reg. cap. 7.

Subditi ſuos Majores imitari jubentur.

Agit de Humilitate, omnium Virtutum fundamento: ſine qua nemo placere poteſt Deo: nam, ſi Realitates conſideremus, quæ in Cælo eſt Angelicis Naturis perfectior? ſi Moralitates, quæ in Terris Virginitate purior? Et tamen Lucifer, operum Divinorum ſignaculum, dilibutus excellentiſſimis prærogativis, quia Humilitate caruit, in ſenſum ivit reprobum, & ex ipſomet Cælo in abyſſum, & æterna ſupplicia præcipitatur. Virgines quidem erant illæ puellæ Evangelicæ, quas Chriſtus Dominus *imprudentes* appellat. Erant ſanè caſtiſſimæ; & licet contra earum puritatem Fama nec mentiri auſa fuerit, excluduntur à nuptiis, proſcribuntur à Cælo; & duriſſimo illo condemnantur reſponſo, *Neſcio vos.* Et cur, quæſo, neſciuntur? Quia Humilitatis oleo deſtituebantur. Eſt pretioſa Virginitas, at ſi careat Humilitate, & pretio caret; audeo enim cum Mellifluo [a] Doctore dicere, Illa illa Virginitas Angelorum Reginæ, quæ fuit nive ipſa purior, auro pretioſior, adamante conſtantior, non pla-

De Lucifero. Cur è Cælo ceciderit?

De Virginibus fatuis. Cur ſint excluſa à nuptiis

Matth. 25. 2.

De ſumma ſumma Virginis Humilitate

Bernardus ſuper Miſſus eſt. homil. 1. nu. 5.

Lucæ 1. 84.

placuiſſet Altiſſimo, ſi ea profundiſſima caruiſſet gratia, quam dicimus *Humilitatem*. Fatetur id ipſamet Diva in Cantico, *Quia reſpexit Humilitatem*, inquit, *Ancillæ ſuæ: ecce enim Beatam me dicent omnes generationes*. Et hanc ipſam Virtutem, ut nos doceret Verbum Æternum carnem ſumpſit; unde ſe reponit, adſcendit Theologiæ [b] Moralis cathedram, & exclamat, *Diſcite, diſcite à me*. Quid autem? An-ne Mundos condere? tornare Æthereos globos? Cæleſtia corpora per definitas orbitas circumducere? in elementari regione tempeſtates ciere, procellas perturbare in Oceano, & per terrorem homines gubernare? Minimè, minimè. Non ſunt hæ ſcientiæ, etſi ſublimes, quas in Carnis adſumptæ cathedrâ docturus ſum. Quam ergo? Humilitatis Facultatem. Fideles itaque, quos per regenerationis lavacrum à cæteris mea diſcrevit Clementia *Diſcite, diſcite à me* (nempè hoc unum) *quòd mitis ſum, & humilis corde*. Ego ſum Eccleſiæ hujus Magiſter, viceſque gerunt meas [c] Majores (Dignitates) ergo, ut ad octavum Humilitatis gradum (hoc eſt, ad ſummum) ſcandat (me intelligunt, qui Muſicam ſciunt, [d] nam Octava Græcè διὰ πασῶν dicitur, hoc eſt *per omnia*, hæc enim Conſonantia ſuaviſſima gradus inferiores univerſos complectitur) ergo dicam iterum, ut ad ſummum qui gradum Perfectionis perveniat, tranſalpinare [e] neceſſarium non eſt, ſufficit enim, *ſi in hac Viglevanenſi Eccleſia nihil fecerit Clericus, niſi quod communis hujus ſynodi Regula, & Majorum* (Dignitatum) *ſuadent & cohortantur exempla*.

Chriſtus omnium hominum Magiſter eſt.

Quam Facultatem ipſe doceat?

Docet Humilitatem.

Qualis Conſonantia ſit Octava?

Cur διὰ πασῶν per omnia dicatur?

Cum Prophetis componuntur Canonici.

Quid prophetare ſit?

In Secundâ Hierarchiâ Prophetas conſtituebat Apoſtolus, & quia prophetari eſt laudes Divinas modulari. Et, ne fortè quis dicat, nos nomen Prophetiæ perperam interpretari, producam Saulem, qui à Samuele, ut habet Sacer Textus, dimiſſus, *obviam habuit gregem Prophetarum deſcendentium de Excelſo; & ante eos pſalterium, & tympanum, & tibiam, & cytharam; ipſoſque prophetantes. Et inſiliit in eum Spiritus Domini, & prophetavit in medio eorum*. [f] Ergo Prophetarum hodie nomine Canonici intelligendi ſunt. Et quia Prophetarum munus etiam conveniebat Apoſtolis, etiam Canonicorum miniſterium (hymnos Deo pſallere, pſalmos concinere) ad Dignitates ſpectabit. Canere vita & moribus munus Canonicorum eſt. Apud ſæculares morales diſſonantiæ committuntur interdum, ſed à Canonicis chordæ (immo corda) debent, ad canonem, & proportionem convenientem reduci. Audi ſequentes Numeros.

1. Reg. 10.

De Muſica Morali.

Muſica Moralis vix eſt in tellure; Voluntas.
Menti, Mens Linguæ, diſſonat hæc Calamo.
Vix Tenor auditur medius, namq; elevat Altum
Ille nimis, Baſſum deprimit iſte nimis.
Et tamen in medio Virtus conſiſtit; Vtrimq;
Mens agit extremas, quæ eſt vitioſa, fugas.

Qualis paſſim ſit? & qualis profeſſò eſſe debeat?

Optimè igitur inſtitutum eſt, ut Canon, ad quem Canonici vitam eliment, inter Regularem, & Sæcularem medius ſit; voces enim communes, nec exprimere puncta ſublimia poſſunt, quæ remigio alarum feſtino impetu Diſcantus tranſvolat; nec illa profundiſſima, quæ Baſſus tardo pede decurrit.

Vita media, quò facilior, ſecurior.

In Tertia Hierarchiâ, quæ ſecundæ pars eſt, *Doctores, Gratias curationum, opitulationes, Gubernationes, & Genera linguarum*, Apoſtolus, ut paulò antè dicebamus, conſtituit.

Tertia Hierarchia Choros habet.

Sanè Doctores eſſe enim docti debent; & vel omnes, vel plures in Theologiâ, aut Pontificio Iure Laureâ Doctorali inſigniti. Vnde Patres Tridentini Concilii ſtrictè præcipiunt Epiſcopo, ut nonniſi doctos (&, ſi poſſit, Doctores) ad Canonicatus promoveat. Seſſione XXIV. cap. 12. ſic ſtatuunt. *Iuxta Conſtitutionem Alexandri III. in Concilio Lateranenſi promulgatam, quæ incipit*, Cùm in cunctis. *Archidiaconi etiam, qui* Oculi *dicuntur* Epiſcopi, *ſint in omnibus Eccleſiis, ubi fieri poterit, Magiſtri in Theologia, ſeu Doctores, aut Licentiati in Iure Canonico*. Et mox. *Hortatur etiam Sancta Synodus ut in provinciis, ubi id commodè fieri poteſt, Dignitates omnes, & ſaltem dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus Eccleſiis, & Collegiatis inſignibus, conferantur tantum Magiſtris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel Iure Cano-*

De Canonicis.

An docti, & Doctores futuri ſint?

nico

nico. Et quia doceri debent Clerici, ut in doctos evadant, ideò Apoſtolicæ Sedis Providentia conſtituit, ut in ſingulis Cathedralibus ſit Scholaſticus, qui publicè Morales Controverſias dilucidet. Quod ipſum, ut ſuccedat feliciter, Philippus IV. (verè à Pietate Magnus) etſi hinc fortè grave Iuri Patronatus, quo fungitur, ſucceſſu temporis poſſit præjudicium inferri, Theologicam Scholaſtici Cathedram, & adnexum illi Canonicatum, jubet per Concurſum deferri, ne aliquis error, aut adlucinatio in rem tam gravem & tam neceſſaciam ſubrepat.

Pietas Philippi IV. Hiſpaniæ Regis, cõmendatur.

De Confeſſariis

Confeſſarii gratia curationum divinitùs condecorantur; hi enim Animarum ſunt Medici, & Analogiam, & proportionem in curatione Animarum [*b*] obſervant. Sunt in morbis corporeis aliqui, qui omnem ſcientiam communium Medicorum ſuperant, omnem diligentiam eludunt. De illis Poeta peregrinus, & navigans.

Ovidius lib. 1. de Pont. ad Ruffin.

Non eſt in Medico ſemper relevetur ut Æger,
Interdum docta plus valet Arte malum.
Adferat ipſe licet ſacras Epidaurius [i] *herbas*
Sanabit nulla, vulnera cordis, ope.
Tollere nodoſam neſcit Medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.
Cura quoq; interdum nulla medicabilis Arte;
Aut, ſi ſit, longa eſt attenuanda mora.

An ſint morbi aliqui immedicabiles. ℞. Quoad ſe conſideratus omnis morbus eſt medicabilis, ſunt enim medicinæ pro omni morbo; at quia hæ innoteſcunt perpaucis, morbi, qui quoad doctos ſunt capaces remedii, quoad imperitos incapaces cenſentur.

Et hanc ob rem contra horum morborum, vulgò immedicabilium, pertinaciam ἀρχιατροὶ, (quos vulgus *Protomedicos* nominat) eminentes in Arte, deliguntur, ut recurari ægroti valeant, qui fuerant ab aliis deſerti. [k] Et, quia experientia ſuadet, & ratio probat, non omnes morbos Animæ eſſe æquè pernitioſos, etſi minùs Epiſcopi periculoſos Confeſſariis (ſpiritualibus Medicis) ordinariis committant, ſibi reſervant atrociores, aut etiam Theologis excellentioribus (quos *Pœnitentiarios* vocant Canones) imperant, ut agant Protomedicos, & recurent conſcientias, quæ videbuntur alexipharmaco amariore indigere. Hi profectò (Spirituales Medici & Protomedici; Confeſſarii & Pœnitentiarii) ægrotis infirmiſq; Animabus medentur: opem Conſcientiis ferunt; laſſoſque & fatigatos Pœnitentes, patienter tolerant, providè dirigunt, & denique Vigilantiæ ſuæ humeris in Empyreum important.

De Pœnitentiariis, & caſibus reſervatis.

Tandem Concionatores ſunt, in quorum labia Sanctus Spiritus, genera linguarum profundit: Et inter ipſos tenet ſummum locum Epiſcopus, à cujus ore debent ſubditi univerſi pendêre. Sed quæ ſunt iſtæ linguæ, quas diviſas per genera, Spiritus Sanctus diſtribuit? Anne illæ ſeptuaginta duæ, in quas fuit Sermo antiquus diviſus, quæ ſubdiviſæ in alias tantam in Mundo Idiomatum multitudinem generant? An-ne Præcones Verbi Dei Hebraicam, Arabicam, Græcam, Latinam: an etiam Hiſpanicam, Germanicam, Gallicam, aut cæteras, quæ audiuntur in Europæ provinciis percallere debebunt? Minimè, minimè: non ſunt hæ Linguæ, quas commendat Apoſtolus: Conciones enim habentur in ſermone vernaculo, & Latinis ut plurimum gnomis condecorantur, raroque linguas peregrinas admittunt. Ergo, ſi non ſunt iſtæ, illæ linguæ, de quibus agit Paulus, erunt aliæ, & illas debebimus neceſſariò cognoſcere. Quæ ergo ſunt illæ? Duæ præcipuæ: nam debet Concionator facto, & verbo docere. Sanctus Benedictus in Regula. *Duplici debet doctrina ſuis præeſſe diſcipulis; id eſt, omnia bona, & ſancta factis ampliùs, quàm verbis oſtendere: ut capacibus Diſcipulis mandata Domini verbis proponat, duris vero corde, & ſimplicioribus, factis ſuis Divina præcepta demonſtret. Omnia verò, quæ Diſcipulos docuerit eſſe* (Deo & Rationi) *contraria, in ſuis factis indicet non agenda, ne aliis prædicans, ipſe reprobus inveniatur; ne quando dicat illi Deus peccanti*, Quare tu enarras Iuſtitias meas, & adſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinam, & projeciſti ſermones meos poſt te [l] *Et*, qui in fratris tui oculo feſtucam videbas, in tuo trabem non vidiſti. *&c.*

De Concionatoribus, & linguarum generibus.

Quænam ſint illæ de quibus ſcribit Apoſtolus?

In quanam lingua ſint habendæ conciones?

S. Benedictus in Reg. cap. 2.

1. Corinth. 9. Pſalm. 49. Matth. 7.

Eſſe debet profectò Concionator Lucerna ardens & lucens, fruſtra enim prælucere aliis ſataget, niſi priùs incendiis Sanctæ Charitatis exardeat. Et, ſi reſcire fortè voluerit Concionator, quid præſtiturus

Lucerna ardens & lucens eſt ſymbolum boni Concionatoris.

ſit,

ſis, ut [m] ardere priùs, & poſteà lucere dicatur, dabo Claudiani verba, noſtro argumento attemperata. Ergo ſic inquam.

Claudianus in 4. conſul. Honoril.
Monitum Morale.

Tu quem præpoſuit Cathedra, Clementia Chriſti,
Quem ceu Picta ſcopum, ſtellam ceu Nauta Polarem,
Obſervat Populus; qui mores corrigis; audi
Morale hoc Monitum. Si quando Fidelibus [n] *acer*
In commune jubes aliquid, cenſeſque tenendum,
Primus juſſa ſubi, quoniam obſervantior æqui
Fit Populus, nec ferre vetat, cùm viderit ipſe
Doctorẽ parere ſibi. Cõponitur Aula
Presbyteri exemplo; nec ſic inflectere ſenſus
Humanos pia dicta valent, quam vita Magiſtri.

Hæ ſunt tres Hierarchiæ, quas Paulus obſervabat in Eccleſiâ Corinthiâ; & hæ, quas hodiè in Viglevanenſi obſervamus. Differunt inter ſe, & tamen convocantur omnes: non ergo ob rationem particularem, quæ illas ſecernit, ſed ob communem aliquam, in quâ conveniunt. In reali corpore, non omnes partes ſunt Oculi, non omnes Aures; non ſunt omnes Manus, aut Pedes; at omnes membra ſunt; & in hoc univerſæ conveniunt. Et in Civili corpore, non omnes ſunt Imperatores, non omnes Principes: non omnes Senatores, aut Iudices, ſed omnes ſunt Politici corporis membra. Sic ſimiliter in corpore Eccleſiaſtico. Non omnes ſunt Apoſtoli, ſeu Dignitates: non omnes Prophetæ aut Canonici: non omnes ſunt Doctores, Scholaſtici, Confeſſarii, Pœnitentiarii, Concionatores, & Expoſitores: & tamen omnes ſunt hujus Eccleſiæ membra, & ut generali verbo dicam, univerſi ſunt Clerici: hoc eſt Filii Domini Noſtri Ieſu-Chriſti, per Tonſuram & ſuperpelliceum geniti in Imperio Eccleſiaſtico.

In quonam membra corporis universa conveniant?

In quo Provinciæ alicujus indigenæ?

In quonam membra alicujus Eccleſiaſticæ Communitatis?

Sed unde perſuadere potero, Tonſionem eſſe ſupernaturalem quamdam generationem; illoſque omnes, qui Epiſcopi manu tondentur, gigni à Chriſto moraliter; hoc eſt, in Filios adoptionis adſciſci? Vnde ſuperpelliceum, quæ candidi induſii gerit ſimilitudinem, habere Teſtamenti virtutem, deferreque ad tali

An, & à quo fiat per tonſionem Adoptio?

An per ſuperpelliceum trãsferatur hæreditas?

Polymnia.

veſte indutos totius Empyrei hæreditatem. Hoc breviter demonſtraturus ſum. Quod ſi ſemel evicero, in domino gloriabor; &, ſi aliquis Tobias, (Bonus Dominus) *Quis, & qualis ſim?* poſtulet, reſpondebo, *Ego ſum Ananias Azariæ Magni Filius*, & præbebo occaſionem ut exclamet, *De magno Genere es Tu*. Et quidem Perilluſtres & Reverendi Admodum Domini, Chriſti Adoptivi ſumus; Chriſti inquam, Summi Regis, Veri Ananiæ (Auxiliantis Domini) qui non deplumat ſubditos, ſed quaſi Pelicanus profundit ſanguinem, ut illos alat, & alis Charitum ad hæreditatem Gloriæ æternæ promoveat.

Ananias Auxilians Dominus interpretatur.

De Pelicano.

Vt ergo probem per initiationem Tonſuræ Clericos à Chriſto fuiſſe ſupernaturaliter genitos, & Adoptivorum Albo inſcriptos, in manus adſumam Paulum Diaconum, qui libri 6. capite olim 15. nunc 53. (nam in hac poſteriori Editione fuerunt diviſiones mutatæ) ritum & cæremoniam, quo Reges, & Imperatores progenerant Filios Adoptivos, deſcribit. *Circa hæc tempora*, ait, *Carolus* (Martellus) *Princeps Francorum, Pipinum Filium ſuum, ad Luitprandum direxit, ut ejus juxta morem capillum ſuſciperet. Qui ejus Cæſariem incidens, ei Pater effectus eſt, multiſque eum ditatum Regiis muneribus Genitori remiſit.* Et adoptandi hic ritus etiam ad Eccleſiam tranſivit; nam & Summi Pontifices, per tonſuram Reges ſublimes acceptabant in Filios. Auſcultanto Anaſtaſium. *Hic* (Benedictus Papa, videlicet) *una cum Clero & exercitu accepit mallones capillorum minorum Iuſtiniani, & Heraclii, filiorum Clementiſſimi Principis* (Iuſtiniani, Imperatoris invictiſſimi & generoſiſſimi) *ſimul ac ejus juſſionem, per quam ſignificabat ſe* (ut eorum teſtimonio Principes illi in Filios Summi Pontificis adoptarentur) *eoſdem capillos direxiſſe*.

Imperatorum Regumque in adoptando ritus.

Luitprandus Pipinum in filium adoptat.

Et Benedictus Papa Iuſtinianum Heracliumque Iuſtiniani Imperatoris filios.

Hic erat adoptandi ritus & cæremonia apud Principes: & ad hanc legem Chriſtus ut pote Regum Rex & Dominantium Dominus, Clericos, quorum Epiſcopi comas detondent, in Filios, & Hæredes adoptat.

Clerici à Chriſto adoptantur in Filios.

An-ne, & Sæculares ab Albo Adoptionis excluſi? Minimè. Qui enim per Habitualem Chriſti Gratiam in Baptiſmate regenerantur,

An Confirmatio ſit Adoptio?

confirmanturq; in Chriſmate per hujus ſecundi Sacramenti ritum declarantur Chriſti Domini Filii. Sed quando? Liber Pontificalis. *Deinde* (nempe, poſtquam Epiſcopus pronunciavit Sacramentalem formam) *leviter eum in maxilla cadit, dicens, Pax tecum.* Eſto. Et quid hæc cum Adoptione cæremonia? Plurimùm. Quoniam Chriſtus Dominus Princeps Supremus eſt, & barbam mentum, aut maxillam tangendo Filios adoptant Principes. Aimonius in volumine, in quo Gallorum Regum ediſſerit generoſa facinora, id oſtendit clariſſimè. *Miſerat idem Clodovaus,* ait, *Legatum ſuum nomine Paternum ad Alaricum Regem Gothorũ, ut quæ pacis eſſent cum eo tractaret* (hoc eſt, ſi utamur Eccleſiaſticis verbis, ut diceret illi *Pax tecum*) *ſimul etiam ut voluntatem ejus agnoſceret, quo in loco ambos Reges ſibi pro utriuſque Regni utilitatibus colloquuturos, oporteret occurrere: & Alaricus juxta morem Antiquorum) barbam Clodovei tangens* (hoc eſt, cum in maxilla in dilectionis teſtimonium leviter cædens) *Adoptivus ei fieret Pater.* [r]

Quid ſignificet alapa?

Aimonius de Geſtis Fräcorum libr. 1. ca. 20.

Alaricus Gothorum Rex, Clodoveum adoptat.

Hunc utrumque Adoptionis ritum componit, & exponit Didacus de Saavedra in Hiſtoriâ Gothicâ dicens, *Deſeando Clodoveo* (Eſt Author Hiſpanicus, & ab eloquentiâ laudatus, cujus ſplendori detraherem, ſi in aliam linguam ejus verba converterem. Maneant ergo in vernaculâ linguâ, quæ perpolito calamo fuerunt ſcripta, non enim repingi pingui Minervâ debent, quæ fuerunt delineata ſubtili.) Saavedra ergo ſic infit. *Deſeando Clodoveo conſervar una buena correſpondencia con Alarico, le embiò por Embaxador a Paterno, con commiſſion de ajuſtar las differencias que havia entre los dos, y de procurar que Alarico tocaſſe la barba* (o la mexilla) *a Clodoveo, y quedaſſe con eſta ceremonia Padre ſuyo Adoptivo, ſegun el eſtilo de aquellos tiempos. El qual deſpues ſe reduxo a que el que adoptaba a otro por Hijo le cortaſſe una parte de los cabellos, como hizo Luitprando cõ Pipino hijo de Carlos Martello, y como de Orden del Emperador Iuſtiniano entregaron ſus Hijos, Iuſtiniano y Heraclio al Papa Benedicto ſus quedexas, para que le tuvieſſen y reverenciaſſen como a Padre.* [p]

Saavedra ad ann. 484. pag. 129.

Quàm ſit eloquens in lingua Hiſpanica?

Olim, aut mentum, aut maxillam tangendo, aut comas incidendo, celebrabatur inter Reges Adoptio.

Stat ergo Dominum noſtrum Ieſum-Chriſtum, per cæremoniam illam, quâ in Confirmationis adminiſtratione, Clientis genam leviter cædit; & quâ in Primæ Tonſuræ collatione comas incîdit Pontifex, publicum Adoptionis celebrare cõtractum; & ſic cæſos aut tonſos in Filios ſupernaturales adſciſcere.

Chriſtus Dominus ſpeciali nos ritu in Filios Adoptivos adſumit.

Modò de ſuperpelliceo diſcurramus. Dixi jus ad hæreditatem Gloriæ æternæ per illud Filiis adoptivis adtribui: jura enim Adoptionis Adoptantis terminarentur vitâ, niſi alterâ cæremoniâ ultra vitæ terminum propagarentur. Eſt autem ſuperpelliceum, Ephod lineum, nimirùm veſtis candida, induſio brevi ſimilis; quæ in Regum & Principum Cæremoniali Adoptionis eſt ſymbolum. Teſtis ſit mihi Covarruvias, qui in copioſo & erudito Linguæ Caſtellanæ Theſauro, verbo, *Cabezen*, agens de Mudarra Gonzales, quem ex Fátimâ, Principe Mahometanâ, Regis Corduvenſis ſorore ſuſcepit Gundizalvus Buſtus, Heroë profectò celeberrimo, illorum fratre Procerum, qui *Infantes de Lara* vocantur: à quo veniunt Manriquii, qui in varias diviſi & ſubdiviſi in Domos, dederunt Patriæ in Sago victorias glorioſiſſimas, & ſcripſere in togâ libros, qui omnes Facultates condecorant. [s] Etſi enim hic Mudarra, Buſti eſſet Filius, quia tamen fuerat extra matrimonium ſuſceptus, ab hæreditate à Fratribus proſcribebatur. Et ut adhiberet opportunum remediũ ejus noverca Sancia (nec enim omnes matres mites ſunt, nec ſœvæ omnes novercæ) ritu, ævo illo admiſſo, in verum hæredem adoptavit. Et modò audiatur Covarruvias. *El dia miſmo, que ſe bautizò, fuè armado Caballero por el Conde* [t] *de Caſtilla Garzi-Fernandez. Y ſu madraſtra* (*Doña Sancha*) *determinada de tomarle por hijo, le metiò por la mãga de una muy ancha camiſa, y ſacò la cabeza por el cabezon.* [u] *Diòle paz en el roſtro* (Ecce illud *Pax tecum*, de quo paulò antè loquebamur) *conque paſsò a ſu familia y recibiò por hijo.* Nec eſt cur plura dicat, exclamat enim universìm loquendo D. Paulus, *Eſt Filius: Ergo & Hæres.* Ille igitur, quando initiatur, ſupra brachium ſuperpelliceum gerit, mox per illud caput educit;

An jus ad hæreditatem per ſuperpelliceum conferatur?

Ephod lineum, quale?

Mudarra Gonzalez.

Fatima Regis Corduvæ ſoror.

Gundizalvus Buſtus.

Septem Infantes de Lara, Buſti filii.

Generales Regula deficiunt in novercis & matribus.

Sancia Gundizalvi Buſti uxor.

Garcias Fernandez Caſtellæ Comes.

A Sancia adoptatur Mudarra.

Eodem Clerici ritu hæredes deſignantur à Chriſto.

ducit; ut vel hinc innoteſcat, illum à Domino noſtro Ieſu-Chriſto Hæredem Æternæ Beatitudinis denominari.

Hercules à Iunone adoptatur Hiſtoriæ cogitatæ ſunt fabulæ.

Nec hic ritus cenſeri debet inſolens aut ſingularis, eſt enim valde antiquus, & à Iunone, ſi hiſtoriis cogitatis fides, in Herculis adoptione obſervatus [Legitur in Farneſiano marmore.

Ex proprio educens puellam induſio,

Tonantis uxor hîc adoptat Herculem.]

Petrus della Valle Epiſt. VIII. Sphahani 4. April. 1620.

Perennat etiamnum in Aſiâ, Petrus enim Vallæus Sphahanii in Perſiâ ad Amicum Neapoli reſidentem ſcribit. *Non voglio laſciar di dire, che quando addottano i figliuoli, uſano quì di farlo quaſi con la ſteſſa cerimonia, che Diodoro Siculo riferiſce haver uſata Giunone, quando addottò Hercole, e che era poi frà Barbari, reſtata in uſo per ſempre. Et è, che ſi mettono la perſona che vogliono addottare nuda dentro alla camicia, ſtretta à canto al proprio corpo; e di là dentro poi la cavano, e la fanno uſcire per di ſotto alla camicia, quaſi che uſciſſe dal proprio corpo, come i figliuoli.* Stat ergo per inductionem, eductionemque induſii (& Seculares *induſium*, quod *ſuperpelliceum* Eccleſiaſtici vocant) adoptionem etiamnum celebrari.

Quo modo & ritu Adoptio celebratur in Perſide?

De Superpelliceo & Induſio.

Quales ſint Eccleſiaſtici.

Quam ob rem, ſiquidem hæc omnia vera ſunt, quid vobis Perilluſtres & Reverendi admodum Domini dixero? Ὑμεῖς γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα· ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν. *Vos eſtis genus electum, Regale Sacerdotium, gens ſancta, populus in adquiſitionem.* Eſſem laudum avarus, niſi vos majori gloriâ & honore perfunderem: An-ne privilegia Iuris & Canonis enumerabo, quæ eſtis per particulares promotiones ſortiti? Superſedebo ab his, quæ aliquorũ ſunt propria, & urgebo & inculcabo tantùm, quæ ſunt Clericis univerſis communia. In Chriſmate per lenem alapam, quæ eſt dilectionis ſymbolum, per menti aut maxillæ contactum, per pacis oſculum, & in Clericatu per depoſitionem capillorum eſtis à Chriſto in Filios Adoptionis electi; per ſuperpellicei inductionem ex aſſe hæredes eſtis denominati. Hanc univerſi Veritatem in ipsâmet initiatione cogno-

Omnes Clerici ſunt Chriſti Domini per Adoptionem Filii, & per Deſignationem Hæredes.

ſcebant: dicebant enim ſinguli, *Dominus pars hæreditatis meæ*, &c. *tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi.* Et poſteà de omnibus ad Chriſtum Pontifex, *Semper in ævum tuâ gratiâ perfruantur, ut ſicut ſimilitudinem coronæ tuæ eos geſtare facimus in capitibus, ſic tuâ virtute hæreditatem ſubſequi mereantur æternam.* Eſtis igitur Filii Dei, & Hæredes.

Id ipſamet Initiationis formula prædicat.

Ergo per Pontificiâ manu celebratam Tonſionem, & candidi ſuperpellicei ſuſceptionem in Domo Dei ad ſummam Hierarchiam (hoc eſt, ad Eccleſiaſticum Ordinem) eſtis exaltati & promoti. Ergo, ſi res clarè conſideretur, quò ſublimiùs adſcendere poſſitis, non habetis.

At quia nonnulli interdum tolluntur in altum

Vt lapſu graviore ruant,

ne id, quod humanum eſt, in hac Diœceſi poſſit, aliquando contingere, vos huc convocavit Providentia noſtri Pontificis vigilantiſſimi, ut videlicet veſtro conſilio & ſuo imperio toti Clero Canones præſcribantur, qui in hoc procelloſo Mundi Oceano ſint lineæ nauticæ, quæ conſcientiæ phasèlum ad portum Gloriæ æternæ conducant, ad quam cooperante Gratiæ Divinæ influxu, ut cum Prophetâ ſuperſpero [x] ſumus tandem aliquando appulſuri. Dixi.

Cur celebrantur Synodi, & ad illas Clerici univerſi advocentur?

NOTA.

*] Ἀ' μείρω *divido*; provenit μέρος. εος, & ους. τὸ. *pars*. Et ideò illud καὶ μέλη μέρους. ubi Vulgatus, *Et membra de membro* dicebat, *Et membra ex parte* Arias Montanus tranſtulit.

a] Locus, qui citatur, eſt pulcher, & dignus, qui verbis Bernardi ponatur; nam Melleus Pater ſerm. 1. in Miſſus eſt. num. 5. [Et habetur tom. 2. pag 9. b.] ſic declamat. [Quæ eſt hæc Virgo tam venerabilis ut ſalutetur ab Angelo? tam humilis ut deſponſata ſit fabro? Pulchra permixtio humilitatis & virginitatis: nec mediocriter placet Deo illa anima, in quâ & humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatem. Sed quantâ putas veneratione digna eſt, in quâ humilitatem exaltat fœcunditas, & partus conſecrat virginitatem. Audis Virginem, audis humilem: Si

Humilitas cum Virginitate comparatur.

Vtra ſit excellentior & utra neceſſarior?

non potes virginitatem humilis, imitare humilitatem Virginis. Laudabilis virtus virginitas, ſed magis neceſſaria humilitas. Illa conſulitur: iſta præcipitur. Ad illam invitatis: ad iſtam cogeris. De illa dicitur: Qui poteſt capere, capiat: de iſta dicitur, Niſi quis efficiatur ſicut parvulus iſte, non intrabit in regnū Cœlorum. Illa ergo remuneratur; iſta exigitur. Potes denique ſine virginitate ſalvari: ſine humilitate non potes. Poteſt, inquam, placere humilitas, quæ virginitatem deplorat amiſſam, ſine humilitate autem (audeo dicere) nec virginitas Mariæ placuiſſet.

Chriſtus Hominum magiſter eſt.

b] Auguſtinus de verbis Domini. *Diſcite à me; non mundum fabricare; non cuncta viſibilia & inviſibilia creare; non in ipſo mundo miracula facere; non mortuos ſuſcitare: ſed quoniam mitis ſum & humilis corde. Cogitas magnam conſtituere fabricam Celſitudinis, de fundamento priùs cogita Humilitatis.*

Quid debeamus in ejus Schola doceri?

Hugo libr. 3. de clauſtro Animæ. [Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Ecce mel Humilitatis cum dulcedine Manſuetudinis. Sicut enim mel concordat in confectionibus Medicinæ cum omnibus diverſitatibus ſpecierum, ſic Humilitatis dulcedine condiuntur omnia genera Virtutum.]

Matth. 8. 9. Lucæ 7. 8. *Centuriones ſunt, qui Majores vocātur.*

c] Militia eſt vita hominis ſuper terram. Iob. 7. 1. Porrò in Suecorum exercitu, qui Centurionum Dignitate ſunt prædiri nominantur *Majores*: & hi ſunt quorum nutu milites inferiores reguntur. Vnde dicebat olim Centurio Chriſto. *Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic.* Vade, *& vadit*, *& alii* Veni, *& venit; & ſervo meo* Fac hoc, *& facit.*

Quid Octava ſit, & per quot notas ſeu puncta decurrat? Quomodo dividatur.

d] Quam Octavam Latini dicimus quod octo chordas complectatur, his characteribus S. Gregorius percutrebat. C. D. E. F. G. a. b. c. & Græci nominabant διὰ πασῶν, *per omnes*: nam à C ad *c* per omnia puncta intermedia tranſitur. In Quintam Quartamque eſt Octavæ immediata diviſio: illam διὰ πέντε Græci, & iſtam appellant διὰ τεσσάρων, quod per quinque illa notas (ex C ad G) hæc per quatuor (G ad C) tranſiliat. Quinta tres tonos

De Quinta & Quarta.

cum ſemitono continet, Quarta verò duobus integris dimidium ſuperaddit.

Quæ ſit earum dimenſio?

Quia Octava in Muſica eſt quodammodò omnia, in hoc Humilitatis gradu cæterorum, qui à S. Benedicto ediſſeruntur, Concionator, cui licuerit diffundi, Conſonantiam poterit dilucidare.

An Octava ſit omnia?

e] *Tranſalpinare* verbum à D. Bernardo fictum eſt. Et ut Iacobus Merlo Horſtius in Nomenclatore interpretatur, ſonat *Alpes tranſire & Romam tendere*. Ergo haberi ratio ad locum, debet exiſtenti enim Romæ *tranſalpinare*, erit Alpes tranſire, Pariſioſque ex. gr. tendere. Io epiſt. XLV. quæ eſt ad Eugenium Papam introducitur Epiſcopus Aurelianenſis lachrymas ſequentes profundens. *Quid nunc, cum cuncta pene in impoſſibile verſa ſunt? Nivernis non eſt Epiſcopus: ſed ne Trecis quidem. Altiſſiodorenſis tranſalpinavit. Comprovincialium ſanè Epiſcoporum, per quos me purgari oportuit, pars multa hac eſt.* Et ipſemet Bernardus in ſerm. 1. de Adventu Domini num. 10. (tom. 2. pag. 2. b) *Propterea dignum eſt, ut ſi non valet infirmus in occurſum tanti Medici procedere longiùs, ſaltem conetur erigere caput, & aliquatenus adſurgere venienti. Non te oportet (o homo) maria transfretare, non penetrare nubes, non tranſalpinare neceſſe eſt. Non grandis, inquam, tibi oſtenditur via. Vſque ad temetipſum occurre Deo tuo. Prope eſt enim Verbum: in ore tuo, & in corde tuo.* Rom. 10. c. Placuit verbum nonnullis: nam Matthæus Pariſienſis pag. 940. ſcripſit, *Pro negotiis Regiis tranſalpinantes*. & idem verbum apud Bleſenſem epiſt. 59. & alios Scriptores reperies.

Quid verbum tranſalpino ſignificet?

Deponitur Aurelianenſis.

Quàm facili negotio Deum, ſi quæramus, invenire poſſimus.

An alii hoc etiam verbo uſi fuerint?

f] *Prophetarum* nomine Choriſtas, & Cantores intelligo, & *prophetare*, eſſe hymnos concinere aſſero, communi Opinioni ſubſcribens. Iſidorus Clarius dilucidans locum iſtum ſic ait.

Qui ſint Prophetæ? Quid prophetare ſit?

Gregem Prophetarum.] Secundum Hebræos intelliguntur Diſcipuli Sapientum, qui & *Scribæ* appellantur, atq; *filii Prophetarum*, eò quòd diſcipuli illorum fuerunt. Hi igitur deſcendebant de colle, in quo erat Arca Dei, & præcedebant eos varia Muſica Inſtrumenta (ut nimirum hac cæremoniâ inſinuaretur) quòd Spiritus Dei non inſiliat in eos, qui

Magiſter in Sacra Pagina vocatur Pater, & Diſcipuli Filii. De filiis Prophetarum. Quinam fuerint? De Scribis.

moe-

mœſto ſunt corde, ſed in hilares (eſt enim vera hilatitas, *Nil conſcire ſibi; nulla & palleſcere culpa.*) &c. Vnde & ſequitur. *Et prophetabunt*, hoc eſt, inſtigati ſpiritu Dei dicant Deo laudes & cantica. &c. *Verſum eſt in Proverbium*, ut ſcilicet, quoties aliquem humilem & abjectæ ſortis hominem viderent adſcendere ad dignitatem aliquam, & gradum ſublimem, dicerent, *Num & Saul inter Prophetas?*

Quid ſit vera Lætitia?

Exponitur illud Proverbiũ, Nunquid Saul inter Prophetas?

g] Summa Philippi IV. Regis, & Ducis noſtri Providentia demonſtratur clariſſimè tum aliis inſtrumentis, tum etiam Epiſtolâ ad Excellentiſſimum Ducem de Sermoneta Lombardiæ Gubernatorem datâ 23. Maji 1661. in quâ omninò præcipitur ut juxta merita vitę & doctrinæ viri idonei ad Canonicatus, & dignitates alias Eccleſiaſticas promoveantur.

Quanta Dominus noſter, Dux & Rex, curã providcat, ut ſint homines dicti in Eccleſia Viglevanẽſi?

h] Eſt communis Veteribus Eccleſiæ Patribus utriuſque Medicinæ (Corporeæ & Incorporeæ) ſimilitudo illam docti fuerunt à Chriſto, qui Matth. 9. 12. ſic inſit. ὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατρῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. *Non uſum habent valentes Medici, ſed male habentes*. vel ut vertit Vulgatus, *Non eſt opus valentibus Medico, ſed male habentibus*. Quia hanc ſimilitudinem proponunt Scriptores paſſim, multos nos locos adlegare poſſemus: interim, ne pluribus oneremus Lectorem, unum tantum, aut alterum proponemus. S. Benedictus in ſuæ Regulæ Prolog. illud Medicum Protheorema, *Contraria contrariis curantur*, ſupponens, *Auſculta, ô Fili*, ait, *præcepta Magiſtri, & inclina aurem cordis tui, & admonitionem Pii Patris libenter excipe, & efficaciter comple; ut ad eum per Obedientiæ laborem redeas, à quo per inobedientiæ deſidiam receſſeras*. Et Cap. XXVII. *Omni ſolicitudine curam gerat Abbas circa delinquentes fratres, quia non eſt opus ſanis Medicus, ſed malè habentibus, & ideò uti debet omni modo, & ut ſapiens Medicus immittere quaſi occultos conſolatores*. &c. Auguſtinus in quad. epiſt. *Vt in morbis non ſunt tentanda nova remedia, ſi (cum) veteribus ſuccurri malo poſſit; ſic non ſunt condenda nova leges, ſi veteres miniſtrent aliquid, quo malis Reipublica medearis*. Vnde Petrus Gregorius Toloſanus de Iuris Arte, Methodo, ac præceptis cap. 7. num. 10. [Vt in corporis ægritudinibus eadem ars medicinæ, idem medicus ſecundum diverſas qualitates, & ſymptomata pharmaca miſcet, & temperat; neque eundem morbum ſimili per omnia medicina in diverſis corporibus curat, neque in eodem morbo, & corpore, eodem pharmaco omni tempore in diverſo robore, & diverſa ætate utitur: ſic etiam Legiſlator Princeps, vel alius, qui præponitur regimini, ex eadem arte, & officina vana æqui, & boni omnibus rebus publicis, vel privatis omni tempore ſimiles leges, vel eaſdem non fert; ſed habitâ ratione loci, temporis, perſonarum, ſancit, mutat, innovat, tollit ſecundum præſentem ſtatum, & habitâ ratione futuri, ita ut leges poſteriores prioribus derogent, vel priores ad ſequentes trahantur, & ad naturæ varietatem, quæ continuo motu agitur, leges accommodet.

Medicina Corporea & Incorporea Analogia.

Quinam indigeant Medico?

Cur per Obedientia viam ad Deum veniamus.

Qualiter ſolicitus eſſe Abbas debeat circa excommunicatos.

i] *Epidaurii* hîc Ovidius nomine Æſculapium intelligit. Fuit autem Æſculapius, ſi hiſtoriis cogitat is credimus, filius Apollinis, nec non Podalirii, & Machaonis, celebrium Medicorum parens. Vocatur *Epidaurius*, ab Epidauro, Peloponeſi Civitate, in quâ templum maximum habuit. Vide Plinium *lib. 4. cap. 5.*

Quis, & qualis fit Æſculapius? Cur Epidaurius nominatur? Vbi ſit Epidaurum?

k] Inter alias voces, quæ in Linguâ Latinâ deficiunt, eſt illa, quæ ægrotum deſertum à Medicis ſignificaret. Infirmus ſic derelictus, *deſauciado* dicitur ab Hiſpanis: & eum deſerere & de ipſius ſalute deſperare, dicitur *deſauciar*.

Lingua Latina multis vocibus caret. Deſauciado. Deſauciar.

l] *Projeciſti ſermones meos poſt te*, in Pſalterio, quo utebatur S. Benedictus legebatur, hodie in Vulgato legitur, *Projeciſti ſermones meos retrorſum*. Pſal. 49.

Varia Lectione Pſalmi.

m] Eſſe debet quicumque Concionator, Lucerna ardens & lucens: nam niſi ſibi ardeat priùs non poterit aliis lucere. Immò debet lucere priùs ſibi, quàm cæteris. Quod variis in locis Eccleſiæ Patres, & Doctores dilucidant. Pulchra ſunt, quæ S. Gregorius Magnus *libr. 3. Moral. cap. 5.* ſcribit. [Prædicatores, ait, cum verbum prædicationis monent, priùs ſe in ſanctis actionibus exercent, ne in ſemetipſis torpentes opere, alios excitent voce; ſed ante ſe per ſublimia facta excutiunt; & tunc ad benè agendum alios ſolicitos reddunt:

Lucerna ardens & lucens.

S. Gregorius citatus à P. Gabriele de S. Vincentio in conſiliis. Nempe in Oraculo Tereſiano pag. 330. b.

priùs

priùs ſua punire fletibus curant, & tunc quæ aliorum ſunt punienda denunciant.] Et convertens ad Gallum oculos, & illum in exemplum proponens, pergit, & ait. [Priùs alis inſonant, quàm cantus emittant: quando, antequam verba exhortationis proferant, omne, quod loquuturi ſunt, operibus clamant.] Et poſteà *libr.6. cap.17.* ſubjungit. [Nec perfectus Prædicator erit, qui vel propter contemplationis ſtudium operanda negligit; vel propter operationis inſtantiam contemplanda poſtponit.] Conſonat S.Bernardus *ſerm.1. de Beata Virgine Purificante num.5.* [Et habetur *tom.5. in Append. pag.19.b.*] Sit ergo Lucerna in corde, ſit in manu, ſit in ore. Lucerna in corde luceat vobis: lucerna in manu vel ore (nempe, in operibus & verbis) luceat proximis. Lucerna in corde eſt Pietas Fidei: Lucerna in manu, exemplum operis: Lucerna in ore ſermo ædificationis. Non ſolùm autem coram hominibus lucere nos neceſſe eſt, per operationem, & ſermonem; ſed & coram Angelis per orationem: coram Deo per intentionem. Lucerna noſtra coram Angelis eſt pura devotio, cùm in conſpectu Angelorum pſallimus ſapienter, vel oramus ardenter: Lucerna coram Deo, ſimplex intentio, ut ei ſoli placeamus, cui nos probavimus. &c.] & totus hic ſermo utiliter poterit perlegi.

Prius ſe alarũ concuſſione Gallus, & poſteà cantu alios excitare feſtinat.

Purificatio B. Virginis, nomen activum eſt, illamque purificantem denominat.

Lucere debemus coram hominibus, coram Angelis, & coram Deo.

n] Concionatores, Hiſpani præcipuè, Auditores ſuos *Fideles* nominant; nam hoc nomen *Fidelis* per antonomaſiam Chriſtianum Orthodoxum ſignificat.

Qui vocentur Fideles?

o] Si tempus, & locus permitteret, poſſet diffundi Oratio, & multa de Pelicano dicere. Græcè eſt πελεκὰς, & quia roſtri ictibus pertundit arbores, Δενδροκολάπτης vocari ſolet. Mortuos filios triduò luget in nido, & ſe poſtremò roſtro graviter vulnerans, ſanguine illos ſuffundit, & ſic ad vitam revocat, & revocatos alit. Et de hac proprietate, etſi plurima dicta, plura occurrunt quotidiè Viris ingenioſis dicenda.

De Pelicano. Penultimam apud Hiſpanos corripit, & apud Latinos producit.

p] Ex loco in locum, & ex gente in gentem tranſeunt ritus; cauſa, & origo excidit è memoriâ; ut eorum poſteà vera ſignificatio neſcitur. Illi hodiè, qui de dexteritate in Arte gladiatoria præſumunt, & *Valentones* aut *Bravos* in Hiſpaniâ vocamus, cùm accurrunt Amico, ejus mentum cavâ manu tangunt, aut taciti (tunc enim ipſamet manus loquitur) vel dicentes, *Encaxa*: & hoc ipſum agere eſſe dicunt, *el hacer la mamona*. Et quid, quæſo, hæc cæremonia inter ipſos ſignificat?

Pereunt rerum plurimarum notitia.

Manus loquitur.

Encaxa. Hazer la mamona.

Videtur deſumpta ex adoptandi ritu, & qui manu cavâ mentum alterius ſuſcipit, eum per jocum adoptare, hoc eſt, civiliter gignere. Ergo eodem ſenſu, qui adoptatur, gignitur, naſcitur, in infantem convertitur, ſugit, &c. & quia *ſugere* Hiſpanicè eſt *mamar*, qui præſtat, ut alius ſit infans, & civiliter ſugat, poterit dici, *que le haze que mame*; aut corrupto vocabulo, *que le haze la mamona*. Sed hæc cæremonia, & hæc phraſis, nec ſunt feriæ, nec inter Viros graves & prudentes admiſſæ.

Vnde hac cæremonia deſumatur?

An ſeria ſit?

q] Suſcepit Benedictus Papa *capillorum mallones*, Quid autem *mallonum* nomine ſignificatur? Eſt fortè lapſus calami, & Exſcriptor *mallones* poſuit, cùm deberet *mallotas*. Quoniam μαλλωτὴ eſt *lana*, aut *vellus*. Vnde mons Ida, in Græciâ, nam habet maximam ovium multitudinem, Μαλλώτης appellatur. Vide Cælium lib. 15. cap. 1. Hæc adoptandi cæremonia ad Civitates tranſiit: ipſæ enim cùm exterum Indigenarum albo inſcribunt, in Adoptati crines annulum, aut circellum immittunt. Cicero in Verr. *Hac Civitas mulieri redimiculum præbeat; hac in collum, & in crines*: &c. id eſt, *Hac Civitas mulierem adoptet*.

An vox mallo, ſit retinenda, aut corrigẽda?

Μαλλωτὴ.

Μαλλώτης

r] *Clodovei* nomen putat vulgus à nomine *Ludovici* diſtinguitur: at nonnulli hodie Critici coincidere æſtimant. Et, ſi hæc admittatur ſententia, alterandi ſunt numeri in recenſione Regum Galliæ.

An nomina Clodoveus & Ludovicus *differant inter ſe?*

ſ] Eſt mihi gratum & memorabile *Manriqui* nomen: ſemper enim debito amore, & honore ſuſpexi D. Angelum Manrique, Magiſtrum meum, Sacræ Theologiæ Doctorem, & Primarium Profeſſorem Salmanticæ, Ciſtercienſis Ordinis Generalem, quem ob vitæ & doctrinæ merita Sua Majeſtas Catholica ad Pacis-Iuliæ (vulgò, *Badajós*) Epiſcopatum evexit. Et quia in hac Haplotete omnia membra loquuntur, hoc ad ejus gloriam enarrare debebo. Lectioni Academicæ, quam *Oppoſitionis* Salmanticenſes dicunt,

Domus Manriquia nobiliſſima apud Hiſpanos eſt.

Lectio Oppoſitionis, *quæ dicatur?*

cùm

Quanto D. Angelus Manriq; efficacia peroraret?

cùm ad Primariã Theologiæ Scholaſticæ Cathedram adſpirabat, interfuerunt, ut moris, præter omnium Facultatum Doctores, Proceres Civitatis: & Illuſtriſs. D. Alvarus Cuſius, Heros graviſſimus, & nobiliſſimus, cùm inde egrederemur, acelamabat dicendo, *examiner, interroger, quia licèt ſim Latina lingua rudis, univerſa intellexi; hic enim ſenex erudītiſſimus, non lingua tantùm, ſed & humeris, pectore, brachiis, manibus, digitis, aut etiam oculis, & quod tacere nolo, veſtibus, & perſpicillis, mentis ſua interiores conceptus tam clarè exponit, ut qui habeat oculos, auribus non indigeat, ut eum perorantem intelligat.*

Qui Caſtellæ olim Comites, nunc nominantur Reges.

t] Creverunt cum tempore tituli, non potentia, nec opes. Qui hodie *Reges Caſtella*, ſub illud tempus *Comites* dicebantur; & tamen erant potentiores, quàm nunc: quia potentia Principum à numero Vaſallorum ſumitur; & tunc quia Caſtella, nondum Italiæ, Belgii, & Americæ ſcpulchra videat, numeroſiſſimum habebat populum.

Adagium exponitur.

u] Hinc prodiit Adagium, *entrar par la manga, y ſalir por el cabeçon.* in illos dictum, qui ſupra, aut contra ſpem, per aliquod accidens (quale eſt Adoptio) ad magnam fortunam proveniunt.

De verbo, ſuperſpero. Quid ſignificet? Quoties in pſalmis reperiatur?

x] *Superſpero*, ignotum Ciceroni verbum eſt, ſed tamen ter repetitur in pſalmo 118. verſ. 45. 74. 147 & habet curioſam interpretationem. Nam, ſi *Sperare*, eſt habere ſpem.

Quid ſperare ſit?

Superſperare erit habere aliquid, quod ſit ſupra ſpem. Cùm igitur ſupra ſpem ſit poſſeſſio, *Superſperare* erit quodammodò poſſeſſionem habere. Ergo, qui in verba Principum, etiam Optimorum, non niſi probabiliter & cum formidine ſperare ſolemus, in verba tua excluſo probabilitatis & erroris formidine (Domine Ieſu-Chriſte) ſemper ſuperſperabimus.

SECTIO VII.

An Minores, quos vocant, Ordines, per Χειροθεσίαν conferantur?

Quid Ordo ſit?

ORdo eſt officium, ſeu ſignaculum Eccleſiaſticum, conferens ordinato poteſtatem faciendi aliquid in ordine ad Euchariſtiam. Ita communiter Doctores ex Sancto Thoma in ſupplem. 3. par. qu. 34. art. 2. S. Bonaventura *in 4. diſt. 24. part. 2. art. 1. qu. 1.* & aliis.

Cur dicatur Signaculum?

Dicuntur etiam minores Ordines *ſignacula*, realiter & moraliter. *Realiter*, quia, ut ex Richardo *in 4. diſt. 24. art. 4. qu. 2.* docet Angelus *in ſumm. verb. Ordo* 2. omnes Ordines imprimunt characterem: & character eſt quædam realis ſupernaturalis & indelebilis qualitas inhærens Animæ Ordinati. *Moraliter*, quia per ſuſceptionem Ordinum, qui in ſingulis miniſteriis debeant in Eccleſia ſervire, deſignantur.

An in omni Ordine imprimatur character?

Quid ſit character?

Cur, ſiquidem omnes Ordines Sacri ſunt, Majores tantummodò dicuntur Sacri?

Omnes Ordines ſunt ſacri, & tamen Minores ad diſtinctionem Majorum appellantur *Non ſacri*, quia quando hunc Ordinem eſſe, & illũ non eſſe ſacrum dicimus, tunc nomen *ſacer, a, um*: accipimus in ſignificatione reſtricta, ita ut ſignificet rem, non qualicumq; ſed tali modo conſecratam. P. Mendus *in Epitome certà probab. ſentent. verb. Ordo. nu. 1.* [Soli tres Majores Ordines, non quatuor Minores, vocantur *Sacri*, quia per illos ſacratur ordinatus Deo per votum Caſtitatis. *cap. à multis de atat. & qualit.*].

Quid ſonet nomen ſacer, a, um?

Ordines non baptizato collati ſunt invalidi: validi autem, ſi non confirmato conferantur.

Vt validè recipiantur Ordines, Baptiſmi character requiritur: character autem Confirmationis, ut decenter. Quam ob rem, ſi aliquis non baptizatus ordinaretur, & peccaret, & non maneret ordinatus. Secus, ſi baptizatus & nondum confirmatus ad Ordines promoveretur: nam hic maneret ordinatus. Sed quantum ille perpetraret peccatum? [Toletus *lib. 1. cap. 71. num. 6.* requirit Confirmationem, ita ut ſi non confirmatus Ordines ſuſcipiat, peccet mortaliter, & fiat irregularis. Sed nullum exſtat præceptum in Iure tantam obligationem imponens; nec Tridentinum *Seſſ. 22. cap. 4.* verbis adcò ſtrictis utitur, ſed ſolum conſuluit Epiſcopis, ut non confirmatum non promoveant. Tam igitur ſuſcipiens, quàm conferens Ordinem ante Confirmationem peccabit venialiter. Ita Sotus *in 4. diſt. 24. quaſt. unic. art. 8.* Diana *part. 2. tract. 16. reſol. 4. & part. 3. tract. 4. reſol. 24. §. Notavi etiam*, & alii] Dedi verba Cotonii *in ſumm. verb. Ordinis ſubjectũ. num. 6.* Ego autem hoc ab ipſo aſſertum peccatum veniale non intelligo. Quia vel præcipitur vel conſulitur tantum, ut Confirmatio Ordini præmitta-

Quale peccatũ committat, qui ante Confirmationem ordinatur?

Conſilia non obligãt ad veniale.

Præcepta obligant graviter, ſi materia ſit magna.

mittatur. *Si primum*, peccabit mortaliter, quia ante Confirmationem Ordinem aut ſuſcipiat, aut conferat, res enim gravis momenti eſt ſervare Ordinem in Sacramentis; nec enim peccari gravis conſcius ante Confeſſionem Euchariſtiam ſuſcipit, & peccat graviter, qui ordinatur per ſaltum. *Si ſecundum*, nullum erit peccatum; conſilia enim non obligant ad ullum peccatum: aliàs enim non eſſent conſilia, ſed præcepta.

Invertere ordinem Sacramentorum eſt res gravis.

In ſingulis Ordinibus traduntur inſtrumenta, quibus poteſtas, quæ confertur, ſignificatur: & quia in Pontificali, ubi agitur de Oſtiariorũ Ordinatione poſtquã illis Põtifex claves Eccleſiæ tradidit, *Archidiaconus, ſive alius Archidiaconi vice fungens, ducit eos ad oſtium Eccleſiæ, & facit eos claudere, & aperire; tradit etiam funem campanarum, faciens eos campanas pulſare.* &c. Et poſtea, ubi agitur de Hypodiaconi conſecratione, legis. *Pontifex accipit, & tradit omnibus Calicem vacuum cum Patenâ vacuâ ſuperpoſitâ.* &c. *Et Archidiaconus accipit & tradit eis urceolos cum vino, & aqua, ac bacile cum manutergio*, &c. quæris, *An inſtrumenta, quæ in ſingulis Ordinibus traduntur, ab ipſo debeant tradi Epiſcopo: an verò ſufficiat, quod ab Archidiacono, aut alio (ſæpe enim non adeſt Archidiaconus) Epiſcopi nomine tradantur?* Quod eſt quærere, *An illa traditio & ſuſceptio inſtrumentorum, eſſe debeat realis & phyſica, an verò ſufficiat ad valorem moralis?* Et ratio dubitandi eſt, nam Bonifacius VIII. in 6 nobis præſcripſit has Regulas. videlicet, num. 60. *Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſe ipſum.* & num. 72. *Qui facit per alios eſt perinde, ac ſi faciat per ſe ipſum.* Ergo Epiſcopus, ſicut per ſe ipſum poteſt, poterit per alios ordinandis inſtrumenta illa tradere. Ergo (& hoc etiam vis conſequentiæ videtur inferre) ordinandus per alium ſimiliter poterit illa eadem inſtrumenta recipere.

An ipſemet Epiſcopus, an verò ejus nomine Archidiaconus aut alius, tradere poſſit in Ordinis Sacramento inſtrumenta?

An valida ſint quæ per procuratorem præſtantur?

Reſpondeo ſtandum eſſe Sacramentorum inſtitutioni, de quâ diſputandum non eſt: illa enim inſtituit, qui erat Supremus omnium Dominus, & potuit, qualem vellet, traditionem requirere. Ergo ab Eccleſiæ traditione petendum eſt, quid de hac inſtrumentorum traditione, aut ipſa ſtatuerit, aut docuerint Apoſtoli: fortè enim in Ordinibus materias, formaſq; deſignavit Eccleſia. Ita P. Mendus *in Epitome verb. Ordo num.* 7. expoſiturus enim, quomodò Græci, & Latini in Ordinum collatione conveniant, ait, [Etenim Chriſtus Dominus inſtituit Sacramentum Ordinis, ita ut collatum rali uſu alicujus rei ſignificaretur per formam poteſtas adnexa; quænam autem eſſe deberet illa res, commiſit judicio Eccleſiæ. Quare in materiâ Ordinis eſt uniformitas moralis, quatenus idem prorſus ſignificatur per illam.] Hinc ad Quæſtionem de traditione phyſica, vel morali reſpondeo, vel de Minoribus, vel de Majoribus Ordinibus Dubium moveri. Et, ſi de illis, audiri poſſe Angelum, qui *loc. cit. num.* 5. ſic ſcribit, [Quæritur, *An requiratur, quod talia inſtrumenta accipiant de manu Epiſcopi?* ℞, quod non de neceſſitate ſecundum Richardum in iſtis Ordinibus Minoribus; ſed ſufficit, poſtquam ſunt ab Epiſcopo inſtructi, qualiter in officio ſuo debent agere inſtrumentum accipiant ab Archidiacono de mandato & voluntate Epiſcopi; in cujus acceptione imprimitur character; quia inſtrumenti traditio principalius eſt ab Epiſcopo, quàm ab Archidiacono. Et pro iſta opinione eſt textus *in cap. Acolytus circ. fin.* ubi textus apertus 23. *diſt.* In Majoribus bene oportet, quod de manu Epiſcopi 33. *diſt.* Diaconus *in verb. ad acolyt.*] Sic Angelus cujus verba etiam reperiuntur in Richardo *in 4. diſt. 24. art. 4. qu. 3. ad* 2. quem bene citavit. In Majoribus Ordinibus Angelus jubet inſtrumẽta ab Epiſcopo tradi, ſed quia alii aliter ſentiunt, dabo verba P. Mendi qui *loc. cit. num.* 5. dicit [Tactus Phyſicus ordinati eſſentialiter requiritur ad materiam. Eſto certo probabile, non eſſe de eſſentia Ordinis tactum phyſicum; maximè, ſi manu cooperta ſuperpellicеo, aut quo ſimili tangeret quis materiam.] Et citat Reginaldum *cap. 10. num.* 8. Cajetanum, Albertum, Victoriam, Vaſquez, Zambranum, Henriquez, Filliucium, Dianam, Laymannum, Gobat, & Dicaſtillum. Et ſubjungit, [ſanè unguibus tangere, ſufficiet.] Interim, quia non omnia, quæ probabilia, licent, addit hanc practicam Reſolutionem. [In quavis opinione peccat mortaliter, qui phyſi-

Chriſtus potuit inſtituere Sacramenta prout voluit.

An Ordinis Sacramentum inſtituerit genericè, committendo Eccleſiæ, ut formas reſtringat & determinet?

Qualis traditio in Minoribus Ordinibus requiratur?

Qualis verò in Majoribus?

An probabilis ſententia ſit, quæ phyſicum non requirit?

An poſſit ad praxim reduci?

cè

...è non tangit, cùm exponat ordinationem ſuam diſcrimini nullitatis.] Sic ille.

De manuum impoſitione.

Venio ad Χειροθεσίαν. Non conferuntur per manuum impoſitionem Ordines, quos *Minores* vocamus: ſed tamen in Exorciſtatu imponendi manus confertur, & datur authoritas. Pontifex enim antequam Ordinem tradat, his verbis, quid ſit traditurus exponit. *Accipitis*, ait, *poteſtatem imponendi manum ſuper energumenos; & per impoſitionem manuum veſtrarum, gratia Spiritus-ſancti, & verbis exorciſmi pelluntur ſpiritus immundi à corporibus obſeſſis.* &c. Et mox tradens illis Exorciſmale [*] ait. *Accipite, & commendate memoria, & habete poteſtatem imponendi manus ſuper energumenos, ſive baptizatos, ſive catechumenos.*

In Exorciſtatu, authoritas manus imponendi conceditur.

*] Sicut liber, qui miſſas cõtinet, Miſſale, & qui ritus, Rituale, & qui functiones Põtificias, Pontificale, ſic, qui exorciſmos, Exorciſmale nominatur.

SECTIO VIII.

De Majoribus Ordinibus.

An Hypodiaconatus, & Diaconatus per Χειροθεσίαν conferantur?

ORdines Majores dicuntur, quibus in Eccleſiâ Latinâ eſt obſervatio Virgineæ Caſtitatis adnexa. Et hæc ita concernit ſingulos, ut ſiquis per ſaltum (ad Sacerdotium v. gr. antequam ad Subdiaconatum promoveretur) eamdem obligationem ſervandæ Caſtitatis incurreret.

An, qui intermiſſo Subdiaconatu, ad Diaconatum, aut ad Sacerdotiũ promoveretur, deberet Caſtitatem ſervare?

Nec Subdiaconatus per manuum impoſitionem traditur, nec in ipſo poteſtas manus imponendi confertur; Ita *in cap. Subdiaconus diſt. 23.* ibi enim legitur, *Subdiaconus, cum ordinatur, quia manus impoſitionem non recipit, patenam de manu Epiſcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum; de manu verò Archidiaconi accipiat urceolum cum aquâ, manile, & manutergium.* Sed quid ſignificat nomen illud *manile*? An quod *aquamanil* (vas in quo continetur aqua ad effundendum ſupra manus) Hiſpanicè? minimè: illud enim *bacile* in Pontificali vocatur. Subdiaconatu igitur intermiſſo ad Diaconatum tranſeamus.

De Subdiaconatu. An per manuum impoſitionem conferatur?

Manuum ſanè impoſitio eſt Diaconorum conſecratio, quam ob rem hæc ipſa cæremonia per conſignificantes circumſtantias reſtricta æquivalet his verbis; *Ego te conſecro in Diaconum; Ego tibi confero talem, & talem poteſtatem.* Proderit hic videre, qua ſolennitate primi Diaconi conſecrati ſint. Actuum Apoſtolicorum ſexto hæc lego. *Advocantes autem duodecim multitudinem Diſcipulorum, dixerunt. Non eſt placitum nos derelinquere ſermonem Dei, &* διακονεῖν (diaconizare) *miniſtrare menſis. Conſiderate ergo fratres Viros ex vobis teſtimonio probatos ſeptem, plenos Spiritu-Sancto & ſapientia, quos conſtituamus ſuper uſu hoc: nos autem Oratione, &* διακονίᾳ (diaconiſmo) *miniſterio ſermonis perdurabimus. Et placuit ſermo coram omni multitudine; & elegerunt Stephanum, virum plenum fide & Spiritu Sancto, & Philippum, & Prochorum & Nicanorem, & Simonem, & Parmenam, & Nicolaum advenã Antiochenum. Quos ſtatuerunt coram Apoſtolis: &* (Apoſtoli) *precati impoſuerunt eis manus.* In quibus verbis OCCVRRIT PRIMÒ illa vox *duodecim*, quæ per præcedentes reſtricta, non ſignificat duodecim arbores, aut duodecim lapides, ſed duodecim Apoſtolos. OCCVRRIT SECVNDÒ illud ἐκ ἀρεςόν ἐςι; *non eſt placitum*: vertit benè Vulgatus, *non eſt æquum*: nam vox *placitum* per perſonas reſtringitur: quoniam, ſi hæc verba dicerent improbi, quibus æquitas diſplicet, aliter deberent intelligi; at, quia à viris Sanctis proferebantur, quibus diſplicebant iniqua, idem omninò *placitum*, ac *æquum* eſt. OCCVRRIT TERTIÒ ipſa impoſitio manus, quæ per circumſtantias præcedentes & concurrentes reſtricta, ſignificat in Diaconatûs ordine conſecrationem. In Pontificali ſic præſcribitur hæc cæremonia. [Hic ſolus Pontifex, manum dexteram extendens, ponit ſuper caput cuilibet ordinando, & nullus alius; quia non ad Sacerdotium, ſed ad miniſterium conſecrantur; dicens ſingulis. *Accipe Spiritum Sanctum, ad robur, & ad reſiſtendum diabolo, & tentationibus ejus: in nomine Domini.*] Quæ cæremonia, quo ad ſubſtantiam æquivalere videtur illi, qua uti dicuntur Græci, apud quos Pontifex ſuper Ordinandi caput manum dexteram (non verò ambas manus) imponit dicens, *Divina Gratia, quæ ſemper infirma ſanat, & quæ deſunt ſupplet, creat, ſeu promovet N. venerabilem in Dia-*

An Diaconi per manuum impoſitionem conſecrentur?

De primis Eccleſiæ Diaconis quomodo conſecrati ſint.

Vox duodecim quomodo reſtringatur?

An, & quando Placitum & Æquum convertantur?

An ordinentur & conſecrentur Diaconi per manus impoſitionem?

Quid faciant Latini, & quid Græci?

An Diaconi manuum impoſitione ordinentur?

Diaconum. OCCVRRIT QVARTÒ) nã & hæc addere placet,ut Textus medullitùs intelligatur) vox *ſermo Dei*. Et cur, quæſo, *Miniſtri verborum Dei* nõ dicimur, qui concionamur? Nam unicum ſolum verbum debemus univerſos docere. Omnium Concionatorum Magiſter Chriſtus Dominus neceſſaria ad ſalutem uno verbo comprehendit, & nos docet, ne per plura diffundamur, neceſſaria propter acceſſoria omittẽtes. Matth. 19. 17. concionabatur Chriſtus, εἰ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν, τήρησον τὰς ἐντολάς. *Si vis ingredi ad vitam, ſerva mandata*. Illa enim, quæ opera ſupererogationis dicuntur,& ad devotionem ſpectant, ſi fortè impediant, ut obligationi ſatisfacias, per accidens mala redduntur; nam Iudex, qui tenetur legere teſtium depoſitiones, ut juſtè (ſecundum allegata & probata) pronunciet, ſi malit Davidis pſalmos legere, peccabit, non quod hi mali ſint, ſed quod eorumdem lectio eſt impedimento, ut obligationi ſuæ (proceſſum enim debebat legere) ille Senator ſatisfaciat. OCCVRRIT QVINTÒ illud *teſtimonio probatos*. Oportet enim, ut miniſter Dei ſit plenus Spiritu-Sancto, & teſtimonio probatus: hoc eſt, ſit vir probus & etiam à ſubditis probus judicetur. Sed quid, ſi haberi utrumque nequeat? quid, ſi vel futurus ſit probus tantùm, & infamiâ notatus; vel improbus, & opinione communi cenſeatur probus? Porrò vir optimus, quandiu improbus judicatur à populo,ut ſine magnis inconvenientibus, gubernet, incapax eſt: ille autem, qui eſt publico teſtimonio probatus, quandiu imperfectiones, ſi quas habet, latent, utiliter gubernare poteſt.

Cur verbum Dei, non autem verba Dei Concionatores prædicare dicantur?

An opera bona poſſint eſſe mala per accidẽs?

De bona opinione ſeu fama.

Vtor aptior regimini, vir bonus qui cenſetur improbus, an improbus, qui cenſetur bonus?

SECTIO IX.

An Eccleſiaſtæ, & Concionatores per Χειροθεσίαν inſtituantur?

De Concionatoris officio. Quale illud ſit?

ENunciare Evangelium eſt Officium Diaconi: petenti enim benedictionem dicit Pontifex, *Dominus ſit in corde tuo, & in ore tuo, ut dignè enuncies evangelium ſuum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti*. Et quidem non ſolùm id enunciat, qui cantat, ſed qui concionatur, & exponit: unde vidi in noſtris Cœnobiis aliquando Diaconos poſt decantatum Evangelium Dalmatica retenta inire Cathedram & concionem habere. Quam ob rem poſtquam de Diaconis egimus, de Prædicatoribus agamus.

Etiam ipſi per Χειροθεσίαν inſtituuntur: nam manuum impoſitio in eorum admiſſione ſignificat, *Ego do tibi authoritatem declamandi, & dilucidandi verbum Dei*. Et quia authoritas debet legitimè Concionatoribus indulgeri, & Novatores oſtendere non poſſint ſe legitimè miſſos, etſi alia argumenta deficerent, ex hoc ſolo capite condemnari deberent. Audiant Heterodoxi hanc Hiſtoriam. *Miniſtrantibus autem illis Domino, & jejunantibus dixit Spiritus-Sanctus; ſegregate mihi & Barnabam, & Saulum in opus ad quod adſumpſi eos. Tunc jejunantes, & orantes & imponentes manus eis* (dantes authoritatẽ,& poteſtatem cõcionandi) *dimiſerunt*. Hi quidem miſſi à Spiritu Sancto deſcenderunt in Seleuciam, illincque abnavigarunt in Cyprum. *Et cùm veniſſent Salaminam*, κατήγγελλον (adnunciabant) *prædicabant verbum Dei in Synagogis*. Et hîc iure optimo poſtulare poterimus, ut oſtendant nobis hujus temporis Hæretici, ubi, & quando dixerit Spiritus-Sanctus, *Segregate mihi & Martinum Lutherũ, & Ioannem Calvinum in opus, ad quod adſumpſi eos?* Et quinam fuerint illi Orthodoxi, & indubitati Epiſcopi, qui illos orantes, & manum imponentes miſerunt? A nullo illi, niſi à Saxoniæ Duce, Brandemburgico Marchione, aut ab alio Principe excommunicato, & ab Eccleſiæ gremio excorporato hodie Prędicantes mittuntur: Sed quis his Proceribus imponendi manus & mittendi Concionatores poteſtatem conceſſit?

An per manuũ impoſitionem concionandi cõcedatur authoritas?

Actor. 13. 2.

Concionatores debent mitti legitimè.

An ab Spiritu-ſancto Lutherus & Calvinus ſint miſſi?

A quibuſnam hodie Prædicãtes mittantur?

SECTIO X.

An per Χειροθεσίαν, an verò per Χειροτονίαν Presbyteri & Epiſcopi olim conſecrarentur?

De Electione Gubernatorum apud Græcos. De Chirotonia & Clero.

XΕιροθεσία, ut jam pluries diximus, ſignificat manuum impoſitionem: at extenſionem manûs Χειροτονία. Sanè in conſecratione Sacerdotis manuum impoſitio præſcribitur. Lego in Pontificali:

Poſt-

Poſthac ſurgant omnes & ordinandis coram Pontifice binis, & binis ſucceſſive genuflectentibus, Pontifex ſtans ante faldiſtorium ſuum cum mitrâ, & nullâ oratione, nulloque cantu præmiſſis, imponit ſimul utramque manum ſuper caput cujuslibet ordinandi ſucceſſivè, nihil dicens.

Interim ut ſciatur, quomodo Chiroteſia à Chirotoniâ diſtinguatur, pauculas adhuc lineas de hac ultimâ placet ſubſcribere. Porro apud Athenienſes duo erant Prælatorum genera, qui Rempublicam adminiſtrabant: alii enim Χειροτονητοὶ & alii Κληρῶτοι vocabantur. Illi deligebantur per ſuffragia, & ſuffragandi modus erat ejus nomine audito manum elevare & extendere. Hi verò ſorte deducebantur. Hunc duplicem eligendi Gubernatores modum ita Ego intelligo, ut Prudentiæ nullo modo præjudicet, cui omnia, quæ de Fortuna, Caſu, & Sorte dici & ſcribi ſolent, contrariantur. Sunt enim cœci Sortium calculi, & eſſe debent oculatiſſimi, quibus committitur Superiorum electio. Dicamus igitur Athenis hoc ritu lectos fuiſſe Gubernatores. [a] Primò indicta die in foro congregabantur Electores. Notarius è ſuggeſtu Candidatorum nomina proclamabat: & Electores, audito nomine cui favere volebant, extenſa manu voluntatem ſuam ſignificabant. Et poſteà ſumptis decem, quæ plures habuerunt voces, nominibus, & in amphoram miſſis, duos extrahunt. Et illos decem χειροτονητὰς, & iſtos appellant Κληρώτας.

a] Hic eligendi modus in multis Communitatibus etiamnum obſervatur: Cõplures enim (ut alias Academias prætercam) tres per vota eliguntur, è quibus Sors Magnificũ Rectorem denominat.

Hic per voces publicas ſuffragãdi modus, ut ut in aliquibus conſervetur ſæcularibus Communitatibus, eſt multis inconvenientibus obnoxius, & ideò in Eccleſia antiquatus; majori enim quiete & pace Electiones per voces ſecretas peraguntur. Primi, qui χειροτονίαν prohibuerunt, fuerunt Patres Laodiceni Concilii, qui anno Domini noſtri Ieſu-Chriſti 369. Laodiceæ, quæ pacatianæ Phrygiæ eſt Civitas, congregati, ſanxerunt quinquaginta novem prudentiſſimos Canones, quibus Eccleſiæ collabantem pietatem & diſciplinam reſtaurarunt, moreſque Clericorum diſſonos ad leges Veterum reformaverunt. Et ipſi, quia inconvenientia, quæ ex electionibus per voces publicas factis oriebantur, longâ jam experientiâ didicerant, omnem promotionem impoſterùm ad voces ſecretas reduxerunt. Timannus Geſſelius in Hiſt. Sacræ tom. 1. ad ann. 362. pag. 453. [*Quintus Canon prohibet electionem in præſentiâ Audientium* (hoc eſt, per voces publicas) χειροτονία, *ſeu* Electio *hic ſignificat ſuffragiorum formam, quam in eligendis Epiſcopis & Presbyteris Vetus obſervavit Eccleſia: ſed hæc vox ex Civili Electione in Eccleſiam tranſlata eſt, ut videre eſt* Actor. [b] 14. 22.] Et id probabo evidentiſſimè, omnes enim Apoſtoli fuerunt Epiſcopi: & Matthias per χειροτονίαν & κλῆρον fuit ad Apoſtolatus dignitatem promotus. Hiſtoriam narrat Lucas in initio Actuum Apoſtolorum. Apud eum enim loquitur S. Petrus & ait, *Viri fratres, oportet impleri Scripturam hanc*. Iudæ proditionem, & miſerum finem exponit: ſubjungitque *Scriptum eſt enim in libro Pſalmorũ. Fiat commoratio ejus deſerta, & non ſit habitans in ea. Et Epiſcopatum ejus accipiat alter*. Aſſentiuntur Apoſtoli, & Electionem novi Apoſtoli celebrant: hoc videlicet modo. [*Statuerunt duos* [a] *Ioſeph vocatum Barſabam, qui cognominatus eſt* [c] *Iuſtus, & Matthiam. Et orantes dixerunt*. Tu Domine [d] cordium cognitor omnium: oſtende, quem elegeris ex his duobus unum; accipere ſortem miniſterii hujus & Apoſtolatûs, de quo aberravit Iudas abire in locum proprium. *Et dederunt ſortes: & cecidit ſors ſuper Matthiam, & ſimul-ſuffragiis-electus-eſt* [b] *cum undecim Apoſtolis*. Ecce ſtatuerunt [a] hoc eſt per χειροτονίαν elegerunt duos: & poſteà orantes Deũ per ſortes ex his duobus unum.

Vter eligendi modus (per publicas, aut per ſecretas voces) ſit præferend.?

An, & ubi, & quando ille prior fuerit interdictus?

Quo anno Laodicenum Concilium fuerit celebratum neſcitur: illud enim Iuſtellus in Codice Canonum anno 369. congregat: ann. 361. Voſſius: & anno 324. Binius

b] lege 1. 22.

Quo modo S. Matthias Apoſtolis adnumeratus ſit?

Barſabas, Græcè Βαρσαβᾶς, vox eſt Syriaca, & *reverſionis, converſionis, quietis*, aut *juramenti Filius* interpretatur.

Profectò in primitivâ Eccleſiâ Epiſcopi per manuum impoſitionem (cœteris additis) conſecrabantur, & hoc Petrum modo in ſuum ſucceſſorem conſecraſſe Clementem fatetur ipſe Clemens, & ex ipſo Hiſtoriographi plurimi, & P. Franciſcus Cartiere in Digeſto Chronologiæ Papalis edito Lugduni 1657. agens de Clemente *pag. 9. a.* ſic inquit. *Quod autem additur, Clementi datam manus impoſitionem pro Pontificatu ab ipſo Petro Epiphanius, & Ruffinus*

An Petrus Clementem manuũ impoſitione in ſucceſſorem ordinaverit?

Cur ille non ſucceſſerit immediatè?

An ſtatuo ſit deliberο, aut judico?

exponunt, id quidem verum eſſe, ſed Epiſcopatum recuſaſſe uſque ad Chorepiſcoporum ſeu Coadiutorum obitum.

a] Verbum *ſtatuo*, etſi alias habet ſignificationes, hic eſt *judico & delibero*; quo ſenſu Ovidius lib. 2. Triſt. Eleg. 1.

Reo quoque privatus ſtatui ſine crimine Iudex

Duos ergo illos, deliberatione & judicio præmiſſo per ſingulorum ſuffragia delegerunt & ſtatuerunt.

Electus fuit Matthias per ſuffragia, & per ſortem.

b] Et confirmat hoc illud verbum Græcum συγκατεψηφίσθη à radice συγκαταψηφίζομαι, pro Vulgatus *adnumeratus eſt*, poſuit: & Arias Montanus *ſimul ſuffragiis electus eſt*. Fuit ergo Matthias ſimul per ſuffragia & per ſortem electus: per ſuffragia quidem; quia duo fuerunt ſtatuti per voces: per ſortes, quia ſuper hos duos illæ immiſſæ, & cecidit ſors ſuper Matthiam.

An Iuſtus ſit nomen Latinũ? Quid Hebraicè ſignificat?

c] Ioannes Leuſden in Onomaſtico Sacro. *Iuſtus* ἰοῦστος. *Latinum eſt. Cognomen Ioſeph, qui dicebatur* Barſabas. *Actor.* 1. 23. Sed unde quæſo Hebræus ſortitus eſt cognomentum Latinum? Putarem igitur radicem eſſe סות SVTH, *perſuadere, conſulere*, & præpoſita IVD, litera nominis propriè characterica, ſcribetur ISVTH, & ſignificabit *Conſiliarium*.

Καρδιογνώστης *Cordium cognitor, eſt cognomentum proprium Dei.*

d] *Cordium cognitor* à Græcis dicitur καρδιογνώστα uno ſolo vocabulo: & hinc ſumpſit Eccleſia, quæ ſæpe Deum *Cordium cognitorem* implorat. Pontifex in Diaconorum conſecratione. *Super hos quoque famulos tuos quæſumus Domine placatus intende, quos tuis ſacris Altaribus ſervituros in officium Diaconatus ſuppliciter dedicamus. Et nos quidem tanquam homines, Divini ſenſus & ſummæ rationis ignari, horum vitam quantum poſſumus, æſtimamus. Te autem Domine, quæ nobis ſunt ignota, non tranſeunt; te occulta non fallunt; tu cognitor es ſecretorum; tu* καρδιογνώστης, ſcrutator es cordium: *tu horum vitam cœleſti poteris examinare judicio.* &c.

Sanè per Χειροτονίαν, & publicas Electorum voces, Diaconorum, & Sacerdotum Ordinationes in Primitivâ Eccleſiâ fuiſſe factas, ex multis locis comprobatur. Et eſt ille clariſſimus, qui *in act.* 14. 24. reperitur: ibi enim Paulus, & Barnabas Χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ᾽ ἐκκλησίαν, προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν, παρέθεντο αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ εἰς ὃν πεπιστεύκεισαν. Vulgatus. *Et cum conſtituiſſent illis Presbyteros per ſingulas Eccleſias, & oraſſent cum jejunationibus, commendaverunt eos Domino, in quẽ crediderunt.* Arias Montanus. *Ordinantes* (extendentes manum) *autem illis Presbyteros per Eccleſiam, precati cum jejunationibus*. &c. Et confirmant hunc morem antiquæ Rituum formulæ, quibus etiam num utimur. Interrogat Archidiaconum publicè Pontifex in Diaconorum, & Sacerdotum conſecratione. *Scis illos dignos eſſe?* & reſpondet: *Quantum humana fragilitas noſſe ſinit, & ſcio, & teſtificor ipſos dignos eſſe ad hujus onus Officii*. Et non obſtante hoc reſponſo Archidiaconi, rogat Populum Pontifex, & ait, *Si quis habet aliquid contra illos* (ad Diaconatum promovendos) *pro Deo, & propter Deum cum fiducia exeat, & dicat; verum tamen memor conditionis ſuæ*. Copioſiùs adhuc in Presbyterorũ conſecratione loquitur Pontifex; inquit enim. *Neque enim fuit fruſtrà à Patribus inſtitutum, ut de electione illorum, qui ad regimen altaris adhibendi ſunt, conſulatur etiam populus: quia de vita & converſatione præſentandi, quod nonnunquam ignoratur à pluribus, ſcitur à paucis; & neceſſe eſt, ut faciliùs ei, quis obedientiam exhibeat ordinato, cui aſſenſum præbuerit ordinando. Horum ſiquidem Diaconorum in Presbyteros, auxiliante Domino, ordinandorum converſatio* (*quantum mihi videtur*) *probata, & Deo placita exſiſtit, & digna* (*ut arbitror*) *Eccleſiaſtici honoris augmento. Sed, ne unum fortaſſe, vel paucos, aut decipiat aſſenſio, vel fallat affectio, ſententia eſt expetenda multorum. Itaque, quid de eorum actibus, aut moribus noveritis, quid de merito ſentiatis, libera voce pandatis; & his teſtimonium Sacerdotii magis pro merito, quam affectione aliqua, tribuatis. Si quis igitur habet aliquid contra illos, pro Deo, & propter Deum, cum fiducia exeat, & dicat: verumtamen memor ſit conditionis ſuæ.*

Apoſtolorum tempore Presbyteri & Diaconi per ſuffragia publica, ſeu Χειροτονίαν, *deligebantur.*

Hodie & populus conſulitur, An dignus miniſterio ſit, qui ad Ordines Sacros adſpirat.

Propoſitio, quos nos eligimus, libentiùs quàm aliis obedimus.

Interdum quod neſcitur à multis, ſcitur à paucis.

Cur jubeatur Accuſatori, ut memor ſit conditionis ſuæ.

Solebat dicere Imperator Trajanus, Se velle talem eſſe erga ſubditos, qualem, quando erat ſubditus, erga ſe fore Principem deſiderabat.

Et his ultimis verbis monet omnes, qui velint accuſare, aut deponere, ut erga ordinandos tales ſint, quales ipſi, ſi ordinarentur, fore cæteros deſiderarent.

An etiam Sacerdotium manuum impoſitione conferatur?

Χειροτονία Electionem, Χειροθεσία verò Conſecrationem reſpicit: quam ob rem ipſamet Manuum Impoſitio, in Sacerdotum Ordinatione & Conſecratione, ſi per ea reſtringantur, quæ debent addi, collationem poteſtatis conſecrãdi corpus, & ſanguinẽ Domini noſtri Ieſu-Chriſti, & pœnitẽtes abſolvendi à peccatis cõſignificat. Et quia inter Græcos Latinoſq; in hujus Sacramenti collatione magna differentia invenitur, opus erit, ut ſuo in loco uberiùs de hoc ipſo argumento diſſeramus. Interim adducam verba Pauli Tito ſic ſcribentis. Reliqui te in Cretâ, ut reliqua corrigas, & conſtituas per Civitatem Presbyteros, ſicut ego ti-

bi

bi diſpoſui: videlicet imponens illis manus, & faciens cætera, quæ ante diſceſſum ordinavi. Et Cæremoniam his verbis Romanum Pontificale præſcribit. *Pontifex ſtans ...... imponit ſimul utramque manum ſuper caput cujuslibet ordinandi, ſucceſſivè nihil dicens. Idemque faciunt poſt eum omnes Sacerdotes, qui adſunt; &c.* & poſteà ſub Miſſæ finem. *Pontifex cum mitrâ ſedens ſuper faldiſtorium, ante medium altaris imponit ambas manus ſuper capita ſingulorum coram eo genuflectentium, dicens cuilibet;* Accipe Spiritum-Sanctum; quorum remiſeris peccata, remittuntur eis; & quorum retinueris, retenta ſunt *&c.*

Quòd ore expreſsè dicit, idipſum per manuum impoſitionem ſignificat implicitè, & tacitè.

Per manuum impoſitionem tradi inſtrumenta implicitè, quæ expreſsè à Latinis traduntur, conſtat ex Ordinatione Græcorum, quam *in Theologia Fundamentalis tom. III. Fund. 69 diſp. 1. num. 3633. pag. 277. b.* ediſſerui: citavi enim Cardinalem Lugo *de Sacram. in comm. diſp. 2. ſect. 5. nu.* 85. dicentem. [Nunc in Eccleſiâ Græcâ, non ſolùm Epiſcopi Schiſmatici, ſed Catholici etiam, & qui Romæ degunt, dum Græcos Preſbyteros ordinant, ſciente, & conſentiente Summo Pontifice (me præſente) non per Calicis, & Patenæ porrectionem id faciunt, ſed per manûs (lege, manuum) impoſitionem ſuper caput Ordinandi, dicente Epiſcopo, *Divina Gratia, quæ ſemper infirma ſanat, & quæ deſunt ſupplet, creat, ſeu promovet N. venerabilem Diaconum in Presbyterum.* Quem ritum ordinandi nemo jure damnare poterit, aut veriſimiliter de ejus valore dubitare. *&c.*] Et Cardinali per omnia conſonant Arcudius *de Sacram. Ordin. cap. 2. diſp. 5. ſect. 3.* Dicaſtillus *tract. 1. de Sacram. diſp. 1. dub. 20. & 21.* Diana *part. 8. tract. 1. reſol. 42.* Leander *part. 2. tract. 6. diſp. 3. qu. 4. pag. 15.* & alii. Sed, quia in noſtræ Fundamentalis Theologiæ loco nuper citato hæc omnia uberiùs & clariùs pertractantur, non eſt cur tibi jam dicta referibamus.

Ritus, quem Pontifices Græci obſervant in Conſecratione Sacerdotum.

Nec patir, nec vinum, nec calix nec patena, nec alia inſtrumenta Ordinando traduntur.

Sed & Epiſcoporum conſecratio per impoſitionem manuum ſignificatur. Profectò Apoſtolus Timotheo Epiſcopo inter alia ſic ſcribit. Rogavi te, ut remaneres Epheſi, proficiſcens in Macedoniam, &c. Nemo tuam juventutem contemnat: ſed exemplum eſto Fidelium in verbo, & converſatione, in charitate, in ſpiritu, in fide, in caſtitate. Dum venio attende lectioni, exhortationi doctrinæ. Ne neglige illud te Χάρισμα donum (gratiam) quod datum eſt tibi per prophetiam μετὰ ſecundum impoſitionem manuum Presbyterii, hoc eſt, Epiſcoporum. Et hanc ipſam χειροθεσίαν in Epiſcopi conſecratione Pontificale Romanum verbis iſtis preſcribit. *Deinde Conſecrator & Adſiſtentes Epiſcopi ambabus manibus caput conſecrandi tangunt dicentes*, Accipe Spiritum Sanctum, *&c.* Ergo quando Epiſcopi præmiſſis præmittendis imponunt Sacerdoti manus, & conſecrant in Epiſcopum, hæc ipſa manuum impoſitio per cæremonias præcedentes reſtricta loquitur, & virtualiter formulam verborum convenientem includit.

1. ad Timoth. 4. 14.

An Epiſcopus à tribus Epiſcopis manuum impoſitione conſecretur?

Mores iſtos antiquos non bene Recentiores ennarrãt: at inter eos Juſtellum audire placet, qui *in Notis ad Eccleſiæ Catholicæ Canones* ſic ſcribit. [Fuit vetus mos Eccleſiæ in Epiſcopis ordinandis, ut rogarentur ſuffragia non modò Cleri ſed etiam populi; atque ut omnium de eo, qui ordinandus erat, judicia ſciſcitarentur, illius nomen plebi publicè proponebatur, factâ omnibus poteſtate, quicquid vellēt, eis objiciendi: & hoc eſt quod ſeribit Balſamo *in Can. 5. Concilij Laodiceni*, Ἐν ταῖς ψήφοις λεγόντα τινὰ πολλάκις καὶ ἀνάξια τῶν ψηφιζομένων. & Zonaras in Can. 1. Apoſtol. cujus verba ſupra retulimus in annotationibus ad Can. 109.] Hæc Juſtellus. Sed *eis objicere* ſuffragia ſupponit eſſe publica, & Balſamo de ſecretis ſcribit: nam ψῆφος eſt *calculus*, à verbo ψάω, quod λεπλύνω ſignificat: ſunt enim tenues & parvuli lapilli, qui ſumuntur pro calculis. Scapula verb. ψῆφος.] Pro ipſo ſuffragio ſumitur, ſeu ſententia & decreto, quod calculis ferebatur.] Cæterùm, quia nominavit Zonaram, ejuſque verba, quæ alibi adduxerat, hîc omittit, uberioris doctrinæ gratiâ illa ſubjicio. [Nunc quidem, inquit Zonaras, χειροτονία *Cheirotonia* vocatur abſolutio precum, Sanctique Spiritus invocatio, dum Sacerdotio quis initiatur, & conſecrationem ſortitur: Ex eo dicta, quod Pontifex extendat manum, benedicat homini ad Sacra deligendo: ſed ipſum ſuf-

An bene Hiſtoriographi de moribus antiquis ſcribant?

An in electione Eccleſiaſticorũ fuerint ſuffragia publica?

Quid ſignificet ψῆφος? Sunt ſecreta ſuffragia, quæ dantur calculis.

N. B.
Hic Zonaras χειροτονίαν cum χειροθεσία confundit: nam per illam quaſi per ſuffragia Epiſcopi, Sacerdotes, &c. deligebantur: & per hanc (manuum impoſitionem) additis cæteris, quæ requirerentur, ordinabantur & conſecrabantur.

Digitized by Google

ſuffragium quondam nominatum eſt Χειροτονία, nam cum turbæ liceret in urbibus eligere Sacrorum præfectos conveniebat ipſa turba. Et alii quidem hunc, alii verò deligebant illum. Quatenus autem plurium ſuffragium vinceret, eligentes ferunt ſolitos extendere manus, & per manus ita porrectas numerabantur, qui hunc, vel illum deligiſſent. Plurium verò calculis electum ſummo Sacerdotio præfecerunt *Chirotonia* nomen hinc deſumptum, quo ſic etiam ſynodorum Patres inveniuntur uſi, ſuffragium nominantes Chirotoniam. Laodicenſis nempe ſynodus *in canone quinto* dicit; *Non oportere Chirotonias in Audientium præſentia fieri.* Chirotonias appellarunt calculos, & ſuffragia. In plenâ quidem Pontificis approbatione, conſummatione que magis obtinebat conſuetudo plures una conveniendi: ſed in ſuffragiis ferendis, eo quòd inducerentur, & accuſarentur electorum virorum culpæ quædam, tunc & crimina proponerentur, aliquos vetatur adeſſe, & hæc audire.] Et hæc ſunt verba Zonaræ, quæ inſinuabat Iuſtellus, modo eum pergere permittamus, progreditur enim, & ait.

Qualis mos in profanis, & ſacris Electionibus olim obſervaretur?

[Hujus antiqui moris etiam extant veſtigia apud Cyprianum *epiſt.* 12. 33. 52. 57. & præcipuè *epiſt.* 68. ut videre licet in præcedentibus an. C. 258. Id moris fuit apud Græcos, & Romanos tam in Civilibus, quàm Sacris (ait Iuſtellus.) Hinc lapſu temporis Civilis appellatio abiit in Sacram. legimus enim Paulum, & Barnabam initio exorientis Eccleſiæ Presbyteros per ſingulas Civitates, & Eccleſias Χειροτονία idcſt *porrectione manuum, ſeu ſuffragio, & conſenſu populi* ordinaſſe. Id enim teſtatur Lucas *cap.* 14.23. Eodem modo Sacerdotes eligi docet Lampridius verbis Alexandri Severi.]

De Alexandro Severo. Qualis fuerit? Quanti fecerit Dominum noſtrum Ieſum-Chriſtum?

Fuit autem hic prudens & clemens Imperator, de quo ad ann. 234. pag. 391. hæc in ſuo Chronico Genebrardus ſcribit. [Alexander Severus in Larario ſuo majore ſacra facere erat ſolitus, inter Statuas ſuas, Chriſti, & Abrahami imagines habens: in minori autem Virgilii, Ciceronis, Achillis, & Magnorum Virorum, Lampridius.] Ergo, ſiquidem Alexander Severus piè de Chriſto ſentiebat, ut ſcribit idem Genebrardus *in Indice*, dignus erit, ut à nobis audiatur. *Vbi aliquos* (Severus) *voluiſſet*, ait Lampridius, *Vbi aliquos voluiſſet*, inquit, *vel Rectores provinciis dare, vel Præpoſitos facere, vel Procuratores, ideſt Rationales ordinare* [a] *nomina eorum proponebat, hortans populum, ut ſi quis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus,* [b] *ſi non probaſſet, ſubiret pœnam capitis. Dicebatq; grave eſſe, cùm id Chriſtiani, & Iudæi facerent in prædicandis Sacerdotibus, qui ordinandi ſunt, non fieri in Provinciarum Rectoribus, quibus, & fortunæ hominum committerentur, & capita.* Vide D. Blondelli Diſſertationem *de Iure plebis in regimine Eccleſiaſtico*, in qua videbis, quales antiqui mores fuerint; verùm enim verò ineptè colliges ſic debere hodie fieri, nam quæ ſunt Humani Iuris mutatis temporibus perſoniſque eâdem authoritate, quâ priùs fuerant inſtituta mutantur.

De examine, quod præmittebat Gubernatorum Electioni.

Humani mores, legeſque, cum tempore & perſonis mutantur

a] Nomen *Rationalis*, quod hic Lampridius Procuratori attribuit, & in Italia illi, qui ratiocinia examinat, accenſetur, ſi etymon contempleris, omni ſuperiori convenire pronuncio: ſive enim leges publicas ferat, ſive privata præcepta imponat, ſive in latis & poſitis diſpenſet; ſive tranſgreſſores caſtiget, ſive obſervantes coronet; debet Rationem ſequi; erant enim Principes, qui affectibus privatis ſeducti, ineunt viam, quam ſibi præſcribit Caro, & Sanguis.

Quid nomen Rationalis ſignificet?

In omni latione & diſpenſatione legũ debent Principes à ratione pendere.

b] Si accuſare ſufficiat, nemo erit innocens, ſcribit Iulianus Imperator ad Proconſulem Africæ. Ergo de Talionis pœna leges debent admitti in bene gubernata Republica. Sed dicunt. [Reipublicæ intereſt, ut peccata puniantur. At, ſi Talionis pœna Accuſatori, qui non probat, immineat, nemo accuſare audebit. Lex igitur de Talionis pœna eſt ſemper pernitioſa Reipublicæ.] Reſpondeo hoc argumentum contra Deum militare, qui Moſaicam Rempublicam inſtituit, Accuſatoreſque improbos Talionis condemnavit ſupplicio. At Deus eſt infinita Sapientia, & errare non poteſt. Delirat ergo, qui corrigere vult, quæ Deus ſumma providentia præſcripſit.

De pœna Talionis.

An ſit admittenda in Republica?

A Deo illa in lege Moſaica præſcribitur.

Si dicas, nimis ſeverè proceſſiſſe Severum, calumniatores enim jubet puniri pœna capitis; &, ſi Cenſuram tuam ratiocinatione hac confirmes. [Talionis pœna poſtulat, ut malum quod iniquus Accuſator volebat inferre innocenti, in caput ejuſdem labatur. At imperator ſeveriùs damnat Accuſatorem, qui non probat, quàm Reum, qui convinceretur condemnaret. Exorbitat ergo Imperator; & eſt multò ſeverior, quàm deberet. Probatur Minor. Si enim convinceretur Reus, non ideò condemnaretur capite, ſed tantùm impediretur ſua promotio. At Accuſator, ſi de calumnia convincatur, debet mori. Ergo lex Reo, & Accuſatori eſt inæqualis. Ergo, ſi inæqualis, iniqua.

Qualis Talionis pœna debeat eſſe?

An Severus nimis ſeverè ſtatuat?

Reſpondeo propter leves culpas non poſſe impediri promotionem illorum, qui jubentur gubernare Rempublicam. Quoniam (1) nemo eſt, qui imperfectionibus levibus careat: & (2) quoniam de culpis levibus in tribunalibus Cæſareis & Regiis non inquiritur. Voluit ergo Imperator, ut ea ſola crimina Miniſtrorum promotionem impediant, quæ ſi plenè probentur, illos pœnæ capitali ſubjiciant. Et

Non poteſt ob levem aliquam imperfectionem Miniſtri, aliàs dignè impediri promotio.

Int plena & ſemiplena probatione.

con-

Digitized by Google

An ad Severi Imperatoris mentem, hoc obſit promotioni.

conſultò illud ſcripſi plenè, informatio enim feminſtena non obeſt, ſcitè enim & prudenter monuit Imperator, *manifeſtis rebus*, hoc eſt, indubitatis argumentis, Accuſatores contra Candidatum (qui ad dignitatem adſpirat) & non aliter poſſe procedere.

SECTIO XI.

De Presbyterarum, & Diaconarum Electione. An fieret per Χειροθεσίαν?

Κεγχρέαις Portus eſt ex una parte Corinthi, nam alter ex altera Iſthmi parte dicebatur Λεχαίαις.

DE illis non ſolùm in Antiquis hiſtoriis, ſed, & Epiſtolis Pauli non obſcuram mentionem reperîmus. In primo ad Romanos Epiſtolæ. Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν· οὖσαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας, τῆς ἐν Κεγχρεαῖς. *Commendo autem vobis Phœben, ſororem noſtram, exiſtentem Diaconam Eccleſiæ, quæ in Cenchreis.* Et in ſecundo ad Titum. Σὺ δὲ λάλει..... Πρεσβύτας νηφαλίους εἶναι:.... Πρεσβύτιδας ὡσαύτως ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς. *Tu autem loquere* &c. *Presbyteros ſobrios eſſe*. &c. *Presbyteras ſimiliter in habitu ſanctè-decentes*. &c. Vide Epiſt. Plinii ad Trajanum. Et quidem antiquiſſimum eſt in Eccleſiâ habere fœminas, quæ ſervirent pauperibus, & Diaconæ ſeu Diaconiſſæ vocarentur. Videntur ante Soterem Papam, & annum 175. per abuſum multa hujuſcemodi fœminas ſibi arrogaviſſe: hic enim Pontifex, ut P. Franciſcus Carriere in Digeſto Chronologiæ Papalis ſcribit. [Conſtituit, ne ulla Diaconiſſa, licet Monacha, Sacra vaſa, aut pallas, ſeu corporalia contingat, nec incenſum circa altare deferat: id ea de cauſa tunc potuit conſtitui, quod ex Montani ſectâ fœminæ ſe ſacris Myſteriis immiſcerent. Incauta, & in malum vergentia juramenta non obſervanda definivit.]

Quanam olim Diaconæ, & Presbyteræ fuerint?

Diaconi & Presbyteri habent uxores apud Græcos.

Sortiebantur hæc nomina fœminæ ex matrimonio, aut miniſterio: nam PRIMÒ, Diaconorum *Diaconæ*, & Presbyterorum uxores dicebantur *Presbyteræ*, quo ſenſu hodie Senatorum, & Conſiliariorum uxores, *Senatrices*, & *Conſiliariæ* nominantur.

An etiam Epiſcopi.

*] Hac Apoſtoli (jam in Romano Clero antiquata) licentia abutens Titius, Poeta Calviniſta, dicebat.

Ex eodem vocum abuſu & uxores Pontificum *Epiſcopæ* poterant dici: quoniam in primitivâ illi Eccleſiâ conjugati erant: ait enim 1. ad Timoth. 3. 2. Paulus: [*] Δεῖ οὖν τὸν Ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι: μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. *Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum*. Vide 1. Corinth. 7. 2. Conſonat, & Canon Apoſtolicus Quintus. *Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ſuam uxorem non ejiciat occaſione Religionis: ſi verò ejicit à communione pellatur: perſiſtens ordine, removeatur*. Vbi ſic Zonaras. *Hoc enim* (nempe uxorem ejicere) *videretur in calumniam fieri nuptiarum, tanquam mixtio conjugum faciat immundiciam: Scriptura verò dicit*, honorabiles nuptias, & impollutum cubile. *Meminit autem Canon, & Epiſcoporum conjuges habentium; quia liberum tunc erat Epiſcopis legitimum cum mulieribus conjugium*. Erant tunc Epiſcoporum honorabiles nuptiæ, & eorum filii inter digniſſimos recenſebantur: ut conſtat ex Patrum Antiocheni Concilii ad Epiſcopos univerſos Epiſtolâ, ſic enim ſcribunt. *Neceſſitate coacti Adverſarium Dei* (Paulum Samoſatenum, Antiochiæ Epiſcopum) *cùm non cederet, excommunicavimus; & alium in locum illius, Domnum ſcilicet, Demetriani, piæ memoriæ, qui ante hunc* (Paulum) *iſti Parœciæ* (huic Antiochenæ Diœceſi) *præclarè præfuit, filium; cunctis donis Epiſcopo convenientibus ornatum; ex Divinâ Providentiâ, ſicuti perſuaſi ſumus Epiſcopum conſtituimus; vobiſq; ſignificamus, ut huic ſcribatis, & ab ea communicationis literas accipiatis*. &c. Certum ergo eſt Diaconos, Presbyteros, & Epiſcopos in primitivâ Eccleſiâ habuiſſe uxores; & per abuſum ab imperitâ eas plebe *Diaconas, Presbyteras*, & *Epiſcopas* fuiſſe vocatas. Et meritò hunc ipſum à maritorum officiis denominandi uxores modum aſſero in abuſu conſiſtere, nihil enim audiri ineptius ſolet, quàm à maritorum qualitatibus in ſago *Legionarias, Hipparchas, Capitaneas*, &c. & in toga *Doctrices, Cathedraticas, Iuriſconſultos, Medicas*, &c. *Secretorias*. &c. fœminas nuncupari. Sanè, ſi Mariæ Stuart, Scotiæ Reginæ [a] mariti, Henricus Arleus, & eo mortuo Bothuelius Comes, nominati non fuerunt Scotiæ Reges; ſicut nec Mariæ Anglicanæ conjux, Philippus Hiſpaniæ Rex, Angliæ Regis fuit ſortitus vocabulum; (omitto alios, quos in Sicilia, immo etiam in Hiſpaniâ, poſſem recen-

Paulo poſſe potest, quia ducere Epiſcopus unam Vxorem, potens laicus habere duas.

Paulus Samoſatenus depoſitus.

Quanti olim habiti Epiſcoporum & Sacerdotum filii?

An à conjugum dignitatibus officiisve uxores poſſint denominari?

Reginarum mariti non nominantur Reges.

a] Accuſatur, & decapitatur Maria 18. Febr. 1587. Exſtat tamen liber, quòd ipſa a cæde Arlæi ſit innocês Vide Genebrardum in Chronol. ad ann. 1587.

cenſere & adducere) ineptiſſimum profectò erit à maritorum officiis dignitatibus-ve eorum uxores denominare. Interim, quia ſic vulgo loqui placet, & plaruit, qui Architecti Militaris uxorem, fortè analphabetam, non ſine riſu *Ingeniariam* appellari permittimus, *Diaconas, Preſbyteras, Epiſcopas* à maritorum dignitatibus denominari permittamus. Cæterùm, quia hæc nomina, non earum, ſed ſuorum Conjugum miniſteria & officia ſignificant, ad aliam vocum acceptionem tranſeamus. SECUNDÒ enim fœminis prædicta adtribuebantur nomina, quæ authoritate Epiſcopali ad miniſterium aliquod adſumebantur: nimitùm Diaconæ, ut virginibus, viduis, & pauperibus fœminis ex Eccleſiæ redditibus opitularentur: & Presbyteræ, qui imperitas catechumenas inſtruerent, docerentq; quæ debent à Chriſtianis cognoſci. Conſule Concilium Carthaginenſe IV. *can.* XII. Tertullianum *lib.* I. *de Caſtit. cap.* 13.

An, & quo modo Diacona & Presbytera ordinabantur?

Videntur aliqui ignorantes Epiſcopi, ſicut viros, ſic & fœminas per χειροθεσι'αν ordinaviſſe; nam in eos fulminat Laodicenum, nuper à nobis adlegatum, Concilium Can. XI. & præcipir, ne per manuum impoſitionem illæ benedicantur. Et hunc Canonem verbis his Timannus Geſſelius dilucidat. *Canon* XI. inquit, *prohibet Presbyteras ex mulieribus ordinari. Duo erant genera* χειροθεσι'ας ἐυλογι'α, *&* χειροτονι'α. *Per hanc, id eſt, per conſecrationem Epiſcopi, eas creari vetat; non verò per illam, id eſt per benedictionem.* Verùm ubi χειροτονι'αν, *conſecrationem*, interpretatur, & ſibi contradicit, & exorbitat: dixerat enim benè pag. præc. *Apud Athenienſes duplex erat modus creandi Magiſtratum: unus per* χειροτονι'αν, *id eſt, manuum* (lege, *manûs*) *extenſionem, & clamoris populi approbationem.* &c. Voce ergo illa χειροτονι'α, non conſecratio, ſed electionis modus ſignificatur. Interim, quia rem Geſſelius tetigit, nos loco χειροτονι'ας vocem καθιόρωσιν ſubſtituentes, cætera retineamus. Benedicendæ enim ſunt, & non conſecrandæ illæ fœminæ, quæ olim Diaconæ, & Presbyteræ dictæ: quarum hodie antiquata ſunt in Eccleſia vocabula, miniſterium ſervatur. Quoniam in noſtro Viglevanenſi Epiſcopatu

De duplici manuum impoſitione.

Quid ſignificet χειροτονι'α?

Quid καθιόρωσις?

An hodie Diacona & Presbytera ſint?

præcipuæ Nobiles adſiſtunt Virginibus indigis, cùm dotes, aut publicas eleemoſynas ſuſcipiunt: & Matronæ pientiſſimæ præficiuntur Scholis, in quibus puellæ docentur Orthodoxam doctrinam.

SECTIO XII.

An per manuum impoſitionem olim reconciliarentur Pœnitentes.

PRæter manuum impoſitionem addita fuiſſe verba, & alias Cœremonias in Ordinum Majorum collatione conſtat ex reconciliatione Pœnitentium, non enim iterum ordinabantur, ſed per manuum impoſitionem abſolvebantur. Conſtat id clarè ex diverſis Hiſtoriis. Pater Franciſcus Carriere ad rem noſtram in Digeſto Chronologiæ Papalis *pag.* 15. *b.* ſic ſcribit. [Anno 258. Novatianorum occaſione, & Cataphrygum magna in Eccleſiâ agitata eſt controverſia, *num, qui ab hæreticis baptizati erant, cùm ad Eccleſiam Catholicam ſe conferrent, eſſent denuò baptizandi?* Quod enim utrique iidem hæretici ſoliti eſſent, quos pervertiſſent Catholicos rebaptizare tanquam immundos, id provocavit quoſdam Epiſcopos Catholicos, ut & ipſi quos ad Eccleſiam redeuntes ſuſciperent hæreticos, denuò baptizarent, ratì apud ſe ſolùm, nempè in Eccleſiâ Catholicâ verum eſſe baptiſma. At non quidem in Africâ hoc tempore à Cypriano tantùm ejuſmodi cœpta eſt controverſia agitari, ſed primò ea mota eſt in Oriente; eâ nimirùm occaſione quod Iconium in Phrygiâ convenientes finitimarum Provinciarum Epiſcopi, in odium Cataphrygum ſtatuiſſent, nihil eorum, quæ ab hæreticis facta eſſent, recipiendum eſſe ab Eccleſiâ Catholicâ non ordinationes, non baptiſmum, non manuum impoſitionem, nec aliud quodvis ſacrum teſtatur hæc Firmilianus Cæſareæ Capadociæ Epiſcopus, qui interfuit in Epiſt. ad Cyprianum. Aliarum in eamdem ſententiam celebratarû in Oriente Synodorum meminit Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus, qui & addit tam eundem Firmilianum, quàm alios ejuſdem opinionis Sectatores, ab Stephano Papâ Apoſtolicæ Sedis communione privatos eſſe. Cyprianus ergo Concilia cogit

An ordinati aut baptizati ab hæreticis, ſi ad Catholicos tranſeant, debeant rebaptizari, aut reordinari?

Cypriani error.

Orientalium opinio.

git Carthagine, & concludit rebaptizationem: Stephanum per Synodicum certiorem facit de decreto: reſcribit Papa, *Si quis à quacumq; hæreſi ad Eccleſiam veniret, Nihil innovetur, niſi quod traditum eſt.* (nempe ſervaretur) ut manus illi imponeretur in pœnitentiam. Sic Papa ex ſola auctoritate traditionis confutat omnia, quæ ex Scripturâ, vel rationibus ad robur ſuæ ſententiæ coacervarat Cyprianus ſpecialiter ex Epheſ. 4. *Vna Fides, una Spes, unū Baptiſma*, quæ apud hæreticos non ſunt.]

Declarat Summus Pontifex per ſolam manus impoſitionē reconciliandos eſſe.

Hiſtoria ſimilis reperitur in Concilio Generali VIII. quod inter Constantinopolitana quartum eſt, quia cum Photius, qui in Sedem Patriarchalem intruſus fuerat, & multos ordinaverat, fuiſſe depoſitus, quærebatur, An ordinati ab ipſo deberent iterum ordinari. Decretum tamen eſt, illos, qui adhæſerant Photio, ſi proferant pœnitentiæ libellos coram Synodo, recipiendos eſſe, & ſolâ manuum impoſitione reconciliandos.

De Photio intruſo Patriarcha Conſtantinopolitano. An contulerit ordines validè? An ordinati ab eo debuerint iterum ordinari?

SECTIO XIII.

De Simoniâ.

An manuum impoſitio vendi poſſit?

Quæſtio proponitur.

PRO Coronide præcedentis Diſcurſus quæri utiliter poterit, *An liceat pro manuum Impoſitione pretium ſumere?* quod eſt quærere, *An Divina illa Gratia, quæ per manuum Impoſitionem conferuntur, vendi poſſint?* Reſolutio negativa eſt certiſſima: illam firmant Antiqui, & Novi Pandectarum Pontificiorum Canones, quos ad viridem reducit obſervantiam Alexander VII. in Bulla, quæ incipit, *Inter graviſſimas.* & datur 2. Maji 1656. & præ ſe fert hanc Epigraphen, *Conſtitutio, & innovatio, declaratio, & extenſio Conſtitutionum Bonifacii VIII. & Gregorii XIII de datis & promiſſis pro Iuſtitiâ vel Gratiâ apud Sedem Apoſtolicam obtinendâ.* Et, ut oſtendam per has Pontifices Bullas non induxiſſe gravamina nova in Clerū, ſed Veram Chriſti Legem repoſuiſſe, producam Venerabilem Bedam, qui *tom. 7. homil. 7. in Quadrag.* [Et canitur in Officio Divino *Fer. III. poſt primam Dominic. Quadr. lect. 3.*] ſic contra Simoniacos dialecticatur.

Alexander VII reponit & innovat alterum Pontificum cōtra Simoniacos fulminatas excommunicationes.

[Si ergo Dominus, nec ea volebat venundari in Templo, quæ in Templo volebat offerri, videlicet propter ſtudium avaritiæ, ſive fraudis, quod proprium ſolet eſſe negotiantium facinus; quanta putas animadverſione puniret, ſi inveniſſet ibi alii: quos riſui, vel vaniloquio vacantes, aut alii cuilibet vitio mancipatos? Si enim ea, quæ alibi liberè geri poterant, Dominus in domo ſua temporalia negotia geri non patitur, quantò magis ea, quæ nuſquam fieri licet, plus cœleſtis iræ merentur, ſi in ædibus Deo ſacratis aguntur? Verùm, quia Spiritus Sanctus in columbâ ſuper Dominum apparuit, rectè per columbas Sancti Spiritus chariſmata ſignantur. Qui autem ſunt in Templo Dei hodie qui columbas vendunt, niſi qui in Eccleſiâ pretium de Impoſitione Manûs accipiunt, per quam videlicet Impoſitionem Spiritus-Sanctus cœlitùs datur.

Cur expulſe Dominus noſter juſſerit vendētes & ementes à templo?

Solet in Hiſpanorum Eccleſiis hęc poni Epigraphe, *Es la Igleſia para orar, Y con ſolo Dios hablar.*

Manuum impoſitio vendi nequit.

ARTICVLVS XXV.

ΔΩΡΟΛΟΓΙ'Α.

De Donorum & Munerum Colloquutione.

POſtquam de Manibus, quã potui brevitate diſſerui, de Donis & Muneribus sũ diſſerturus; quæ, quia præbentur manibus, apud Græcos, quorum Nomenclator ingenioſus & eruditus fuit, *à manibus* nomen adſciſcunt. Plinius libr. 35. cap. 14. *Græci antiqui δῶρον palmam vocabant; & ideò δῶρα munera, quia manu darentur: unde ἀντίδωρα remunerationes.* Et veterem ſignificationem adhuc retinent nonnulla compoſita, ut δίδωρον, τρίδωρον, τετράδωρον, πεντάδωρον, quibus lateres in ſtructuris ædificiorum ſignificantur; qui duorum, trium, quatuor, quinque, &c. palmorum longitudinem habent. Palmus autem, ſi minor ſit, quatuor digitos occupat; duodecim verò, ſi major. Et hinc patet propria aliqua hominũ nomina, ut Θεόδωρος, Πολύδωρος, Κασιόδωρος, &c. quæ munera ſignificare cenſentur, poſſunt, ſi contextus poſtulet, à manu, ſeu palmo deduci.

Vnde δῶρον dicatur?

ἀντίδωρα *quæ?*

Δίδωρα, τρίδωρα. τετράδωρα πεντάδωρα

Θεόδωρος. Πολύδωρος Κασιόδωρος.

Quid Manus perforata ſignificet?

Hiſpani *Principe de la mano horadada*, hoc eſt, *præditum perforatâ manu Herôem*, cum dicunt, cujus volunt Liberalitatem commendare: manus enim, ſi perforatæ, nîl retinerent. [*]

[*] Et hinc concionator ingenioſè dilucidare poterit, cur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Rex Regum, & Dominus dominantium, ſuas in Cruce manus perforari voluerit.

Dona etiam cum manibus compoſuit Virgilius Æneid. 1.

Ante oculos interque manus ſunt omnia veſtras.

id eſt, *omnia ſunt veſtra; omnia vobis donantur.* Et eodem ſenſu, quo *perforatam* Hiſpanus *manum* dicit, *præcipitem* in Panegyric. Probi eam appellat Claudianus.

Hic non divitias migrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes, ſed largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.
Quippe velut denſo currentia munera nimbo
Cernere ſemper erat, populis undare Penates
Aſſiduos, intrare inopes, remeare beatos.
Præceps illa manus fluvios ſuperabat Iberos
Aurea dona vomens.

Quid Manus præceps ſit?

Idem 1. Eutrop.

Nil negat, & ſeſe vel non poſcentibus offers.

Ecce ſummam Manuum & Munerum affinitatem: Ergo homines, qui, ut nuper videbamus, loquuntur Manibus, etiam loqui poſſunt Muneribus.

SECTIO I.

De Donorum & Munerum univerſim ſumptorum ſignificatione.

DEbent bifariam Munera conſiderari: primùm in genere, prout Munera ſunt, à taleitate præſcindendo: & ſecundò, ut ſunt talia. Vtroque colloquuntur modo: & ideò, ut diſtinctè exponantur, de illis universìm ſumptis impræſentiarùm diſſeremus: & ſectione ſequenti de aliquibus donis in particulari diſputabimus.

Duplex munerum conſideratio.

Loquuntur Munera ob rationem genericam univerſis communem: &, ſi dentur pauperibus, *eleemoſynæ* vocari debent. Manibus enim loquitur liberalis; quoniam egeni à manibus veriùs quàm à verbis recipiunt in neceſſitate ſolatium. Illuſtriſs. Dominus Laurentius Mavers Caramuel Epiſcopus Stabienſis (Hiſpanicè *de Caſtelamar*) Concept. CVII. appoſitiſſimè, Habet in Titulo. *El limoſnero ha de hablar mas con las manos, que con la lengua.* & hoc ſenſu intelligit illud Pſalm. 46.

Verùm loquantur munera?

De liberali & eleemoſynario.

An eloquatur manibus?

a.

2. Omnes gentes plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis, & verba S. Gregorii Nyſſeni, qui *tract. de Hominis opificio. cap. 8.* ait. *Rectè ſtatuitur Manus eſſe proprium quoddam naturæ inſtrumentum, & hunc ad finem factas, ut earum operâ expeditior in nobis ſermonis uſus eſſet.*

Ambiguas & ancipites voces, munera, ſi interveniant, & eas comitentur, reſtringunt. Inter Prodigalitatem & Avaritiam, quæ ſpecialiter Dona concernunt, Liberalitatem conſtituit Ariſtoteles, quam eſſe Virtutem univerſi fatemur. At inter eadem extrema medium reperit Seneca, quod eſt periculoſius illis, & *Inopportunitas* poterit appellari. Sunt autem inopportuna dona, quæ donatarium irritant veriùs, quàm devinciunt. Audiunto Senecam.

Seneca libr. 1. de benef. cap. 11.

Munera, inquit, *opportunitate grata ſint, non vulgaria; quæque aut pauci habuerint, aut pauci intra hanc ætatem habeant; aut, quæ, ſi natura pretioſa non ſunt, tempore aut loco fiant. &c. Utique cavebimus, ne munera ſupervacanea mittamus, ut fœminæ aut ſeni arma venatoria, aut ruſtico libros, aut ſtudiis ac literis dedito retia: Æquè ex contrario circumſpiciemus, ne, dum grata mittere volumus, ſuum cuique morbum exprobratura mittamus, ſicut ebrioſo vina, & valetudinario medicamenta. Maledictum enim incipit eſſe non munus, in quo vitium agnoſcitur.* Scitè profectò loquitur, qui enim pendentis è patibulo filio funes aut chordas dono mitteret, parentis exprobraret infamiam; nam, ut Hiſpanus cautè monet, *En caſa del ahorcado no ſe ha de nombrar la ſoga*; hoc eſt, *In domo illius, qui in furcâ periit, ne nominari quidem poteſt funis.*

Munera inopportuna ſunt etiam importuna.

Poſſunt & ſolent defectus donatario exprobrare.

Habet Δωρολογία ſpecialem Grammaticam, quam elegantes & ingenioſæ phraſes decórant & exornant: habet & ſpeciale Lexicon, in quo aliter, quàm vulgò ſolent, accipiuntur vocabula. Porrò *donare* eſt ſignum, quod ſecundum circumſtantias diverſam ſignificationem habet.

De Grammatica Dorica.

Dare Deo munera eſt gratiam & miſericordiam implorare. Ovidius 5. Faſt.

Quid ſignificent dona data Deo?
Quid data Principi?

Sæpe Iovem vidi, cùm jam ſua mittere vellet
Fulmina, thure dato ſuſtinuiſſe manum.

Polymnia.

Et libr. 1. & 2. de Arte idem Author.

Munera, crede mihi, placant hominesque, Deosque;
Placatur donis Iuppiter ipſe datis.

Cælitibus, Cælorum Incolis Reges in tellure ſunt ſimiles, & ideò Linguâ cum ipſis Δωρικῇ [†] debemus agere. Unde Priſcus Poeta, cujus ſententiam & numeros Plato *libr. 5. Politicæ* uſurpavit.

†] Δωρίς, Græciæ Regio eſt, & Δῶρον *donum*. Dicitur autem hic Lingua Δωρική, non quæ Dorienſium eſt, ſed quæ Donantium.

Δῶρα θεοὺς πείθει καὶ αἰδοίους Βασιλῆας.
Cum Divis flectunt venerandos munera Reges.

Qui dat Iudici munera, ipſo facto poſtulat, ut pronũciet pro ſe; & annuit ille, cùm accipiat. Ambroſius in Epiſt. ad Corinth. prim. *Munera excæcant oculos Iudicum, & vim Authoritatis inclinant.* Et cur? *Peremptorium enim eſt in Principe* (in Iudice) *vel auram odorare munerum, vel favorem quærere perſonarum, teſte Propheta*: In quorum manibus iniquitates ſunt, dextera eorum repleta eſt muneribus. *Tranſibunt iniquitates in pœnam, & munera in dolorem: quia teſtimonio Iobi*, Ignis devorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. &c. Ita loquitur Petrus Bleſenſis.

Quid tacitè dicatur Iudici, cùm dantur munera?

Qui dat Diviti, ſi pauper ſit, petit: nam in ejus dialecto *dare* eſt *petere*. Videbitur fortaſſe id mirum, ſed experientiâ conſtat & authoritate Illuſtrium Scriptorum firmatur. Michael Verinus

Quid dicat pauper diviti, cùm dona offert?

Quid non argento, quid non corrumpitur auro?
Qui majora dabit munera, victor erit.
Munera qui mittit, ſperat majora remitti.
Nemo ſuas vellet perdere gratis [*] opes.
Munera ne capias, uncus latet hamus in eſcâ;
Nulla carent viſco munera; virus habent.

*] *Gratis* habet ultimam longam. Ergo lege, *Nemo ſuas gratis perdere vellet opes.*

Hanc ſæpe à Græcis & Latinis repetitam [†] ſententiam, D. Franciſcus de Quevedo ad hoc Epigramma reduxit.

†] D. Ioſeph Antonius, qui Carmina Quevedi collegit, præſcribit, *Es argumento repetido de Epigrammatarios Latinos y Griegos.*

Si lo que offrece el Pobre al Poderoſo,
Licas, a logro, es don intereſſado;

Pues do por recibir: menos cuydado
Pedigueño darà, que dadivoſo.
Yo, que mendigo ſoy, mas no ambicioſo,
Apenas de mi ſombra accompañado,
Con lo que no te doy, he diſculpado
En mi neceſſidad lo cauteloſo.
Pues que tu hazienda a mi caudal excede,
Dexa que el ruego tu ſoccorro cobre,
Por quien mi deſnudez ſola intercede.
No aguardes, que mañoſa ofrenda obre,
Pues ſolo con no dar al Rico, puede
Ser con el rico liberal el Pobre.

Habetur in Hiſpano Parnaſſo, Muſ. 2. Son. 24. pag. 62.

Hanc (apud Martialem lib. 8. Epigr. 27. Glaurus ignorabat Grammaticam: nam monetur hoc Diſticho,

Quid munera data ſeni, divitis & ægroto, ſignificent?

Munera qui tibi dat locupleti,
Glauro, ſeniſque;
Si ſapis, & ſentis, hic tibi ait,
Morere.

Quia tamen non ut moriatur, ſed ut ſe, aut hæredem inſtituat, aut honoret numeroſo legato, placuit eumdem conceptum, ſed expreſſius, reponere. Ergo ſic inquam.

Hæc tibi decrepito Frontinus munera mittit
Parvula, quæ magna, pondera vocis habent.
Sis audire. Tibi moribundo hæc munera dicunt;
Lega Frontino, cùm moriaris, opes.

Martialis, aut noſtra veriùs Carmina, Alarconius noſter, Poeta Hiſpanus, in hac Spinellâ repoſuit [*]

*[*] Decaſticha, quorum rhythmus per has conſonantias decurrit, ABBA: ACCDDC. de Inventoris nomine *Spinella* vocantur.*

El Nieto, que te preſenta
Los regalos por momentos,
Sabiendo, que quatro cuentos
Tienes, Fernando, de renta.
Y que paſſas de noventa
Años, ſi ſentido tienes,
Y como ſabio previenes
Sus aſtucias, y chimeras;
Eſſe dize, que te mueras,
Y que le dexes tus bienes.

SECTIO II.

De aliquorum Donorum, quia talia ſunt, ſignificatione.

Mirantur aliquando Prudentes, cùm Miniſtri inconſtantem Fortunam contemplatur. Illumque *Eximium* dicunt; qui à fautorum imprudentiâ *ex imo* in ſublime ſubrigitur. Hic arte, & fraude divitias ſubripit; Majoratum inſtituit, in quo ſuum nomen fore æternum ſperat. At eſt valdè caduca hæc æternitas; vix enim claudit oculos, & requieſcit in pace, cùm omnia hæres dilapidat, prodigit, concoquit; & hoc feſtinatione tantâ, ut vix quidpiam ad nepotes perveniat. Et, ut video, hæc ipſa hæredis prodigalitas vociferatur, & *Male parta, male dilabuntur*, ingeminat. Cardinalis Paſchalius lib. de virt. & vitiis. *Aliena donationibus effundere, eſt ſua crimina oſtendere*. Et ejus Scholaſtes ibid. *Regius ille Miniſter, cui à parentibus totum Cælum ad reſpiciendum, & in tota terra ad deambulandum, & nil aliud relictum, & cui è publica vix ad victum & amictum neceſſaria penduntur, congeſtas divitias ſive avarè conſervet, ſive prodigè effundat, crimina ſua fatetur*. Ergo, tam divitias prodigere, quàm retinere, loqui eſt. Et quidem ſolet opes retinere, qui extorſit; non autem ſolet ejus hæres; unde quidam Iunior ſic cecinit.

De divitiis cũ alterum injuria accumulatis, & ad filiũ ſeu hæredem tranſmiſſis.

Vocis Eximius exponitur etymologia.

Hæres, ſive à patre ſuo malè parta, donet prodigè, ſive avarè conſervet: ſuum patrem fuiſſe furem, tacitè, ſed ſincerè, fatetur.

Dicit, opes Hæres profundit quando; Fuerunt,
(Quæ modò cenſentur munera) furta patris.

Et quia non videbatur mentẽ ſuam Latinis numeris ſufficienter exponere, hos Hiſpanicos loco Commentarii ſubjunxit.

Hoy tu prodigalidad,
Aunque mas negarlo quieras,
Va poco a poco Contreras
Confeſſando la Verdad.
Dize con ſinceridad,
[Si he de dar, quando perecen,
A eſtos, que dones parecen,
Vn titulo, que les quadre,
Son los hurtos de tu padre,
Que otro nombre no merecen.]

SE-

SECTIO III.

De Donis, quæ Cantantia *vocantur.*

An Munera animum mittentis exprimant?

MOdum divitiarum, & munerũ concernit præcedens doctrina, ſubſtantiam etiam conſideremus: ſunt enim quædam, quæ ita mentem Donantis exprimunt, ut *Dona cantantia* vocentur. Vberioris doctrinæ gratia aliquod exemplum proponamus.

Apud Galeazum Mediolanenſem Ducem Franciſcus Marcheſius Genuenſis Reipublicæ nomine Oratorẽ agebat. Hæſit multis diebus Mediolani, quin admitti ad audientiam potuerit. Et tandem D. Ioannis Baptiſtæ ſolennitate Baſilicæ folium in aureo cyatho ad Ducem miſit: donum profectò loquax; & quod in ſenſus plurimos torqueri poſſit. Sed Marcheſius vocatus, aut conſultus ſymbolum ſic expoſuit. *Baſilica,* inquit, *herba eſt, quæ leniter habita omnes odore fragantiſſimo recreat: contuſa verò, & macerata offendit, & ſcorpiones generat.* Et Genua, quæ ob divitias, & majeſtatem in Orbe Politico eſt Βασιλικὴ, diſcit, quid debeat facere à Baſilicâ vegetativâ. Vide D. Ioannem Antonium de Vera *in ſui Legati diſcurſ.* 2. *fol.* 43. *a.*

Quid ſignificet Baſilica? An, & quando optimum odorem exhalat?

Fortè non ille in aureo ſcypho Baſilicam, ſed Braſicam ad Ducem miſit. Nam cùm Dux in ſuis reſolutionibus penderet à Guiſcovii cõſilio, hoc donum potuit continere monitionem, & ſatyram. Erat autem Guiſcovius, natione Belga, tunc Hipparchus, Præſeſque Militaris Senatus, qui non videbatur Genuenſem Rem oculis amicis reſpicere. Et his circumſtantiis præmiſſis ad munus Oratoris redeamus.

De Braſicis. An ſint Vitium hoſtis?

Eſt Braſica (Lector Erudititiſſime) Vitium hoſtis, & ideò à Bacchi Baſilica proſcribebatur. Cicero de natur. Deor. *Iam Vites, ſic claviculis adminicula tanquam manibus apprehendunt, atque ita ſe erigunt, ut animantes: quin etiam à Caulibus Braſiciſque, ſi prope ſata ſint, ut à peſtiferis, & nocentibus refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere.* Et Plinius libr. 17. cap. 24. *Odit & caulem Vitis, & omne olus.* Et in Braſicis ſeu Caulibus prima ſemper folia à poſterioribus debent diſtingui. Prima ſunt delicatiſſima, & in Principum exhibentur conviviis, & tunc ipſimet Caules *procotomi* nominari ſolent, Nomen expreſſit Columella.

Primorum & aliorum foliorum in braſicis & caulibus diſcrimen.

> *Sed jam procotomos tempus decidere caules.*

rem Horatius libr. 1. ſerm.

> *Qui teneros caules alieni fregerit horti.*

Per illam igitur oblatam Duci Braſicam Orator loquebatur hoc modo.

Symbolici doni Expoſitio.

Propono ob tuos oculos, Princeps, vivam Reipublica Genuenſis Imaginem. Bacchus odio habet Braſicam; & tuus Guiſcovius, Bacchus profectò [a] *Belgicus, univerſam Liguriam. Si tanquam novus Annibal de excidio Genua* [b] *cogitas, tot erunt Cn. Servilii ab ipſa, quot Principes Supremi in Italia Braſicam iterum, Sereniſſime Dux, ob tuos oculos pono. Si carpis prima folia, quæ Procotomus* [c] *offero, ſuavia erunt, & tenera: nam Amor eſt reciprocus, & tenerè amat, quando tenerè amatur. Cæterùm, ſi procraſtinas, & neglectis his primis ſecunda folia ſpectas, erunt tibi tam dura, ut non ſis habiturus dentes, quîs illa mandas.*

Omnes Italia Principes Genuenſi Republica contra Mediolanenſes Duces favent.

a] Sunt vitia, & peccata Provincialia, quibus ſinguli Populi commaculantur. De illis in mea Fundamentali Theologia ſpecialiter diſputo, & præcipua in Numeris, quos ſubſcribo, reperies. *Bono Polonicus,*

Mentalis Suevica,
Conſtantia Gallica,
Humilitas Hiſpanica,
Devotio Italica,
Et Iejunia Germanica,
Nihil valent omnia. [*]

De peccatis Provincialibus An ne dentur: & quænam illa ſint?

*] Propoſitiones Indefinitæ in materia Morali, de aliquibus intelligũtur; nam univerſaliter ſũptæ ſunt falſç: multa enim in quacumque provincia *Sunt bona mixta malis, ſunt mala mixta bonis.*

Vitium quod communiter utriuſque Germaniæ (Inferioris, & Superioris) indigenis exprobrare ſolent Authores, eſt ebrietas. Vnde in Pentaſtichis, quibus D. Hieronymus Cancer ſolennitatem, qua D. Anna Maria Antonia, Hiſpaniç Infans, nunc Galliç Regina, ann. 1635. fuit Madriti baptizata, deſcribit, ſic inquit.

Baptizatur Chriſtianiſſima Galliæ Regina.

Del Tudeſco mas mohino,
Al Eſpañol mas galan.
Referiros determino,
Eſpañoles pan por pan,
Tudeſcos vino por vino.

Quando enim vult Hiſpanus ſignificare ſe aliquid clarè, & palam dixiſſe, ait: *Se lo dixe pa a ena pan*, vel etiam *Se lo dixe pan per pan*, hoc eſt, *Illum ſum adloquutus, vocando panem, panem* videlicet, *accipiendo voces in propria, & non in metaphorica ſignificatione.* Et hinc non ſine gratia Cancer, ſiquidem agens cum Hiſpanis debebat panem vocare *panem*, cenſuit ſui eſſe muneris, apud Germanos vinum vocare *vinum.*

Pe a ena pan.
Pan por pan.
Vino por vino.

b] Genua, Liguriæ Caput, opulenta, & glorioſa Reſpublica. Quia ibi maris ora, quaſi genu eſt recurva, fuit dicta *Genua*: & hanc teneo ſententiam, nam littoris obliquitatem vident oculi, & ridet Mens, quæ de Saturni filio, Ge-

De Genua. Vnde nomen ſortita? Deleta fuit, & inſtaurata.

nuo,

Genuo; aût de Genuino, ſodali Phaethontis in Poetarum monumentis leguntur. Hanc penitùs delevit Annibal; ſed Cn. Servilius reſtauravit, ut habemus ex Livio.

Procotomus.

e] Vox *Procotomus*, qua uſus eſt Columella, & Raviſius Textor *in Epith.verb.Caulis*, exponit, in Calepino, & Scapula non reperitur.

SECTIO IV.

De Dono Cantante, Dario, Hyperboreas Provincias invadenti, à Scythicis Regulis miſſo.

Scythæ mittunt Legates, & munera cantantia ad Darium.

PLacet aliud exemplum grandius & celebrius ſubnectere, cujus memoriam apud multos, & graves Scriptores invenio. Dario enim, [*] cum ſuperbia, & ambitione æſtuans ingrederetur Scythiam, & inciperet, quod copioſis exercitibus extra patriam militantibus frequenter accidit, rerum omnium inopiâ laborare, occurrerunt Borealium Populorum Legati, ſine literis, ſine verbis, munera offerentes ſuorum Principum nomine, videlicet *Murê*, *Ranam*, *Avem*, *& quinque Sagittas*. Bruſ. . cap.30. Ipſephus Langius in ſuo Florilegio verb. Legatus columan. 1545. Obſcura eſſe hæc ſigna noſter Doctiſſimus Angelus Manrique in ſuâ Laureâ teſtatur. Darius, putabat enim non eſſe in toto terrarum Orbe Principem, qui in ſe arma movere auderet, eſſe Obedientiæ, & obſequii Oratores ſupponens, ſic ſymbola fuit interpretatus. *Scytharum & Borealium Regulorum, & Gentium prudentiam, & providentiam laudo; conſultius enim fuit noſtro triumphali laburo ſe ſubmittere, quàm Martis Invicti experiri furorem. Terras, quas in mure; fluvios, lucus, & aquas, quas in ranâ; equos, quos in volucre (ſcio enim illos apud vos velociſſimos eſſe) & veſtros exercitus, & arma, perſonaſque, qua in ſagittis Perſarum Obedientia, & Imperio ſubjicitis, ſub meam protectionem ſuſcipio, & vos in pace & amicitia ut ſervos fideles fovebo.* Ad hæc impatiens Gobrias [a] inter Legatos primùs verbis his Perſarum arrogantiam obtudit. *O peregrini Milites, qui ignotas has regiones, ſine conſilio deluſi ſpe vana, tentatis. Scythas, qui his vos adloquuntur ſignis, & monent ſymbolis, audite, intelligite, fugite. Niſi enim citò evoletis ut aves, his ſagittis confecti cogemini ranarum inſtar inſilire in paludes, aut ut mures in horum montium latitare, & perire cavernis. Ergo ſtatim recedite; aut aliàs debebitis quinque Scytharum Regum, quos hæ ſagittæ repræſentant, fulmina militaria experiri.*

*] *Darius*, Græcè, Δαρεῖος, habet duas priores longas Claudianus in Epiſt. ad Adrianum. *Darii famuli manibus deluſſe peremptum.*

Quo modo illa munera Darius fuerit interpretatus?

Quo autem modo eadem Gobrias?

Quis Gobrias fuerit?

a] Quis fuerit iſte Gobrias, apud Antiquos non reperio. Videtur Scytha fuiſſe, non Perſa; aliàs enim ſic loqui non auderet Dario. Donec igitur dilucidior claritas Veritatis affulgeat, ἀρχιαπόστολος fuerit, potuerit q; ſic loqui immunitate Legationis ſuffultus.

SECTIO V.

De Chirothecæ projectione.

Quid inter Nobiles, & Milites ipſa ſignificet?

Projicere chirothecam, quid ſit?

QVI alterum ad ſingulare certamen provocat, eidem projicit chirothecam. Morem hunc ex Hiſpaniâ in alias Provincias profluxiſſe videtur aſſerere P. Pineda, qui Iob *c.1.verſ.1.fol.19.* dilucidans, *Porrò*, ait, *antiqua ſolenniſq; fuit, apud Hiſpanos bellica caremonia, ut qui alterum laceſſerit ad ſingulare certamen, hoſti præſenti, & hoſtiliter appellato in multorum oculis chirothecam projiceret, illumque depopoſcerit ad pugnam.* At ritus iſte militaris antiquiſſimus, & etiam communiſſimus eſt: monet enim Rabbi Himmanuel illum Davidis verſum, *In Idumæam extendam calceamentum meum* exponens non ſolùm *calceamentum* aut *compedem*, ſed & *chirothecam* legi poſſe: mos enim erat inter Reges, ut, qui Civitatem obſideret, chirotheeam immitteret, ſignificans ſe non diſceſſurum, niſi urbe captâ, & per vim recuperatâ chirothecâ. Ego autem *calceum* ibi, non autem *chirothecam* reperio: hos enim numeros duobus in locis modulatus fuit David: videlicet *pſalm.* 59. 10. & 107. 10. & utrobique dicit

Eſt provocare ad duellum.

Rabbi Himmanuel.

Ritus in obſidione obſervatus.

An David hujus militaris caremonia meminerit?

עַל־אדום אשליך נעלי

Al-Edon Aslie naali

Super Edon projiciam calceamentum meum.

Monet Vatablus eſſe idiotiſmum: inquit enim. [Phraſis Hebraica, *projicere calceamentum*, pro *immittere pedem*: q.d. *Calcabo Edom tanquam mihi ſubjectam*.] At *projicere* non eſt *immittere*; & pedes immittuntur, & non projiciuntur. Ioannes Henricus Alſtedius נעל *calceavit*, jubet eſſe Radicem Arabicam, & in He-

Quid ſignificet Hebraicè Radix נעל *Naal?*

Digitized by Google

Hebraica lingua eſſe *obſervavit.* unde Pſalmi verſum traducere deberet dicendo, *In Edom immittam exploratorem meum*, aut *exploratores meos* in plur. ſi velis. Debuiſſet igitur Rabbi Himmanuel nobis oſtendere, unde didicerit vocem Hebraicam גֶּעֶל ſignificare *chirothecam*. Carolus Bovillius aſſerit vocem *Gantz* pro chirothecis eſſe originis dubiæ. Sebaſtianus Covarruvias *in Theſauro verb. Guante* conſonat Pinedæ, & ſcribit, *Entre ſoldados y gente belicoſa deſafiando uno a otro le arroja el guante en el ſuelo: y aquella es ſeñal de deſafio. El deſafiado le alça, y con eſſo le acepta. Que origen aya tenido eſta ceremonia, no ſe ſabe de cierto: parece, que el que deſafia da el guante, para tener occaſion, y confiança de cobrarle de el por fuerça: y haviendole de dar alguna prenda, parece que no ſe halla con otra mas a mano de la, que tiene en la mano, y no le haze falta, como le haria la capa, la gorra, el çapato, otro qualquier adorno de ſu perſona.*

Quo externo ſigno Provocatio & Acceptatio Duelli ſine alla verborum pronunciatione fiat?

Cur potiùs chirotheca quàm pallium aut pileus projiciatur?

SECTIO VI.

De muneribus Hoſtium.

An imprudenter admittantur?

Qualia ſint inimicorum dona.

Hector & Ajax fuerunt hoſtes. Fuit ille Priami Regis Trojani filius: hic autem Thelamonis. Certarunt ſimul: cùm autem nox interveniens duellū diremiſſet, ſe mutuis donis honorarunt. Hectori enim ſuum baltheū dedit Ajax, huic autem ille ſuū gladiū. Dona utrique exitialia. Nam Hector cum Achille certamen iniens, è curru lapſus, & baltheo pēſus, occiſus miſerrimè fuit: & Ajax cùm poſteà Achillis mortui jure arma peteret, & repulſam pateretur indignè, gladio illo, quem ab Hectore acceperat, ſe interfecit.

SVſpecta ne pernicioſa dixerim omnium inimicorum munera; tendunt enim in noſtram perditionem ſub liberalitatis ſpecie. Vnde apud Græcos inculcatur Adagium.
Κακόν γε δῶρον ἴσον ἐστὶ ζημίᾳ.

Munus malum perinde eſt, ac diſpendium;
Non adjuvat, quæ largiatur noxia,

Et talia fuerunt munera Hectoris, & Ajacis, de quibus hos verſus antiquos invenio.

Ἕκτωρ αἴαντι ξίφος ὤπασεν, ἕκτορι δ' αἴας
ζωστῆρ' ἀμφοτέρων ἡ χάρις εἰς θάνατος.

Ajaci datus enſis ab Hectore, baltheus Ajace
Hectori, utrique ſuum donum erat exitio.

Si autem Hiſtoriam neſcias, illam ſequentia Carmina dilucidabunt.

Πικρὰ δ' ἀλλήλοις Ἕκτωρ χάριν ἠδὲ φέρασπις
Αἴας ἐκ πολέμου μνῆμ' ἔπορον φιλίης.
Ἕκτωρ γοῦν ζωστῆρα λαβὼν, ξίφος ἔμπαλι δῶκεν.
Τὴν γὰρ χάριν δώρων, πείρασαν ἐν θανάτῳ.
Τὸ ξίφος εἷλ' αἴαντα μεμηνότα, καὶ πάλι ζωστὴρ,
Εἵλκυσε πριαμίδην δίφρια συρόμενον:
οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετο δῶρα,
Ἐν χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρου.

Qui Græcum Epigrammatiſtam audierunt, Andream Alciatum, Interpretem doctum audiunto.

Bellorum cepiſſe ferunt monumenta viciſſim
Scutiferum Ajacem, Hectoraque Iliacum.
Baltbea Priamides, rigidum Telamonius enſem,
Inſtrumenta ſua cepit uterq; necis.
Enſis enim Ajacem confecit, at Hectora functum
Traxere Æmoniis cingula nexa rotis.
Sic titulo obſequii, quæ mittunt hoſtibus hoſtes
Munera, venturi præſcia fata ferunt.

Solet tantùm ultimum Diſtichum produci à Criticis (priores enim amplectitur) & aliter, & aliter Latinè reddi. Ioſephus Langius ſic interpretatur.

Atq; ita ab hoſte hoſti veniunt lethalia dona;
Quæ ſtudii ſpecie fata necemque ferunt.

Quod etiam aliter quidam Græcus repoſuit.

Κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.

Lædit, juvat nihil improbi munus viri.

SECTIO VII.

De Rhethoricâ Doricâ.

An dona delectent & perſuadeant?

EST feliciſſima, & ferè ſola obtinet in Palatiis Eloquutionis finis eſt, delectare, & ſuadere: & multò efficaciùs, quàm verba, munera delectant, & perſuadent. Euripides in Medeâ.

Πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος.
Perſuadere dona & Diis fama eſt.

Non eſt in pretio vel doctiſſimus Vir, ſi fuerit pauper.

Sanè ſine muneribus nihil hodie obtinemus in Mundo. Si illa abſint, ad-

adſint-ve, Logica, & Rhetorica ſilent. Silent ubi abſunt munera, quoniam nihil proficiunt: ſilent, ubi illa adſunt, non enim neceſſariæ ſunt nam jam præſtitum à muneribus fuerat, quod ipſæ poterant, aut debebant præſtare. Ovid. lib. 2. & 3. de Art.

Ipſe licet venias Muſis comitatus Homere,
Si nihil attuleris ibis, Homere, foras &c.
Quid faciet Sapiens: Stultus quoq; munere gaudet:
Ipſe quoq; accepto munere mitis erit.

Et hoc ultimum Diſtichum poſſes legere ſic.

Fit nihili ſapiens; ſtultus cum munere amatur;
Ipſe quoq; ornatus munere, doctus erit.

Et Michael Verinus.

Munera quid poſſint teſtatur ferrea turris
Quam victor fulve Iuppiter imbre ſubit.

De turri ferrea

Et huc pertinet Philippi Militare Apophthegma. Cùm enim Arcem in monte ſitam, & milite, & armis deſtinaſſet invadere; dicentibus exploratoribus, rem videri impoſſibilem, erant enim colles invii, & locus prorſus inacceſſibilis percontabatur, Vtrùm tam inacceſſibilis Arx illa eſſet, ut nequidem aſino auro onuſto pateret aditus. Significans, non eſſe milites tam fortes, qui vinci nequeant auro: nec tam obſtinatæ reſolutionis, ut eiſdem non poſſit Aurea Rhetorica ſententiam inſtillare contrariam. Quod ipſum ſignificavit Fabula illa de Danaë à Iove in aurum converſo ſtuprata. Eloquentia enim munerum eſt efficaciſſima apud fœminas.

De arce in monte poſita.

Auro poſſunt omnia munimenta expugnari.

Danaes fabula.

ARTICVLVS XXVI.

ΓΟΝΥΟΛΟΓΙΑ.

De Genuum Collocutione.

De voce Genu.

Quomodo prolata & declinata fuerit apud priſcos?

DIcitur *Genu* à Græco Γόνυ; & in ſingulari per omnes caſus ſine variatione decurrit. Priſci dicebant *Genus*, & maſculini & neutrius generis voluerunt eſſe. In maſc. genere apud Lucilium *lib* 4. *Sat.* reperiri inquit Nonius, qui producit hæc verba; *Hæret ventriculis affixum in poſteriore parte, atque articulis novus ut taluſque, genuſque.* At ego in iis *genus* olim pro *genu* dictũ video, at genus maſc. nõ reperio; nam illud *novus* poteſt vocem *talus* afficere. Videtur *Genus* eſſe ut *Pelagus*, quod & neutrîus eſt generis, & ſecundam ſubeſt declinationem. Nam in Arat. canit Cicero.

An genus declinetur ut pelagus?

At propter lævum genus omni ex parte locatas
Parvas Vergilias tenui cum luce videbis.

Et paulò poſt.

Atq; inter flexum genus, & caput Alitis hæſit.

Sunt tamen conſideranda verba Livii *libr. 4. decad. 5.* qui *Genus tenus* ſcribit: nam *tenus* ſingularis numeri nomina ponit in ablativo; & ſi in hoc caſu eſt *Genus*, erat indeclinabile: Paſſeratius dubitat, an mendosè in Livio *genus* pro *genu* ſcriptum ſit. Interim, ſi Iuniorum audaciæ caſtigare Veterum Scripta permittatur, & quam velint lectionem, ut mendoſam rejicere, nulla erit in Manuſcriptis linea, nulla in impreſſis libris, de quâ Critici non poſſint dubitare. Antiquæ igitur lectiones manutenendæ ſunt. Adhuc autem poſſet aliquis dicere *genus* ibi eſſe in accuſativo, hunc enim etiam caſum *Tenus* regit. Flaccus in Argonauticis,

An ſit indeclinabile?

An manuſcripta antiqua mẽdis ſcateant?

Et Tanaim tenus immenſo deſcendit ab Euro.

Et quia adverbium, quo gaudet accuſativo, Horatius lib. 1. Epiſt. cecinit,

Eſt

Eſt quodam prodire tenus, ſi non datur ultra.

Hæc de vocibus adnotaſſe ſufficiat: ad rem veniamus.

An, & quomodo loquantur genua?

Loquuntur ſanè, & eloquuntur Genua; orant, adorant; & flexio in ipſis vox eſt tacita, quæ favorem implorat. Ovid. Faſt. 5.

Ipſe genu nixus, flammas excuſſit ab aurâ.

Vnde libr. 8. cap. 1. Plinius, *Regem adorant, genua ſubmittunt, coronas porrigunt.*

Plinius lib. 11. cap. 45.

Cur genuum flexio ſignificet adorationem?

Sed cur in adoratione genua flectimus? Ipſe alibi Author Naturalis Hiſtoriæ. *Hominis genibus Religio quædam ineſt obſervatione Gentium. Hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant, fortaſſis, quia ineſt iis vitalitas. Nam in ipſa genu utriuſq; commiſſura, dextra lævaque, à priori parte gemina quædam buccarum inanitas ineſt, qua perfoſſa, ceu jugulo ſpiritus fugit.* Et huc videntur Plautus, & Virgilius reſpexiſſe; ille enim *in Curc. ſcen. 3. act. 2.* dixit, *Genua inedia ſuccidunt.* Et hic *Æneid. 5.*

An vulnera in ipſis ſint lethalia?

Genua labant, vaſtos quatit æger anhelitus artus.

Olia miſtrames.

Et ad doctrinæ traditæ confirmationem referre poſſum, Compluti Oliã, condiſcipulum meum, anno 1620. glande ab Sclopo efulminatâ in genu ipſo perfoſſum, ac ſi per ipſum cor fuiſſet transverberatus, illicò mortuum fuiſſe. Vidi eum dolore, & admiratione cadaver; miſero enim adoleſcenti vulnus, quod leve videri poſſet, mortem intulit.

Proſtratio & Genuflexio comparantur.

Multò minùs eſt *genua ſubmittere*, quàm *ſe proſternere*, unde in proverbium venit, ȣ᾽δὲ γόνυ κάμψας, *Ne quidem genu flexo*, ut irreverentia elati hominis ſignificetur.

NOTA,

An homines claudicando loquantur?

An homines genibus mentiri poſſint?

GEnuum, aut fœmorum potiùs quàm pedum vitium eſt claudicatio, ergo de illa nonnihil in Articulo hoc ediſſeramus.

Claudicabat Philippus.

Cliſophus eum imitabatur.

Claudicatio profectò vel eſt vera, vel fingitur; & alterutra vociferatur; quod exemplis manifeſtis oſtendo. Fracto Philippus Macedonum Rex crure, ne benè incederet, præpediebatur: & eo venit Adulationis vanitas, ut Cliſophus, ejuſdem Paraſi-

Polymnia.

tus, claudum ſe fingeret; eo, ut Cliſophum imitarentur alii, ne eſſet Regi dedecori, quod pluribus erat commune. Ore ipſi, & oculorum motu ſui geſtus Regis exprimebant, ut & ejuſdem imperfectiones imitando approbarent. Cliſophus igitur, & qui ejuſdem exemplo adulabantur Regi, genibus mentiebantur. Et id nationi Græcę congruum, quæ ſemper novos mentiendi modos excogitabat.

Græci mendaces.

Romanorum Veracitas.

Transeo ad Latinos, penes quos ſemper fuit in pretio ſynceritas. Et ſtatim occurrit miles ille Romanus, qui *Horatius Cocles* dictus, & vivit etiamnum in Annalibus Famæ. Ipſe enim ſolus Porſenæ Hetruriæ Regis copiis per Subliciũ pontem Romam ingredi conantibus obſtitit; & hoſtium impetum animosè ſuſtinuit, donec à tergo pons à ſociis frangeretur, & hoſtibus aditus præcluderetur. Ponte autem ille fracto, ſe cum armis præcipitavit in Tyberim; & licet fuerit vulneratus in coxâ, & pondere armorum gravatus, tranavit fluvium, & ad ſuos pervênit. Tametſi poſteà magnâ Medicorum diligentiâ recuraretur, manſit claudicans. Et quia non omnes in Senatu ſunt prudentes, & docti, Viro ſtrenuo, cui erat gloriæ claudicatio, in Comitiis nonnullus coxæ vitium exprobrare fuit auſus; illi autem Cocles ſubridens, ait *Per ſingulos profectò gradus moneor* (grandiùs, *hæc te, & univerſos alios per gradus ſingulos admonet claudicatio*) *mei triumphi.* Plutarchus *in Publ.* Agellius *lib. 4. cap. 5.* Valerius Maximus *lib. 3. cap. 2.* Virgilius *Æn. 8.* & alii.

Horatius Cocles.

Exercitum totum ſolus ſiſtit.

Vulneratur in coxa, & manet claudicans.

Quid in eo vociferaretur claudicatio?

Fuit donatus Statua, quæ poſteà cælitus fulminis impetu dejecta eſt. Agellius.

De ejus Statua

De Genuflexione.

Quid ſignificet? & Cur utrumq; genu flectat mulier, & alterum tantummodò vir?

Ioánes Ovvenus pluries in lucem prodiit, ſed nuper Lugdum apud Laurentium Aniſſon anno 1665

MOvet hoc Dubium Ioannes Owenus Poëta Anglicus, ab ingenii ſubtilitate commendatus: ait enim.

Cùm defertur honor deflexo poplite, quare
Vnum Vir, Mulier torquet [a] *utrumq; genu?*

Conſiliorum hic liber impreſſus Romæ fuit anno 1665

Verſus citat producitq; P. Gabriel de S. Vincentio in curioſo Conſiliorum Syntagmate, Reſponſ. 39. pag. 266. Authoris tamen nomen ſubticet; & ego ante Dubii Reſolutionē peto duo. Primum, An verum ſit, quod ſupponit Owenus? ſecundum, Cur ille expreſſo nomine non potuerit citari?

An utrumque genu flectant fœmina, & viri alterum?

Ad primum reſpondeo Owenum réſpexiſſe Angliæ mores, fortè enim illo ævo alterum genu flectebant viri; & mulieres utrumque: nam in Hiſpaniâ noſtrâ Quæſtio hæc non habet locum, etſi enim unicum genu flectere toleretur in milite, in viro id gravi minimè toleratur. Et ideò inter alios modeſtæ vitæ Canones, quos docentur à pædagogis pueri, hic inculcari ſolet,

Nobilis, egregiuſq; genu Vir flectit utrumq;

An Hæretici poſſint nominatim citari?

Sed neque Italia, nec Germania Hypotheſim Oweni admittit; nam lib. 4. *Triſt. Eleg.* 2. ait Ovid.

Iam fera Cæſaribus Germania, totus ut Orbis,
Victa poteſt flexo ſuccubuiſſe genu. [*]

*] Quoniam malebant mori, quàm libertatem perdere *feri* olim vocabātur Germain.

Ecce Naſo Romanus vir, Germaniam, de quâ ut de muliere loqui oportuit, genu, & non genua aſſerit coram Cæſare flectere. Sed & viros introducit interdum genu utrumq; flectentes. *lib.* 2. *Metam.* ait

Et genibus pronis ſupplex ſimiliſq; roganti.

Non ergo omninò certa ſunt, quæ Poëta Anglus ſupponit.

Et ad ſecundum dico Eccleſiam Orthodoxam permittere, ut Hæreticos in rebus, quæ Fidem non tangunt, citemus, & ſi quid bene dixerint, etiam laudemus. Ergo potuiſſet P. Gabriel Owenum nominatim citare; &, ſi feciſſet, à nemine reprehenderetur.

Dubium hypotheſi, & non theſi fundatur.

His præmiſſis viros alterum, fœminas utrumq; genu flectere ſupponentes, Quæſtionem reponimus, & cauſam quærimus. Nonnullas exhibet P. Gabriel, quas breviter examinabo. Eſt autem

An genua dicantur à genis?

Prima. *Genua* à genis dicuntur, quod maxima ſympathia intercedat inter genas & genua. Vnde mulier, ut ait, utrumq; genu flectit, quaſi ambas genas ſubjicere velit ad alterius honorem & reverentiam; & adducit Ioannem à S. Geminiano, qui

An genua ſint ſymbolum Humilitatis?

lib. 8. *cap.* 32. comparat Humilitatem genibus. Conſonat Pierius Valerianus, qui *lib.* 35. ut certum, & indubitatum ſupponit, ſolum inferiorem coram Superiore obſervantiæ gratiâ genu flectere, & adducit Horatium dicentem,

An ſubjectionis?

Ius, imperiumque Phraates
Cæſaris accepit genibus minor.

Illud *genibus* in ablativo abſoluto eſt, pro quo Hiſpanus diceret, *La autoridad de Emperador recibiò de rodillas.*

An Concordiæ?

Secunda Genua ſunt ſymbolum Concordiæ. &c. Hanc autem potiùs uxor, quàm maritus conſervare tenetur.

An Sapientiæ?

Tertia, Humilitas eſt ſoror Sapientiæ in genibus ſignificatæ. &c. Et fœminæ, regunt enim familiam majori ſapientiâ indigere videntur.

An lachrymarum?

Quarta, Profectò, ut Naturales docent, vir genuflexus faciliùs, & copioſiùs lachrymas effundit, quàm mulier. Ergo in hac lachrymarum valle minori vir, quàm fœmina, indiget genuflexione.

An Abſtinentiæ?

Quinta: Humilitas eſt ſymbolum Abſtinentiæ in genibus ſignificatæ. &c.

De infantum in ventre matrum ſitu.

At hæ omnes rationes extrinſecæ, & peregrinæ ſunt, & propoſitum dubium non reſolvunt. Nec enim *genu* à genâ dicitur; nec juvat in utero matris infantem genua habere apud genas; nam, ſi id eſſet verum, etiam illa haberet apud oculos: & cur à genis potiùs quàm ab oculis nomen genua ſortiri poſſent, nec fœmina utramque genam ſubjicit: & Humilitas, ſi per genua in hieroglyphicis ſignificatur, eſt Virtus, quæ æquè viros, ac mulieres concernit.

De Concordia.

Sed neque probatur genua eſſe Concordiæ ſymbolum: nec ex tali ſymbolo poteſt deduci Reſolutio Quæſiti. Præ-

An viri ſint prudentiores fœminis?

Præterea neſcio omninò cur Sapientia genibus ſignificetur. Interim eſto eam ſignificent genua: Ergo vir ſiquidem multò eſt prudentior, & ſapientior muliere, ſicut pluribus artibus, ſic uti deberet pluribus genibus.

De lachrymis.

Et quid quæſo, genibus commune cum lachrymis? Et quid ex lachrymis ad præſentem Quæſtionem?

De Abſtinentia.

Et idem de Abſtinentia etiam dixerim, quia ea, nec per genua ſignificatur, nec ad Dubii præſentis dilucidationem conducit.

An genu à generando dictũ ſit?

An activè vir, & paſſivè mulier ad generationem concurrat?

Sed neque videtur ad rem ratio, quam ſub finem adducit, nempè *genu* dici à generando: nam vir activè, mulier paſſivè ad generationem concurrit: unde, ut ſignificetur mulierem in generatione ſubordinari mari, factum eſt, ut unum hic, hæc autem duplex genu ſubmittat. Et quidem hæc ratio non videtur ad rem; cum, quia adſumit falſam, aut incertam doctrinam; nam, ſi ſola mater unit animam embryonis corpori, quod poſt Rodericum Arriaga tenent plurimi, ſola fœmina activè concurrit: tum, quia ex activo, aut paſſivo concurſu nihil ad Quæſtionis ſolutionem infertur.

Quiſnam uniat animam corpori?

An in genibus religio ſit?

Vide quot errores in una ſola ſententia typotheta cõmiſerit!

An vitalitas?

Adducit denique verba Plinii *lib.* 11. *cap.* 45. apud Ambroſium Calepinum dicentis, *Hominis genibus religio quadam ineſt obſervatione gentium, hac ſupplices attingunt, ad hac manus tendunt, hac ut oras* (lege, *aras*) *adorant: fortaſſis, quia ineſt eis vitalitas: namq; in ipſa genu utriuſque commiſſura* (*dextra, lævaque*) *à priori parte, gemina quadam buarum* (lege, *buccarum*) *inanitas ineſt, quâ perſonâ* (lege, *perfoſſa*) *ceu jugulo ſpiritus* [b] *fugit*. Sed eſto, quædam vitalitas, & quædam religio inſit genibus. Sic major reverentia utrumque, quàm alterum genu ſubmittere, adhuc manet indeciſa Quæſtio, quæ inquirebat, *Cur vir alterum tantùm genu, & utrumq; mulier flectat?* At dicit P. Gabriel. [Mulier, cùm ſit animal imperfectum, & homo occaſionatus debet magis ſe ſubmittere, maximè viro. At homo [c] ratione ſuæ perfectionis non tantùm.] Sed omnia ceſpitant. Omnes enim Animæ rationales ejuſdem perfectionis ſunt, & extra Ariſtotelis Lyceum de *homine occaſionato* (ſic enim mulierem vocant Peripatetici) nihil ſcitur. Accedit, quod non ſuo viro fœmina, ſed Deo, vel Principi genua ſubmittat. Et, ſi agatur de Principe, coram Imperatrice, Regina, &c. æquè viri, ac mulieres genuflectunt.

Peripateticorũ opinione natura ſemper intendit marẽ producere, ubi autem eſt rudis & imperfecta materia & non poteſt ad viri perfectionem perduci, per accidẽs & ex hac occaſione fit mulier, quæ ideò ab eis *Homo occaſionatus* appellatur.

Submiſſionem, humilitatemq; genuflexio ſignificat.

Reſpondeo igitur primò genuflexionem quamdam humiliationem eſſe, & flexione utriuſque genu ſummam humilitatem ſubmiſſionemque ſignificari: adeoque P. Gabrieli aſſentior, aſſerenti Beatiſſimam Virginem Mariam, quando dicit, *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*, in ſummæ humilitatis teſtimonium utrumq; genu ſubmiſiſſe.

Reſolvitur Quæſtio.

Reſpondeo ſecundò, in fœmina, ut genu flectat, duplicem cauſam, in viro ſimplicem reperiri. Et hoc Philoſophicè, & Theologicè probari poterit.

Simplicem vir, mulier verò duplicem ſubjectionem habet.

Philoſophicè quidem fœmina enim antè nuptias ſuis parentibus ſubditur, & poſt nuptias marito. Et hoc Owenus modo hanc Quæſtionem diſſolvit: ſcripſit enim.

Vir ſemel, at mulier bis ſerva creata [d] *videtur;*
Paret enim patri virgo: marita [e] *viro.*

Duplex peccatum fœmina, ſimplex vir in Paradiſo voluptatis commiſit.

Theologicè etiam, quia ſemel peccavit Adam pomum edendo vetitum; bis Eva, nam & ipſa comêdit, & ut illud comederet Adæ perſuaſit P. Gabriel *loc. cit.* [Eva adeò extulit ſe, ut appetierit deitatem credendo ſerpenti dicenti, *Eritis ſicut Dii, ſcientes bonum, & malum*, ut & ipſa ceciderit, & occaſionem præbuerit Adamo cadendi. Ideò, ut duplex caſus ſignificaretur (proprius ſcilicet, & alienus) cœpit (debuit) torquere utrumque genu.] Sic ille; cujus reſolutionem ad numeros ſequentes reduco.

Non ſolùm præbuit Eva occaſionem, ſed ut ederet poſitivè perſuaſit.

In templo, coram Supremo Numine, ſupplex
Vnum vir, mulier flectit utrũque genu;
Nam ſemel [f] *Adamus, bis ſed peccaverat Eva;*
Edit [g] *enim pomum, conjugi & Eva dedit.*

N O T A.

An torquere genua poſſit Latinè dici?

a] Gyrum in ſignificatione includit *torqueo*, unde genua ſubmittuntur, flectuntur, non torquentur; unde *torquere genu* phraſis eſt, quã

in Ovveno ſolo, & P. Gabriele, qui cum fuit imitatus invenies.

De vulneribus genuum. An ſint periculoſa?

b] Eſt verum, quod hîc aſſerit Plinius; vulnera enim in genibus valde periculoſa ſunt; & quæ negligerentur alibi, ibi lethalia ſunt, mortemque ſubitaneam inducunt.

An ſemper bonum ſit habere famâ magnâ?

c] Ante non multos annos prodiit ingenioſus Libellus, de quo Author in ipſomet Prologo inclamat, *Famam conſequar propter laborem iſtum, ſi non bonam, ſaltem magnam*. Eſt Titulus, *Mulieres non eſſe homines*. Et huic incautè doctrinæ quoad verba favere videtur P. Gabriel, qui mulierem non eſſe hominem innuit, ſiquidem mulieri hominem contraponit. Conſultò illud *quoad verba* ſcripſi, ut errorem hunc ad calamum & modum loquendi reſtringerem; Patrem enim Gabrielem (aliàs Theologum eruditiſſimum) non erraviſſe mente certum eſt.

An mulieres ſint homines?

De verbo Creo. Quid in ſchola hodie ſignificet: & quid olim ſignificaverit?

d] Verbum *creare* jam hodie apud Theologos ſignificat *rem producere ex nihilo*. At in ſacrâ Scripturâ interdum dicitur de rebus, quę non ſunt productæ ex nihilo, illa enim verba *Ab initio & ante ſecula creata ſum, & in futurum ſeculum non deſinam*. de Verbo Æterno ſcripta ſunt. Interdum de rebus, quæ fortè non fuerunt ex nihilo productæ, dicitur enim, *In principio creavit Deus cælum & terram*. Et tamen non eſt certum Mundum immediatè productum fuiſſe ex nihilo; ſunt enim graviſſimi Authores, qui materiam,

An Deus materiam produxerit ex nihilo, & omnia poſteà tempore ex illa deduxerit & diſtinxerit?

quam dixêre chaos, rudem, indigeſtamque molem,

aſſerunt creatam fuiſſe ex nihilo, & Mundum deductum ex illâ. Quo videtur reſpicere Benedictus Pererius *in cap. 1. Geneſ. pag. 12. b. num. 35.* æternam enim & ingenitam materiam aſſertam à Platone impugnat dicens [Nihil præter Deum cenſemus æternum; & quidquid eſt, quod Deus non eſt, ab aliquo temporis initio factum eſſe aut ex nihilo, aut ex aliâ re, quæ tamen ipſa ex nihilo facta fuerit, pro certo habemus.] Et quidem hæc ſententia eſt expreſſa Auguſtini, nam *libr. 11. cap. 7.* ſic inquit. *Informis illa materia, quam ex nihilo Deus fecit, appellata eſt primùm* Cælum, *&* Terra, *non quod jam hoc erat, ſed quia hoc eſſe poterat*. Nec bene impugnatur à S. Thom. 1. *part. quæſt. 66. art. 1.* præcedens Auguſtini ſententia, omnia enim quæ de repugnantia materiæ informis dicit, extra Scholam Thomiſtarum non obtinent.

Omnia, quæ præter Deum ſunt, ab ipſomet Deo in tempore facta ſunt.

S. Auguſtini ſententia.

An bene à S. Thoma impugnetur?

In Hiſpanicâ linguâ *criar*, ſi nihil addatur eſt *infantem lactare*: ſi per adultam ætatem reſtringatur, eſt *nutrire*: in paſſivâ *sêr criado* eſt *famulari*. unde *criado* eſt *famulus*, & *criada* eſt *famula*. Et hinc dignentur hoc adnotare Viri docti. Ante viginti annos, cùm Romæ eſſem, & de verſione Granatenſium Laminarum valde seriò ageretur, ex unâ ex ipſis producebantur in cenſuram hæc verba, *Sanctus Petrus fuit prima creatura Domini noſtri Ieſu-Chriſti*. Erronea eſſe conati ſunt oſtendere Cenſores aliqui, quibus multum erat Theologiæ, parum Grammaticæ: omnibus autem ſatiſfeci ego dicens, verba illa, etſi Arabica ſint, interpretanda eſſe juxta Linguam Hiſpanicam, nam in Hiſpaniâ & ab Hiſpanis ſcripta: & illa eadem, ſi in Linguam Hiſpanicam transferantur, ſunt vera: nam ſic ſonant Hiſpanicè, *San Pedro fuè el primer criado de nueſtro Señor Ieſu-Chriſto*, hoc eſt, *Sanctus Petrus fuit primus famulus Domini noſtri Ieſu-Chriſti*.

Criar.
Ser criado.
Criado.
Criada.

An S. Petrus fuerit prima Chriſti creatura?

An primus Chriſti Adminiſter, ſeu famulus?

e] In linguâ Hiſpanicâ dicitur *Marido*, non *Marida*, unde & verbum *Maridarſe* eſt *nubere*, & non *uxovem ducere*: at in Latinâ latiùs ſumitur, nam virum fœminæ, & fœminam viro maritamus, & habemus adjectivum *Maritus, a, um*. Ovid. Faſt. 2.

Marido
Marida
Maridarſe.
Marito, as.
Maritus, a, um.

—— Dura cum forte marita
Reddebant uteri pignora rara ſui.

Et idem ibidem.

Tu rapis, hic caſtas duce ſe jubet
eſſe maritas.

Et in Paridis ad Helenam Epiſtolâ.

An pudet, & metuis Venerem temerare maritam,
Caſtaq; legitimi fallere jura tori. [*]

*] Connubialem Caſtitatē, quam in multis Religionū Militariū Ordinibus obſervant Equites, quam temerè rident Heretici, cognoverūt & ſunt venerati Gentiles.

f] De Vocis *Adamus* modulo variæ ſunt non ſolùm inter Poëtas, ſed etiam inter Oratores ſententiæ: ultima enim ex terminationis lege brevis eſt, & duæ priores communes. Corripuit primam Auſonius in Idylio.

Deceptum miſeratus Adam, quem
capta venenis.

Eam-

Digitized by Google

De ſyllabarũ, quæ in voce Adamus ſunt, quantitate.

Eamdemque produxit Prudentius,

Pelliceoſq; habitus ſumpſit venerabilis Adam. &c.

Tinxit, & innocuum maculis ſordentibus Adam.

Corripuit ſyllabam ſecundam Cyrus Theodorus, inter Græcos Chriſtianos Poëta celeber; dixit enim Ἀδαμαν ἀρχιγενέθλον. &c. ubi, ut conſpicit, vox ἄδαμον conſtituit dactylum. Eamdemq; protraxit Tertullianus (aut S. Cyprianus: nam ille tractatus in Gen. jam hujus, & jam illius nomine circumfertur.)

De voce ἀδάμας, Latinè Adamas.

Qua accentu & qua menſura proferatur?

Tum Dominus Cali mæſtum compellat Adamum. &c.

Adami à Domino donata prudentia ſolers.

Et in hoc ultimo error eſt manifeſtus; nam in *prudentia* prima debet produci.

Græcorum Accentus nõ ſemper ſequuntur Regulas quantitatis.

Qui ſecundam corripiunt, ſi Græci ſunt, videntur habuiſſe ob oculos nomen ἀδάμας. Etſi enim ſecundam acuant, corripiunt, nam in hoc ſyllaba ſecunda nomine tam apud Græcos, quam apud Latinos brevis eſt. Apollonius libr. 3.

Πρὸς γὰρ καὶ αὐτόγυον ϛεβαρῦ ἀδάμαντος ἄροτρον.

Vbi duas priores in ἀδάμαντος corripit, illumque ϛεβαρὸν, hoc eſt, *fortem* appellat. Et Virgilius Carceres Phlegethontios Æneid. libr. 6. deſcribens.

ϛεβαρός

Porta adverſa ingens, ſolidoq; adamante columna,

Vis ut nulla virûm, non ipſi exſcindere ferro

Cælicolæ valeant. &c.

Porta Orci, qualis?

Si autem Latini, conſiderarunt verbum *ádamo*, cujus participium eſt *ádamans*. In quibus ſecundæ corripitur. At uſus jam prævaluit, præſtiritque, ut accentus, quod & Hebraicè fit, in ſecundâ ponatur.

ádamo, as. ádomans, antis.

Compluti ante non multos annos in publicâ de labe originariâ Diſputatione Dominus N. argumentabatur, & Dominus P. reſpondebat. Tenetur, qui reſpondet, formaliter verba Argumentatoris repetere, & poſteà propoſitionem quam judicat falſam negare. Erat ſæpè nominandus *Adamus*. Argumentator ſemper acuebat primam dicens, *Peccatum Adami*, &c. ſemperq; Reſpondens ad ſecundam transferebat accentum, & non *Peccatum Adamis* &c. ſed *Peccatum Adámi*. &c. repetebat. Et, quia diſſonantia videbatur notabilis, fui à viro curioſus conſultus, *An, qui reſpondebat, debuerit eodem, quo Argumentator modulo, nomen* Adami *pronunciare?*

De modo argumentandi.

An, ubi ſyllaba indifferens, aut controverſa eſt, debeat, qui reſpondet, obſervare præſcriptam ab argumentante ſyllabæ quantitatem?

Reſpondi (1) debuiſſe Argumentatorem obſervaſſe communem loquendi & proferendi voces modum & ſiquidem in illa Vniverſitate omnes *Adámum* dicebamus, non fuiſſe cur ipſe *A'damum* diceret. (2) Ex ſuppoſitione, quod ipſe *A'damum* (quod potuit) dixerit, debuiſſe reſpondentem eodem accentu eam vocem pronunciare.

An, qui reſpondet, ſolœciſmos, barbariſmos, & errores, quos contra Proſodiã Argumentator commiſerit, obſervare teneatur?

Conſultò illud *quod potuit* interpoſui; nam ſolœciſmos, barbariſmos, erroreſque in dimenſione ſyllabarum, qui reſpondet, non tenetur reponere; & meminerim me diſputationi interfuiſſe Salmanticæ, in quâ eò argumentum devênit, ut de vocis *coinquinat* accentu inter duos Doctores, non ſine ſtomacho, fuerit diſſertatio.

Interim in *coinquino*, penultimam breviari certum eſt.

g) Verbum *Edo*, ſi compoſitum ſit & ex *e* & *do* componatur, producit primam, & decurrit hoc modo. *Edo, is, edidi, editum*. Ovidius libr. 2. Triſt. eleg. 1.

Edo, is, edidi, editum. *Eſt verbum compoſitum. Producit primam.*

Carminaq; ediderant. &c.

Tibullus libr. 4.

—— Celerem ſuper edere corpus

Gaudet equum.

Horatius lib. 1. Carm.

Mecænas atavis edite Regibus.

Et lib. 1. Serman. Satyr. 3.

Viribus editior cadebat, ut in grege taurus.

Editior hic metaphoricè ſumitur, & eſt idem ac *fortior*

At in noſtro Tetraſtico *Edo* eſt verbum ſimplex, & ſignificat *comedere*. Et decurrit ſic. *Edo, is, edi, eſum*, vel *eſtum*. Porrò *ille edit*, in præſenti corripit illud *e*, & in præterito producit. Dixit in præterito Horatius.

Edo, is, edi, eſum, *vel* eſtũ. *Eſt verbum ſimplex: ſignificat* comedere: *& primam in præſ. corripit, & in præt. producit.*

Luſiſti ſatis, ediſti ſatis, atq; bibiſti.

Et Iuvenalis.

Sufficeret, totum comeſis oſſibus edit.

Et ad præſens oculos convertens Virg. Æneid. 7.

Exiguam in Cererem penuria adegit edendi.

Vtriuſq; temporis expreſſit quantitatem Martialis dicens

Boletum, qualem Claudius edit, edas.

Claudius Imperator veneno periit.

Quo in carmine *edit*, quia præteriti eſt, producit primam: eamdemque

edat

Scribebat Iuvenalis anno Chriſti 54. & Martialis adhuc erat ſupſtes anno 100.

edat corripit, nam ad præſens ſpectat. Conſonat Iuvenali qui dixerat

Vilibus ancipites fungi ponentur amicis:
Boletus domino, ſed qualem Claudius edit.

Quid ſit boletus?

Eſt autem Boletus (Græcè Βωλίτης ὁ) genus fungi inter omnes optimi, de quo abundè Plinius *libr.* 22. *cap.* 22. Quia boleto, quem veneno infecerant, occiſus fuerat Imperator Claudius; &, quia per mortem obtinuerat, ut Deorum albo inſcriberetur, *fungos* Nero *Deorum cibum* appellare ſolebat.

Cur dictus fuerit Deorum cibus?

ARTICVLVS XXVII.

ΠΟΔΟΛΟΓΙ'Α.

De Pedum Colloquutione.

An ocrea nationem à natione ſeornant?

EGenibus ad Pedes per Suras, & Tibias transitur; & in ipſis etiam vocem & loquelam invenio. Sicut hodie in Hiſpaniâ ocreæ à Caſtellanis Luſitanos diſtinguunt, ſic olim à populis vicinis Achæos. Homerus Iliad. α.

Α'τρεῖδαι τε καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί.
Atrida, & alii bene ocreati Achai.

An & milites à civibus & aliis diſtinguebat?

Erant militum ocreæ, nam cives utebantur tibialibus. Æneid. XI. Virg.

Cingitur ipſe furens certatim in prælia Turnus:
Iamq; adeò Rutulum thoraca indutus, ahenis
Horrebat ſquamis, ſuraſq; incluſerat auro,
Tempora nudus adhuc, laterig; accinxerat enſem,
Fulgebatq; alta decurrens aureus arce,
Exultatq; animis & ſpe jam præcipit hoſtem.

Et agens de Ænea lib. XII.

Ille avidus pugnæ, ſuras incluſerat auro
Hinc, atq; hinc, oditq; moras haſtamque coruſcat.

An militum ocrea ferrea fuerint, & inaurata?

Et ex verbis illis *hinc atq; hinc* colligo adaptaſſe veteres tibiis duas laminas (ferreas ob fortitudinem, auratas verò ob decorem & gloriam) quales ſunt hodie in uſu.

De cothurnis.

Cothurni non ſunt ſortiti in aliis linguis nomina æquivalentia: erigebant in tragœdiâ perſonas, & juxta tibias vinciebantur: & illud priùs præſtant, qui *Chapines* hoc poſterius, qui *Borceguies* in Hiſpaniâ vocantur. Cothurni autem utrumque ſimul præſtitiſſe videntur. Vtebantur eis Virgines, Nymphæ, Matronæ, & Deæ. Apud Virgilium Eclog. III. Corydon.

An fuerint quales illi, qui Chapines, aut Borceguies ab Hiſpanis vocātur?

Nympha, noſter Amor. &c.
Si proprium hoc fuerit, levi de marmore tota
Puniceo ſtabis ſuras evincta cothurno.

Et Æneid. 1. ſic Venus ait.

Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharétram,
Purpureoq; altè ſuras vincire cothurno.

An pedibus loqui poſſimus?

Venio tandem ad Pedes; & quia loqui pedibus poſſumus, Artem, quæ hoc Idioma nos doceat, voces πὺς, ποδὸς, *pes*, & λογία, ας, *loquela* conjungendo, Ποδολογίαν meritò nominabimus. Vnde, qui loquatur pedibus λογόπυς poterit appellari. Et Virgilius, ſi hanc Artem cognoviſſet, his clauſiſſet numeris celebre illud Epigramma de Muſarum inventis.

De Arte, qua hoc Idioma nos docet.

Signat cuncta pede, eloquiturq; Polymnia plantis.

Sed quo pedibus modo Philomuſus, & quo plantis modo loqui poteſt? Breviter exponam. Attende.

SE-

SECTIO I.

De Arte loquendi Pedibus.

An poſſit habere proprium Abecedarium?

Quàm doctus fuerit Ferdinandus III. Imperator?

AVguſtiſſimus Imperator Ferdinandus III. (Princeps profectò eruditiſſimus, cujus Amuſſim (quæ Matheſeos Practicæ Compendium eſt) venerabitur ſera Poſteritas, quamdiu Muſæ & bonæ literæ fuerint in pretio:) modo occulto loquendi utebatur (quem ſuis tantùm intimis communicabat) tam alieno ab uſu communi, ut internis conceptibus illos potiùs colloqui crederes, quàm ſignis externis, & artificialibus. Audi hanc Hiſtoriam. Cæſari in familiari colloquio aderat Lælius (vocetur ſic) Legatus Regis N. qui ex occaſione Principem Titium, diſcipulum Imperatoris dilaudabat. Et Oratori, Cave ab illo, inquit Cæſar, nam mentis ſecretiſſima, per novam illam Aſtrologiam, quam profitetur, penetrat, & intelligit. Vt rem oſtendat, curat vocari Titium. Adeſt citò, non enim procul aberat. Vade ad illum aulæ angulum, ait Titio Cæſar, & altâ enuncia voce, quid mihi in aurem ſubmiſſa muſſare voluerit Legatus. Se ille ſubducit ſatis longâ diſtantiâ. Et tunc Legato Cæſar. Ne onceremur multis, ut experimentum ſumatur, dic mihi in aurem unum verbum, cujuſcumque linguæ tibi placeat. Subridet ille, & ait Cæſari *a drame*. Eſt autem in lingua Anglica *a drame*, idem, quod *ſomnium*: qua voce innuebat ille, ſomnium eſſe, quod à Cæſare promittebatur. Interim Cæſar eamdem vocem pede exprimit, quin Legatus aliquid ſimile ſuſpicaretur. Iubetur accedere Titius: quid in aurem dictum fuerit, rogatur: & reſpondet, *a drame*. Et Orator exclamat, *Spiritum habet familiarem!* Ridet Imperator: ridet Titius: & Orator plenus admiratione, non vult ſibi ſuaderi, per naturalem artem fieri poſſe, ut Titius ſciat, quæ ſuppreſsâ voce, & in tantâ diſtantiâ dicuntur. Oratorem nos in ſuâ Opinione relinquamus, & Ποδολογίαν, quâ utebatur Cæſar, explicemus.

ADAMVSSIS nomen libri eſt ab ipſomet Imperatore compoſiti, in quo plurima nova, & quæ cum admiratione leguntur.

Loqui pedibus aliquos docuerat Imperator.

Imperator Ferdinandus III. ſcientibus artē pedibus loquebatur.

An hæc ars Theologis ſit neceſſaria?

ERit fortè qui dicat, hîc tractari Theologica, nec debere ſublimem & Divinam hanc ſcientiam implicari Grammaticis. Et ego idem pro reſponſione dicam tria. Primum, ad Theologos pertinere diſcutere, An Titius arte Diabolicâ, an naturali fuerit uſus? quod ſine Podologiæ cognitione non fiet: ſecundum, totam hanc Haplotetam, ita Theologica immiſcere Grāmaticis, ita, & Grammatica implicare Theologicis, ut nec puro Grammatico, nec puro Theologo prodeſſe poſſit, ſed requirere (quod in Prologo monui) ut ſtudioſus illius Lector præter Theologiam penitiorem Scolaſticæ, & Speculativæ Grammaticæ notitiam habeat. Tertium, me nulli invito ſcribere, & hanc Sectionem intermittere poſſe, cui curioſa non placeant. Interim ſic diſcurro.

Qualem Lectorem poſtulet?

An invito ſcribatur?

Ποδολογία, ſicut omnes aliæ Steganographicæ Methodi, poſtulat, ut pauciſſimis characteribus utamur.

Fruſtra per plura fiunt, quæ per pauciora poſſunt.

De Pentagraphia.

Sufficiunt quinque (ſunto *a, e, i, o, u*) nimirùm, ſi bini characteres pro ſingulis literis ſumantur. Conſidera ſequentes notas.

An, & quomodo poſſit Abecedarius formari, in quo ad omnes literas exprimendas quinque ſoli characteres ſufficiant?

Charact.	*aa.*	*ae.*	*ai.*	*ao.*	*au.*
Valor.	A.	B.	C.	D.	E.
Charact.	*ea.*	*ee.*	*ei.*	*eo.*	*eu.*
Valor.	F.	G.	H.	I.	L.
Charact.	*ia.*	*ie.*	*ii.*	*io.*	*iu.*
Valor.	M.	N.	O.	P.	Q.
Charact.	*oa.*	*oe.*	*oi.*	*oo.*	*ou.*
Valor.	R.	S.	T.	V.	X.
Charact.	*ua.*	*ue.*	*ui.*	*uo.*	*uu.*
Valor.	Y.	Z.	*&*	*tur.*	*con.*

Iuxta hanc autem Clavim, ſiquis dicere velit amico, *Cave à Carolo*, ſequentes Characteres ſcribet.

Praxis Pentagraphica.

aiaaoeau aa. aiaaoaiieuii.

Illoſque Amicus per eamdem Clavim aperiens, *Cave à Carolo*.

Quinque iſtos characteres Imperator quinque pedis dexteri motibus ſignificabat. Nec videbitur mirum, potuiſſe Imperatorem quinque motus diſtinguere, ſiquidem olim Græci, & Latini multò plures inter ſe ſecernebant, & propriis nominibus indigitabant. Apuleium *de Dogmat. Platonis* audiunto. *Hinc & illi ſeptem motus. locorum habeantur: progreſſus, & retrogreſſus dexteri, ac ſiniſtri.* &c.

Reducitur ad Podographiam.

De motuum numero.

Habebat itaque Auguſtiſſimus Λογόπους pedem ſiniſtrum firmum: & exprimebat, a

Quinque diverſis dexteri pedis motibus quinque characteres ſignificantur.

a. *Dextrum* antrorſum *tantiſper protrudendo.*
e. *Eumdem* ſimul *apud ſiniſtrum componendo.*
i. *Eumdem* retrorſum *tantiſper retrahendo.*
o. *Pedem etiam dexterum* dextrorſum, *in latus movendo.*
u. *Item dexterum pedem* levorſum *projiciendo.*

Et primæ literæ earum vocum, quæ rotundo charactere notantur, reſpondent characteribus ſignificatis.

Quomodo vox a drame manu & calamo, & quomodò pede ſignificetur?

Ergo Imperator, ut exprimeret vocem *à drame*, ſi uteretur calamo, ſcripſiſſet, *aa aooaaaiaau*. Cæterùm, quia loquebatur pede, ut hos eoſdem characteres ποδολέλειν, *pedem dexterum ter protruſit: bis dextrorſum movit; ter protruſit: retraxit: bis protruſit: & levorſum admovit.* Quid facilius? & quid mirabilius neſcienti artem?

SECTIO II.

De Sancto Ioanne Baptiſtâ.

An Pedum motu Verbo Incarnato reverentiam & adorationem exhibuerit?

Quid Reverentia externa ſit?

Reverentiæ actus (Hiſpanicè, *el hazer una reverencia*) præter internam animi venerationem, dicit extrinſecùs pedis dexteri retromiſſionem. Et nil aliud abſolutè loquendo apud Hiſpanos hoc nomine ſignificatur. Quam ob rem ipſamet reverentia hoc pedis motu expreſſa ἀναποδισμός Græcè vocari poteſt.

Verbo Incarnato, adhuc in Virginis utero exiſtenti Ioannes in ventre Matris clauſus reverentiam internam & externam exhibuit.

Hinc lux Evangelicæ Hiſtoriæ: Luc. 1. 41. Καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσεν ἡ Ἐλισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς μαρίας, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς. *Et factum eſt, ut audivit Eliſabet ſalutationem Mariæ, exſultavit (pedes movit) infans in utero ejus.* Hiſpanicè. *Luego, que la ſalutacion de Maria oyò Iſabel, el infante que tenia en el vientre hizo una reverencia.*

σκιρτάω. σκαίρω.

Sanè illud ἐσκίρτησε, *exſultavit*, provenit à verbo σκιρτάω, & hoc ipſum σκιρτάω à radice σκαίρω *ſalio*, ſeu *tripudio* deſcendit. Et ad pedes illam ſpecialiter pertinere, notat Scapula, apud quem hæc reperies.

Σκαῦρος. ου. ὁ *ſcaurus*. qui talos tumentes & porrectos haber, cui pedes inflexo talo tardigradi ſunt. &c. σκαῦρος.

ἀποσκαρίζω. palpitans pedes in averſum jacto. ἀποσκαρίζω.

σκίναξ, κος. ὁ. agilis. Epitheton leporis apud Nic. in Alex. σκίναξ.
[Et Bartholinus conſonat, qui *velocipedem* leporem nominavit.

Qua velocipedem ſummis de montibus Opim [*]

deſigurans verſum Virgilii Æneid. 11. ſcribentis,

Velocem intereà ſuperis in ſedibas Opim
Compellabat.

Eumdemq; Leporem Raviſius Textor dixit *volucripedem* imitatus Auſonium.]

[*] Fuit ὦπις per ω μέγα Dianæ Nympha nec mirum. Deæ venatrici animantes adſiſtant, quas *lepores* Latini nominant.

Pedibus igitur, qui linguâ non poterat, eloquutus, in Chriſto, qui aderat, Divinitatem confeſſus eſt, & exhibendo reverentiam debitam adoravit. Quod expreſsè teſtatur Chryſoſtomus, quia in Declamatione, qua illum Lucæ locum exponit, ait, *Nondum fuerat natus* (S. Ioannes Baptiſta) *& jam ſaltibus loquebatur.*

SECTIO. III.

De Statuâ Fortunæ.

An Pede & non Ore loquatur?

NON ſolùm veri homines, ſed & marmorei pedibus eloquuntur. Et, ſi dubites converte oculos ad Statuam Fortunæ.

Fortuna etymon.

Volunt profectò Critici olim *Vortunam* dictam, quæ *Fortuna* vocatur; à *vertendo* videlicet, vel ut loquebantur Veteres à *vortendo*. Et quidem V. & F ſunt affines: nam à *fato* habemus *vaticinor*, hoc eſt *fata cano*, & *vates*, nempe, *qui fata canit*. Mirum ergo non erit ſi *Vortuna* in *Fortunam* tranſierit. Et ob iſtam vertiginem φερεπόλος τύχη à Pindaro Fortuna appellatur.

Literarum V & F affinitas.

An eadem ſit Fors Fortuna & Fortuna?

Alii à *ferendo* eam dici malunt, quòd omnia ferat, omnia auferat. Terentius. *O Fortuna! o fors Fortuna! ut nunquam es perpetuò bona.* Et aliud eſt *Fortuna*, & aliud *Fors Fortuna*, inquit Donatus. Fortuna enim ſignificat eventum ancipitem, Fors Fortuna fauſtum & felicem importat. Et hoc nomine Romæ

trans

trans Tiberim ab Artificibus honorabatur.

Alii, nec malè, à *fortè* nomen iſtud derivant: quoniam *fortè erit* dicimus, cum poteſt evenire alterutrum, & quid ſit eventurum neſcimus.

Quid reverà Fortuna ſit?

Et ſanè Fortuna oculis philoſophicis conſiderata, nihil eſt, quod præcedat eventum, ſed eſt extrinſeca quædam denominatio, deſumpta ab effectu præterito, qui quoniã aliter accidere potuit, humanitus non fuit antè prævíſus. Cicero *libr.* 2. *de Divinat.* ſic rem exponit. *Fortuna quid aliud eſt? quid Fors, quid Caſus? quid Eventus? niſi cùm ſic aliquid cecidit, ſic evenit, ut vel non cadere atque evenîre, aut aliter cadere aut evenîre potuerit.* Et hinc patet Fortunam recenſeri non poſſe inter Cauſas per accidens, Cauſa enim debet ſemper præcedere; & Fortuna denominatur poſt effectum.

An effectum præcedat?

An ſit cauſa per accidens?

Fortunæ effigies

Nota eſt ejus Figura. Pingebatur enim Globo inſiſtens: in quâ Tabulã, ram pedes, qui orbem premũt; quam orbis preſſus pedibus vociferantur taciti, & *Inſtabilis eſt Fortuna* ſacclamant. Ovidius libr. de Pont.

Hæc Dea non ſtabili quàm ſit levis orbe fatetur,
Quæ ſummum dubio ſub pede ſemper habet.

An ſit de loquutus?

Ecce ipſa pede dubio, & orbe non ſtabili fatetur (loquitur & manifeſtat) ſe ſuæ ſemper inconſtantiæ conſtare.

SECTIO IV.

De Sepulchro Herculis.

An, ut illud oſtenderet, pede fuerit loquutus Philoctete?

VBerioris doctrinæ gratiâ placet Hiſtoriam hanc ab Homero cogitatam proponere & dilucidare.

[Philocteta (vel ut Græcè [a] ſcribitur Φιλοκτήτης) Pæantis filius, Herculiſque laborum & itinerum ſocius, eidem in Oetâ morienti adſtitit, & à moribundo juſſus, ne cui ſepulchri locum indicaret, juravit obſervantiam ſecreti, & pro munere pharetram & ſagittas Hydræ felle intinctas obtinuit. Paucis elapſis annis, cùm Delphico oraculo eſſent moniti Græci, non poſſe everti Trojam, niſi ſagittis Herculis oppeteretur; inventus fuit tandem Philocteta, & de Hercule interrogatus, negavit priùs quidquam ſcire: ſed demùm mortuum eſſe confeſſus eſt. Sed quia ad indicandum Sepulchri locum graviter urgebatur, ne juſjurandum violaret, ictu pedis locum oſtendit.]

a] Virgilius *libr.* 13. *Æneid.* Parva Philoctetæ ſubnixa Petilia muro, *eſt autem* Petilia *Calabriæ urbs ab ipſo erecta.*

An pes loquatur?

Incidentes Quæſtiones.

Et hac narratione prælectâ quæritur, (1) An pede fuerit Philocteta loquutus? (2) An & pede mentitus? An pede verum dixerit? (3) An pede juramentum violaverit? (4) An pede aliquam propoſitionem ambiguam & latiùs patentem reſtrinxerit?

Quid loqui ſit?

Reſpondeo ad primum pede fuiſſe loquutum Philoctetam: nam Græci intellexerunt, quid diceba, & loqui nihil aliud eſt, quàm mentis ſenſa ſignificare.

An pes fuerit mentitus?

Dico ad ſecundum, Herculem ibi (nempe, in loco, quem pede percuſſit) ſepultum fuiſſe, aut non, ſi fuit ibi ſepultus, pede verum Pæantiades confeſſus eſt: ſi ſepultus fuit alibi, pede mentitus eſt. At videtur voluiſſe adjuvare ſuam gẽtem, & verum locum oſtendiſſe. Et hinc

An pejeraverit

Ad tertium ajo, Philoctetam violaſſe juramentum, & crimen incurriſſe perjurij: quod ipſum ſupponere videtur Ovidius, qui *lib.* 13. *Trãſformationum* hanc hiſtoriam, quam [b] cogitatam dixi, enarrans, notat eum divinitùs punitum fuiſſe; nam cùm ad Trojanum bellum deduceretur, & tamen aliàs eſſet invulnerabilis, unius Herculeæ, quas gerebat ſagittæ caſu in pede, quo Herculis tumulum indicaverat, vulnere immedicabili infectus eſt; è quo ſanies tam fœtida emanabat, ut à Græcis ferri non poſſet, & ideò in Lemno relictus fuerit. Sed tandem aliquando Machaonis arte teſte Propertio recuratur.

b] Duo genera Hiſtoriarum ſunt; aliæ enim enarrant ea, quæ ſucceſſerunt, aliæ autem ea, quæ cogitantur.

Tarda Philoctetæ ſanavit crura Machaon.

Iuramenta, quæ contra bonos mores non obligant.

Et hîc obiter nota non bene ab Ethnicis Iuriſjurandi religionem intelligi: quod enim cum detrimento & damno Patriæ emittitur, eſt contra bonos mores; & quod morum puritati præjudicat, obligare non poteſt. Ita Bonifacius VIII. Regulâ LVIII. & LXIX. in ſexto.

Tranſeo ad quartum, & aſſero, in

An pede poſitiones ambiguæ reſtringantur?

illo pedis ictu de quo agimus, reſtrictionem manifeſtè inveniri. Et hoc oſtendo. Fuerat confeſſus Philoctetа Herculem mortuum, & alicubi ſepultum fuiſſe. Et, quia inſtabant armati precibus & minis Græci, & reſcire volebant, ubinam eſſet tumulatus, hæc latè patens propoſitio, *Hercules jacet alicubi*, pedis ictu reſtricta, verſa eſt in hanc, *Hercules jacet hîc*.

De Archichorage.

Quomodo tripudiandi artem docere debeat?

Addam conſiderationem, quam innuit Auguſtinus *lib. 3. de doctrinâ Chriſtianâ*, *cap.* 17. Nam ſiquis Archichoragus (Hiſp. *Maeſtro de danzar*) unam periodum (Hiſp. *una mudanza*) docere adoleſcentem velit, dicatque tot vel tot nervos eſſe in tibiâ, tot oſſa, tot articulos, &c. illos tantâ intenſione eſſe trahendos, tali iſta modo eſſe movenda, hos tali arte oſcillandos, &c. vera quidem diceret, nec enim aliter tripudiare quis poterit: ſed faciliùs artem doceret tripudiando & dicendo, *Pedes movete ſic*. Tunc enim illud *ſic*, quod latiſſimæ & abſtractiſſimæ ſignificationis eſt, per motū pedum à Chorago contractum & reſtrictum particularem determinatamque ſignificationem ſortiretur.

SECTIO V.

De Regreſſu.

Quid ipſe in Principum Palatiis ſignificet?

Eſt cultus & reverentia vivens non vertere tergus Principi, cùm ab illo diſcedimus.

Retrogredi (Hiſpanus clariùs, *el andar acia atrás*) Politicæ adorationis ſignum eſt. Turcarum Imperatori hic honos exhibetur: nam reverentia aulica poſtulat (ut Magnus Dominus) ſic enim dicitur, nullius famuli occiput, nullius miniſtri dorſum videat. Et eodem cultu ſuos olim Reges venerabantur Perſæ; à quibus aliæ Gentes hanc cæremoniam didicerunt.

Sic olim fiebat apud Perſas.

Quo quondam Hebræi modo diſcedebant à Templo.

Videntur autem Perſæ eam hauſiſſe ab Hebræis, apud quos fuit antiquus hic ritus. Iacobus Iehuda Leontius *libr. 1. de Templo in genere. cap.* 16. hæc ſcribit. [Omnis Sacerdos, aut Levita abſolutâ functione ſuâ, cum vellet recedere, non ita egrediebatur, ut dorſum Templo obverteret: ſed in deſcenſu ſuo ambulabat retrorſum paulatim, & inclinatè propter humilitatem, uſque dum perveniret extra atrium. &c.] Et *libr. 2. cap. 17.* agens de loco inter porticum, & altare jacente, [Illic, ait viderat Propheta Ezechiel viginti quinque viros iſtos, qui terga ſua obvertebant templo, facies autem ad Orientem, quique ſe incurvabant Soli. &c.]. Eſt autem Leontius, Iudæus Philologus: ſcripſit de Templo quatuor libros Hebraicè, qui in linguam Luſitanicam, & Gallicam dudum tranſlati ſunt: nuperq; Latinè editi à Iohanne Sauberto anno Domini M.DC.LXV. Et hic reſpectu Templi cultus, è Sacro in Civilem degenerans, ad Regum palatia tranſivit.

Obvertere dorſum templo eſt ad Idololatriam à vera Religione deficere.

Quis Leontius fit?

Domi, aut etiam in ſuis meſchitis Mahometani Deum, & ſuum Prophetam oraturi, ad eum ſe vertunt cardinem, rhombum-ve, in quo exiſtimant jacere Mecham; ita ut verſus Mahometi ſepulchrum oculos dirigant, illique loco (quem ſanctiſſimum temerè judicant, & ſacrilegè dicunt) terga obvertant. Petrus della Valle, cognomento Peregrinus, *in ſuâ Perſiâ epiſt. 2. datâ Conſtantinopoli 25. Octobris 1614.* agens de illorum Meſchitis ſic ſcribit. *Dentro al tempio, non vi è altare alcuno, ne imagine, ne altra coſa, alla quale facendo oratione la gente ſi revolga; uſando ſolo i Mahometani nelle loro orationi in qualunque luogo ſi trovino, di rivolgerſi ſempre à drietora verſo quella parte, dove penſano che cada loro il ſito del tempio della Mecha; mà vi ſono ſolamente le ſemplici mura, e per ornamento non vi è altro, che una quantità grande de lampane, appeſe alquanto in alto per tutta la Chieſa, e tutte al pari; frà le quali ſi vedono anche appeſe per accompagnamento di vaghezza molte vova di ſtruzzi.* &c. Ecce quantâ illi homines reverentiâ Mahometum colunt & venerantur.

Mecha eſt Aſiæ civitas, in qua eſt Pſeudoprophetæ corpus; vel ut Hiſpani loquimur, *el zancarron de Mahoma.*

Quò facies convertunt Mahometani, cùm orant?

Mahometani nec ſuo Pſeudo-propheta mortuo nec Imperatori vivo terga obvertunt.

Illorum hic opinatione fuit Dei Propheta: & quia Turcarum Caliphæ, ut putant, ſicut in Imperio, ſic in Prophetiâ Seductori ſuccedunt, eos veluti quoſdam Mahometos vivos colunt, ferunt oculis, nunquamque illis dorſum obvertunt. Et quia Imperator Germaniæ, & Magnus Turca ſe ut pares tractant, & hunc Orator noſter cæremoniis, quibus Imperatorem: Imperatoremque Legatus Turcicus iiſdem prorſus, quibus Dominum ſuum cæremoniis obſervat

ſervat

Quo Orator Turcicus Imperatorem, & quo Magnum Turcam, quem vocant, cultu proſequatur Germanicus?

ſervat: & hanc ob rem, quia indignum judicat tanto Principi dorſum obvertere, illum ſemper proſpectans repedat; & ſic ab audientiâ recedit. Narrat id Iuſtus Lipſius ad Nicolaum Bieſium ſcribens. [Nos quoq; mi Bieſi, ait, Legatum Budenſem vidimus. Magna pompa, multi comites: veſtis, & mores nobis exteris mira, *&c.* Sed & honoris habendi ritum, quem Cæſari retrogradiens exhibuit (ſolenne id genti) odoramur eſſe à Perſis. Ammianus ſuggerit *lib.* 18. de Antonio quodam, qui transfuga ad eos, eorumq; mores; ſimul hoc dicens. *E medio proſpectu abſceſſit, non adverſus, ſed dum evaneſceret, verecundè retrogradiens, & pectus oſtendens.* &c.] At illa ipſa verba, *nobis exteris mira*, mihi ſunt mira: quoniam ubiq; terrarum fit, quod ut ratum recenſet: Romæ enim, Pragæ, Madriti, Neapoli, &c. qui ad Summi Pontificis, Imperatoris, Regis, immò & Proregis, eſt audientiam admiſſus *verecundè retrogreditur pectus Principi oſtendens.*

Lipſius Cētur. I. Epiſt. 30.

An hic ritus ubique etiamnū obſervetur?

S E C T I O VI.

De Oſtii pulſatione.

An, qui pedibus pulſat fores, aliquid ſine verbis loquatur?

Quid ſignificet portam pulſare pedibus?

HAbet ſignificationem ſpecialem: *Iannam pulſare pedibus.* Semper enim illam pulſamus manu, niſi hæc ſit impedita; nam tunc, quod manus non poſſunt, præſtant pedes. Cùm igitur famulus, quando fercula defert, & impeditas habet manus, pulſet pede: hinc probabilis oritur ſignificatio, quoniam *inſpicimus in incertis, quod eſt veriſimilius*: & illud veriſimiliùs eſſe dicimus, *quod plerumq; fieri conſuevit.* Erit igitur bona conſequentia: *Ioannis famulus pede pulſat tuam portam: defert igitur ferculum, & habet impeditas manus.* Hanc doctrinam eſſe veram ſciebat, & ſupponebat Arcæus, qui cùm pelvim rebus condîtis ſaccharo plenam importaret, pedeque portam tunderet, & non aperiri videret, exclamabat impatiens.

Iuris Canonici Regula XLV.

A rebus, quæ plerumq; fiunt, an, & quale argumentum ducatur?

An, & cur illicò aperienda ſit porta pulſanti pede?

Tanto tardan en abrir
A quien llama con los pies,
Que es ſeñal, que trahe algo
Polymnia.
En las manos? Vive diez
Que quedo ſaqueada toda
La tienda del Portuguez.

Ita in Comœdia, quæ inſcribitur, *Las mañanas de Abril y Mayo* act. 2. pag. 59. b.

S E C T I O VII.

De Aulâ Principis.

In quali Civitate eſſe debeat? An poſſimus pedibus præbere ſalutaria conſilia?

Cur ſub Magno Alexandro ſemper tumultuarint aliqua Civitates?

ERat in continuo motu Alexander, huc illuc ob varias, & crebras rebelliones vocatus, & rebus male ſedatis aliò properans. Conſulebat Milites & Politicos, nec tamen ab his addiſcebat opportunum remedium. Adfuit quidam Philoſophus, & pellem crudam duramque, quam portabat, in terram coram Rege projecit. Et quando illam quatiebat, & peſſundabat hîc; eandem in altera extremitate elevabat: & dum illam ſupprimeret, hanc ſubrigebat. Tentavit omnes oras, ſed fruſtrà, ſemper enim alicubi pellis elevabatur. Tandem in mediam veniens, omnes margines in æqualitate continuit. Hæſit tantiſper: &, nec verbo pronunciato, diſceſſit.

Regia Principis in medio Provinciæ eſſe debet.

Fuit hæc tacita, ſed graviſſima Oratio. Dum enim Princeps, aut ex ſuo Regno egreditur, aut per confines diſcurrit, ſe nimium ſeparat ab oppoſitis partibus, nec poteſt illas ſufficienter coërcere: dum autem ſe in medio continet, omnibus videtur adeſſe; & hanc ob cauſam Natura, rerum Parens, in quarto Solem Cælo poſuit, ut verè Poëta diceret,

In medio reſidens complectitur omnia Phœbus. [*]

Et quidem, quamdiu Romani Imperatores ſolium Cæſareum habuerunt in Italia, potuerunt in quatuor Mundi cardines potentiam ſuam extendere: ſolio autem in Biſantium translato Barbaris Hiſpaniam & Italiam, & alias provincias aperuerunt.

*) Ptolemæus Alfonſus, &c. Solem in quarto Cælo collocant, cui ternos Planetas ſuperiores adfingunt. Copernicus eum jubet in centro quieſcere, & omnia circa eū immotum corpora mundialia circumvolvit. Tycho ex his duobus Syſtematibus tertium compoſuit.

SECTIO VIII.

De Obedientia.

An præcipienti Superiori, non linguâ ſed pedibus ſit reſpondendum?

VBI imperium Superioris accedit, non verbo, ſed manu, aut pede Obedientia reſpondet. In Comœdia cui Epigraphe, *La Condeſa de Belflor*, à D. Auguſtino de Moreto compoſita.

De Obedientia. Quales eſſe debet, ut perfecta dicatur?

Dian. *Ola. Todos duermen ya.*
Fab. *Llama vueſtra Señoria?*
Dian. *Para la colera mia*
Guſto eſta flema me da.
Corred necio en hora mala,
Pues mereceis eſte nombre,
Y mirad quien es un hombre,
Que ſaliò de aqueſta ſala.
Fab. *A eſta ſala?* Dian. *Caminad,*
Y reſponded con los pies.
Fab. *Voy tras el.* Dian. *Sabed quien es.*
Hay tal traycion! tal maldad!

Verba illa, *Caminad: Y reſponded con los pies.* veræ, & promptæ Obedientiæ ob oculos ponunt Imaginem. Hanc, & non ſegniorem Obedientiam in Monachis S. Benedictus requirit: in Capite enim Sanctæ Regulæ quinto ſic ſcribit. *Hi tales* (agit de bonis Religioſis) *relinquentes ſtatim quæ ſua ſunt, & voluntatem propriam deſerentes, mox exoccupatis* [*] *manibus, & quod agebant, imperfectum relinquentes, vicino Obedientia pede Iubentis vocem factis ſequuntur: & veluti uno momento prædicta Magiſtri juſſio, & perfecta Diſcipuli opera, in velocitate timoris Dei: ambæ res citiùs expediuntur, quibus ad Vitam Æternam gradiamur, incumbit.* &c.

*] *Exoccupatus* non eſt vocabulum admiſſum à Criticis in Latinũ Theſaurum: interim apud Hiſpanos *deſoccupado* dicitur, & de viro, & de loco. Et quidem *Beatus ille, qui procul negotiis*, eſt in Hiſpania *hombre deſoccupado*: & illa ex qua omnia fuerunt ſupellectilia amota, eſt *caſa deſoccupada*.

Hanc in obediendo promptitudinem omnes ſubditi ſervare debent. Vnde Auſonius Gallus ſuo Miniſtro dicebat, *Defer ſalutem hanc, præpes, & volucripes.* Vide Textorem in Epith. verb. Lepus.

An ſubditus eſſe debeat volucripes?

SECTIO IX.

Quid in ipſis Annuli, Creta, Calcei, aut etiam illorum carentia ſignificet?

Qui ſint pedum annuli?

CVM legunt Critici olim Servos in pedibus geſtaſſe annulos, illos, qui inſeruntur digitis, intelligunt *annulorum* vocabulo, oſtenduntque ſe cum honore infamiam (hoc eſt, ima ſummis) confundere. Annuli, de quibus loquuntur Scriptores claudebant collum, & circumdabant pedes. Illum *argolla* Hiſpani dicimus; cui addi ſolet virga ferrea, quæ *birote* vocatur. Hunc autem, ſi ferreus fuerit, *grillo*; ſi ligneus, & portatilis *corma*, ſi immobilis *cepo* nominamus: Latini *compedem*, [*] & Græcè ποδοκάκlω.

Argollas. Grillos. Cormas. Compedes. Cepos.

ποδοκάκαι

Servorum inter miſeras eſt extrema conditio. Plautus in Pſeud.

Plagigera hominum genera, quorum haud quidquam in mente venit, ut rectè faciant:
Nam, cum eſt occaſio data; tene, clepe, rape: hoc eſt eorum opus; ut mavelim lupos apud oves relinquere, quam hos domi cuſtodes.

*] Compes in ſingulari. Horatius. *Nivali compede vinctus.* & Iuvenalis Satyr. 4. *Squalidus in magna faſtidit compede foſſor.*

Si benè tractantur vana gloria efferuntur. Iuvenalis.

Maxima quæque domus ſervis eſt plena ſuperbis.

Quales ſint ſervi?

Si autem malè, deſpondent animo; viperescunt, Hiſp. *ſe emperran.* Et ideò perdifficile eſt medium attingere, quod poſſit ſeruo, & hero prodeſſe. Plaut. in Mænech.

Homines captivos, qui catenis vinciunt,
Et qui fugitivis indunnt compedes,
Nimis ſtultè faciunt, mea quidem ſententia.
Namq; homini miſero, ſi ad malum accedit malum,
Major libido eſt fugere, & facere nequiter,
Nam ſe ex catenis eximunt aliquo modo,
Tum compediti jam jam lima prorepunt,
Aut lapide excutiunt clavum.

An afflictis addi poſſit afflictio?

Nudi pedes, aut etiam creta tincti (vel, ut antiqui loquebantur, cretati) ſervum olim ſecernebant à libero. Quò reſpiciens Iuvenalis ſcripſit,

Pedes nudi, & cretati.

Nuper in hanc urbem pedibus, qui veneras albis.

Et quia aut ob eorum virtutes, aut ob opiniones Principum ad magna interdum officia ſervi promovebantur, inter prodigia inſolentis Fortunæ Plinius commemorat, nonnullos non ſolùm libertate donatos, ſed Prætoriis ornamentis inductos, cò rediiſſe, unde cretatis pedibus fuerant abacti.

Fortunæ inſolentia prodigia.

In-

An pedes nudi poſſint ſignificare libertatē?

Interim, quia omnia hæc ſigna exteriora ad arbitrium ſignificant nudos pedes Tunchinenſes, ut ſe eſſe liberos proteſtarentur, elegerunt: Nam eum ſubeſſent ſine Regibus priùs, ſicut noluerunt habere, ut Sinenſes capillos, ſic nec calceos. P. Alexander de Rhodes *in Relatione de Regno Tunchinò. cap. 2.* ſic ait. *In ſegno di Libertà correſſero i lunghi crini per le ſpalle diſciolti. Similmente eſſendo il Tunchino paeſe aſſai paludoſo, ne molto rigido, riſolverono torſi da i piedi l'impaccio de borzacchini, co i quali pareva loro d'eſſer meno eſpediti à combattere in quella guerra; & hebbero dipoi ſempre à ſchivo tutte le foggie di ſcarpe, & di calzari in guiſa, che ne pur hoggi ſi ardiſce de uſarli in publico.*

Et ſiquidem de nudis pedibus hac Sectione diſſerui, hunc Colophonem ſubſcribamus.

Monitum Politicum. Supra vires non aude.

Eſt notum univerſis Adagium, *Ne excalceatus in montem*, quo monemur, ut qui aliquod vitæ genus ſuſcipit, ſe armare, & præparare debet adverſus incommoda, & pericula, quæ prævidentur. Illud Theocritus illuſtravit hoc Diſticho.

> Εἰς ὄρος οὐχ ἕρπεις, μὴ ἀνάλιοςος· ἔρχεο Βάττε,
> Ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομόωντι.
>
> *Batte, cave pedibus nudis prærepere montem:*
> *Quippe rubis, tribuliſque virens mons undiq; denſus.*

SECTIO X.

De Claudis.

Sint-ne honorandi, an verò onerandi censurâ?

QVærunt Critici, *Quo ſint habendi loco Claudi? An compaſſione, an irriſione digni ſint judicandi?*

Illud priùs decîdit Iuniorum Chriſtianorum Pietas, ſolet enim infractus reperiri Animus in imperfecto, & fracto corpore; & qui corporeis pedibus ne quidem ambulare poteſt, ſolet velociter intellectu diſcurrere.

Chriſtianorum Iudicium.

Veterum Ethnicorum ſententia.

Natura, ut ſcitè ſcribit Ariſtoteles, nec abundat in ſuperfluis, nec deficit in neceſſariis.

Verùm enim verò Græci, Ethnici aliter judicabant. Quoniam Natura, rerum parens, non eſt avara, aut prodiga: & ſicut crimen profuſionis incurreret, ſi turpem Animum donaret pulchro corpore, ſic avaritiæ nota macularetur, ſi in turpi corpore Animum Heroicum collocaret. Huic adhærens doctrinæ Palladas, eum, quem claudicare pedibus viderat, intrepidè aſſeruit Animo claudicare. Eius verba ſubſcribo.

> Χωλὸν ἔχεις τὸν νοῦν, ὡς τὸν πόδα· καὶ γὰρ ἀληθῶς
> Εἰκόνα τοῦ ἐντὸς σὴ φύσις ἐκτὸς ἔχει.

Et hoc Diſtichum Thomas Morus ſic tranſtulit.

> *Clauda tibi mens eſt ut pes: Natura notaſq;*
> *Exterior certas interioris habet.*

An ex defectibus corporis Animi imperfectiones intelligantur?

Et ex illo prodiit iſtud Decaſtichon.

> *Regis, ut in vitreo ſpeculo comparet Imago,*
> *Corporis in membris Mentis Imago micat.*
> *Es pedibus liber, morbo nulloq; laboras,*
> *Quo placet, & quoties iſq; rediſque vias?*
> *Mente igitur currit celeri, veloxq; recurris.*
> *Per Terra, & Cæli ſydera mente volas.*
> *Es pedibus captus, cruciat te annoſa podagra,*
> *Inq; tora infelix nocte dieque jaces?*
> *In Mentem exonerant ſymptomata corporis. Ergo*
> *Ceſpitat, aut titubans Mens tua (Marce) jacet.*

VIGLEVANI

TYPIS EPISCOPALIBVS.
Anno MDCLXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

POLYMNEIAE

Quæ Triſmegiſti Theologici Tomus eſt Primus

INDEX CRITICVS.

A

ABlativus abſolutus, & Ablativus cum præpoſitione in, aut cum, an æquivaleant? 329.a
Accentus Acutus & Circumflexus, quid reverà ſit? 210.a
Accentus Græcorum non ſemper ſequuntur Regulas quantitatis. 365.a
Ἀκκισμὸς quid ſit? 6.a
Acyrologia, quid ſit? & , an diſtinguatur à Metaphorâ? 137.a. An decor, an navus orationis dicenda ſit? ibid.b
De voce Ἀδάμας Latinè Adamas. Quo accentu, & quâ menſurâ proferatur? 365.a
De voce Adamantinus. Quanta ultima ſyllaba ſit? 68.a
De ſyllabarum in voce Adamus quantitate. 365.a
Adoro, unde dicatur? 231.a
Adpectoro, Adplumbo, Adplano, Adaggero, Admœnio, Adjuro, unde dicantur? ibid.
Adulter, unde dicatur? ibid.
Ænigma, quid ſit, & unde dicatur? 138.a.258.b
Quænam Figura nomine Æriologia deſignetur? ibid.b
Aganaćteſin Figuram oſtenditur veriùs in geſtu, quàm in verbis conſiſtere. 139.a
אמר Amar quid importet Hebraicè? 103.b
Amphidiorthoſis ad oculos pertinere videtur. 139.a
Amplector, cur à Plector deriuetur? 257.a
Apoſiopeſis, quæ Figura ſit? Attemperatur oculari Rhetoricæ. 141.a
Apoſtrophe, quid ſit, & quotuplex? 141.a. Quomodò ſimpliciter, & quomodò Politicè fiat? ibid.b
Aſſertio alio tono profertur, & alio Interrogatio. 283.a.298.a
Aſteiſmus, quid ſit? & cur præcipuè ſuperioribus ſervire poterit? An ad Ophthalmologiam ſpectet? 142.b
Aſyntheton, an habeat locum in oculis? 143.a
Avena, quid ſit? & quomodo differat ab Habenâ? 60.a
Aures, an ab hauriendo, an verò ab audendo dicantur? 162.a

B

BArbariſmus, & Solœciſmus, quomodo differant inter ſe? 129.a
Barbariſmus Vocalis, quando fiat? Quando in manuali? 269.b

C

CAſus Rectus, an ſit? 9.b
Caſuum nomina apud Græcos olim erant diverſa. ibid.
Cauſa, & Caſus, an vero Cauſſa, & Caſſus ſcribendum ſit? 300.a
Cæſura ſæpe ſyllabam brevem protrahit. Legendum-ne ſit tulerint, an tulerunt? 224.b
Cælius, Cæleſtius, Cæleſtinus, an per diphthongum ſcribi debeant? 236.a
Vocis Græcæ χεὶρ etymologia quæritur. 265.a
Χειρονομοῦντα, an poſsit Latinè reddi? 266.b
Cierto, quid ſignificet? 59.a
Comes & Comis, an ſint voces cognatæ? 140.b
Commorium, quid ſignificet? 266.b
De Conjugationum numero in Linguâ Latinâ, Hebraicâ, Græcâ, &c. Hiſpanicâ, Italicâ, &c. 128.b
In voce Contra quanta ſit ultima? 221.b
Coruſcare, quid ſit? An ſumatur activè? 95.b
Creo. Quid in Scholâ hodie ſignificet? & quid olim ſignificaverit? 364.a
Quanta prima ſyllaba ſit in voce κύγνος? 77.b

D

DAre, an ſit facere? 269.a
De vocis Darius modulo. An fuerit niger? 276.a
Declinationes Nominum, & Verborum Conjugationes, an ad verborum eſſentiam, an verò ſolum ad elegantiam, & ornatum pertineant? De cujuſdam Monialis Ciſtercienſis Epiſtolis. 328.a
Diabole, quæ Figura ſit? an poſsit oculis exerceri? an ſit hodie frequens in Mundo hæc Figura? 146.b
De nomine Dido. Quomodo à Latinis, & Græcis declinetur? Quas habebat formas, & quo ſingulas accentu notet in accuſativo? 152.b
Diæreſis, quid ſit? An poſsit ſine Geſtu exerceri? 147.a
Diorthoſis, quid ſit? 148.a. An ad Ocularem Rhetoricam pertineat? ibid.b
Diphthongus. Quid ſit? 161.a
In voce Dolabella, quanta ſit ſyllaba ſecunda? 208.a
Δῶρον, unde dicatur? 354.a
Dolel, quid ſit? Cur nomen in linguâ Latinâ non habeat?

E

EDera unde dicatur? 258.b
Edo, is, edidi, editum, verbum compoſitum eſt, producit primam. 365.b
Voces Effrons & Bifrons dilucidantur. 166.b
Ἔλεγχος vox æquivoca. Ejus ſignificationes exponuntur. 4.b
Juvenalis locus dilucidatur. 5.a
אלהים Pluralis formæ nomen habet ſignificationem ſingularem. 328.b
Epiplexis ad Viſum pertinet. 148.b
Epitrope, quid ſit? 149.b. Pulcherrima Didûs ad Æneam verba. Cur Latina Poetæ verba in Linguam Hiſpanicam tranſtulerim? ibid. An Epitrope ad Ocularem Rhetoricam pertineat? 152.b
Ἐρώτημα, quid ſignificet? An ab Interrogatione differat? 149.a
Ἐρώτησις & ἐρωτία, quàm ſint cognata? 283.b

Et cætera, *quomodò ſcribatur Hiſpanicè?* 91.a
Quomodo character &c. legendus ſit? An inflecti debeat? ibid.
De Evangelio. An Hebraicè per ב, *an verò per* ו *ſcribendum ſit?* 249.b
Vocis Eximius *Etymologia exponitur.* 356.b

F

FAcies, *an à faciendo dicatur? Cordis arcana prodit. Quid ſignificet hæc vox apud Politicos? Quid apud Ethnicos? Et quid tandem apud Rhetoricos?* 96.a
Verbum Faſcino, *unde ducatur?* 115.a
De Figuris augendi & minuendi. 158.b
De nomine Forma. *An ſit æquivocum?* 153.a
Fors Fortuna, *&* Fortuna, *an ſit eadem?* 368.b

G

GEnitivus, *an activè ſumatur?* 127.b
De Genitivo. Cur ſic nominetur hic Caſus? ibid.
Vox Genu, *quomodo prolata & declinata fuerit apud Priſcos?* 360.a
Genus, *an declinetur ut* pelagus? *ibid.a. An ſit indeclinabile? An manuſcripta antiqua mendis ſcateant?* ibid.
Vox Gladius, *quid ſignificet?* 295.b
Grammatica, Logica, & Rhetorica, quid præſtent? 267.b

H

HAbeo hic, *quid ſit?* 291.b
De Heraclito. Quomodò proferendũ ſit ejus nomen? 201.b
Vox Hiphil. *An ſit nota & recepta apud Hiſpanos?* 46.b
An in aliis linguis reperiatur? 323.b
Hut *quid ſignificet?* 277.a

I

IAſon, *quomodo declinetur?* 49.a
De JESU *nomine, unde derivetur?* 249.a
Infans, *unde dicatur?* 219.a
Interfari *quid ſit?* 216.b
De Interrogatione Negante, An in illâ idem ſit non, *ac* nonne? 148.b
De voce Inviſus. *Quid ſignificet?* 142.a
De Interjectione Io, *Gaudentis-ne, an mœrentis ſit?* 214.b
De Ironia, *An, & quomodo à ſono, & pronunciatione vim habeat? Quæ poſſit latinè vocari? An ſenſum contrarium exhibeat?* 283.b
Ironiæ & Idolopœjæ primus author, quis? 1.b
Juſtus, *an ſit nomen Latinum? Quid Hebraicè ſignificet?* 348.a

L

LAchrymæ, *an dicendæ ſint* Dacrymæ? *An fortè* Lacerimæ? 190.a. *An hoc nomen à fontibus Hebraicis deducatur?* ibid.
Lachrymo, *an verò* lachrymor *dicendum ſit?* 221.b
Inter lachrymari *&* plorare, *quodnam diſcrimen ſit?* 194.b
De Liquidis. An plures Græci & Latini pauciores admittãt? 77
A longe, *an ſit adverbium barbarum?* 55.b
Lucilius. An per ſimplex, an verò per duplex ll *ſcribatur?* 207.a

M

MAla, *quanta in hac voce ſit prima ſyllaba?* 344.a
Mallo, *an ſit vox retinenda aut corrigenda?* 342.b
Man *&* Aleman *voces Germanicæ, quid importent?* 264.b
De æcum Mano, Manco, Manes, Manus, *&c. quantitate.* 264.
Vocis Manus *origo an ſit Latina?* 264.b
Μῆλα, *nomen æquivocum.* 49.a
Memoria, an à manendo *dicatur?* 282.a
De ſyllabis in voce Meridies, *Quanta ipſa ſint?* 62.a
Metaphora, quid ſit? 160.b
Metatheſis, quomodò in verbis exerceatur? Et quo in oculus poſtes? 161.b
Metra, an poſtulent, ut ſignificationem voces habeant? 268.b
In voce metus *quanta ſit ſecunda?* 208.b
Mimeſis aut Ethopeja, quid ſint? Et quales olim fuerint? 143.b
De primæ ſyllabæ in voce Mithra *quantitate.* 33.b
Μνήμη, *nomen Memoriæ Græcum, an à linguâ Latinâ proveniat?* 282.a
Morbido, *quid ſit Italicè?* 91.b
Mulſum, an à radice מלך Melek *proveniat?* 75.b

N

NAal נעל *Radix Hebraica, quid ſignificet?* 358.b
Neto, quid ſit? Unde proveniat? 91.b
Nomen commune uſurpari poteſt pro proprio 139.b. *Et tunc vel digitis, vel oculis reſtringitur ad ſingularem ſignificationem.* 140.a
Nomen *eſt vox æquivoca.* 330.b
Nonpoſſum, *an in Lexico urbano, & modeſto ſit* non volo? 323.b
Numerus pro numero aliquando in figuratâ oratione uſurpatur. 328.b

O

Ω, *An corripi poſſit?* 262.a
Nomen plurale Oculi *per omnes Caſus declinatur.* 128.a
Voces ᾠδή, ᾠδεῖον, κωμῳδία, ἀείδω, λέγω, ἀοιδή, *&c. dilucidantur.* 263.a
De Oratione Vocali. Quando Aſteiſmus locum in ipſâ habeat? 142.b

P

PAlium *cur ſit ſcribendum, non* Pallium? 253.a
Nomini Paricidium, *an ſimilia poſſint conformari?* 275.b
Perſonæ in verbis, quæ? & quot? 1.a
De Philautiâ. Quænam in ejus nomine ſyllaba debeat acui 130.a
Polymnia. *An-ne à* μνεία, memoria, *an verò ab* ὕμνῳ cantico, *ſeu* laude *dicatur?* 261.b
An Polyhymnia *legendum ſit?* 36.b
Poſtumus, *an vero* Poſthumus *ſit ſcribendum?* 236.b
Pro certo, *quid ſit?* 122.b
Pronomina, an ſine geſtu & manuum motu poſſint pronunciari? 59.b
De Proſopopœjâ & Idolopœja. 1.b
A puero, *quid ſit?* 9.b

R

RApar *verbum Hiſpanicum, unde naſcatur, & quid ſignificet?* 84.b
In voce revera *quanta ſit prima ſyllaba?* 208.b
Rhetorica & Dialectica, an manibus indigeant? 262.a
Rhetoricæ partes quinque recenſentur. 280.a
De ejus excellentiâ & præſtantiâ. 136.a
Rhetoricoteros, *quid ſit, & quid ſignificet?* 85.a
Verbum Rideo *pro ſignificationis varietate diverſimodè conſtruitur.* 222.a
Ridere, *an aliquando pro* lugere *ponatur?* 222.b
Ridere alicui, *quid?* ibid.
Ridere *cum accuſativo, quid ſit?* 225.a
Inter Riſum, & Lachrymas analogia. 225.b
Ridiculoſus, *an ſit nomen à Latinis admiſſum? an etiam facetoſus?* 221.a
Ripio *in verſibus, quid?* 231.b
Romo, a, o, *quid ſi ſit nomen adjectivum, ſignificet?* 202.b

S, Ab

S


S, *An in fine dictionis poſſit ſupprimi?* 85.a
Sacer,a,um,*quid ſonet?* 343.b
Scraceo, *quid ſit?* 226.b
Screo,*quid ſit?*226.b.*De ejuſdem ſupino*, ibid.
Segur *Hiſp. An ſit Lat.*Securis? 49.a
Senior, *an ſit nomen poſitivum?* 184.b
Sic,*quid importet?* 292.b
Inter ſic dico, *&* ſic dicimus, *quale diſcrimen ſit?* 303.a
Sævus *ſonat* crudelem. *An ſoleat ſumi in bonam partem?* 95.b
Solœciſmus Vocalis,quid ſit? Quid Manualis? 269.b
Solœciſmus, an manu committi poſſit? ibid.
Σολοικίσειν, Solœciſmos committere, *quinam primi ſint dicti?* 130.a
In vocibus Solus, a,um *&* Solum, i, *quenam ſit ſyllabarum quantitas?* 295.a
Sperare, *quid ſit?* 343.a
Sputatilicus,ca,cum,*an ab* Sputo *ducatur?* 230.b
Statuo, *an ſit* delibero, *aut* judico? 348.a
Subſannare, *quid ſit?* 123.b
Subſtantivum,an aliquando adjectivo det manus? 295.b
Superſpero, *quid ſignificet? Quoties in Pſalmis reperiatur?* 343.a
An, ubi ſyllaba indifferens aut controverſa eſt, debeat, qui reſpondet, obſervare praeſcriptam ab argumentante ſyllaba quantitatem? 365.a. *An qui reſpondet, ſolœciſmos, barbariſmos & errores, quos contra Proſodiam Argumentator commiſerit, conſervare teneatur?* 365.b

T

T*Haumaſmos, qualem ſeu lorum compoſitionem requirat?* 162.a
Thetis *&* Tethys, *an ſint eadem?* 60.a
Nomen Tethys, *quomodo apud Latinos varietur?* ibid.
Thetis,*quomodo apud Poetas Latinos declinetur?* ibid.b
Tmeſis, *quid importet in Rhetorica?* 62.a. *Dividit voces compoſitas. An poſſit ſimplices?* ibid.b
Tranſalpino *verbum, quid ſit? An praeter D. Bernardum, alii etiam hoc verbo uſi fuerint?* 340.b
Triſtitia *&* Lætitia, *an diverſum metrum requirant?* 214.b
Inter Tropum & Figuram, quodnam intercedat diſcrimen? 137.a

V

VErſos de romance,*qui ſint,& quot ſyllabas habeāt?*259.
Verſus,an habeant connexionem cum floribus? 24.a
Vertir *& non* Verter, *an ab Hiſpanis dicatur?* 48.b.
Veſtigare *quid ſit?* 134.b
Ulyſſes cur à Latinis dicatur, qui à Graecis ὀδυσσεὺς *nominabatur?* 279.b
Voces corruptæ,an nihil ſignificent? 17.a
Vocifero,as.*Quid proprie ſignificet? & de quibus dicatur?*153.a



POLYMNEIAE

Quæ Triſmegiſti Theologici Tomus eſt Primus

INDEX GENERALIS.

A

Aron, cur duos vitulos fundendo peccavit, & Salomon duodecim &c. fundendo, noo peccavit? pag. 25.b

Abbas, qualiter ſolicitus eſſe debeat circa excommunicatos? 341.a

Abecedarius, in quo ad omnes lireras exprimendas quinque ſoli characteres ſufficiant, an & quomodo poſſit formari? Praxis Pentagraphica, Reducitur ad Podographiam, 367.b

A'xxò fœmina, quæ? 6.a

Achilles. An fuerir Nymphæ Thetydos filius? 71.a. Achillis Epitaphium. Qualis fuerit? An ſui Nominis Fama Epitaphii loco habeatur? 47.b

A'χρος quid ſignificet? 278.a

Actuatium Quæſtorii muneris, quid? 276.b

Adoptio, an, & à qoo per tooſionem fiat? 337.a

Adoptio quo modo & ritu in Perſide celebratur? 339.a. Adoptiooum hypotheſes, quàm antiquæ ſint? 319.b. Adoptivi quem locum inter filios naturales habeant? 321.a. De Adoptivorum ordine. ibid. Fœminæ an adoptare poſſint? 320.a. Adoptandi ritus apud Hiſpanos. 320.a. Abſentes, an adoptari queant? 320.b. Adoptans an filiis carere debeat? 320.b. Ao qui adoptantur, debeant eſſe exteri? 321.a. Imperatorum, Regum iu adoptando ritus. 337.b.

Ador, quid ſit? 232.a

Adorare, quid ſit? 231.b. *Adorare pedem*, quid? 241.a

Adoratio, an ſine oratione poſſit fieri? 232.b

Adulationis effectus recenſentur. 257.b

Adulter, quis ſit, & unde dicatur? An qui oxorem ſuam vendidit, ſi poſteà ad eam accedat, adulteriom committat? 144.a

Adultera, an poſſit occidi? An accuſari? Ao dimitti? An detur illam accuſandi præceptum? 145.a. Adulteræ debitum negari poteſt. 144.b

Adulterium, cur ſit malum? 144.b. An moralis Solœciſmus ſit? 63.a. An & quando oculis committatur? 130.b

De Ægiſto, Cur ſic vocatus fuerir? Cur ſit factus adulter? & cur occiſus? 44.a

Ægyptii, cur Deo caput Accipitris adfinxerint? 204.a

Æneas, quali vultu & geſtu apparuerit? 57.a. Quali Venus? Et quali etiam Mercurius? ib.b. Quo tonſus modo fuerit? 77.b

Ænigma ingeniosum proponitor. 38.a

Æolus, cur ſit Deus? 224.a

Aer, an colorem habeat? Sumitur pro ſono. 171.b

Æſculapius, quis & qualis ſit? Cur *Epidaurius* nominetur? Ubi ſit Epidaurum? 341.b

Affectus humani, quid ſint? An ad ſentientem animam, an ad Rationalem pertineant? Io quas ſpecies, aut claſſes diſtribuantur? An ab Iraſcibili & Concupiſcibili ouiverſi proveniant? 136.b

Afflictio, an poſſit afflicto addi? 372.b

Ageſilai invictiſſimi Militis Mens. 52.b

Alaricus Gothorum Rex Clodoveum adoptat. Et quomodo? 338.a

Albedo pro æternâ Beatitudine; pro Baptiſmo; 171.a. Pro Prædicatione; Pro Chriſto; pro Monarchiâ Græcorum; & pro leprâ. ibid.

Alcibiades, qualis fuerit? 261.b

Alexander, quo anno Mundi regnarit? 56.a. Quo ritu coli voluerit? 237.b. Achilli & Ulyſſi invidet & cur? 29.a

Alexander Severus, Qualis fuerit? Quanti fecerit Dominom noſtrum Jeſum Chriſtum? 350.a. De examine, quod præmittebat Gubernatorum electioni, ibid.b

Alexandri & Piratæ hiſtoria recenſetur. 3.b

Sub Alexandro Magno, cur ſemper aliquæ Civitates tumultuarint? 371.b

Alexandri VII. Romani Pontificis annulus. Pius & eruditus libellus de eodem annulo. 282.

Amans, quid facere debeat? An-ne pati & tacere; an verò garrire & non pati? 103. Amantis perturbatæ deſcriptio. 104.b. Amantes. An debeant ſentire & tacere? An verò multa loqui & nil prorſus ſentire? 27.b. Mutua præſentiâ delectantur. 104.a. De Amantium juramento. 12.a. Amantium lingua, an à cæterorum linguâ differat? 11.b. Amantium iræ, quales? Quamdiu perſeverent? 12.a. Eorumdem verba, vana, An oil prorſus ſignificent? 27.b

Amaſii, ao ſint deliri? an blaſphemi? 12.a

Amica, an *amor* aut verò vocetur *amores*? 103.b

Amicitia non ſolùm verbis ſed & vulru læditur, 109.a

Amor, unde dicatur? 103.b. An in oculis cognoſcatur? 113.a. Eſt ſimillimus igni. 122.a. Amor verus eſt practicus. 104.a. Amoris lingua, qualis ſit? An loquatur per Antiphraſim & Ironiam, & verba uſurpet in oppoſitâ ſignificatione? 21.a

Amplexus ſymbolum amiciriæ. 256.b

Anaſtaſius mavult laurum deponere, quàm Heterodoxis imperare. 150.b. An fuerit bonos Imperator? An rhetoricè ad populum loquotus ſit? 151.a. An fuerir impius? 153.a. De ejoſdem clementiâ. ibid.b

Aucræi Uxor. Qualis fuerit? Qualiter ſe habuerit contra Judices? Quomodo decapitara fuerit? Quantum apud vulgus ejus potuerint lachrymæ? 200.b

Angelus, qualis ſubſtantia ſit? 153.a

An-

Angelus, cur in Reſurrectione Domini apparuerit ſub veſtibus albis? 171.a. Angeli, an, & quo ſenſu vocentur *Ignei*? 174.a. An poſſint corporeis oculis videri? In aſſumptis corporibus nudis oculis videri poſſunt. 178.b. Angeli inſeriores, an poſſint ſuperioribus loqui? Rejiciuntur nonnullæ Doctorum ſententiæ, 289. b. Quam Scotus & Scotiſtæ propugnent? D. Thomæ & Thomiſtarum opinio. 290.a. Angeli, an ſciant omnes linguas humanas? 290.b. Adloquuntur homines humanâ linguâ. ibid. De Angelorum cuſtodiâ. 130. a. De linguâ Angelorum. Qualis & quotuplex ea ſit? 212.b. De Intercapedine locali. An Angelorum colloquutioni officiat? 299.b. An in Angelis audire & videre ſit idem? 290.a

D. Angelus Manrique, quis, qualis, & quantus fuerit? 118,b.74.b.286.a

Anima Rationalis an ſit in toto corpore? 88.b. Anima juſta ſimilis & diſſimilis Lunæ. 188.b. Animæ unius patientis in Inferno ſtatus deſcribitur. 156.b. Animæ in Purgatorio (& idem de Inferno quæri poteſt) an igne materiali & corporeo torqueantur? 156.b. Animæ, quænam Angelos viſuræ ſint? 271.b. Animarum nulla eſt traſmigratio. 72.a. De Animarum μετεμψύχωσιν ſomniatâ & dictatâ à Pythagorâ. 120.b. De Animabus hominum. Sunt immortales. An tranſeãt è corpore in corpus? 70.b

De Animalium irrationalium inter ſe diſtinctione. 100.a

Animantes, an mutuo dentur? 145.b

Animus, an in oculis habitet? 113.a

Animus pudicus, an poſſit habere oculos impudicos? 164.b

Animus amarus, an aliquando ſub verbis melleis lateat? 176.a

Annulus cur Nunciis detur? 283.a

D. Antonii de Leyva oculi hoſtem terrebant. 164.a

Antonii Perezii periſtromata. Quid in illis ſignificaverit os digito premens Minotaurus? 276.a

De Apibus. 69.b

Apollonius manu loquitur, & tumultuantes ſedat. 262.b

Apoſtoli, quo modo variis linguis ſint concionati? 155.a

Aqua, unde dicatur? 172.a. *Aqua intolerabilis*, quæ? 173.b

Bibere ex omni aquâ, quid ſit? ibid.

Aquæ ſignificant ſupremos Principes. 172. b. Sacram Scripturam denotant. Quales Hortos irrigent? Cur *vivæ* dicantur? 173.a

Aquæ amaræ, an fuerint calidæ? Quomodo per illas adulteræ examinarentur? 172.b. De Aquis amaris. Cur *Sanctæ* nuncupatæ ſint? ibid.

De Aquilâ. 42.b

Arbitrium Hominum liberum nec cogitur, nec neceſſitatur. 74.a

De Archichorago. Quomodo tripudiandi artem docere debeat? 370.a.

Argentum ſignificat Concionatorem. 170.a. Argentum purgatum, quid? ibid,b. Sumitur pro pecuniâ. ibid. Argentum immundum & ſordidum, quid ſignificet? ibid.

Argonautarum phaſelus perorans. Quonam tempore acciderit hæc expeditio? An valde parva fuerit hæc navis? 48.b

Argumentatio ex brutis ad homines an profluat? 89.b

De Argumento ab impoſſibili. 152. a. Argumenta, quæ ex corporis decore ad morum elegantiam ducuntur, fallacia ſunt. 73.b

Argus, quot oculos habuerit? Cur πανόπτης dicatur? A quo fuerit occiſus? Cui-nam ejus oculi dati? 125.b

Arietum optimorum qualitates, 69.a

Ars lugendi, an fuerit Veteribus nota? Datur. 190.b

Ars ſaltatoria, an ſit utilis? 266.a

Ars Memoriæ, an Oblivionis, utra à nobis ſit addiſcenda? 281.b

Ad Artem Memoriæ prævius Apparatus. Quales annuli ſint præparandi? Quomodo in manu diſtribuendi? 282.

Artis Imaginariæ partes, quæ? 29.a

Artes. Quænam Oratoriam exornent? 280.b

Artes Divinatoriæ, an dentur? an veriùs inertiæ illæ ſint, quæ in hoc genere à Recentioribus Artes vocãtur? 313.a

Artium diviſio. 267.a

De Artibus Mechanicis, quas *Factivas* vocamus. 262.a

De Artibus Vocalibus. 267.a. Quæ ſint, & quomodo differant inter ſe? ibid.b

De Artabano. 275.a

La *Aſna de Balaan*, quid apud Hiſpanos importet? 177.a. Prophetæ & Aſinæ colloquium. ib.b Examinatur vera lectio Originalis Hebraici. 178. a. Balaam apertos, an potiùs clauſos dicendus ſit oculos habuiſſe? 178.b.

Aſtrologia Judiciaria, in quas partes, à doctis diſtribuatur? Quales ſingulæ ſint? Quænam ab Eccleſiâ damnetur? 161.a. Eſt vana inertia. 314.b

Aſtronomi, cur à dextris Occidentem conſtituant? 284.a

Atella, quænam Civitas fuerit? 64.b

Athei, an rideant, quando jusjurandum emittunt? 12.b. Juramenta non morantur. 16.b

Audeffenda Theodorici Italiæ Regis uxor, ſoror fuit, & non filia Clodovei Regis Galliæ. 154.b

Auditores, quomodo Concionatori faveant? 215.a

S. Auguſtinus, quales oculos habuerit? 117.b

Auguſtus, cur non deleverit Alexandriam? 154.b

Authores, an duo poſſint in eundem conceptum coincidere? 153.b

Authores, an in deſignandâ Mundi parte dexterâ & ſiniſtrâ conveniant? 284.b

Autonoë. Quænam fuerit? Quid verò ſignificet? 64.b

Αὐτὸς ἔφα, *ipſe dixit*, quid in Scholâ Pythagoræ importarit? 303.b

Aurora, cur *prævia* dicatur? 188.a

Aurum pro ſupernaturalitate. 173.b. Pro Prophetiâ, & pro Catechiſmo ſumitur. 174.a. An, & quando in malam partem uſurpetur? Qui ſint velut aurum probati? & qui velut plumbum politi? 174.a. Glorioſius, quid ſit; an aurum habere, an habentibus id imperare? 57.b

De auxilio mutuo Cœci & Claudi. 160.b

Auxilia proxima, an & cur hominibus aliquando negentur? 323.b. Auxiliorum Efficacia non præjudicat Humanæ libertati. 199.b. Auxiliorum genera. Quæ extrinſeca, & quæ intrinſeca ſint? 332.b. De Auxiliis externis, & internis, quæ ad intellectum ſpectant. 302. De Auxiliis quæ pertinent ad Voluntatem. ibid.b

B

BAlbutiens, an valeat Sacramenta conficere? 331.a

Baptiſmus, an ſit neceſſarius? 17. b. Baptiſmus in nomine unius Perſonæ Divinæ collatus eſt invalidus. 328.b. Baptiſmus in nomine Sanctæ Crucis, an ſit validus? 329.a. Baptiſmus in nomine Jeſu-Chriſti, an olim fuerit collatus? An fuerit validus? ibid.b. Baptiſmus *in nomine Sanctæ Crucis*, & *in nomine Chriſti*, an ſint æquipollentes? 330.a. Baptiſmus-ne, an cæremoniæ, quæ adduntur, imprimant characterem? 332. b. De Baptiſmi formâ & materiâ. 325.a. Quænam Forma ad Baptiſmi valorem requiratur? 330.b. De Diſpoſitione præviâ ante Baptiſmũ. 325.a. Concupiſcentia, an poſt Baptiſmum remaneat? 326. a. De Baptiſmo Pauli. 325.b. De Baptiſmo *in nomine Chriſti* collato. 330.a. Quæ in Baptiſmo verba Evangelica ſint? 330. a. Quæ in Baptiſmo debent conſiderari? 325.a. De Cæremoniis ſanctis, quæ ex præſcripto Eccleſiæ in Baptiſmo adhibentur. 331.b. Baptizare in nomine Domini Jeſu, quid ſit? An qui diceret, *Ego te baptizo in nomine Jeſu*, validè baptizaret? 325.b. An affirmativa ſententia ſit probabilis? 326.a. Verba, *Ego te baptizo*, an ſint in Baptiſmo

mo neceſſaria? 328. b. An hæc forma, *Ego te baptizo in morte Domini*, ſit valida? 330,a. De Baptizandi formulâ, quâ utebantur Ariani, An fuerit valida? 331.a, Baptizandi formulæ aliquæ, quæ examen requirunt, proponuntur. 328.a. Aliæ etiam. ibid.b

Barba, an à Theologis & Medicis Advocatos diſtinguat? 245,b. Barba olim unguento ungebatur, 245. b, Barba mollis, quæ? 244.a. De Barbæ colore, An ætatem diſtinguat? 244, b. Barbam pugno apprehendere, quid ſit? 58.b, Loqui per barbam, an poſſimus? 243. b. De Barbâ neglectâ, 244,a. De Barbâ hirſutâ, 244.a. Judicium doctrinæ, an ex barbâ ſumi debeat? 85,b. 245.a.

Barbari cur Italiam occupârint? 154.b

Barbariſmus moralis. 129,b

Baſilica, quid ſignificet? An, & quando optimum odorem exhalet? 357.a

Summa Beatitudo, in quo conſiſtat? & in quo ſumma infelicitas? 155,b

Bellum juſtum, quid ſit? An legibus vocem reſtituat? 332.a.

De Beneficiorum reſignatione. 66.b. An in iis poſſit Confidentialis Simonia committi? Pii V, Decretum, 67.a,

D. Berengelius, qualis fuerit? 49.a

S. Bernardus, cur *Mellifluus* appelletur? 176.a. Qualem ſtylum ipſe habuerit? 301.b.

Bicipitium. Quid ſignificet? 7,a

Blaſphemia per Hyperbolen aut Metaphoram auſertur, 12.a,

Bogor Rex Perſiæ unius Picturæ conſideratione ad Fidē Orthodoxam convertitur. 27.a

Boletus, quid ſit? 366.a. Cur dictus fuerit *Deorum cibus*? 366.b.

Bonum, quid ſit? 309.a

Bovem optimum unde cognoſcere poſſimus? 69.a.

De Braſicis. An ſint Vitium hoſtes? 357.a

Brevis quiſnam, & quiſnam *longus* dicendus ſit? 312,a

Byſſus, quid ſit? & ubi neatur? Quid myſticè ſignificet? Sonat juſtificationem & bona opera. 176.a.b. Sumitur pro Pœnitentiâ, ibid, *Byſſus retorta* quid importet? 187.b

C

CAdaver colloquitur, ſed quid? 193.a. Cadavera, an loquantur? 37,b

Cæremoniæ Eccleſiaſticæ, quò tendant? 326.a

Cæſaries eſt ſignum libertatis. 78,a

C. Fabritius, quid aures, oculos, &c. tangendo, Samnitibus ſignificârit? 57,b

Caji Caligulæ generoſa arrogantia. 295.a

De Caligulâ Imperatore. An ipſe reverâ imitatus ſit Proteum? 98.b. Deorum ſingulorum perſonam agit, & ridetur: An fuerit diſſolutus & amens? Cur Deorū figuras adſumeret? 108,a. De ejus crudelitate. 252.b,

Caliſthenes ob loquendi libertatem; & ob ſcribendi libertatem Comes de Villamedianâ occiſi ſunt. 311.b

De Caliſto Nympha. 225,b, 257.b. Quæ fuerit? Quomodo fuerit decepta & vitiata à Deo Jupitre? An illi fuerit grata deceptio? 258.a

Calvi, an ſint infelices? An cæteros infelices reddant? Recenſentur aliqui homines ſceleratiſſimi, qui fuerunt calvi? An id probent picturæ? 86.a.b

Calviniſtæ, an Lutheranis conſentiant? 18.a

Camilla, unde dicta? 81. a. Conſecratur Dianæ, & lacte equino nutritur. Quales crines habuerit? Hyperbole eximiam Camillæ velocitatem deſcribens, ibid.b

Canis, cur in Diogenis Tumulo poſitus ſit?. 44.b

Canis, cur in Archilochi Tumulo poſitus? An ejus Muſa fuerit Rabies? De ejuſdem moribus. An fuerint ſimillimi ipſius linguæ? 45.a

Canones, cur ſcripti ſint? 144.b

Canonici cum Prophetis componuntur, 335.a. An docti & Doctores fatuí ſint? ibid.b

Capilli, an & cur *facere ora incerta* dicantur? 78.a, An loquantur? An mentiantur? 85,b. Capilli myrrhâ inuncti, quid innuant? 80.b, Capilli adſcititii, an inficiantur odore funereo τοῦ *Kyrie eleiſon*? 85.a. Capilli Parthorum & Indorum. 78.a. Quid capillorum ratio, & in formam coronæ deductio ſignificet apud Chriſtianos? 79,a, Capillorum ornatus Principes ſecernit à plebe. 79.b, Capillorum Grammatica Rhetoricaque. 83.a. De Capillorum ſolœciſmo. 83,b. An in Capillis & barbâ committantur Ellipſes? 85, a. De Capillis Tronm. 77.b, De Capillis Abſalonis. 80.b.

Capri, an doctiſſimi cenſendi ſint? 245.a

Quid voce *Caput* ſignificetur & intelligatur? 89.b, Capitis partes. ibid. An à Capitis mole judicium de Virtute feratur? ibid, a, Capitis motus duplex. 94.a, De Capitis inclinatione, Quid ſignificet? 94, a, *Caput inclinatum habere*, quid ſignificet? 92.b. *Caput quaſſare*, quid? 93.a. 95.b. *Trans caput jacere*, quid ſit? 93.b. *Caput contorquere*, quid ſit? 94.b. *Caput admovere*, quid ſignificet? 112.b

Καρδιογνώστης, cognomentum Dei. 348.a

Carliuus homuncio cogitatus, qualis fuerit? 104.b

Carmina, an habeant virtutem Magicam? 93.b

Carolus Magnus Eccleſiæ periclitanti ſuccurrit. 242.a

De Cauſâ principali & inſtrumentali. 255.a

De Cazræo. An ſtatim ex ſtylo innoteſcat? 301.b

Celſus cur ſit ſuæ ſtatuæ ſimilis? 33.b

Cerebrum, quem dignitatis locum inter alias corporis partes fuerit ſortitum? 87.b. De Græco Cerebri nomine. Cur in capitis vertice poſitum ſit? 88.a. De uſu ejuſdem. ibid.b

Chapines, quid? 61.a

Character, an aliquando mentiatur? 299.b

Character, quid ſit? An in omni ordine imprimatur? 343.b

Characteres habent ſignificationem naturalem & artificialem, 299.b

Charitas erga proximum exercetur manibus, 225.b

De Charonte, Stygio Nautâ, Qualis fuerit? 83.b. Ejus cymba deſcribitur, 183.b

Χαθιόρωσις quid ſignificet 352.a

Χειραριθμητικὴ exponitur. 286.b. An-ne myriadem poſſit prætergredi? 287.b

Χειρέμβολον, quid ſit? 266.a

De Χειρογλοσσα & Κωφογλώσσα. 270.b

De Χειρολογία. ibid.b

Χειρολογεῖν, quid ſit? 271.a

Χειροτονία, quid ſignificet? 352.a

Chilon, quis fuerit? Aurea ejus dicta, 166,b. 267.a

Chirographia, quem locum inter Promanticas ſit habitura? 312.b

Chirologia in laſciviam degenerat. 263.b

Chiromantia, an ſit Ars ingenua? Hujus Artis objectum. Ejuſdem finis. Authores, qui de hac Arte ſcripſerunt. 313.a,b, Eſt ars falſa. An-ne etiam ſuperſtitioſa? 314.b. An hæc Ars meritò interdicatur? 315.a

Chiromantia Eccleſiaſtica, quid ſit? ibid.b

Chironomia quid ſit? Ejus diviſio. 265.a

De Chironomiâ Tripudiatoriâ. 265, b. De Chironomiâ Declamatoriâ. 268.b. De Chironomiâ conviviorum. 266.b. De Chironomiâ Militari. 268, b, Ejus Summus Magiſter, quis? 269. a. In Chironomiâ Oratoriâ quid Veteres Junioreſque condemnent? 268.a

Chirotheca, cur potiùs quàm pallium aut pileus in duello projiciatur? 359.a

Chirothecam projicere, quid ſit? Eſt provocare ad duellum. An David hujus militaris cæremoniæ meminerit? 358.b,

De Chriſtophori Columbi Tumulo,47.b. Cujas ipſe fuerit? Quales fuerint illi milites, qui Chriſtophorum in expeditione comitabantur? Cur fœminæ nomine, prima illa fuerit decreta & ornata expeditio? 48.a

Chriſtus,quo anno natus fuerit? 56.a. An matri ſuæ puriſſimæ durè aut aſperè loquutus fuerit? Quomodò ejus verba ſint intelligenda? 13.a.Quomodo ſit expreſſus in Linteo? 26.b.Chriſtus,quid oculis Petro dixerit?195.b. Etiam oculis reſpondet Petrus.ibid. Chriſtus,an unum tangendo,univerſos ſanaverit?324.a,Bifariam tangi potuit. 324.b. Quomodo Socrum Petri curaverit? 325.a Chriſtus omnium hominum Magiſter. Quam facultatem ipſe doceat? 335.a.340.a. Speciali ritu nos in filios adoptivos adſumit. 338.b. Potuit Sacramenta inſtituere prout voluit. 344.a. An Ordinis Sacramentum inſtituerit genericè, committendo Eccleſiæ, ut formas reſtringat & determinet? 344.b. Cur exeſſe juſſerit vendentes & ementes de templo? 353.b

Chryſtallus undè dicatur? Quid ſignificet? 172.a

Cicero ornatiùs ſcripſit quàm dixit, 312.b. Ejus ſoror, qualiter vociferabatur? 219.b

Cineres in luctâ cur ſpargerentur? 254.a

Circe, qualis fuerit? An tantiſper naſum inflexum habuerit? 206.b

Circumſtantiæ & Virtutes, quæ Honeſtatem & Bonitatem comitantur. 309.a

Circumſtantiæ non poſſunt orationem reſtringere, ſi ab Audientibus non cognoſcantur. 327.b

Clericus, qui intermiſſo Subdiaconatu ad Diaconatum, aut ad Sacerdotium promoveretur, an deberet Caſtitatem ſervare? 345.a

Cœlum, an virtute, an fortunâ adquiratur? 18.a

Κοιμοιτήριον quid ſit? 36.a

Color, quid ſit? An, & quomodo loqui per colores poſſimus? 167.a. Color albus ſignificat puritatem. Servit in nuptiis, Felicitatem concernit. 171.a. Color viridis, an cæleſtis, uter nobilior ſit? 168.b. Cur viridis pro ſpe ponatur? 176.b. Color Pullus pro funere. 176.a. Color coccineus ſignificat irriſionem; ſumitur pro peccato: Significat luxuriam, & aliquando Charitatem. 183.a. Color Ferrugineus, qualis ſit? 183.b. Color puniceus lætitiæ ſymbolum, & mœroris, Quinam comedant panem puniceum? 185.b. Color niger ſymbolum mendacii. ibid. Colores, an ſint duo tantum? *Albus, & Niger?* An ſint quatuor? An plures? 167.b. Colores ſinguli, quid ſignificent? 169.b. Colores in veſte Sacerdotum, quid ſignificent? 169.a. Uſus Colorum practicus. 168.b

Comæ Deorum, quo colore tingantur? 76.b. Comæ pincernarum ungebantur in conviviis. 78.a. Comæ frondis cinguntur in conviviis & ſacrificiis. 78.b. 82.a. Comæ exleges, an pulchræ ſint & ſpecioſæ? 205.b. Quales comas habuerint priſci Hiſpani? 93.b. De Comis criſpis & cincinnatis. 77.a. De æreis, purpureis, niveiſque. ibid.

Comœdiæ mores communes exprimunt, 56.a. An, & quæ ſint profanæ? 105.a. De Comœdiis Antiquorum Mutis. 54.a. *An* apud nos ſint in uſu? ibid.

Concionatoris officium, quale? 346.a. Vulgus imperitum,quid in Concionatore præcipuè collaudet? 261.a. Concionatores noſtri, an interdum exceedant in geſtibus? 65.b. Concionatores prudentes eſſe debent, 271.b. Concionatores, cur *verbum Dei*, non autem *verba Dei* prædicare dicantur? 346.a. legitimè mitti debent, 346.b. De Concionatoribus, & linguarum generibus. Quænam ſint illæ, de quibus ſcribit *Apoſtolus*? 336.b.

Concionandi authoritas, an per manuum impoſitionem concedatur? 346.b

Conciones, in quanam linguâ habendæ ſint? 336.b

Conditio ſervi, an amici, utra ſit iniquior? 236.a

De Confeſſariis. 336.a

Confirmatio, an ſit Adoptio? 337.b. Alapa in Confirmatione, quid ſignificet? 338.a. De Confirmationis eſſentiâ, Olim Baptiſmus, Confirmatio & Euchariſtia ſimul ſuſcipiebantur. Quid impoſitio manuum & aliæ ſanctæ cæremoniæ ſignificent? 333.a

Conſcientia magna, quid ſit? De Conſcientiæ verme, 12.b

Conſequentiæ Syllogiſmorum, an ſint neceſſariæ? 199.a

Conſilia non obligant ad veniale. 343.b

Conſtantius,quâ arte Gothis pacem perſuaſerit? Quantâ illius verbis motus manus efficaciam addiderit? 280.b

Contractus,an celebrentur manus traditione? 66.b

Κωφὸς quid ſignificet? 213.a

Cor & manus, cur ſimul pingerentur? 262.b

Corpus nullum in Cœlo, aut in Terrâ præter Hominem, habet animam intellectualem. 72.a

Corpus proſternere, an loqui ſit? An illum, cui hæc reverentia exhibetur, eſſe Deum proteſtari? 237.a

Corybantes cur ſtrepitum excitaverint? 263.b

Cothurnus ſumitur pro ſtylo. Et tunc quo geſtu eſt hæc vox pronuncianda? 61.a

Cothurni,quid ſint? 60.b

Cræſi filius,ſi hiſtoriographis creditur,ſemeſtris loquitur, An & alii in Hiſpaniâ? 219.a

Crates,cur retia appellentur? 227.b. Cur fuerint in Confeſſariis elimatæ? 297.b

Crines unde dicantur? 76.a

Crines nigri, quomodo convertantur in flavos? 77.a

Crines arrecti,quid ſignificent? 81.a.Crines viperei. Quid ſignificaverint, & quibus adtributi fuerint? 82.b. 83.a. Crines in ſacrificiis dimittebantur. 81.a.Crines & barba Polyphemi, quales fuerint? Cur vocetur membrorum mons? Uter (Gongora, an Ovidius) de Polyphemo eloquentiùs ſcripſerit? De ejuſdem & Arietis Colloquio. 243.b.Crinium nutritio & raſio apud Gothos. 77.b.Radebant apud ipſos crines per ſententiam damnati. Etiam ſervi.78.a.Crinium Barbariſmi.83.a. Sinenſes crines vinciunt & Tunchini demittunt. Et cur?78.a

Crines ſolvere, ſignum lætitiæ.82.a. Crines laniare (Hiſp. *meſſarſe los Cabellos*) doloris & triſtitiæ vox.ibid. Crines vittâ vincire, quid ſit?83.a.De crinibus flavis.76.b. De Crinibus Mercurii, Deorum Internuncii,78.b. Apollo quales habuerit? ibid.De crinibus Deæ Veneris,ibid.b De crinibus ſenum.79.a.De crinibus Troili. 80.a.

Critici, quinam dicantur? 92.a

Crocus,qualis flos ſit? 174.b. Quid myſticè ſignificet?175.a.Croci fabula, ibid.b

Crucis nomine, cum eam adoramus,aut invocamus,an Crucifixum intelligamus? 329.a

An cubito aliquem admonere poſſimus? Quam ſit antiquus hic modus loquendi & monendi? 259.a

Curſus naturalis, quid apud Galenum ſignificet? 92.a

Cyclopes, qui ſint, & unde dicti? 125.a

Cyclus Solaris quid ſit?Quomodo inveniatur? Quo anno incipiat? 317.b

De Cynicis. An & cur nutrierint barbam? 245.a

De Cyrinaſo. 206.b

D

DÆmon,an ſilendo ſe prodat?212.b.Dæmonium Evangelicum, an fuerit mutum? ibid. Dæmones an colloquantur per motum? An per externa ſigna? 290.b

Damnati, duplici pœnâ in inferno cruciantur. 156.b

Danaæ Fabula,exponitur Politicè. 35.a

Daphnis,an fuerit Atheus? 93.b

De Dario & Alexandro, Cur & à quibus occiſus Darius fuerit?à quibus etiam Xerxes & alii? 275.a

Defunctorũ memoria,an debeat conviviis celebrari?221.a

Deipara fuit innocens, cur afflictiones plurimas paſſa ſit? 13.b. Deiparæ virtutes & prærogativæ proponuntur, ut eas Sanctimoniales imitentur. 53.b

Δειφοβος unde dicatur? 157.a

Deliades, quæ & quales fuerint? 262.b. De earum eloquentiâ. 263.a

De Demonſtrato, qui in ſex certaminibus fuit victoriam adeptus. 253.b

De Dentium numero. 91.b. An ſint triginta duo? An viri plures habeant quàm fœminæ? An fœminæ habeant tantùm viginti octo? 92.a

An ſint certa, quæ de dentibus ab antiquis ſcripta? ibid.

De Detractoribus & Calumniatoribus. Quo modo habendi? An & cur eos audire peccatum ſit? 109.b. An qui tacet, detractori aſſentiri cenſendus ſit? Quomodo faciemus, ut Detractores taceant? 110.a

Devoti Monialium, Quales? 227.a. Quales orationes, quas iſti fundunt? ibid.b

Deus unde dicatur? 35.b. De nomine *Deus*. An idem ſignificet, cùm à Chriſtiano, & cùm ab Idololatrâ invocatur? 15.b

Deus, An poſſit innocentem affligere? An Adamum potuerit cœcum, aut ægrotum creare? 13.b. Non potuit Adamũ infectũ peccato originali producere. 14.a. Non eſt acceptator Perſonarum, Quomodo concipiendus ſit? 17.a. Deus an ſit Sphœra? 36.b. An ſit Lumen? An Lux? 170.a. An interdicat imagines? 25.a. Vult fieri imagines. ibid.b. Cur ignotos ſerpentes contra Iſraëlitas immiſerit? Cur ipſi ſint vocati *Igniti*? Quomodo percuſſi curarentur? 26.a. Serpens ad perpetuam rei memoriam conſervabatur. Illum Ezechias confregit, ubi didicit eum adorari. 26.a. Deus, cur Æquus dicatur? 126.b. Quomodo oretur & adoretur? 131.a. Quomodo ſit exorandus? 196.a. Quales naſos à Templi miniſterio excluſerit? 207.a. Deus, quomodo Apoſtolòrum doctrinam & verba confirmarit? 212.b. An clam ſit adorandus? 240.a. An ſolus poſſit aliquid in Angeli ſubſtantiã producere? 290.a. An gratias, & quas nobis Angelorũ miniſterio communicet? 302.a. Solus futura libera cognoſcit. 313.a. An in manibus hominum futura contingentia inſcripſerit? Aliqui Textus Sacræ Paginæ pro hâc ſententiâ. 313.b. An materiam ex nihilo produxerit, & omnia poſteà corpora ex illâ deduxerit, & diſtinxerit? S. Auguſtini ſententia. 364.a. An bene à S. Thomâ impugnetur? ib.b. Verba Dei de futuro aut pœnam, aut præmium promittunt, ſunt ſemper conditionata, & actus humanos reſpiciunt. 152.a. Dei nomen, an poſſit in ſingulis Perſonis reperiri? 331.a. Dei & Deæ nomine quid intelligatur? 223.b. Faciem Deo dare, quid ſit? An facies fœminæ daturæ, & conſecraturæ ſint Deo? 124.a. Quomodo Deum, nec non Reges, qui ejus nomine Mundum gubernant, orare debeamus? 302.b. Quàm facili negotio, ſi quæramus eum invenire poſſimus? 340.b. Cur ad eum per Obedientiæ viam veniamus? 341.a. An in Deo *aſpicere* & *favere* coïncidant? 131.b. A Deo debet ſemper ſumi principium. 215.a

Dii Gentium, quales ſint? An poſſint invocari à Chriſtianis? 3.b. Omnes, quos antiquitas coluit, fuerunt homines. 39.b. Dii & etiam Doctores Hederâ coronati. 127.a. Quantam Deorum multitudinem habuerint Veteres? 81.a. Phraſis, *Si diis placet*, An poſſit dici Catholicè? Quem ſenſum in ore Chriſtiani reddat? 16.a

Diaconæ & Presbyteræ, quænam olim fuerint? 351.a. An & quomodo ordinabantur? 352.a. An & hodie ſint? ibid.

Diaconi, an per manuum impoſitionem ordinentur, & conſecrentur? Quid Græci faciant & quid Latini? 345.a

De Diaconis primis Eccleſiæ, quomodò conſecrati ſint? ibid.b

Dialogus, unde dicatur? An ſit plurium loquutio? 221.b

Dia pardo, quid Hiſp. ſit? 185.a

Dicere, quid ſit? & quomodo à *cantare* differat? 280.b

Dido, qualia ſymptomata paſſa ſit? 103.a. Cur non multis verbis, ſed unicâ ſyllabâ (nempe *i*) Æneæ conceſſerit abeundi licentiam? 150.a

Dies in menſibus ſingulis quot ſint, ex manûs diſpoſitione cognoſcitur. Cur de Menſe Februario non agatur? 317.a. De Dierum feſtorum apud Antiquos cultu. 215.a

Digitum elevare, quid ſit? 271.b. *Digitum à dextrâ in ſiniſtram vibrare*, quid? ibid. *Digitum mordere*, Deſperationis ſignũ eſt. 278.a. De Digitorum nominibus. De Pollice. Ejus motu Veteres ſuffragabantur. 286. De Indice. Monſtrari digito, quid? De Medio. Cur ille *Verpus*, *Impudicus*, *Famoſus*, & *Infamis*, nec non σφάκελος dicatur? 287.a. De Annulari. Vocatur etiam παράμεσος. De Minimo, qui & dicitur *Auricularis*. Quid annuli in cæteris digitis ſignificent? ibid. Methodus nova & facilis Numeros digitis ſignificandi. 289.a

De Dignitatibus. An, & cur cum Apoſtolis debeant componi? 334.b

Diſcipulus, quid debeat facere? 303.b

Divinitas, priſcorum Ethnicorum ſententiâ, quid fuerit? 55.b. An ſit denominatio extrinſeca? 234.b

De divitiis eum aliorum injuriâ accumulatis, & ad filium ſeu hæredem tranſmiſſis. 356.b

Docti pauperes, an habeant, unde gratias Fortunæ agant? 310.a.

Doctores quales? 67.b

Dolabella familia, quæ? 208.a. Cornelius Dolabella, gener Ciceronis, parvulus fuit, ibid.

Domeſtiquez, quid ſit? 254.b

Domini quomodo olim ſervis loquerentur? 266.a

Domitianus, quàm ſævus fuerit? *Deus & Dominus* vocari voluit. Caligulæ fuit ſimilis. 15.a

Domus unius Viduæ deſcribitur. 229.a

Dona data Deo, quid ſignificent? Quid Principi? 355.a. Dona inimicorum, qualia ſint? 359.a. Dona, an delectent, & perſuadeant? 357.b

Dorſi nomine, quid intelligatur? 253.a. *Dorſum templo obvertere* eſt ad idololatriam deficere. 370.b

Duelli provocatio & acceptatio, quo ſigno externo ſine ullâ verborum pronunciatione fiat? 359.a

Dux de Oſſuna, qualis, & quantus fuerit? 47.a. Ejuſdem geſta, ibid.

E

ECcelinus, Paduæ Dominus, qualis? 107.a

Eccleſiaſtici, quales ſint? 339.a. Ipſorum prima virtus, quæ? 169.a

De Eccleſiæ Orthodoxæ unitate. 334.a

De Electione Gubernatorum apud Græcos. 346.b In Electione Eccleſiaſticorum, an fuerint ſuffragia publica? 349.b. In Electionibus profanis & Sacris, qualis mos olim obſervaretur? 350.a

Eligendi modus (per publicas, aut per ſecretas voces) uter ſit præferendus? An, & ubi, & quando ille prior fuerit interdictus? 347.a

Electrum, quid ſit, & ubi reperiatur? 201.b

Ἠλεκτρός, quid ſit? 194.b

De Eleemoſynariis. 235.b

Emblemata. Quid ſint? 24.b. An in ipſis eloquantur imagines? 25.a

Empedocles, Cujas & qualis fuerit? Quâ morte perierit? 29.a. An ſe in Ætnam præcipitârit? ibid.b

Empuñar la eſpada, quid ſit? 277.b

Enſis plumbeus in aureâ vaginâ, quid importet? 105.b

Enthymema, quid ſit? 198.a. Enthymemata, an ſint in intellectu? An in Oculis? 198.b

Epactæ quænam ſint, & quomodo inveniantur? 316.b

Epicteti Epitaphium, 41.b

Epicurus, vir ſobrius, quoniam malè intelligitur, à pluribus incriminatur, 155.b

Epiſcopus-ne debeat, an verò ejus nomine Archidiaconus aut alius poſſit tradere in Ordinis Sacramento inſtru-

ſtrumenta? An valida ſint, quæ per procuratorem præſtantur? 344.a. An à tribus Epiſcopis manuum impoſitione conſecretur? 349.b. Epiſcoporum & Sacerdotum filii, quanti olim habiti? 351.b
Epiſcopatus, qui Latini Idiomatis non requirant notitiâ, an ſint? 32.b
Epiſtolæ, cur & quando manu alienâ ſcribantur? 300.a
Epitaphia, an brutis inſcribantur? 59.a. Quiſnam in Epitaphiis ſoleat loqui? 37.b
Equus optimus, qualis? Quo modo à Virgilio, & quo modo ab Ovidio pingatur? 68.b
Equi nocturni, qui? 188.a
Equites illi eogitati, quorum Viri eruditi fabuloſa ſcripſerunt facinora, an, & cur nunquam comederint? 227.b
De Eridaui formâ. 100.b
E'ῤῥέω, quid ſit? 262.a
Ethnici ſuos Deos corporeos eſſe exiſtimarunt. 157.b. Deorum manus oſculabantur. 234.b. An habuerint ſuppliciorum infernalium ſufficientem notitiam? 184.a. Cur ſuis Numinibus vitia omnia adfinxerint? 263.b. Ethnici & Mahometani an Chriſtum colant? 249.a.
E'υλογεῖν, quid ſit? 233.a
E'υλογία, quid ſint? 233.a
Enmæus, cur manus Domini ſui ſit oſculatus? 232.a
Εὔφρον quid ſit? & qui φοσ-οφοι fuerint? 54.a
E'υπρατῆειν, quid ſit? 233.a
De Excommunicatione Domeſticâ & Civili, aut Politicâ. 254.b.
In Exorciſtatu authoritas manus imponendi traditur. 345.a.
Experientia, quid ſit? 22.a. Semper per novas experientias ad novas rerum cognitiones & notitias venitur. ibid.b.
Experti debent gubernare inexpertes. 22.a

F

FAcies ſerena homines decet, trux verò ad beſtias pertinet. 109.a. Facies, an vicem Horologii gerat, & naſus gnominis? An Diſtichum Trajani Imperatoris ſit? 208.a. Faciei partes, quas *Facciones* vocamus, quæ ſint? 101.a. An & cur Hominum omnium facies referant aliquod Brutum? 70.a.100.a
Falcones. Cur cicurentur? Quinam dociliores ſint? 69.b. 89.a.
Fama, an ſit inanis? 77.b. Famam magnam habere, an ſit bonum? 364.a
Faſcinatio, an in Italiâ contingat? 114.a. An procedat à naturalibus cauſis? ibid.b
Faſcino, quid ſit? 114.a
Ferdinandus III. Imperator, quàm doctus fuerit? loqui pedibus aliquos docuerat, & ipſis ipsâ arte loquebatur. 367.a
Ferrum argentatum, quid ſignificet? 170.b
Fideles, qui? 342.a
Fides, quæ *per dexteræ traditionem* datur, an ex ſolâ veracitate, an etiam ex juſtitiâ obliget? 273.b
De Figurâ primaria & ſecundaria ad mentem Pythagoræ. 70.a
De Figuris Veteris & Novi Teſtamenti. 25.a
Filii, an aliqui ſint boni, qui ſuos parentes ament? 193.b
Fimbriæ chlamydum an loquantur? An oculis audiri poſſint? 123.b
De Fine. Qualis futurus ſit? 134.b
Flavius Clemens occiditur. 15.a
Flores & roſæ, quid ſignificent? 182.a
Fœmina, quæ cothurnis ſe ſubrigit, an mentiri dicenda ſit? 61.a. Fœmina, cui ſit oblongus Naſus, non poteſt eſſe pulchra. 204.b. Fœmina peccatum duplex; & *Polymneia*. vit ſimplex in Paradiſo voluptatis commiſit. 363.b. Fœminæ, quales ſint? An ipſæ ſolæ id ſciant? 4.b. An ſint fallaces & mendaces? 5.a. 10.a. Fœminæ, & præcipuè cùm amant, ſunt valde credulæ. 4.a. Multæ ſunt probæ, quarum mores candidi non merentur acerbiorem cenſuram. ibid.b. Fœminæ verbis & actibus mentiuntur. 10.a. Fœminæ, an aliquando plures quàm vigintiocto dentes habeant? Quid doceat experientia? 92.b. Fœminæ meliùs fingunt quàm viri. 108.b. An contra mentem loquantur? An etiam contra mentem præcipiant? 214.b. Quomodo loquantur, & cùm iraſcuntur præcipuè? 219.b. Quali medicinâ purgatrice utantur? 228.b. Fœminæ, quo modo latêre ſoleant? Quo pugnare? 258.a. Fœminæ an utrumque genuflectant, & viri alterum? 362.a. Fœminæ annoſæ & non viri oculos malis humoribus infectos habent. 114.a. Fœminarum ingenium, quale ſit? 5.a. Earundem Grãmatica, nova-ne an vetus? 9.b. Acceptio perſonarum ſemper regnat in fœminis. 10.a
Forma ſecundaria. An ſit neceſſariò admittenda? An ſit ſubſtantialis, an verò tantùm accidentalis? 72.a.b
Quænam Formæ mutatio dirimat Sacramentum? 326.b
Fortuna quid ſit? An effectum præcedat? An ſit cauſa per accidens? An pede loquatur? Ejuſdem effigies. 369.a. Fortunæ etymon. 368.b. *Fortunam oculis ſortiri*, quid ſit? 119.b
S. Franciſci caſus proponitur. De motu, quem S. Franciſcus manu fecit, quando *Non tranſivit hac*, dixit, variæ proponuntur ſententiæ. 296.b. Chriſtophori de Benavente opinio. An-ne in hoc caſu S. Franciſcus ſit mentitus? Quomodo Reſponſio reſtringatur? An hæc ſententia honori Sancti Patris præjudicet? 297.a
De quatuor Fratribus eâdem die natis mortuiſque. 42.a
Frons eſt faciei pars nobiliſſima. 110.b. An, & cur à ferendo dicatur? 111.a. Frons matutina, quæ? ibid. De Frontis lætæ & triſtis diſcrimine. ibid. *Frontem exporrigere* quid ſit? ibid.
Frontem explicare, quid? Reſolutiones mentis crudeles cognoſcuntur ex fronte. ibid.b
Fucus. An nominetur *venenum*? Et cur ſic vocetur? Rationes, ob quas fucus venenum dici debeat. 35.b
Fumus, quid ſignificet? 174.b. Quid apud Hiſpanos, *ſubirſe el humo a las narizes*? ibid.
Funiculus argenteus, quid importet? 170.b
Funus ſecundùm mores Hiſpanorum deſcribitur. 192.a
Multa in Nobiliũ funeribus vanagloria & ſuperbia. ib.

G

GAlliæ in Togatã, Braccatã & Comatam diviſio. 77.a
Gallinæ. Quænam præſtantiores ſint? 69.b
Gallus, cur non occiderit Marium? 164.a
Gallus priùs ſe alarum concuſſione, & poſteà cantu alios excitat. 342.a
Garibayi Anima, qualis fuerit? 105.a
Gaſſendus quomodo ad Principem Valleſium ſcripſerit? Quomodo ad Gaſſendum Valleſius? 233.b
Gaudium an homines occidat? 267.a
Gentiles, quomodo Infantibus olim volebant proſpicere, & quomodo proſpiciunt Chriſtiani? 114.b. Gentiles, an Hebræis præponantur? 285.b
Γενογραφία, quænam ars ſit? & cur tam facilis? 34.b
Genu, an à generando dictum ſit? 363.a. *Genua*, an dicantur à *genis*? 362.b. Genua, an ſint ſymbolum Humilitatis? An Subjectionis? An Concordiæ? An Sapientiæ? An lachrymarum? An abſtinentiæ? 362.b. Genua, an & quomodo loquantur? An vulnera in ipſis ſint lethalia? 361.a. De Genuum vulneribus. An ſint periculoſa? 364.a. Genua oſculari, an & quid ſignificet? Adulationem-ne, an etiam devotionem ſignificet? 238.a. In Genibus an ſit religio? An vitalitas? 363.a

Genufléctere, an loqui ſit? 241.a
Genuflexio an ad Latriam ſpectet? 240.a. Civiliſ-ne, an ſacra Cæremonia ſit? 239.b. Eſt indifferens. 241.a. Cur ſignificet adorationem? 363.a, Submiſſionem, humilitatemque indicat. 363.b
Genupetere, an ſit genuflectere? 240.a
Γενυπετῶν, quid ſit? 240.a
Genua, unde nomen ſortita? Deleta & reſtaurata fuit. 357.b,
Geſtus debet eſſe rebus, quas verbis exprimimus, proportionatus, 59.a. Leges geſtui ab Ovidio præſcriptæ. 56.b, Elegantia in geſtu etiam obſervatur. 281.b, Geſtus & corporis motus, an loquantur? An expreſſiùs quàm verba? 298.b. Geſtuum diviſio, Quinam in Evangelicis orationibus admitti poſſint, & qui non poſſint? 64.b, Geſtuum certitudo quanta in indicando ſit? 55.a. Rhetorica, an admittat geſtus? An chorus & ſuggeſtum Eccleſiæ? 65.a.b. De geſtibus barbaris & inconcinnis: & de laſcivis & mollibus. 63.a
De Gigantum duello, 311.a
Gladiatorum, qui Domitiano chari, nomina, 276.b
De Glumere digitis Beatæ Virginis neto. 300.b. Unde illud Glumus eſſe Partheneis netum digitis dignoſcatur? 301.a
Gongora an ſibi indulgeat, quod incriminatur in aliis? 91.b. An fuerit adlucinatus? 92.a
Græcus, Pictor Hiſpanus celeber. 27.b, Mutus erat. 28.a, 33.b,
Grammaticus, qui uxorem duxit, bis miſer, 8.b
Gratia Spiritûs-ſancti ante Baptiſmum data erat mentis illuminatio. 325.b
Gratiæ Scholaſticæ, quænam & quot ſint? 267.b

H

HÆreditas, an per ſuperpelliceum transferatur? 337.a. 338.a,
Hæretici an poſſint nominatim citari? 362.a
Hala Lovanii, quæ? 13.a
Harmonia, an in Cœlis ſit? 210.b, An ipſa in quantitatum, an veriùs in qualitatum proportione conſiſtat? 211.a. Harmonia Muſica an requirat Vocem? 268.b. Felicitas Harmoniæ an in Inſtrumenti perfectione, an in Cantoris ſcientiâ & dexteritate conſiſtat? 256.a
Hazer rûido, quid ſit? 59.a
Hebræi, an Memoriæ annulis in captivitate fuerint uſi? 282.b. Quo quondam modo diſcedebant è templo? 370.a.
Hechar al trançado, quid ſit? 93.b
Comes Henricus de Vergas, qualis in Belgio fuerit? Quãti à Principe ſereniſſimâ fieret? 50.a
Heraclitus omnia lachrymis digna dicebat, ſed irridebatur à Democrito, 189.b. Quis & qualis fuerit? 201.b
Hercules, an fuerit Deus Gentilium? Cur ejus faciem oſcularentur Veteres? 234.a
De Herminii capite, 80.b
De Hierarchiis Eccleſiæ, 334.b
Hieroglyphica non ſunt Idola, 26.a
Hieronymus, quantas tentationes paſſus fuerit in ſuâ ſenectute? Quid ſentiendum ſit de Eccleſiaſticis, qui potitant & comeſſantur? 124.b
Hircocervus, & Mons ſine valle, an ſint poſſibiles? 153.b
Hirtacidæ Herois generoſi verba ad Euryalum. 296.a
Hiſtoria de Igne & Satyro. 23.a
Hiſtoriographi, an bene de moribus antiquis ſcribant? 249.b.
Hiſtriones, an & qualiter populum adorarint? 237.b
De Homero, Telephane, Neſtore, & Orpheo, In quânam Arte unuſquiſque floruerit? 38.b
Homo, qualis ſit? 67.a. 194.b. An ſit omnis creatura? 67.a, Cur Microcoſmus dicatur? 72.b. Cur piſci ſimilis ſit? 122.b. An ſit omnibus animantibus nobilior? Singulorum perfectiones & imperfectiones ſortitur. 68.a. Homo ingenuus & honeſtus, nullus eſt bifrons. 167.a. Homo qualis eſſe debet, ut *Bonus* dicatur? 309.a. Homo, an poſſit uni dormire, & omnibus aliis vigilare? 18.a. Homo vaneglorioſus, quid facere ſoleat, ut inter Proceres & Viros illuſtres habeatur? 38.a. Homo ignavus, quando & quomodo poſſit dici *fortiſſimus*? 283.b. *Homo virens*, qualis? 172.a. *Hic homo*, an & quomodo ſit idem ac *Ego*? 295.b, Homini an ſit liberum Deum facere? 224.b. Homines & Homones, An & quomodo inter ſe diſtinguantur? 40.b. Homines, cur & quando animalium nominibus ſignificentur? 45.a. Homines, qui fulmine ſyderantur, quo modo poſt mortem maneant? 59.a. Homines, an geſtu loquantur? An etiam eloquantur? 62.b, An ſinguli habeant ſingulas Animas? Quid ſentiat Averroës? 78.a. Homines, an univerſi ſint Vertumni vel Protei? Quàm inconſtans ſit illorum corpus? Quàm variabilis animus? 99.a. An alii equiformes, alii tauriformes, &c. ſint? 100.a. Homines, quæ non poſſunt habere, ſolent contemnere, 139.b. Quinam vocentur Pſittaci? 176.b. Homines, an moriendo loquantur? 195.a. An ſoli adorent, & non ſoli adorent? 232.b. An manibus loquantur? 280.b. Homines juſti ſunt Dei templa, 294.b. Homines non tantùm verbis, ſed factis loquuntur, 298.b. An *ceceens* calamo? & quid *ceceare* ſit? 300.a. An poſſint genibus mentiri? 361.a. Hominum mores & affectus cognoſcuntur ex linguâ. 45.b. Hominum ignobiliũ, quos *Valentones* Hiſpanus appellat, ora, habitus & mores pinguntur. 58.b. De inclinationibus Hominum variis, 72.b. De Hominibus, in quibus impius animus ſortitus eſt corpus deforme, 75.a
Horatius Cocles vulneratus in coxâ, manet claudicans. Quid in eo vociferaretur claudicatio? 361.b
P. Hortenſius laudatus. Quàm felix fuerit in verſibus, in quibus agit de ſuâ imagine à Græco depictâ? 32.b. Mortuus eſt ſine præmio. Ejuſdem Apophthegma curioſũ & ingenioſum 32.a, Quâ ætate illud Epigramma compoſuit? 33.b. Ad ejuſdem laudem Epigramma. 32.a. Qualis fuerit? 46.b
Humeri lati ſunt fortitudinis ſignum, 252.a. De Humerorum pilis. 252.a. Quid ſignificent? ibid.b. De Humeris incurvis, 252.b
Humilitas in Veram vel Falſam dividitur. 49.b
Humilitas cum Virginitate comparatur, Utra ſit excellentior, & utra neceſſarior? 339.b
Hyacinthus, cur characterem αι in foliis præſeferat? 183.a
Cur puer Hyacinthus ſit converſus in florem? Cur etiam Ajax? Utraque fabula dilucidatur. 16.a.b
Hypocritæ imago, 50, 85.b. An Hypocriſi fidendum ſit? 50.b

I

IAcob in filios nepotes adoptat. Quo ritu id fecerit? Minorem anteponit majori, 319.a.b. Cur nepotes in filios ſuſceperit? 320.b, Cur reprobaverit invaſionem Sichimæ? Paraphraſis cum Textu confertur. An Sichimam retinuerit? 321.b
Jacobus Catzius laudatus. 7.b
Iberia duplex. 62.b
Ibycus, Quis? Cur Grue in ejus ſepulchro poſuerint? 43.b
De Ideâ Monte. Ubi, & qualis ſit? 181.b
Idolodulia, an ſit licita? 241.a
Idololatræ, an ſint ultimâ ſententiâ condemnandi? 124.a
Idolum facere, quid ſit? 237.a
Idola Ethnicorum, qualia ſint? 166.a
De Jejunio vero vel falſo. 94.b
Ignis inferni, an ſit corporeus? 157.a
Ildelphonſus de Ledeſmâ laudatus. 73.a
De Iliadis Homericæ principio. 9.a

Ima-

Imagines aut Statuæ animalium, an & cur ſculpantur aut ponantur in Tumulis? 42.b
De Imaginibus Chriſti & Deiparæ. 25.a
Imperfectiones Animi. An ex defectibus corporis intelligantur? 373.b
Imperator. An poſſit vocari *Numen*? An *Deus*? An *Divinitas*? 15.b. Harum vocum propria & impropria ſignificatio. 16.a
Imperator. Quomodo in ſuâ Coronatione juramentum emittat? 16.b
Imperatores Optimi habuerunt aquilinum Naſum. 204.a
Impietas & *Error* in ore Ethnici, quid ſonent? 15.a
Impotentia. An ipſamet animi fatigati & turbati, antequam vox aperiatur, & verba pronuncientur, loquatur? 298.a
De Inceſſu gradato. Quid ſit? 252.b
Iodex ori, quid? & quid fronti admotus ſignificet? 27.b
Index antrorſum motatus, quid importet? 272.a
Indicia à Judicibus conſideranda. 123.a
Infantes in Mundum ingredientes, an & cur luctu & lachrymis à Thracibus ſuſcipiebantur? Et cur enharmonico jubilo mortuis parentabantur? 192.a. Infantes, quid ſuis lachrymis proteſtentur? 195.a. An utantur illo naturali idiomate, quod ipſis ſubminiſtrat natura? Quos vocemus *gorgeos*? An in ipſis aliquid loquantur? An in riſu? 219.a. Mos antiquus lectum & menſam infantibus præparandi. 223.b
In Inferno, an ſit unus tantùm fluvius, an plures? 184.a
Informe, quid ſit? 153.a
Ingenitum, quid ſit? 127.b
Inimicus mei inimici, qualis? 193.b
Inimici Chriſti, quinam in rigore loquendo ſint? 248.b
Intonare, quid ſit? 301.a
D. Joſephus Ciantes, qualis, & quantus? 250.a
De Jove, & Vejove. 35.b
Iſaias, quando & quali martyrio fuerit coronatus? 94.b
Iſthmia, quæ ſint, & cur ab *Iſthmo* dicta fuerint? 253.b. Cui conſecrata? 254.a
Judæi, an & cur in funeribus herbas trans caput jaciant? 93.b. Omnes plerique magnum naſum habent. 203.a. Judæi Romæ, an & quomodo ad pedis oſculum à Summo Pontifice admittantur? 248.b. 249.b. Judæi in Ethnicorum templis erant ſecuri. 273.b. De Judæorum contra Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum injuriis & blaſphemiis. 94.a
Judas oſculo Chriſtum tradidit. Res ipſa, quæ oſculum eſt, duas ſignificationes habet. Caſus proponitur. 250.b.
Judex cur oculos Teſtium conſideret? 135.b. Judices integri & æqui debent eſſe. Debent ante ſententiæ pronunciationem cauſarum momenta librare. 126.b
Julianus Imperator ſuis imaginibus imagines Deorum adjungit. An tunc poſſent Chriſtiani coram ſtatuis genuflectere? 239.a
De Juliano & Nebridio. Cur negaverit Julianus manũ? 275.a.
Julius Cæſar, quomodo in Senatu fuerit occiſus? 257.a
De Junonis impotentiâ. 94.a
Jupiter, an ſit Hiſtrio? 65.b
Jupiter apud Homerum nutu Capitis omnia regit & facit. 89.a
Juramentum improborum, quale? 12.a. An præſumendum ſit improbum pejerare, cùm jurat? ibid.b. In juramento Deus in teſtem adducitur. ibid. De juramento *Ædepol*. 17.a. Juramenta contra bonos mores non obligant. 369.b
Juſti cum metallis compoſiti. Conferuntur cum plantis. 68.a
Juvenis, quem Prudentia deficit, & exornat Ingenium, qualis ſit? 303.b

L

Lachryma, unde dicatur? 189.b. Quid ſit? 190.a. Lachrymæ, an conducant ad ſolamen? 190.a. Lachrymæ veræ quo modo à falſis ſecernantur? 193.a. Quales pro parentibus, maritis, &c. fundantur? ibid. b. Lachrymæ, quando ridentur, aut irridentur? ibid. Cur ſint homini datæ? 195.a. Lachrymæ Infantium, quid ſignificent? ibid. Lachrymæ, an loquantur? 194. a. 195.b. Cur impetrent? Secreta detegunt. ibid. Sunt efficaces etiam fictæ. Ne quidem carent viribus. Habent ſpecialem dialectum. 196.a. An ſecuritatem præbeant? An plus dicere, quàm lingua ſciant? 196.b. Lachrymæ fictæ deſcribuntur. 228.b. Lachrymæ, an vociferentur? 248. a. Lachrymarum diviſio. 190.a. 198. b. Ipſarum potentia, quanta ſit? 194. a. 248. a. Earundem Dialectica, an in Artium numero ſit admittenda? 197.a. De Lachrymarum efficaciâ. Quantum ſupernaturales poſſint? 200. a. b. Mentiri lachrymis & loqui, an poſſimus? 108.a. An & operibus? ibid. b. De lachrymis veris & falſis. 191. a. Quænam res veris lachrymis, & quænam tandem fictis lugeantur? 193.b
Lætitia vera, quid ſit? 341.a
De Lamentatricibus, quæ in funeribus adhibebantur. An fuerint apud priſcos Romanos admiſſæ? In Ceâ inſulâ primæ fuerunt inventæ. 191.b
De Laodamante. 252.a
De Lapide Turcico. Cur ſic vocetur? 184.b
Laus, quid ſit? 196.a. In quonam ſitæ ſint laudes optimi Concionatoris? ibid. Laus communis, an cenſeatur injuria ſpecialis? 90.a. Ingenii laus, an omni ſit Amicitiæ & Politicæ Authoritati poſtponenda? 311.a
Lectio Oppoſitionis, quæ? 342.b. Quantâ D. Angelus Manrique efficaciâ in eâ peroraret? 343.a
Legatio Symbolica Scytharum ad Darium explicatur. 95.a.
Legatus Dacanii Regis ingreditur Spahanium, deſcendit ex equo, & oſculatur limen portæ Regiæ. 242.b
De Legatorum immunitate. 217.b. Eſt juris Gentium: ſed malè interdum intellecta à Principibus. An impunè poſſint agere cum Inimicis in pernitiem Principis *ad quem*? An poniendi ſint, ſi liberiùs loquantur? Prudens & moderata Reſolutio. 218.a
Lemnicornu Inſulæ quid ſit? & cur ſic appellatum? 58.b
Leo in Amphitheatro, cur non fuerit ferox? 45.a
Leones duo germani celebrantur. 66.a
Leontius quis ſit? 370.b
Leopoldina Auguſta Artes omnes, quæ fœminam decêt, percallebat. 300.b
Lermæus qualis? Et quàm beata ſub ipſius regimine fuerit Hiſpania? 46.b
Lex Divina, cur cum Melle comparetur? 175.b
De Lege Caldaria. 172.b. Proponitur Hiſtoria mirabilis. 173.a.
Liber, qui non eſt diſtributus per Capita, qualis ſit? 76.a.
Liber Vitæ, quid ſit? 151.a. An in eo tempus vitæ, quod ſingulis conceſſum eſt, ſcribatur? An ex Prædeſtinatorũ Catalogo alicujus nomen deleri poſſit? ibid.b
Liber. An unus & idem, ſi ingenioſus ſit, à pluribus cõponi poſſit? 181.a
Liber Latinus, an poſſit in Latinam linguam transferri? 310.b
De libro Inſtitutionum, qui ſub nomine Joannis Calvini circumfertur. An ab illo ſit cogitatus? An etiam & ab illo ſcriptus? 311.a
Libri boni, an ſi à malis ſcripti, damnari debeant? 3.a.
Libri omnes, quales ſint? 307.b. An ſit aliquis, qui nævis careat? 308.a

De Liberali & eleemoſynario, An manibus eloquatur? 354 b.
Libertas Humana, an ſit libera? quid in hoc Articulo Lutherani, Calviniſtæ & alii Novatores delirent? An ex Balaani Hiſtoriâ aliquid ipſi poſſint pro ſuo errore deducere? 180.a
Licentiam tacitam, quomodo interpretemur? 13.a
Lignum, quid dicat?. 49.a
De Lineis Medicis, An utiliter conſiderentur? 315.a
Lingua Dei propria. Qualis ſit? 212.a
Lingua & Manus, cur ſimul adpingerentur? 262,b
Lingua Germanica, an apta ſit, ut Philoſophicas Controverſias ediſſerat? 304.a
Lingua an oculis, an & hi linguæ poſſint contradicere? 197. a. Linguâ nil melius, & nihil pejus eſt, 251. a. Eadem improbus linguâ calumnias & adulationes effundit. ibid.b. An ſicut linguâ, ſic & manibus orare poſſimus? 268.a. Lingua-ne, an manu, ſit in Scholâ & Caſtris audendum? 296. a. Linguæ oculatæ eſſe debent: an etiam aures? 119. a. Linguæ diverſæ, an in eodem Orationis contextu commiſceantur? 158.a. Linguarum diviſio & multiplicatio primis poſt diluvium hominibus in ſupplicium illata, nobis hodie tanquam favor & auxilium conceditur. 209.a
Litera Dñicalis quomodo inveniatur? Digitorũ & Articulorũ diſpoſitio, & quænã in ſingulis literæ ſcribẽdæ ſint? 218.a. Cur Literarum Dominicalium Tabula fuerit inventa? Cur non debeat cum cæteris mutari? ibid.b
Literæ eædem quomodo indices & non indices ſint? 303.a
Locus quidam Canticorum exponitur, 187.a
Locus & Situs, an ſint Conſignificantes & Colloquentes Circumſtantiæ? 88.b. Loca, ubi occiduntur homines, ſignantur, Quid, ſi ſignarentur, ubi fugiunt? 219.b. Loca, an poſſint *Sancta* extrinſecè denominari à Viris ſanctis, qui illa inhabitant? 242,a
Loquacitas periculoſa. 281.a
Loqui, quid ſit? 269.b. Loqui bene, quid? 230.b. An loqui poſſimus manibus, digitis, aut etiam ipſo ſilentio? 55.a. Loqui per geſtus, quàm antiquum ſit? ibid. Loqui & tacere, an ſimul quis poſſit? 263.a
De Loquutione humili. Quid requiratur, ut ſit modeſta loquutio? quid, ut ſuperba? quid ut humilis? 281.a
Lucerna ardens & lucens eſt ſymbolum boni Concionatoris. 336.b, 341.b
Lucifer, Cur è Cœlo ceciderit? 334.b
Lucilius, quis & qualis fuerit? 207.a
Luna laboribus emaculata, quæ? 188.a
Lupus de Vega Poëta celeberrimus inter Hiſpanos. 305.b
Lutherus & Calvinus, an ab Spiritu-ſancto miſſi ſint? Prædicantes à quibuſnam hodie mittantur? 346.b
Luridus, unde dicatur? Quid ſignificet? 175.a
Lux. An ſit Color? An verò qualitas ex parte objecti requiſita, ut colores videantur? 170.a
Luxuriæ ſpecies, quas Perſona ſecernit. 18.b

M

Magiſter in tripudiis, quid præſtet? 286.a
Mahometani, cùm orant, quò facies convertant? Nec ſuo Pſeudoprophetæ mortuo, nec Imperatori vivo terga obvertunt, 370.b
Mahometus, an omnes imagines interdicat? 25,b
Majores, qui? 334.b
Mal viſto apud Hiſpanos quis ſit, & quis *bien viſto*? 142.a
Hazer la mamona, quid? Vnde hæc cæremonia deſumatur? An ſit ſeria? 342,b
Manus, unde dicatur? 264.a. An à numerando dicta? ib. b. An Barbariſmum committat? 270. a. an poſſit ſolœciſmum committere? 221. b. Manus perforata, quid ſignificet? 354. a. Manus præceps quid ſit? ibid.b. Manus ſola, quæ & quanta præſtare poſſit? 262. b. Manus an poſſit dari moraliter? An etiam manuum oſcula? 375.a. An ſit raró danda Amico? 275.b. Manus in ſinum inducta, quid ſignificet? 278. b. Manus aperta, quid, & quid clauſa innuat? 278.b. Manus ori admota, quid ſignificet? 280.a. Manus an ad Memoriæ Artem pertineat? 281. b. Manus, in quâ index & auricularis, cæteris contractis, protenduntur, quid olim ſignificabat? Et quid hodie ſignificet? 286. b. Manus generalẽ verborum ſignificationem reſtringit. 291. a. *Manus Divina*, quæ? 299. a. Manûs extenſio quid ſignificet? 276.b. Manus dexteræ dignitas apud Latinos: etiam apud Hebræos. Apud Turcas obſervatur oppoſitum. 284. b. Manus motus aliqui habent ſignificationem naturalem, aliqui artificialem. 286. a. Caſus valde particularis recenſetur, ut videatur quanta apud Germanos ſit datæ manûs ſecuritas. 275.b.
Manum Domini reſpicere, quid ſit? An implorare auxiliũ? An obedire? 266.a
Ars loquendi quæ ſit? & quæ colloquendi per manum? 269.a. An habeat Canones? ib.b
Manum dare varias acceptiones & ſignificationes habet. 272.a.
Dexteram dare eſt dare pacem. 272.a
Manum elevare, eſt jurare. 276.b
Manum manu fricare, quid? Et quid, *ne manum mihi frices*? 279.a.
De Manu Dexterâ & Siniſtrâ, quid ſignificent? 271.b
An manu loqui? an etiam mentiri poſſimus? 237.a
De manu oculis admotâ. 23[illegible].b
Manu, aut digitis ſignari, quid ſignificet? 2[illegible].b
Manu mentum tangere, quid ſit? 279.b
De Manu ſurſum & deorſum verſa. Quid ſignificet? [illegible]79.a
Manu ſilentium indicitur. ibid.b
Habere in manu; *Eſſe in manu*; *Poni in manu*, quid ſit? 31[illegible].a
Manus, quàm neceſſariæ ſint? [illegible]
Duæ manus, quid in nummis aut teſſeris ſignificent? [illegible]4.b
Manus infirmis imponuntur. Et hac ipſa impoſitione recurantur. [illegible]
Manuum-ne, an oculorum elevatio præſtet? [illegible]1.a
Manuum motu tripliciter mentem aperimus. 291. a. Anne ipſo motu loquamur? [illegible].b
Manuum lineæ an ſculpantur ab Aſtris? An Sydeῤibus cæli æquivaleant? An eædem lineæ pingantur à Dæmone? Sententiarum præcedentium cenſura. 314.a. Manuum lineæ non ſignificant actus futuros. ibid.b
Manuum impoſitio, quid ſignificet? An, & unde re[illegible]gatur? [illegible].b
Manuum decuſſatio, quid ſignificet? [illegible].b
Manuum impoſitio cæcos illuminat. Quomodo reſ[illegible]gatur? 32[illegible].b. An habeat locum in Bapti[illegible] 331. b. An in Clericorum initiatione locum [illegible]? 334.a. Vendi nequit. [illegible].b
Manus in altum elevare, quid ſit? 2[illegible].a
Manus imponere ſuper pueros, quid ſit? 3[illegible].b
De Mappâ, ſuper quâ Dominus Noſter Je[illegible]s-Chr[illegible]s Venerabile Sacramentum inſtituit. An texta & acupicta à Divâ fuerit? An ipſa nere, texere, & acupi[illegible]e-re perfectiſſimè ſciverit? [illegible]
Mappæ, quomodo deſcribantur? [illegible].a
Maria Magdalena Chriſti Domini pedes lachry[illegible]s la[illegible], & capillis terſit. An fuerit Marthæ ſoror? An plur[illegible]s Chriſti Domini pedes unxerit & abſterſerit? Qual[illegible] unguentũ nardi piſtici? Cur Judas exclamaverit? 247.[illegible] An, & cur ad Chriſti pedes accedere Magdalena potuerit? 248.b
Mariæ Auguſtæ Imperatricis annulus. Quid ab eo moneretur? 282.b
De Mario. Quali corpore & animo præditus fuer[illegible] [illegible].b
Maritus, an poſſit in Matrimonii juribus diſpenſare? 145.a An poſſit uxorem alienare? An poſſit occidere impunè? An accuſare? An divortium petere? An negare debitũ? ib.b. Semper retinet connubiale dominium. 246. Mariti conſenſus eſt invalidus. 145.b

Marmor à Petegrino interrogatus reſpondet. . 41.b
De Marte. Quales ipſe fuerit,& quales ſint hodie noſtri Martes? 83.b
De Maſiniſâ & Sophoniſvâ. 275.a
De Matre & filiolo monoculis. 163.b
Matrimonii Finis opinione mulierum,qualis ſit? 10.a
Adoleſcens, qui vult matrimonium contrahere,an aures, an verò oculos ſit conſulturus? 74.a
De Matrimonio. De ejus materiâ, & formâ. An in eo ſint requiſita verba? 66.b
S.Matthias, quomodo Apoſtolis ſit adnumeratus? 347.b
De Maximino Imperatore. 241.b
Maximus, quales oculos habuerit? 117.b
Maximi Imperatoris modeſtiâ. 241.b
Medicinæ Corporeæ & Incorporeæ Analogia. Quinam Medico indigeant? 341.a
Medicus, cur nec ſemper curet, nec Orator perſuadeat? 135.a
Medius fidius, quale juramentum ſit? 16.b. Quid ſit in Juſti Lipſii ore vel calamo? 17.a
Mel, quid ſit? An ab apibus fiat? An alibi inventum ab ipſis ad favos feratur? 175.b
Membra omnia corporis humani ſunt linguæ. 53.a
Membra corporis univerſa, in quo conveniant? In quo Provinciis alicujus indigenæ? In quonam membra alicujus Eccleſiaſticæ Communitatis? 337.a
Mendacium objectivum in oculis, an reperiri poſſit? 166.a
Mendacia non poſſunt decipere, niſi ſpeciem veri præferant. An oculis videri poſſint? Quantâ aliqui inſolentiâ mentiantur? 191.a
Mendacia oſculis & brachiis committuntur. 257.b. An manibus committantur? An fiant Hyperbolæ, & aliæ Figuræ Rhetoricæ? . 278.a
Mens, an manuum impoſitione illuminetur? 325.a
Mentem colere, quis ſit dicendus? 54.a
Mentem cribrare, quid ſit? ibid.
Mentem exuere, quid? ibid.
Mentem condere, quid? ibid.
Mentem condire, quid? ibid.
Mentiris, quantum importet? 297.b
Mentum tangere, quid ſit? 234.a
Mento alium apprehendere, quid ſit? 279.b
Mercatores Genuenſes, quales? 45.b
Mercatores, an ſponte careant auribus? 166.a. Mercatorũ Conſcientia, qualis? 45.b
Meritis, an fidendum ſit? 20.a
Meſſiturarſe, quid ſit? 148.b
Metopoſcopia, Quid ſit? Unde dicatur? An ex illâ futura præcognoſcantur? 101.a
Midas apud fontem ſepultus. 43.a
Miles adulterinus deſcribitur. 130.b
Miles, pedibus-ne, an manibus debeat confidere? 296.b. Armis uti non debet, quæ non intelligit. An debeat ſcire Hiſtorias? An Coſmographiam? 307.a. An cognoſcere altitudinem Poli? An dierum longitudinem? An Stellarum nomina? An nauticam & Hydrographiam? An & ſtemmata, quæ pinguntur in clypeis? ibid.b. Milites, an debeant ſtudere Matheſi? An etiam Aſtronomiæ? 307.a
Milites umbratiles & adulterini, qui ſint in Hiſpaniâ? De horum homuncionum dialecto. 219.b
Milites manum Imperatoris oſculabantur. 135.b. Utram manûs partem oſcularentur? Utram in oratione Cælo objicerent? 236.a
Milites, an ſuis orent gladiis? 322.a
De Militibus, qui pugnant coram oculis Principis, 164.a
De Milone, qui nunquam in genua ceciderat. 253.b
De Minervâ Equeſtri. Cur curribus præſidere dicatur? 310.a
Minerva, cur in Panegyri colatur? Cur tam ſit pauper? ib.
Minervæ & Neptuni oculi, quales? 185.a
Miniſtri Principum, quales hodie ſint? 166.a. Quales Principes, qui illis utantur? Et quales clientes, qui ab illis dependent? ibid.b
De Mœvio & Bavio. Quinam fuerint? 143.b
Mogoris imperium ubi ſit? 249.a
Monachi & Religioſi, quales? 67.b. Monachos dedecet cachinnari & vociferari. 281.a
Morbus Ictericus, qualis? 175.a
De Morbo Regio. Cur ita nominetur? 175.b
Mors, an homines capiat? 202.b
Mortui, an dormiant? 36.a. An ſint optimi Magiſtri? 40.a
Morum alteratio, in ſene præcipuè, eſt periculoſa. 39.a
Morum & inclinationum varietas è triplici capite procedit juxta Pythagoram. 71.a
Motus corporis an conſignificent? 281.a
Moyſes. An fuerit Deus Pharaonis? 16.a
Moyſes manus imponit ſuper Joſvem. Quid hæc ceræmonia importarit? 322.b
Mudarra Gonzalez à Sanciâ adoptatur. Et quomodo? 338.b
Mulier, an quæ ore negat, mente concedere cenſenda ſit? 6.a
Mulieris improbæ Grammatica. 9.b
Mulieres. An omnes ſtomacho laborent? & quâ medicinâ curentur? 8.b. An ſint homines? 364.a
Munera, utrùm loquantur? 354.b
Munera, cùm dantur Judici, quid tacitè dicant? 355.b. Data ſeni, diviti, & ægroto, quid ſignificent? 356.a
Munera, an animum mittentis exponant? 357.a
Munimenta omnia auro poſſunt expugnari. Danaës fabula. 360.b
Muſices diviſio in Inſtrumentalem & Vocalem. 263.b
De Muſicâ Morali. Qualis paſsim ſit? & qualis profectò eſſe debeat? 335.a.b
Muti. An & cur geſtus vivaciſſimos exprimant? 56.a
De Mutuo. An in eo transferatur dominium? 145.a
Myron, quis fuerit? Ejuſdem Bucula à variis ingeniis celebratur. Eximiam laudem tornando, cælando, & fundendo prometuit. 29.b

N

NAſus magnos, quid ſignificare ſoleat? 202.a
Naſus, an quodammodò ſit omnia? 207.b
Naſorum an varia ſint genera? ibid.
Hermocratis naſus, an verò *Hermocrates naſi* dicendus ſit? 207.b
Bilis, an Naſo inſideat? 204.b
Qualem indolem habeant, qui naſum aquilinum ſortiti? ibid.a
Naſuti, quales ſint, qui vocantur? 202.a
Natura & Fortuna, an aliquando conveniant inter ſe, & velint communi conſilio alicui Viro inſigni proſpicere? 21.a
De Naturæ & Fortunæ fractâ amicitiâ. 20.a. Quid à Naturâ obtineant, quibus favet fortuna? ibid.b
Navarchus, cur manu loquatur? 266.a
Naufragi Epitaphium, 42.a. Naufragi alterius Epitaphiũ, ibid.
In neceſſariis nec meritum, nec demeritum eſt. An Ariſtoteles percalluerit hanc difficultatem? 199.b
De Negatione, Privatione, & Defectu. Quomodo inter ſe diſtinguantur? 152.b
Negationes, an duæ affirment? 59.a
Negro de mi, quid Hiſp. ſit? Caſtri verde celeberrimi Concionatoris Apophthegma. 186.a
Nemeſis, quæ ſit? Quiſnam, & quantam hujus Deæ ſtatuam finxerint? 260.a. An ſit dictamen rationis? Nemeſeos ſtatua manu ſiniſtrâ dexteri brachii cubitum à
Phi-

Phidiâ ſuſtinere jubetur. Et cur? Cur etiam frænum habeat? ibid.b
De Neſtore, Orphëo, Homero & Telephane, In quânam arte unuſquiſque floruerit? 38.b
Nictatio gravida, quid ſignificet? 139.a
Nigredo, an ſit color? 168.b
Niobe, quæ fuerit? Unde ejus ſacrilega ſuperbia occaſionem ſumpſerit? 38.a
De Noctuis, Bubonibus, & cæteris avibus nocturnis. 89.a
Nomen dare in caſtris quid ſit? 278.a
Nomina alta, quæ? 9.b
Nota mala, quid ſit? 228.b
Notæ harmonicæ, an ſignificationi vocum debeant correſpondere? 264.a
Novilunium, quomodo cognoſcatur? 317.a
Numerus Aureus quid ſit? 315.b. Quibus annis aurei ſinguli numeri correſpondeant? 316.a
Aureorum Numerorum, & Epactarum Tabulæ, cur poſt annum 1700. debeant mutari? 318.b
Nutrices, quales Infantibus ſunt deſtinandæ? 71.b

O

OBedientia, qualis debeat eſſe, ut perfecta dicatur? 372.a
Objectum, an, & quomodo unum & idem poſſit ſpecies diverſas in oculos diverſorum immittere? 155.a
Octava, quid ſit, & per quot notas, ſeu puncta decurrat? Quomodo dividatur? De Quintâ & Quartâ. Quæ ſit earum dimenſio? An octava ſit omnia? 240.a. Qualis Conſonantia ſit? Cur *Διάπασων per omnia* dicatur? 235.a
Ocreæ, an nationem à natione ſecernant? An & milites à civibus & aliis diſtinguant? 266.a
Ocreæ militum an fuerint ferreæ & inauratæ? ibid.
Oculus, unde dicatur? 116.b. Cur nominetur *Speculum*? 135.b
Oculus Domini, an campos fertiles reddat? 164.a
Oculus ſymbolum Zelotypiæ. 185.a
De illo præcepto, *Non parces Oculus tuus*, Quid importet? 123.b.
Oculi, an committant barbariſmos? 90.a
Oculi cur ſint in tam ſublimi loco poſiti? 113.a
Oculi, an operentur realiter? ibid.
Oculi habent ſpeciale, & iis, qui non amant, ſecretum, & ignotum idioma. 115.b
Oculi an legantur, aut auſcultentur? 116.a
Oculi Regum, qui? ibid.b
Oculi in oculis, qui? ibid.
Oculi Parentum. ibid.
Oculi Arborum. ibid.
Oculi, quæ & quomodo loquantur? ibid. Cur Lumina vocentur? ibid. An ſint Soles? an Stellæ? 117.a
Oculi humani, cur aliquando extra ſe ſplendorem emittant? 118.a
Oculi vagi quid ſignificent? 123.a
Oculi, an potentias, ſenſus, & linguas diverſas habeât? 123.b
Oculi, an ſint Protei? 120.b. Animi commotionem & indignationem oſtendunt. Quàm multa & varia præſtent? an informent? 121.a. An offendant? An poſſint integram familiam dehonorare? An, & quando præſtet illis carere? An linguas, quibus loquantur, habeant? An verba reſtringant? ib.b. An colloquantur? 122.a. An verbis fidem faciant? An prodant mendacem? ib.b. An ſint cordis nuncii? 123.b. Deſpiciunt, minantur, abblandiuntur, &c. 123.b
Oculi inſatiabiles, cupidi, avari. 127.b
Oculi accuſantur. ibid.
Oculi, an affirment & negent? 129.a
Oculi clauſi, quid ſignificent? 132.a
Quid aperti? ibid.
Quid Fixi? ibid.
Oculi turbati, quid innuant? ibid.
Oculi, qui non claudi aut ſolvi in ſomnum poſſunt, quid innuant? 133.a. Et quid contra in utramq; aurem dormire? ibid.
Oculi maligni quid ſignificent? ibid.
Oculi, an affectus animæ, & quos exprimant? 136.b. An in alios efficienter immittant? 137. rarò mentiuntur. Linguæ mendacia approbare non volunt. 135.b. Æquivoca fingunt, habent intercadentias; proditoriè reſpiciunt. 158.b. Diſtinguunt Liptoten ab Hyperbole. 159.a. Loquuntur hyperbolicè. ibid.b. Loquuntur, poſſunt & ſolent auſcultari. Præbent occaſionem diſcordiis. Plus dicunt, quominùs loquuntur. Habent ſpecialia vocabula. An decipiantur? 163.a. An mentiantur? 191.a.
Oculi Chriſti quàm efficaces fuerint? 195.a
Oculi Semiramidis, an fuerint barbari? An & cur homicidæ? 129.b
Oculi Narciſsi, an barbariſmum commiſerint? ibid.
Oculi Domini, an faciant, ut ejus animalia pingueſcant? 163.b.
Oculi Floræ aperti præbent lucem Diei, & clauſi inferunt noctem. 126.b
Oculorum natura, qualis ſit? 113.a
Oculorum nictationes, an ſub nomine Geſtus intelligantur? 113.a
De Oculorum ſplendore. 117.b
Oculorum pupillæ ſunt loquaces. 122.a
De Oculorum ſignis. Artificialia-ne ſint, an naturalia? 131.a. De ordine in eorum digeſtione ſervando. ibid.
De oculorum idiomate. An ſit pauper? ibid.
De Oculorum moralibus operationibus. 131.b
De Oculorum circumſpectione. 132.b
Se videndum præbere, quid ſignificet? 133.a
Oculorum pupillæ, ut incautæ, & ut puellæ Amorem interdum ſecretiſſimum detegunt. 162.b
Oculorum converſio ad Deum. 146.a
Oculorum Grammatica, an in ſcientiarum Flaviſſis reperiatur? 115.b. Recenſentur nonnulli, quibus nota fuit Oculorum Grammatica. 118.a. De Oculorum Modis, Temporibus, & Conjugationibus. 128.a. De Barbariſmis. 129.a. De ipſorum ſolœciſmis. 130.a
Oculorum Hyperbolæ, an ſint timendæ? 159.a
Oculis, an ſit credendum? 121.a. An potiùs auribus, quàm ipſis? 163.a
Quales oculos habeat, qui dubitat? Quales, qui deliberat? 134.a
Verba, an per oculos modificentur? 122.b
Oculos ad aliquam perſonam, aut locum convertere, quid ſit? 120.a
Oculos flectere, quid? ibid.
Oculos & dexteram protendere, quid ſit? 121.a
Oculos dirigere, quid ſit? & quid *Oculos in Deo habere*? 124.a
Oculos elevare, quid ſit? 124.b. Cur publicanus non audebat oculos in Cœlum elevare? ibid.
Oculos componere, quid ſit? 148.b
Oculos attenuari, aut *deficere*, quid ſit? 194.a
Homines oculos malis humoribus infectos habentes, an in Illyrico, an etiam in ipsâ Hiſpaniâ reperiantur? 114.a Unde provenerint, ſiquæ familiæ habent oculos infectos in Hiſpaniâ? ibid.b
Oculis tacere, quid ſit? 120.a
Oculis æquis reſpicere, quid? ibid.
Oculis capere, quid ſit? 132.b
Mores hominis, an in Oculis innoteſcant? 117.b
An oculis oremus? 124.a
An oculis deſignari poſſimus? 119.a
Sequi aliquem oculis, quid? 133.b
In oculis, an quis ſit diſtractus, an verò ſit attentus, percipitur. 121.a
In oculis furor & clementia relucent. 117.b
In oculis relucet humilitas. 123.a

De

Digitized by Google

De Conjugatione Amo. Utrum reperiatur in Oculis? & de reliquis. 128.b
Cur omnes intelligant, quæ Amantes oculis inter ſe colloquuntur? 165.a
Argumentum ab Oculis ad linguam & vocem, an decurrar? 163.b
De Oculis humentibus & ſiccis. 132.a
De Oculis oberranribus. 133.b
De Oculis, 138.b. Quid in eis importet viſus madidus? 139.a
De Oculis obliquis. 127.a
De Oculis morſicantibus. 128.a
De Oculis attenuatis. Quinam illi ſint? 194.a
De Oculis Divinis erga homines, 131.b. Quales ſint? 152.a
De Efficaciâ Ocularis Rhetoricæ. 135.a
Odium & Amor, an pulſum alterenr? 64.a
Odoacer Herulorum Rex vincitur & perfidè occiditur à Theodorieo. 154.b
De Odoratu. A quibus negligatur? 84.b
Opera bona, cur in ſecreto fieri debeant? An etiam ſi ſint obligatoria? 187.b. An poſſint per accidens eſſe mala? 346.a
Operationes Mentis, quot & quæ? 197.a
Ophthalmologia, quæ ſcientia ſit? 116.b
An opiniones animo, ſicut & veſtes corpori mediatè, aut immediatè adhæreant? 54.b
Oratio triplex. 267.b
Orator Turcicus, quo cultu Imperatorem, & quo Magnû Turcam cultu proſequatur Germanicus? 371.a
Orator Provincias aut Civitates denominaturus, locum debet priùs præcognoviſſe. 61.b
Quænam ſint illa tria, quæ à Demoſthene in Oratore requiruntur? 267.b
Orarores, quinam agant & quinam ſatagant? 281.b
Oratores, an occidi poſſinr? 218. Mon[illegible]m Politicum ad eoſdem. ibid.
Orarores modeſtiam debent in dicendo ſervare. 283.b
Oratoria, qualis ſit? An exerceatur ſolâ linguâ? 267.a. An ſit Cœlo ſimilis? 136.a. An homines barbaros ad vitam communem redigerit? An ipſimet Jovi præſcribat? ib.
Ordinatus ante Confirmationem, quale peccatum committat? 343.b
Ordinari, aut baptizati ab Hæreticis ſi ad Catholicos trâſeanr, an debeanr rebaptizari, aut reordinari? Cypriani error. Orientalium opinio. 352.b
Declarat Papa per ſolam manûs impoſitionem reconciliandos eſſe. 353.a
Ordo, qnid ſit? 343.a. Cur dicatur *Signaculum*? ibid.
Ordines non baptizato collati ſunt invalidi: validi aurem ſi non confirmato conferantur. 343.b
Ordines Majores, an tantùm *Sacri* dicantur, ſiquidem omnes ſunt ſacri? ibid.
Oriens. An & cur à dextris ſit conſtituendus? 284.a
Orientales. An Idola ſua adoraverinr manu? 236.b. An etiam Hebræi, qui in Ethniciſmum lapſi? 237.a
Oris magnitudo, an Vultus pulchritudini officiat? 206.a
De Orphëo, Neſtore, Homero, & Telephane. In quanam arte unuſquiſque floruerit? 38.b
Oſculari, an adorare ſit? 231.a
Oſculum quid ſignificet, & quomodo dividatur? 232.b
De Oſculo pacis. 250.a
Oſcula, an dicantur & ſcribantur? 231.a. An jaciantur? 237.b
Oſcula dara amicitiam conciliant, negata odia ingerunt. Id probatur exemplis. 234.a
Oſcula interdum inſinuata, non data. An hoc modo ſint culti Dii? An ore manum, an verò manu os exoſculemur? De orantium digitis: qualem habuerint diſpoſitionem? 236.b
Oſculorum diviſio. Quid facie, & quid manibus impreſſa ſignificent? 232.a
An oſculis loqui poſſimus? 233.a
Otho, cur fuerit in Luſitaniam relegatus? 144.a
Ova. Quænam meliora ſint? 69.b

P

Pallor, quid ſignificet? 174.b
An, & cur Parricida vocari debeat, qui fratrem occidit? 143.b
De Parricidio & Homicidio. 19.a
Partus, ut vitalis dicatur, quot menſes requirantur? 224.b
Parvulus quid ſine reſtrictione ſignificer? 322.b
Paſſiones animæ principales. 110.a
Paſſiones, morbique Animæ & Corporis, an ex ipſomet ſtylo cognoſcantur? 302.b
Patibuli figura in Germaniâ. 250.a
Patria grandinum, quæ? 49.a
D. Paulns, qualirer concionatus ſit? 66.a. An cum Moyſe componendus ſit? 151.b. An & in quibus prærogarivis Petro ſit major? 285.a. An correxerit Petrum? De quâ re erat inter eos diſſertatio? ibid.
Paulus, quid manus imponens præſtiterit? 332.a
D. Paulus, an locum in ſigillis dexterum ſub initium, non conſilio, ſed caſu ſortitus fuerit? 286.a
Pauper, cùm dona diviti offert, quid dicat? 355.b
Pauperum cura haberi debet. Et quinam Pauperum nomine inrelligendi ſint? 274.b
Pax ſub onere & tributo conceſſa. 273.b
Pax, an poſſit manu orari? 274.b
Inſtrumenta Pacis, an, & apud quos ſanguine ſcribantur? 275.b
Peccata, an ſint nigra? 276.b
De Peccatis Provincialibus, An-ne dentur? & quænam illa ſint? 357.b
Pectus percutere, ſignum doloris. 119.b
Pectus argenteum, quid innuar? 170.b
Pellices, quo olim ritu ſacrificaverint? 81.a
De Pentaglotto Authoris. 306.b
Perſona, quid ſit? Quo ſenſu loquantur Theologi? Quo autem Grammarici? Quid ſit apud Philoſophos? 1.a
Perſona. An poſſit dari communis & univerſalis? ibid.b
Perſona in tria membra dividitur. 2.a
Perſona in quacumque causâ aur proceſſu judicium mutat. ibid.b
Perſona aliqua an poſſit verbis depingi? 29.a
Perſonæ circumſtantia in Moralibus benè conſideratur. 18.b
Perſonæ qualitas, an ex ſtylo cognoſcatur? 302.a
De Perſonis fictis. 19.a. Doctoris Carlini nuper defuncti nomen, ejus uſurpar famulus. ibid.
De Perſonis Heroicis Comœdiarum. Qui pronunciatione & geſtu excellant? 65.a
Perſuaſio à modo dicendi dependet? 217.b
Pes, an loquatnr? 369.b
Poſitiones ambiguæ, an pede reſtringantur? 370.a
Pedes nudi an poſſint ſignificare libertatem? 373.a
Pedum annuli, qui ſint? 372.a
Pedibus, an loqui poſſimus? 366.b
Ars loqnendi pedibus, an ſit Theologis neceſſaria? Quæ Lectorem poſtulet? An inviro ſcribatur? 367.b
Petrus, cur juſſus ſit ambulare ſuper aquas? 285.a
Petrns Judæis, & Paulus Gentilibus, an fuerit concionatus? 74.a
Petrus, an ſit Princeps omnium Apoſtolorum? ibid. An fuerit prima Chriſti creaturâ? An primus Chriſti Adminiſter, ſeu famulus? 364.b. An Clementem manuum impoſitione in ſucceſſorem ordinaverit? Cur ille non ſucceſſerit immediatè? 347.b
Petri Socrus à Chriſto miraculosè recuratur. 323.b
Petri umbra, quid fecerit? 324.a
Petrus Gaſſendus, quales oculos ſortitus ſit? 118.a
פסל, εἴδωλον, quid ſit? 25.a. Quiſnam Idolum fingat,

qui

qui illud orando adorat? ibid.
Philoctetæ pes an mentitus fuerit? an pejeraverit? 369.b
Philo, quot dentes habuerit? 92.b
Philoſopho, elapſo tyrocinio, quid liceat? 303.b
De Photio intruſo Patriarchâ Conſtantinopolitano. An contulerit Ordines validè? An ordinati ab eo debuerint iterum ordinari? 353.a
Phraſis quædam Hiſpanica exponitur. 28.a
De Phyſiognomiâ. Quænam ars ſit? An infallibilis, & certa ſit? Ipſam Zopyrus profitebatur. Quale formaverit judicium de Socrate? An benè diſcurrerit? 100.b
Pictor, an ſcire debeat omnes Artes? An feſtinare monendus ſit? 23.a
De Pictore à Perſiæ Rege ad Chriſtum miſſo. 26.b
Pictores aliqui famâ digni recenſentur. 28.a
Pictorum & Poëtarum audacia, in quonam conſiſtat? 26.b
Pictoria, an ſit Ars Divina? 27.b
Pictura. An ſit quædam Tacens Poëſis? 26.b. An & ſit falſa Veritas? 27.a
De Picturâ & Hiſtoriâ. An illa ſit Hiſtoria tacens, & iſta ſit Pictura loquens? 24.a
De Picturâ ſilentii. An loquatur? 27.a
Picturæ, an loquantur? 7.a. An mentiantur? 30.a
Picturæ & Statuæ, quâ phraſi laudentur? 33.a
De Picturis à S. Lucâ delineatis, 26.a
De Picturis duris, & blandis, 27.a
Pietas, quid ſit? & an à Miſericordiâ diſtinguatur? 141.b
Placitum & Æquum, an & quando convertatur? 345.b
De Platonis vero nomine. Qualis fuerit? 252.a
Magiſter Platonis. An Pythagoræ ſubſcribat? 70.a
Plautus, qualis fuerit? Ejuſdem Epitaphium. Honorifico Elogio à Varrone honoratur. Cur laudetur Plauti ſtylus, ſiquidem multa in eo verba humilia & abjecta leguntur? 202.a.b
Pœna, quomodò à pœnalitate diſtinguatur? 13.b
Pœnalitates apud Ciſtercienſes admiſſæ. ibid.
Pœna damni, quam in Inferno patiuntur damnati, deſcribitur, 156.a
Pœna damni, an ſit atrocior, quàm ſenſus? 157.a
Pœna Talionis. An ſit admittenda in Republicâ? A Deo illa in lege Moſaicâ præſcribitur, Qualis debeat eſſe? An Severus nimis ſeverè ſtatuat? 350.b
Poëſis, an & cur apud omnes viluerit? 162.b
Poëtæ Satyrici, ab inimicis, in quos ſcripſerat, occiſi, epitaphium. 39.a
Poëtæ, an mentiantur, qui pallidi ſunt? 109.a
Poëtæ, cur Septentrionem in dexterâ collocent? 284.a
Politici, an ſciant fingere vultum, qualem volunt? 109.b
Polyphemus, quantus fuerit? 125.a. Quam fuerit negligens in cultu comarum? 84.b. Qualem vocem habuerit? De ejuſdem muſico Inſtrumento. An fiſtulas habuerit inæquales? Quis ſit illius inventor? 213.a. Quomodo pulſaretur? 214.a. De Fiſtularum numero. 213.b. Cur Ovidius, & eum imitatus Gongora centum fiſtulas in hoc inſtrumento Polyphemi compoſuerit? 214.a
Pontus Euxinus, cur olim Axenos (inhoſpitalis) vocaretur? 76.a
Populus, an Tyrannos amet? 151.a
Porta Orci, qualis? 365.a
Porta pede pulſanti, an & cur illicò ſit aperienda? 371.a
Portam pedibus pulſare, quid ſignificet? ibid.
Poſthumus, qualis fuerit? 236.a
Poteſtas & Potentia, quomodo differant? 63.a. Earum diſtinctio, quid utraque ſit, explicatur. 180.b
De Potentiis Realibus & Intentionalibus. 113.b
Præcepta obligant graviter, ſi materia ſit magna. 343.b
Præcepta, an ſubditum privent potentiâ, an poteſtate? An lædant, aut minuant libertatem? 180.b
Præcepta æquivoca imponere, an ſit tyrannicum? 123.a
Præceptores, an apud Italos ſint barbati? 245.a
Prædeſtinati. An poſſint peccare graviter, aut præſciti leviter? 17.b
Prædeſtinationis efficacia, quanta Hæreticorum ſenſu ſit? ibid.
De Prædeſtinatione & Præſcientiâ. 188.b
De Prædicantibus Heterodoxis. 65.b
Quid de Præſcito fieret, ſi benè operaretur? 18.a
Præſentia, cur oculus nominetur? 116.a
Presbyteri & Diaconi Apoſtolorum tempore per ſuffragia publica, ſeu χειροτονίαν deligebantur. Hodie populus conſulitur, an dignus miniſterio ſit, qui ad Ordines Sacros adſpirat. 348.a. Cur jubeatur Accuſatori, ut memor ſit conditionis ſuæ? ibid.
Presbyteri & Diaconi apud Græcos habent uxores. An & Epiſcopi? 351.a
Principis Regia in medio Provinciæ eſſe debet. 371.b
Principi tergus non vertere, cùm ab illo diſcedimus, eſt cultûs & reverentiæ ritus. Sic olim apud Perſas. 370.a
Principes plerumque laborant inconditis geſtibus. Et cur? 56.b. An & cur plerique ſint pulchri? 105.b
Principes & Imperatores, an faſcinentur? 114.b
Principes, an ob ſuorum Legatorum arrogantiam puniri debeant? 218.b
Principes, quomodo colendi ſint? 239.b
Principes, quomodo à Miniſtris circumveniantur? 257.b
Principes in omni latione & diſpenſatione legum debent à ratione pendere. 350 b
Principum Antiquorum humanitas, quanta fuerit? 278.a
Probabilitas Opinionum cum tempore, & hominum apprehenſione mutatur. 329.b
De probatione plenâ & ſemiplenâ, 350.b. An ad Severi Imperatoris mentem hæc obſit promotioni? 351.a
De Procli naſo. An manu major fuerit? 208.b
Profana, an ſacris miſcenda ſint? Quænam nominentur profana? 205.a
Promotio Min[illegible], aliàs digni non poteſt ob levem aliquam imperfectionem impediri. 350.b
Prophetæ Videntes vocantur. Quibuſnam oculis futura prævideant? 178.b
Prophetæ qui ſint? De horum filiis? Quinam fuerint? 340.
Prophetare, quid ſit? 335.a
Prophetia, utrum præjudicet libero arbitrio? 180.a
Propoſitio una & eadem, quæ in ore unius eſt hæretica, an in ore alterius poſſit eſſe Catholica? 13.b
Propoſitio indefinita in materiâ contingenti æquivalet Particulari. 45.b
Propoſitiones Contrariæ, aut Contradictoriæ eſſe veræ non poſſunt. 197.a
Prorex quicumque, qualis eſſe debeat? 47.a
Proceres & Senatores, qui munerum receptione ditescunt, quales ſint in opinione D. Donati doctiſſimi, & Sanctiſſimi Viri? 50.b
Proteus, quis & qualis fuerit? 98.a. 107.b. De ejuſdem Palatio. Quale fuerit? An merè fabuloſa, an verò ſymbolica ſint, quæ de illo leguntur? 97.b. An reverâ fuerit aliquis Proteus, unde occaſionem ſumpſerit fabula, aut hiſtoria de Proteo? 98.a
Proximus, an in dubio debeat fraternè corrigi? 273.b
Prudentia, unde orta ſit? an omnia noſcat? An præſentia? An etiam præterita & futura? 99.a
Pſittacus, an poſſit injurias evomere? An habeat ſpecies congenitas? 177.a
Pudor, an ſufficiat pro pœnâ? 167.b
Pueri, ſiquidem non peccant, cur corriguntur, aut puniuntur? 10.b
Pueri hujus ævi, an ſenibus ævi tranſacti ſint aſtutiores? 204.b
De Pueritiâ & Infantiâ. 10.b
Haſeme pueſto aqui, quid importet? Quid ſi manus quieſcat? Quid, ſi digitus in fronte ponatur? 292.a
Pulchritudo eſt quædam tacita commendatio, 72.b. Non ſem-

ſemper corporis pulchritudo innocentiam animæ concomitatur. 73.a
An beſtias adliciat? 103.b
Purpura, quid ſit, & undè dicatur? Quid acciderit Cæſari, ubi primùm purpurâ indutus eſt? Illâ utebantur Senatores, non viri privati. 182.a
Pythagoræ ætas. 70.a
De Pythagoreorum abſtinentiâ. ibid.

Q

QVæſtiones quatuor, utiles & curioſæ proponuntur. 326.b

R

RAmos cædere, quid ſignificet? 135.a
Ratio ultima Regum, quæ? 268.b
Rationalis, quid ſignificet? 350.b
De Religione. 11.a
Remedar, quod ab Hiſpanis dicitur, quid ſit? 143.b
Reges, quid facere debeant? De eorum genio, 35.b
Remirado quid ſit? 139.b
Reperitio viſionis, quid ſignificet? ibid.
Reprobatio poſitiva, an detur? 17.b
Quid de Republicâ dicendum ſit, in quâ Proceres peccant impunè? 172.b
Quænam res, & quo modo lapidibus vitam infundat? 37.a
Res omnes bifariam (extrinſecus) poſſunt conſiderari. 229.a
Differentia inter res vivas & pictas, quanta ſit? 6.b
De Rebus ſublimibus. Quo calamo debeant ſcribi? 304.b
De Reſtrictionibus purè Mentalibus. An inconſequenter illas P. Mendus admittat? 327.b
Reverentia externa, quid ſit? 368.b
Rex Angliæ, cur Jacobus ſit vocatus? 254.b
Rex, quomodo viros ingenuos, & quomodo alii alloquantur? 302.a
Regis pectus, cur diviſiones aquarum nominetur? 136.b
Reges Virgines privatas non ducunt. 197.a
Reges, quid facere debeant? De eorum genio. 35.b
Reges, an apud Phœnices genuflexione colantur? Etiam apud Hebræos, & Carthaginenſes. Quos etiam imitantur Chriſtiani. 239.b
Reges Perſiæ, quomodo colebantur? Quomodo Græciæ Principes? 239.b
Reges Aſiæ ſuos ſubditos ad oſculum pedis admittunt. 241.b
Regum potus, qualis? 175.b
Rhetorica Ocularis, an inter ſublimes & excellêtes ſcientias ſit numeranda? 134.a
Rhythmica & Pictoria, an ſint Facultates hominibus univerſis congenitæ? 24.a
Reverendiſs. P. Richardius Sacri Palatii Pontificii Magiſter. Cur Monſtrum dictus? 74.b
Ridicula, quæ dicantur? 222.b
De Riſibilitate. An ſit animalis rationalis proprietas? ibid.
Riſus, an procedat ab igneo calore. De ejus cauſis, ibid.
De D. Roderico Calderon. 200.b. De ejus vitâ, & morte. Quales fuerint? 201.a
Rogatus privarim, an reſpondere teneatur? 297.b
De Roſarum & Oculorum connexione. 127.a

S

SAcerdotes Romani, cur olim tecto capite ſacrificaverint? 80.b
Sacerdotium, an manuum impoſitione conferatur? 348.b
Ritus, quem Pontifices Græci in Conſecratione Sacerdotum obſervant. 349.a
Sacramentum illicitè conferri aliud eſt, & aliud invalidè, 327.a
Sacramenta, an fuerint ante Chriſtum? An verbis, an verò nutibus fuerint celebrata? 66.a
Sacramentorum formulis, an aliquid addi poſſit? 330.b
Sacramentorum ordinem invertere res gravis eſt. 344.a
Sacrilegia, an per nutus poſſint committi? 66.b
Sagittarius, an & cur ſupra ſcopum collineet? 135.a
Saltationes & Cantilenæ, unde nomen ſumpſerint. 263.b
De Samaritanorum converſione. Spiritus-Sanctus ſuper baptizatos illabebatur. 331.b
Sancti, an concurrant realiter ad miracula? An moraliter tantùm, impetrando ut Deus in illis utatur ſuâ potentiâ abſolutâ? 324.b
Sanctorum actus an ſemper ab omni peccato debeamus, etiam veniali, emaculare? 297.b
Sanguis, cur *ater* dicatur? ſignificat crudelitatem, & mortem aliquando. 182.b. An habeat vocem? 195.a
Sanguis, an in fœderibus ſit propinandus? 275.b
Sarabaitæ qui ſint? 67.b
Sardanapali tumulus. Ejus Epitaphium. An reverà hoc fuerit? Verum ejuſdem Epitaphium. Quale illud ſit opinione Ariſtotelis? 41.a
Satyri Fabula dilucidatur moraliter. 251.b
Saxa & marmora, vel ſunt viva, vel mortua. 36.a
Scholaſtici, cur novas voces invenerint? 306.a
Sciaterica, an ſerò ad Romanos pervenerint? 208.b
Scientiæ Nobiles. Cur liberales dicantur? 309.b
Scioli, quinam vocari debeant? 178.b
Scrapiæ, Quales fuerint? 226.b
Scripta Majorum, quali animo legere debeamus? 303.b
Scriptor materiæ & Lectoribus debet calamum attemperare. An in ſcribendi copiâ modus ſervandus ſit? 312.a
Scriptorum quærimoniæ, an omnes ſint juſtæ? 308.b
Scyllurus, quid ſine verbis ſuos filios moribundus monuerit? 277.b
Scythæ mittunt Legatos, & munera cantantia ad Darium. Quomodo illa munera interpretatus fuerit Darius? Quo autem modo Gobrias? 358.a. Quis hic fuerit? ibid.
Secretarius, an poſſit omnia ſcribere, quæ dictantur? An ſigna & motus manûs ſcribere? 291.b
Semen, an ſit organicum? 72.a
Semiramis, quæ fuerit? Deſcribitur per corporis partes, 205.a
Semiramis in Linguâ Aſſyriâ *Aëris filiam* ſignificat. Cur hoc nomen ſortita ſit Babyloniæ Regina? 90.b
Senatores, quales eſſe debeant? 49.a
Seneca, qualis Scriptor ſit? 304.a
Senes, an tacituri ſint? 79.b
Cur quotidie radi velint? 85.a
Senſus omnes damnatorum in Inferno torquentur. 157.a
De Senſuum numero. An ſinguli ſint ſpecies Tactûs? 88.b
De Senſuum carentiâ virtuali. Quotuplex ſit? 165.b
Sepulchra moriuntur. 52.a
De Sepulchris Alexandriæ. 184.b
De Serpente Æneo fuſo à Moyſe. 26.a
Servi quales ſint? 372.b
Servius Tullius, quæ fecerit? 70.a
Sigillum ori admovere, quid ſit? 276.a

Significatio verborum, an à perſonâ loquente reſtringatur? 11.b
Signum , an & quid ſignificet? 291.b
Signa naturalia, quæ ambigua, an vocari poſſint æquivoca? 105.a. An mentiri poſſint naturalia? 106.a
Signa venerationis, quæ apud Hebræos, & Græcos fuerint? 231.b
Signa rerum ſpiritualia, quæ ab actibus vitalibus, & ab ſpeciebus impreſſis diſtinguantur, an dentur? 290.b
Similitudo filiorum & parentum, unde proveniat? 72.a
Similitudo, an & quando in ſilentio conſiſtat? 34.a
De Simone Mago. 332.b
De Simonidis, Xenocratis, nec non Zenonis opportuno ſilentio, 79.b
Sinceritatis & Hypocriſeos differentia. 176.b
De Smyrnæi Arithmeticâ Cenſurâ. 288.b
Socrates quàm deforme corpus habuerit? 74.a, Ejus uxores, quot & quæ? 10.a. Socratis Dæmon, quis? 260.b
Sol unde dicatur? 224.b. An mentiri poſſit? 112.a
An ad generationes rerum ſublunarium concurrat? 127.b
Sol multarum gentium opinione pro Deo habitus. 33.b. Vocatur Mithra. ibid.
Solini Imperatoris expeditio in Cairum. 238.a
Solœciſmus an poſſit manu committi? 60.b
Solœciſmi manibus ſolent committi. An aliis etiam membris poſſint? 84.a
Solœciſmi à Notariis commiſſi, an Politicos contractus dirimant? 327.a
Sonſonete, quo ſenſu accipiatur Hiſpanicè? 217.a
Inter Sonum, Vocem, & Dictionem, quodnam diſcrimen ſit? 268.b
Soſigenes, Aſtronomus Julio Cæſari charus. Menſuras temporum ad Solis periodum reducit, 59.b, Quomodo manum ſuam motabat, dum oraret? 62.b
De ſpecierum viſibilium tranſmutatione. 153.b
Specula etiam mentiri ſolent. 208.a
Spes, ſi res malæ eveniant, à quo requiri debeat? 140.a
Sphæra immortalis, quæ dicatur? 36.b
Sphyrnomantia. An detur: & quid ipſa ſit? 64.a
Spiritualitas, aut Incorporeitas, quid ſit? 113.b
Spiritus-Sanctus, an audientibus verbum Dei in concione adſit? 332.b
Spiritus (Angeli & Dæmones) an inter ſe colloquantur? 289.b
Sponſa Chriſti, qualis? 188.a
De Statuâ Æneâ cujuſdam Virginis. 43.a
Statuæ, cur multis, ſepulchra tamen pauciſſimis decernerentur? 52.a
Statuæ Deorum, cur apud Lacedæmonas fuerint armatæ? 312.a
In ſtatuarum ſimilitudine, an color, aut materia attendatur? 34.a.
De Stellâ pulcherrimâ juvene. 38.a
Stellarum à Tellure diſtantia, quanta ſit? 119.b
B. Stephanus, cur in Diaconum ab Apoſtolis electus ſit? 169.a
De ſtipendio duplici. 63.a. An & quando recipi liceat, aut non liceat? An & cur, qui plura recipit ſolœciſmum committat? Leges Hiſpanæ de hac materiâ. An obſerventur? 63.b
Studia non omnia omnibus apta. 304.a
Stylomantia, quid ſit? An & cur ſit ſecura? An nota Ariſtoteli fuerit? 312.b
Stylus quid ſignificet? Et quid Manus? 299.a
Stylus maximè cultus, ſæpè eſt occultus. 305.b
Authores ex ſtylo cognoſcuntur. 301.a
Subdiaconatus. An per manuum impoſitionem conferatur? 345.a
Subditus, an eſſe debeat Volucripes? 372.a
Subſtantia rei à modo dicendi ſolet intendi, vel remitti. 12.b
Subtilitas in dicteriis aliquando toleratur. 311.b
Sues, an cum Cælo & ſolo mutent temperamentum? 69.a
De Superbiâ, Faſtu, & Magnificentiâ. 19.a
Superior quomodo inferiorem; & quomodo inferior ſuperiorem ſalutet? 233.b
Superior, an pro arbitrio, & ſine causâ gradus, & ordines inferiorum poſſit alterare? 321.a
Superſtites, an poſſint animas Defunctorum ebibere? 120.b
Surdi & muti, an & quomodò loqui poſſint? 270.b
Suſpenſio, vox æquivoca in jure. Quomodo reſtringatur? 2.a
Suſpenſio Eccleſiaſtica, ſeu Canonica, quid ſit? & quid Civilis? ibid.
Suſpicio, an ſit ſufficiens ad pœnam capitis? 40.a
Suſpicio de infamiâ, an ſit poſſibilis? 114.b
Suſpiciones, unde naſcantur? 99.b. Unde graviores veniant? 107.a
Synodi cur celebrantur, & ad illas Clerici univerſi advocentur? 339.b
Syſigambis mater Darii primo loco Hephæſtionem, & ſecundo Alexandrum adorat. An hæc deordinatio in ejus adoratione gratia fuerit? 160.a

T

TAlegon, quid ſignificet? 87.b
De Telephane, Orphëo, Neſtore, & Homero. In quânam Arte unuſquiſque floruerit? 38.b
Templum S. Marci Venetiis erigitur. Architecti arrogantia & temeritas. 280.a
Templum, ὁ ναὸς, eſt æquivocum. 294.a. Sumitur propriè & metaphoricè. ibid.b, Chriſtus de altero, & teſtes de altero loquuntur. Falſorum teſtium depoſitio. Teſtes, qui apud Marcum, ſunt falſi. An etiam qui apud Matthæum? 294.b
An authoritate privatâ potuerint expelli, qui in Templo publica negotiabantur? 293.b
Templa Mentis, quæ dicantur? 294.b
Temporis circumſtantia, an æquivocam orationem reſtringat? 327.a
De Teſtamentorum antiquitate. An ſemper in illis locum habuerit melioratio? 321.b
Teſtis falſus, quomodò cognoſci poſſit? 123.a
De Teſtium qualitate & numero. An probitas, ſi deficiat in teſtibus, poſſit numero compenſari? 40.b
An Teſtium requiſitus numerus, ſi fortè deficiat, poſſit eorumdem probitate & nobilitate compenſari? ibid.
Terror, an poſſit hominem interimere? 155.b
De Theatro Regii Palatii Madritenſis. 3 4.b
Theodoricus Rex Arianus ſe in diſco caput Symmachi videre exiſtimat. In menſâ moritur. 154.a. De ſtatu ejus animæ revelatione. 155.a
De Theodorico Gothorum in Italiâ Rege. Qualem naſum habuerit? 206.b
Theologia Hæreticorum eſt tota Grammatica, aut altiùs, Rhetorica. 13.b
De Thetide. Quænam ipſa ſit? 60.b
Tetys, quænam ſit? ibid.
De Thisbe naſo. 206.b
Tiberius Imperator, quales oculos habuerit? 117.b
Tiberii hiſtoria recenſetur. 259.a
De Tiberii humeris. 252.a
Prima Tonſura, an ſit Ordo? Negant Theologi; aſſerunt Canoniſtæ. 333.b. An illa mentiatur? 67.b
Tonus, quid ſit, & unde dicatur? Quotuplex ſit? Proponitur communis, & recepta ſententia. Cur illam pluries impugnaverim? 210.a

To-

Tonns in Muſicâ, quid ſit ? An erroribus & ipſi ſcateant ? ibid.b.
Tonus in Pictoriâ, quid ? ibid.
Tonns pro tonitru olim dicebatur. ibid.
Traditio, qualis in Minoribus Ordinibus requiratur ? Qualis verò in Majoribus ? An probabilis ſententia ſit, quæ tactum phyſicum non requirit ? An poſſit ad praxim reduci ? 344.b
Tranſeas, in Salmanticenſibus Diſputationibus, quid importet ? 18.a. Quid verò in Complutenſibus ? ibid.b
Tribonianns an conceptum Adoptionis percalluerit ? 320.a.
Trihonianiſmi, quid ſint ? 320,a
Tributum meretricibus impoſitum, an fuerit licitum ? 152.a.b.
Triſtitia tacita multum loquitur. 196.b
De Triſagio, quid fuerit ? Quando à nobis cantetur ? Quid ſignificet ? Catholicorum & Hæreticorum diſſenſio, 150.b.
De Tritonis voce. Quis fuerit ? 214.a
Tritones, aut Homines marini, an reverà ſint ? 214.a. Deſcribitur eorum figura. ibid.b
El Turbante Mayor. Quis ſit ? 47.a
Turnus manu adloquitur Rutulos. 262.b
Tuſſis. Quid ſit ? An interdici poſſit ? An de tuſſiendi modo poſſint leges imponi ? 226,a
Tuſſis, ſignum periculoſum eſt. 227,a
Pertuſſis quid ſit ? Cur mala dicatur ? 226.a
Tuſſis, an ſit ſignum æquivocum ? 228.b
Tytanni, an ſint è numero Politicorum ? 109.b

V

V*Alido*. Quis in Palatio talis ſit ? 46.b
Vaſalli optimi, quomodo à Regibus ſint honorandi. 293.b
Venatores & Aucupes, Nautæ & Milites, artes ſuas ab experientiâ didicerunt. 22.b
Veneman in Latio quid ſit ? 35.b
Venti, an ſint ſpiritus ? An reſpiratio ? An odor ? 113.b
Verba Parentum dura & aſpera, quo ſenſu interpretanda ſunr ? 11.b
Verba Concionatorum, An & quomodo ſint reſtringenda, ſi æquivoca ſint, & in malum ſenſum trahi poſſint ? 14.a.
Verha translata, an adhuc transferri poſſint ? 54.b
Verba vel ſigna eadem, an aliter à ſuperbo, & aliter à Prudente exponantur ? 95.a
Verba, cur ſint inventa ? An quæ inventa ſufficiant ? 306,b 327.b.
Veritas & Apparentia quantùm differant ? 193.a
Veritas, an ab Hiſtoricis ornari debeat ? 310,b
De Vertumni nomine. Quiſnam fuerit ille ? 89.b. *Vertumno iniquo naſci*, quid ſit ? ibid. An debeamus hæc omnia moraliter interpretari ? ibid.
Verſus ſacri, an poſſint in profanos per Parœdiam transſire ? 87.b
Veſtis aurea Charitatem ſignificat. 186.b
Veſtis coccinea ſymbolum humilitatis. 187.b
Veſtes Hyacinthinæ, quid ſignificent ? ibid.a
Mulier fortis, Cur habuerit veſtem duplicem ? 187.b
De veſte candidâ. Adulti per annum integrum veſtem candidam gerunt. 332.a
Nautarum veſtes, quales, & cur ? 185 a
Veſtes ſubſternere advenientis pedibus, an loqui ſit ? An ſit dicere, *Tu es Rex* ? 235,a
De veſtibus Sacerdotalibus, & earumdem coloribus, Cur ſæpe laventur ? 186.b
Victoriæ, an ſæpe oculis priùs, quàm manibus adquirantur ? 119.a
Viduus, cur triſtis ſit ? An illi dies funeris feſtivus ſit ? 193.a
S. Vincentius Ferrerius, quomodo concionatus fuerit ? 155,a.
Vinnm, quid boni præſtare ſoleat ? 246.b. An inhibendum ægris ſit ? 247.a. An poſſit, debeat-ve aliquando loco medicinæ exhiberi ? ibid.
Violentia an ſit amore potentior ? 258,a
Virgilius, an cognoverit Ocularem Grammaticam ? 113.a
Virgilii verſus aliqui valde obſcuri & difficiles proponuntur. Prima illorum lectio. 222.b. Altera eorundem reſtitutio. 223.b. Ejuſdem alteri numeri adducuntur, qui ſi legantur tacitè, & non veriùs vivâ voce recitentur, ἐνεργείᾳ carent. 292.a. Quomodo debeant declamari ? ibid.b
Virginitas ſecundùm dici, an detur ? 45.b
Virgo mater qualis ſit ? 67.a
Virginis Sanctiſſimæ effigies B. Ambroſii penicillo depicta. 53.a. De ejuſdem ſummâ humilitate. 334.b
Virgo prudens qualem ſponſam debeat deligere, ut illam poſteà diligat, & ab eo diligatur ? 104.b
De Virginibus fatuis, Cur ſint excluſæ à nuptiis ? 334.b
Vir juſtus, qualis ? 67.b
Vir manuum bonarum, quis ? 269.a
Vir prudens, an interdum ſibi dici cenſeri debet, quæ alii dicuntur ? 18. b
Vir ſincerus an utatur vocibus ambiguis ? 323 a
Ut *Vir Bonus* aliquis nominetur, quid requiratur ? 308.b
Vir doctiſſimus, ſi fuerit pauper, non eſt in pretio. 359.b
Vir bonus, qui cenſetur improbus, aptior-ne regimini ſit ; an improbus, qui cenſetur bonus ? 346.a
Vir an activè, & paſſivè mulier ad generationem concurrat ? Quiſnam uniat animam corpori ? 363.a
Vir ſimplicem, mulier verò ſubjectionem duplicem habet, 363.b
Viri ab amore deluſi, an mentiantur ? 6.b
Viri prudentes, quomodo ſe gerere debeant in ludo ? 57.a
Viri graves & ſeniores, quantâ modeſtia procedere debeant ? ibid.
Viri ſtrenui in duello non linguis, ſed manibus loquuntur, 270.a.
Viri docti, cur tam pauci inveniantur ? 310 b
Viri, an ſint fœminis prudentiores ? 363.a
Virtus unita major eſt, quàm diviſa. 277.a
Inter Virtutem & Fortunam, cur ſit tanta diſſenſio ? 20.a
Virtutes, an aliquando noceant ? 47.a
Virtutes & vitia per corporis motus ſeu geſtus ſe clariſſimè produnt, 53.b
Virtutes, quæ manuum impoſitione dabantur, quales fuerint ? 332.b
De *Viſançone*. Quid ſit ? 45.b
Viſio quomodo fiat ? An recipiantur, aut potiùs emittantur ſpecies ? 113.b. An emiſſione, an vero radiorum intromiſſione fiat ? 119,b. An-ne Lalemandeti Opinio ſit probabilis ? ibid.
Viſus eſt capax certitudinis, Multa ſolet confuſè & indiſtinctè videre. 140.b
Viſus & Anditus, an mentiri poſſint ? 196.b
De vitæ præſentis miſeriis. An ſi hoc ævo Heraclitus & Democritus renaſcerentur, plura adhuc lachrymis & riſu excipienda invenirent, quàm habuerunt ſuo tempore ? 220,a. Epigrammatis Græci de hoc argumento verſio prima, Secunda, Utra vocum Græcarum ſenſum accuratiùs reddiderit ? Tres aliæ adduntur ejuſdem Epigrammatis Interpretationes. 220.b
De vitæ humanæ felicitate. 246.b
An in hac vitâ, quæ vera videntur, ſint falſa, & contrà ? 276,a.
De Vitellio Imperatore, Quale caput habuerit ? 89.b
Vitrum ſignificat puritatem, & inconſtantiam. 172.a
Vittæ hyacinthinæ, quid ſignificent ? 123.b
Vngues. An habeant propriam Muſicam ? 45.b
De Unoculis. An cavendum ab iis ſit, quos Natura rerũ

ma-

mater ſignavit ? 163.a
Vocis diviſio . 213.a
Inſtrumenta vocis humanæ, quæ & quot ſint ? 91.a
Vocis ſuavitas eſt Oratori maximè neceſſaria . 261.a
De Voce dulci & mellea . 213.b
De voce crudâ & aſperâ . 213.a
Voce oſtenditur cordis triſtitia , 215.b
De voce fractâ & interruptâ . 216.a
De Voce ſuperbâ , 216.b
Voce aliquem ſequi, quid ſit ? ibid.
De voce humili & abjectâ . 217.a
Voces ineffabiles, an in linguâ latinâ ſint ? An etiam in linguâ Græcâ ? 210.b
Voces diſtinctæ puro numero poſſunt eandem rem numero ſignificare . 329.a
Voce a Chriſto, quid ſignificet ? 292.a
De Uranoſcopo . Qualis ſit ? 89.b
Urbes & maria, quo geſtu nominari debeant ? 60.a
Urſa duplex. 61.b. Utraque Septentrionalis. 62.a. An Urſam unquam viderint, qui cæleſtes delinearunt imagines ? ibid.
Vulcani fabula . 223.b. De ejus parentibus . Quinam illi fuerint ? An ſit inter ſelectos Deos Vulcanus ſeptimo loco recenſendus ? 224.a
Vulgo quomodo loqui debeamus ? 305.b
Vulnera, quæ vocantur *æquivoca*, An, & quæ ſint ? 130.a
Vultus, an & cur à volendo dicatur ? 111.b. An poſſit verbis contradicere? 97.a. An prodat paſſiones Animi? ib. An , ſicut lingua , mentiri poſſit? ib. Loquitur etiam, maximè quando tacet. 96.b
Vultus è vultu , quid ſit ? 112.a
De vultûs & vocis diſſenſu . 309.a
Vultus demiſſio eſt ſignum æquivocum . 105.b
Inter *vultum* & *faciem* quæ differentia ſit ? 96.a
Vultum addere verbis , quid ſit ? 112.a
An non ſolùm voluntas, ſed & Intellectus in vultu cognoſcatur ? An etiam mores ? ibid.
Colores, qui in vultu errant, an mentiantur ? 112.a
In vultu, velut in chartâ Animus affectus & paſſiones ſcribit . 96.b
In vultu alia ſunt permanentia , & alia cum animi affectibus mutari ſolent . 100.a
Invidia & Odium in vultu cognoſcuntur : etiam concupiſcentia & laſcivia . An hæc ſit doctrina generalis ? An manifeſtiùs percipiatur in brutis ? 103.a
Uxores , an à Conjugum dignitatibus officiiſ-ve poſſint denominari ? 351.b

X

DOminus Xeutes oculis videbat , & manibus furabatur . An Syllæ fuerit ſimilis ? An Opheltes utrique? 165.b.

Z

ZAchariâ Papa . Qualis fuerit ? 327.a
Zeuxis . Quis, & qualis fuerit ? Quomodo tam pulchras Tabulas delineare potuerit ? Quomodo Helenæ ſimulachrum effinxerit ? 7.a.101.b
Zoſimus . An Ethnicus fuerit ? Quali fide Hiſtoriam ſcripſerit ? 14.b
Quid *recta via* in Zoſimi libris ſignificet? ibid.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google